

**Informazioni su questo libro**

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

**Linee guide per l'utilizzo**

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

+ *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.

+ *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.

+ *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.

+ *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertati di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

**Informazioni su Google Ricerca Libri**

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da `http://books.google.com`

Digitized by Google

R. BIBLIOTECA UNIVERSITARIA ALESSANDRINA
C
e
1
ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

COMMENTARIORVM

# PETRI FONSECAE

## D. THEOLOGI SOCIETATIS IESV

IN LIBROS METAPHYSICORVM
ARISTOTELIS STAGIRITAE

## Tomus primus.

*Continet hic Tomus quatuor primorum Librorum explicationem.*

Cum priuilegio, & facultate Superiorum.




ROMAE,

*Apud Franciscum Zanettum, & Bartholomæum Tosium socios.*
Anno Domini. M D LXXVII.

Digitized by Google

Digitized by Google

# GREGORIVS PAPA XIII.

## Ioanni Antriquez Lusitano.

DILECTE fili salutem & Apostolicam benedictionem. Cum, sicut nobis nuper exponi fecisti, tu ad communem omnium utilitatem tua impensa Commentarios in primos quatuor Metaphysicorum Aristotelis libros, auctore dilecto filio Petro de Fonseca sacerdote Societatis Iesu in sacra Theologia magistro, in hac nostra Vrbe imprimere facias, dubitesq; ne huiusmodi opus postmodum ab alijs sine tua licentia imprimatur, & sic impensæ prædictæ iacturam incurras, nobis pro parte tua fuit humiliter supplicatum, ut in præmissis tibi opportunè prouidere, de benignitate apostolica dignaremur. Nos, qui neminem suis honestis commodis fraudandum esse censemus, tuæ indemnitati opportunè consulere, teq; specialibus fauoribus, & gratijs prosequi uolentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, Motu proprio, & ex certa scientia tibi ne prædictum opus, quod nunc primùm imprimitur, & sicut accepimus iam per officium inquisitionis hæreticæ prauitatis Vrbis prædictæ approbatum extitit, per decem annos à prima eius operis impressione, à quocunque, seu quibuscunque sine tua, & dicti Petri de Fonseca authoris licentia imprimi, aut sine tuo consensu uendi, seu in Apothecis, uel alias uenale teneri possit, apostolica auctoritate concedimus, & indulgemus. Districtiùs inhibentes omnibus, & singulis Christi fidelibus præsertim Bibliopolis, & librorum impressoribus sub excommunicationis, in terris uero Sanctæ Romanæ Ecclesiæ mediatè, uel immediatè subiectis, etiam ducentorum ducatorum auri cameræ apostolicæ applicandorum, & insuper amissionis librorum pœnis toties ipso facto, & absque alia declaratione incurrendis, quoties contrauentum fuerit, ne intra decem annos prædictos ab impressione dicti operis inchoandos præmissis contrauenire audeant, uel præsumant. Quocirca uniuersis, & singulis Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & dilectis filiis eorum Vicariis, & Officialibus, ac aliis in dignitate Ecclesiastica constitutis, & quacunque auctoritate fungentibus, & in statu temporali Sanctæ Romanæ Ecclesiæ etiam legatis, & Vicelegatis Sedis Apostolicæ, ac ipsius status Vniuersitatibus in uirtute Sanctæ obedientiæ præcipimus, & mandamus, ut quoties pro tua parte fuerint requisiti, uel eorum alter fuerit requisitus, tibi efficacis defensionis præsidio assistentes, præmissa ad omnem tuam requisitionem contra inobedientes, & rebelles per censuras Ecclesiasticas, eas, si opus fuerit, aggrauando, & alia iuris, & facti remedia auctoritate apostolica exequantur, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis. Non obstantibus apostolicis, ac in prouincialibus, & synodalibus conciliis editis generalibus, uel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, nec non quorumcunque regnorum, prouinciarum, locorum, & regionum etiam iuramento, confirmatione apostolica, uel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoque indultis, & litteris apostolicis quibusuis prouinciis, & illarum personis, ac Vniuersitatibus, &



Digitized by Google

collegijs super imprimendorum, & uendendorum librorum facultate, etiam per nos, & sedem Apostolicam sub quib uscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis, etiam derogatoriarum derogatorijs, etiã motuproprio, & scientia similibus, uel aliàs quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus etiamsi de illis, eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de uerbo ad uerbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda esset, illis alias in suo robore permansuris, hac uice duntaxat specialiter, & expresse derogamus contrarijs quibuscunque; aut si aliquibus communiter, uel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, uel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem. Et quia difficile foret præsentes litteras ad quælibet loca deferri: uolumus, et apostolica auctoritate decernimus, quòd ipsis transumptis, uel exemplis manu alicuius Notarij publici subscriptis, et sigillo alicuius curiæ, uel personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, plenam, et eandem prorsus fidem ubique tam in iudicio, quàm extra haberi, quæ præsenti originali haberetur. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris. Die iiij. Septembris. M D LXXVII. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Cæ. Glorierius.

Digitized by Google

# INVICTISSIMO LVSITANIAE REGI SEBASTIANO.

PETRVS FONSECA S. P.

CVM omnia excelsi animi, ac uerè regij ornamenta in te præclara sint, & omnium admiratione digna, Rex inuictissime, tum illud in primis & eximiũ est, & maiestatis tuæ penè proprium, quòd in ea fortunæ (vt sic dicã) felicitate natus, vt nunquã te Regẽ nõ fuisse memineris; ita tamen præceptoris disciplinã, quę priuato etiam cuiq; molesta esse solet, adamasti, vt nõ modò maiores omnes tuos, quos regia maiestas à cõmuni hominũ viuendi ratione seiunxit, sed plurimos etiã eorum, qui se totos litterarũ studijs cõsecrarunt, eruditione viceris. Et quidẽ vel hoc vnũ mihi satis foret, vt tibi has primę Philosophię lucubrationes dicarem; præsertim cùm intelligam, dialecticas Institutiones nostras eo tempore, quo tibi eius artis initia tradebantur, non modò placuisse, sed etiam vsui fuisse. Verùm alia me ratio, vt id facerem propriè inuitauit, atque omnino impulit. Nam cùm hęc scribendi opera, quam in publicam vtilitatẽ confero, ea præcipuè de causa mihi pridẽ iniuncta sit, vt nobilissimis duabus Academijs Conimbricensi, & Eborensi (quarum illa à superioribus Regibus fundata, à te magnificè aucta, & nobilitata est; hęc à Serenissimo Patruo tuo Henrico Cardinali amplissimo præclarè institu-

ta,

ta,atque in tuum patrocinium,tutelamque recepta) præter id laboris,quod olim in earum cultu posui, hac quoque ratione prodesſem : mei sanè officij immemor essem,nisi tuæ maiestati susceptum,confectumque opus nuncuparem. Sed quid ego huius rei priuatas causas quæro, cùm Regia ista Domus nos omnes sempiternis sibi beneficijs deuinctos, atque obstrictos habeat ? Namque ea nascentem Societatem nostram prima excepit; natam, & per seſe vix dum cohærentem benignè fouit; adultamque nouis indies beneficijs ornare, & amplificare non desistit. Vix enim primi huius instituti nostri cultores,& quasi parentes in unam familiam, Sedis Apostolicæ auctoritate,coaluerãt,cùm fœliciſſimę memorię auus tuus Ioannes tertius, vt erat Religionis amplificãdæ studioſiſſimus, primùm omnes in Lusitaniam ex Vrbe accersiuit,atque omnino pertrahere conatus est. Deinde quoniã Dei prouidentia constitutum erat, vt paruus ille manipulus in alias quoque orbis plagas diuideretur;cùm duos tantùm obtinuisset, alterum in latiſſimas Indiæ regiones, tanquàm ad bellum misit; alterum apud se retinuit, qui & rebus Lusitaniæ magis ad pietatem promouendis operam suam impenderet,& nouas subinde militum copias in Prouincias illas ab orbe nostro remotiſſimas mittendas curaret. Qua ex re quanta non solùm minimę huic Societati,sed vniuersæ etiam Christianę Reipub.accessio facta sit,haud obscurum est. Nam & illius opera propè innumerabilis Indorum, & Iaponiorũ multitudo Christo nomen dedit;& huius industria est perfectum, vt ampla operariorum vineæ Christi seminaria instituerẽtur : è quibus illa extant præcipua, Conimbricense vnum,quod vt est origine in tota Societate primum,ita omnium longè maximum ; alterum Eborense nulli cęterorum, siue magnitudine, siue studiorum nobilitate secundum . Quibus apud Societatem nostram collocatis beneficijs, quantum Rex optimus,& gratię,& præsidij adiunxerit; quotque alia, & quanta studij in nos sui,monimenta reliquerit; testes sunt vel externę nationes, quas illius pietas non exemplo solùm, sed commendatione etiam ad notitiam, & amorem nostrę huius familiæ allexit. Tu verò illius sceptrum pari pietate cùm accepisses,non modò hęc omnia mirificè auxisti,

Digitized by Google

xisti, & amplificasti, sed in te etiã ipso (quod longè maius est) abundè declarasti quanti in ijs, quę instituti nostri sunt, nostrorum hominum studium, & operam æstimares: quę omnia quia nota sunt, & peruulgata, nihil attinet pluribus cõmemorare. Accipe igitur pari benignitate, Rex inuictissime, hoc qualecumque ex me munusculum; quod etsi tenue est, & maiestate tua indignum; est tamen & tibi debitum, & ex grato animo, tuæque in nos munificentię (& quod est maximum) singularis beneuolentię memoria profectum, nec vltimum meę, vt spero, in Maiestatem tuam obseruantię, & in Lusitaniam nostram debiti amoris testimonium. Quod reliquum est, Deum Opt. Max. precabor, vt candorem fidei, religionisque integritatem, quæ in Regnis tuis illustria sunt, perpetuò conseruet; fœda vitiorum monstra à Repub. ista Christianis moribus insigni longissimè auertat; bonas litteras, quę virtutem non parum conciliant, contra rudem barbariem, ac imperitorum hominum importunitatem foueat; id denique efficiat, vt iacta in te, & fœliciter alta, atque aucta præclarissimarum virtutum semina tanto rectè factorum cumulo regium istud pectus compleant, vt & integerrimę vitę singulari exemplo, & vigilantissima regnorũ tuorum administratione uerè populorum pastor (quo nomine Regem appellandum sapientissimi viri censuerunt) meritò & dici, & haberi possis. Vale. Romę x. Kal. Septembris Anno Domini M D LXXVII.

Digitized by Google

HANC de Philosophia scribendi prouinciam, Lector optime, quæ à nobis non sponte susceptа est, sed ab ijs dudum imposita, quibus repugnare nefas erat, ita demum utiliter nos obituros existimauimus, si duo in primis obseruaremus. Alterum, ut in unius Aristotelis explanationem conferremus omnia, quæ in Philosophia, potissimùm probanda esse iudicaremus. Nam etsi facilius nobis foret, res ipsas per sese, ac seorsum tractare, & multis etiam fortasse gratius; iccirco tamen eam scribendi rationem secuti non sumus, quòd nescio quo pacto Philosophiæ studiosos à lectione Aristotelis auertat, quem tamen qui familiarem non habet, haud magnos unquam in Philosophia progressus faciet. Alterum, ut in explanatione eorum librorum, quibus inferiores disciplinæ continentur, quòd sint quasi classici, & certo ac definito temporis spatio in scholis explicari soleant, ab ijs difficultatibus discutiendis abstineremus, quæ propriæ essent primi Philosophi, aut maiori auditorum intelligentia, longioriue disputatione indigerent; quarum multas cernimus ætate nostra, uel in ipso Philosophiæ aditu, non sine magno iuuentutis detrimento à plerisque tractari. Eas enim cùm alibi attingere opus esset (quod non raro usu uenit) in hoc opus reijciendas, & in eo accuratè explicandas esse iudicabamus.

Hoc consilio cùm à libro categoriarum Aristotelis, eius que Porphyriana Isagoge ordiremur, institutæque breuitati studentes, difficile esse experiremur, paucis rebus, ac facilibus (id est proprijs eius loci) ijs satisfacere, qui & multa, & difficilia de ijsdem libris audire soliti essent, nisi lectores reijceremus ad ea, quæ iam fusiùs à nobis scripta essent; conuerso cursu ab explanatione horum librorum denuò inchoandum existimauimus. Intelleximus enim fore, ut, si primùm in hoc opere de totius Philosophiæ principijs fusè disputatum esset, non modò eam scribendi formam, quam in libris illis optimam credimus, æquis lectoribus seruare; sed etiam omnibus Philosophiæ partibus maiorem lucem afferre possemus. Nam si in cuiusque rei principio statuendo (quod Socrates apud Platonem docet) multa differenda sunt, diligentissimeque considerandum, rectè ne, an secus constituatur, quòd eo stabilito facilè cætera cohæreant; quanto id magis faciendum est ei, qui de Philosophia scripturus est, omniq; uia, & ratione traditurus? Ita hoc opere magna ex parte confecto, primum hunc eius tomum typis tradendum curauimus, reliquos Dei ope non ita multò post in lucem emissuri. Atque hæc de tota scriptione.

Quod uerò ad hoc opus attinet, quòniam precipua pars hæc Philosophiæ à Philosophis penè deserta erat, à Theologis autem in ipsis Theologiæ commentarijs obiter carpimq; explicabatur; illud primùm efficere conati sumus, ut contextũ Aristotelicum & syncerè ad ueritatem, & cõmodè ad usum uerteremus. Namque interpretationes ad uerbum, quæ circumferuntur, dum fidem seruare uolunt, non intelliguntur plurimis in locis; et, cùm Græcè Latinis uerbis loquantur, nonnunquam aliam sententiã pro alia subijciunt. In ijs autem,

Digitized by Google

autem, quæ magis sunt tractabiles, & si maior intelligentia, minor tamen fides cernitur; in ijs præsertim, quarum auctores plus studij in poliendo sermone (quod Philosophus non ualdè curat) quàm in uero sensu eruendo, & reddendo ponunt. Deinde in explanatione eorum, quæ ab Aristotele dicuntur, dedimus operam, ut præcipuis quibusq; auctoribus utcremur, ipso præsertim Aristotele, si cubi sui interpres nobis fuisse uisus est: quod ita tamen fecimus, ut non tam exponeremus quid ille sentire debuerit, quàm quid re uera senserit; quæ sola est germana explanandi ratio. Iam quæ maioris momenti erant, plenioribus commentarijs, reliqua breuioribus scholijs, & annotationibus explicauimus: qua in re, cùm partim declinaremus molestam Latinorum Scholasticorum diligentiam, qua contextum suorum auctorum crebris diuisionibus & subdiuisionibus concidunt; partim Græcorum dissolutiorem enarrandi formam, ob quam doctrinæ ordo non satis ex eorum commentarijs intelligitur; eum explanationis cursum tenuimus, ut facile cuique sit omnem doctrinæ seriem opere toto perspicere. Denique in tractandis quæstionibus, quas ipsa occasio lectionis obtulit (quod totum erat nostri iuris) planè liberi fuimus; nec alios auctores tantùm, sed ipsum quoque Aristotelem nonnunquam deseruimus, aut excusauimus, aut quoquo modo cum eo, quod uerius nobis uisum est, conciliauimus, ne aut doctrinæ fidei, in qua error nullus esse potest, aut rationi, communiq; hominum sensui aduersaremur. Cæterum, ut in nullius uerba doctoris, cùm de rebus philosophicis agitur, iurandum putauimus, ita nullius uel inferioris notæ Philosophi sententiam reiecimus, quæ nobis cum uero maximè consentire uideretur; agnoscentes planè, ueritatem, à quocunque dicatur, à prima ueritate profectam esse. Quin neq; nostra placita ita amplexi sumus, ut non quemuis melius sentientem etiam nunc sequi parati simus. Intelligimus enim, quàm præclarè, ac sapienter illud dictum sit; Bonum esse à ueritate uinci; & illud; Par esse ut quisque à ueritate superari uelit, à qua uel inuitus superandus sit. Quod si è tota Philosophorum, & Theologorum schola unus à nobis D. Thomas in hoc opere præcipuè colitur; non immeritò id factum iudicabit, qui præclarum Sanctissimi Viri ingenium, præstantissimum iudicium, ab omni peruerso affectu liberum animum, lectionis magnitudinem, & uarietatem cum summo ueritatis inueniendæ studio coniunctam perpenderit: quæ adeo conspicua in eo sunt, ut hac in re uix ulla excusatione opus sit.

Si quis autem nobis obijciat, quòd in ipsis per se quæstionibus tractandis, de pleriſq; rebus disputemus, quæ Theologorum, Physicorum, aliorumq; Artificum propriæ uideantur; is primùm, quoniam hoc opus omnibus disciplinis commune est, ueniam dabit, si in eo aliquantulum exspatiemur, ut pluribus prodesse possimus. Deinde cùm animaduertet, plurima esse, quæ, cùm huius scientiæ sint propria, ab alijs tamen artificibus quasi propria usurpentur; alia item, quæ etsi propria sunt aliarum artium, adiunctis tamen principijs primæ Philosophiæ meliùs tractentur, & accuratiùs; non modò nobis non succensebit, sed benè etiam ut cumque meritos de omnibus disciplinis iudicabit, quòd



Digitized by Google

*& nostra nobis uendicemus, & quacumq; in re aliis nostrã operam præstare possumus, non prætermittamus. Quòd si inferiores scientiæ uix tractari possunt, quin sæpe earum artifices aliorum personã induti, pleraq; explicent, quæ aliena quidem sunt à proprio instituto, sed tamen non parũ conducunt ad rem propositam intelligendam; quis erit tam iniquus rerum æstimator, qui primo Philosopho id negandum censeat; præsertim cùm prima Philosophia, ut est omnium humanarum disciplinarum Regina, ita iure suo possit inferiores disciplinarum causas ad se reuocare, eas q; adhibitis propriis principijs diligentiùs excutere? Denique etsi Sacra Theologia longè superior est omni humana doctrina, quia tamen plura continet, quæ naturalium rationum ui ostendi possunt; non est cur quisquam existimet, proprios à nobis fines transiliri, si in hoc genere tractando immoremur: nostra enim planè, non aliena agimus. Sed neque à primi Philosophi cura alienum est, ea, quæ solis orthodoxæ fidei principijs innituntur, contra Ethnicos defendere. Nam cùm id Theologus facere nequeat, nisi ostendens, fidei principia nihil continere, quod pugnet cum primis, ac per se notissimis pronunciatis; quis nam quæso alius artifex propriis, ac peculiaribus argumentis, quàm primus Philosophus, id perficiat? Ita ne tum quidem aliena curauimus, cùm propria etiam quædam fidei dogmata ab Ethnicorum calumnia defendimus. Quanquam horum nonnulla in sequentium librorum potiùs, quàm in quatuor primorum explanatione fecimus. Hæc habuimus, studiose Lector, quæ initio huius operis de instituto nostro diceremus. Tu pro ea humanitate, quæ decet uerè sapientiæ amatorem, omnia boni consules, nostroq; hoc qualicunque labore candidè, atque ad Christi Domini gloriam uteris. Uale. Romæ X. Kal. Septemb. Anno Domini M D LXXVII.*

Digitized by Google

# SVMMA CAPITA EORVM, QVAE IN HOC VOLVMINE TRACTANTVR.

## IN PRIMI LIBRI. *Proœmio.*


1 DE Aristotelis genere, institutione, & reliquo uitæ progressu.
2 De libris Aristotelis.
3 De ingenio Aristotelis.
4 De rõne philosophandi Aristotelis.
5 Cur prisci Ecclesiæ Doctores Academiæ ueteris, & Stoicam doctrinam Peripateticę antepoſuerint.
6 De instituto Aristotelis in hoc opere, ipſiusq; operis neceſſitate, & ſubiecto.
7 De dignitate, & utilitate huius scientiæ.
8 De inscriptione, & partitione huius operis.


## CAP. PRIMO.


Commendatio huius scientię ex naturali sciendi appetitu, & uarij cognitionum gradus.
Quæſt. 1. Appetant ne omnes homines naturaliter scientiam sciendi causa.
Sect. 1. Quibus argumentis non omnes uideantur hoc pacto scientiam appetere.
2 Refutatio sententię quorundam.
3 De appetitu innato.
4 De appetitu elicito.
5 De appetitu naturali, & non naturali.
6 Omnes hoſes naturaliter appetere scientiam non modo appetitu innato, ſed etiam elicito.
7 Dilutio argumentorum oppoſitæ partis.
Quæſt. 2. Appetat ne homo naturaliter intuitiuam naturæ diuinę cognitionem.
Sect. 1. Opinio eorum, qui partem affirmatiuam approbant.
2 Vera quæſtionis explicatio.
3 Dilutio argumentorum aduerſæ partis.
Queſt. 3. Num aſpectus nobis ſit carior cęteris ſenſibus, & ad cognitionem aptior.
Sect. 1. Non uideri nobis cariorẽ, nec cæteris certiorem & qui latiùs pateat.
2 Veram eſſe Aristotelis ſententiam, nec alibi eum oppoſitum decuiſſe.
3 Dilutio argumentorum partis negatiuę.
Num artes omnes, & ſciẽtiæ experimento gignantur. Quæſt. 4.
Ambiguitas quæſtionis. Sect. 1.
Non eſſe negandum uerè in nobis generari artes omnes, & ſcientias. 2
Nullam in nobis generari ſcientiam ſine experimento ſaltem principiorum. 3
Examen ſecundę concluſionis. 4
Solutio ambiguitatum, quæ initio propoſitę ſunt. 5
Sint ne omnes actiones ſingularium. Quæſt. 5.
Argumenta pro utraque parte. Sect. 1.
Exponitur pronunciatum Aristotelis. 2
Vera explicatio quæſtionis. 3
Dilutio argumentorum partis negatiuæ. 4


## CAP. SECVNDO.


Sex ſapientis conditiones, & quæ ſit huius ſcientię natura.
Pertineat ne ad Metaphyſicum naturarũ omnium, quiditatumúe diſtincta cognitio. Quæſt. 1.
Argumenta pro parte affirmatiua. Sect. 1.
Approbatio negatiuæ partis. 2
Diſſoluuntur argumẽta initio propoſita. 3
Sint ne maximè uniuerſalia cognitu difficillima. Quæſt. 2.
De quo genere uniuerſaliũ ſit ſermo, & de duplici cognitione, ſiue notitia. Sect. 1.
Qua in re præcipuè poſita ſit huius quæſtionis difficultas. 2
Sententiæ D. Thomæ, & Scoti. 3
Qua ratione minus uniuerſalia ſint nobis notiora. 4
Diluitur obiectio, confirmatur concluſio ex Aristotele, & agitur de modo abſtrahendi uniuerſalia. 5
Qua ratione uniuerſaliora ſint notiora nobis, & utra ſint nobis ſimpliciter, & abſolutè notiora, magis ne, an minus uniuerſalia. 6
Argumẽta tria cõtra quartã concluſionẽ, & reſponſio quorundam ad primum. 7
Solutio argumentorũ, quæ contra quartam concluſionem propoſita ſunt. 8
An ſingularia faciliùs à nobis, quam uniuerſalia intelligantur. Quæſt. 3.
Quòd ſingularia ſenſibilia non ſolùm nõ Sect. 1.




Digitized by Google

uideantur facilius intelligi, sed no intelligi quidem.
2 Singularia non per accidens solùm, & ut in uniuersalibus continentur, sed per se etiam percipi à nobis ipsâ potentia intellectiua.
3 Refellitur quorundam sententia de conceptibus singularium.
4 Quibus argumentis ostendi uideatur dari in nobis proprias species intelligibiles rerum singularium.
5 Non dari in nobis species intelligibiles, quę proprię sint rerum singularium.
6 Dilutio argumentorũ, quibus species intelligibiles rerum singularium asserebantur.
7 Faciliùs à nobis singularia, quàm uniuersalia intelligi.
8 Quo pacto species intelligibiles, & cõceptus in nobis gignantur; itemq; solutio argumentorum partis oppositæ.
9 Dissoluuntur argumẽta initio proposita.

CAP. TERTIO.

Causarum diuisio, & Thaletis, Anaximenis, Diogenis Apolloniatis, Hippasi, Heracliti, Empedoclis, & Anaxagorę de rerũ naturaliũ principijs opiniones.

CAP. QVARTO.

Eorundem, Leucippiq́ue, & Democriti sententiæ.

CAP. QVINTO.

Opinio Pythagoreorum, Xenophanis, Parmenidis, ac Melissi, & summa eorũ, quę relata erant ex Veteribus.

CAP. SEXTO.

Platonis Philosophia, & omnium expositarum opinionum epilogus.

CAP. SEPTIMO.

Cõfutatio opinionũ, quę ab Antiquis traditæ sunt de rerũ causis, ac principijs.
Quæst. 1. Sect. 1. Quot sint causarum genera.
Genera causarum partim uideri plura, partim pauciora, quàm quę ab Aristotele traduntur.
Ad solum Metaphysicum spectare tractationem de causis. 2
Quid sit causa, & qua ratione spectetur, cùm Philosophi agũt de causis, ut causæ sunt. 3
Quatuor esse causarum genera, non plura, paucioraúe. 4
Solutio argumentorum, quibus ostendi uidebatur, plura esse causarũ genera, quàm quatuor. 5
Solutio argumentorum, quibus ostendi uidebatur, nullum ex traditis causarũ generibus, esse ueram causam; aut certè pauciora esse, quàm quatuor nulgata. 6
Sit ne re uera in rebus naturalibus materia prima. Quæst. 2.
Qua ratione nulla sit difficultas in ea asserenda. Sect. 1.
Quid senserint de prima materia ij, qui unum tãtùm substantiale principium, aut nullum posuerunt. 2
Sententia eorum, qui unum potiùs esse omnia, quàm uno substantiali principio constare crediderunt. 3
Opiniones eorum, qui plura principia materialia inducunt. 4
Quid nam Pythagorici, & Platonici materiam primam esse putauerint. 5
Sint ne inter materiam primam, & accidentia ponẽdæ formæ substantiales. Quęst. 3.
Quibus argum. non uideantur ponendę. Sect. 1.
Formarum substãtialium assertio ex ipsa rerum naturalium constitutione. 2
Ex unitate cuiusq; rei naturalis. 3
Ex naturali conseruatione rerum naturalium. 4
Ex actione rerum naturalium. 5
Solutio argumentorum, quæ initio proposita sunt. 6
Ex forma substantiali colligi, materiam primam esse puram potentiam. 7
Aristotelem, & Platonem re uera existimasse materiã primã esse purã potẽtiã. 8
Redditur ratio multorum, quæ de materia, & forma dici solent. 9

## IN SECVNDI LIBRI *proœmio.*

QVis sit ordo huius libri ad reliquos Aristotelis, & de quibus rebus in eo agatur.

CAP.

Digitized by Google

# HVIVS VOLVMINIS.


## CAP. PRIMO.

Veritatis cognitionem partim facilem, partim difficilem esse; eamq; maximè ad primum Philosophum spectare.

Quæst. 1. In rebus ne, an in nobis potius sit causa eius difficultatis, quę in cognitione ueritatis accidit.

Sect. 1. Duæ extremę sententię in hac quæstione.

2 Approbatio mediæ sententię, & quędam ad eius explicationem utilia.

3 Vera quæstionis explicatio.

4 Soluuntur argumenta oppositarum opinionum.

Quæst. 2. Possimus ne in hac uita substantias separatas quidditatiuè intelligere.

Sect. 1. Quæstionis explanatio.

2 Quibus potissimùm argumentis pars affirmatiua uideatur uera, & quibus auctoribus ea placuerit.

3 Quo pacto Deus cognosci à nobis possit.

4 De significatione nominum, quæ Deo sunt propria.

5 Quo pacto cæterę substantiæ separatæ à nobis cognoscantur.

6 Dilutio quorundam obiectorũ contra tertiam conclusionem.

7 Solutio Argumentorum affirmatiuę partis.

## CAP. SECVNDO.

Non dari progressum causarũ infinitum, tam in eodem, q̃ in diuersis generibus.

Quæst. 1. Num eiusdem rei dari possint infinitæ causæ.

Sect. 1. Quibus rationibus uideantur dari posse in singulis causarum generibus.

2 De Causis per se, & per accidens, itemq; de essentialiter, & accidentaliter subordinatis.

3 In quibus causis possit dari infinitio, in quibus non item.

4 Probatur secunda assertio in singulis causarum generibus speciatim, & additur tertia.

5 Dilutio eorũ, quæ pro infinitate efficientium proposita sunt.

6 Dilutio eorum, quę adducta sunt pro infinitione causarum materialium.

7 Dilutio argumentorum, quibus finalium causarum infinitio ostendi uidebatur.

8 Dilutio eorum, quæ infinitionem formarum dari posse contendebant.

Num infinita tempore finito cognosci possint. Quæst. 2.

Qua in re præcipuè posita sit huius quæstionis difficultas. Sect. 1.

Quibus argumentis uideantur infinita in tempore finito posse cognosci. 2

Quo pacto infinita in alio cognosci possint. 3

Solutio argumentorum, quibus infinita in se ipsis finito tempore uidebantur posse cognosci. 4

## CAP. TERTIO.

Quinam modus tenẽdus sit in inuestigatione ueritatis.

Num Dialectica sit scientia nec ne? Quæst. 1.

Quibus arg. non uideatur scientia. Sect. 1.

De proprio, & peculiari fine Dialecticę, eiusque nominibus, & natura. 2

Ens rationis non esse subiectum Dialecticæ. 3

Nec demonstrationem, nec modum sciẽdi propriè sumptũ, nec deniq; argumẽtationem, aut syllogismum, si Dialectica in se spectetur. 4

Modum differendi, siue sciendi latè sumptum, esse subiectum Dialectiæ. 5

Dialecticam rectè distingui in docentem, & utentem. 6

Dialecticam docentem, siue à rebus analysim, esse ueram scientiam. 7

Dissoluuntur argumẽta initio proposita. 8

Sit ne Dialectica contemplatiua, an practica. Quæst. 2.

Necessariò dicendam esse practicam, uel contemplatiuam. Sect. 1.

Non rectè à plerisque probari cõtemplatiuam esse. 2

Nonnulla de discrimine contemplatiuæ scientiæ, ac practicę. 3

Dialecticam esse scientiam practicam; non tamen effectiuam, sed actiuam. 4

Generalis diuisio scientiarum. 5

Sit ne Dialectica pars Philosophiæ, an solùm instrumentum. Quæst. 3.

Quib. arg. non uideat pars Philosophię. Sect. 1.

Varię Philosophorum sententię in hac quæstione, quidque sit Philosophia. 2

Dialecticam esse partem Philosophię. 3

Soluuntur argumenta initio proposita. 4

Sit ne Dialectica necessaria ad cæteras scientias capessendas. Quæst. 4.

Quib. rationib. non uideatur necessaria. Sect. 1.


Qua

Digitized by Google

2 Qua ratione sit necessaria.
3 Dissoluuntur argumẽta initio proposita,
Quæst. 5. Vtrum naturalis Philosophia, & Mathematicę, doctrinæ ordine Metaphysicã antecedant.
Sect. 1. Argumenta pro utraque parte.
2 Sententia eorum, qui putant libros Physicorum pertinere ad Metaphysicam, & eius refutatio.
3 Dissoluuntur argumenta impugnatæ opinionis.
4 Physicam, & Mathematicas ordine doctrinę esse simpliciter & absolutè priores Metaphysica.
5 Qui nam sit ordo inter Physicam & Mathematicas.


## IN TERTII LIBRI *proœmio*.


Quod sit Aristotelis institutũ in hoc libro, & eius Epitome.


### CAP. PRIMO.


Quàm utile sit de propositis rebus dubitare; proponunturque sexdecim quæstiones agitandę.


### CAP. SECVNDO.


Disputatio quinq; priorum quæstionũ.


### CAP. TERTIO.


Disputatio quæstionis septimæ prętermissa sexta, quòd eius difficultas eadẽ sit, atque superioris.


### CAP. QVARTO.


Disputatio quæstionis octauę, nonæ, decimæ, undecimę, & duodecimę.


### CAP. QVINTO


Disputatur decima sexta, Vtrũ entia mathematica sint substantię rerum.


### CAP. SEXTO.


Disputatio reliquarum quęstionum.


## IN QVARTI LIBRI *proœmio*.


Primum ordinem seruari ab Aristotele in hoc libro, eiusque breuis summa.


### CAP. PRIMO.


De subiecto Metaphysicę.
Vtrum ens, quatenus est cõmune Deo, & creaturis, sit Metaphysicæ subiectum. Quæst. 1.
Referuntur quatuor sententiæ pro parte negatiua. Sect. 1.
Concluditur pars affirmatiua. 2
Reuocatio superiorum sententiarum ad uerum sensum, & explicatio pręcipuæ conclusionis. 3
Cur Metaphysica distincta nõ fuerit antequam eius subiectum traderetur. 4
Solutio argumẽtorum primæ opinionis. 5
Solutio argumentorum secundę. 6
Solutio argumentorum tertiæ. 7
Solutio argumentorum quartæ. 8
Sint ne cæteræ omnes scientię huic scientiæ subalternatę. Quæst. 2.
Quibus argumentis uideantur esse subalternatæ. Sect. 1.
Quot modis una scientia dicatur alteri subalternata. 2
Cæteras scientias non subalternari Metaphysicæ, saltem subalternatione totali, nisi impropriè & secundùm quid. 3
Solutio argumentorũ partis affirmatiuæ. 4


### CAP. SECVNDO.


De partibus entis & unius ijsque, quæ ad unum & multa reuocãtur; & num de his agat primus Philosophus.
Vtrum ens, qua ratione est ens, sit analogum. Quæst. 1.
Sententia eorum, qui dicunt esse prorsus æquiuocum. Sect. 1.
Sentẽtia eorũ, qui affirmãt esse uniuocũ. 2
Ens non esse omnino æquiuocum. 3
Neque item uniuocum. 4
Esse analogum. 5
De uarijs analogię modis, & eorum discrimine. 6
Qualis sit analogia entis. 7
Qualis sit conceptus entis. Quæst. 2.
De conceptu formali, & obiectiuo. Sect. 1.
Tres opiniones de conceptu entis. 2
Vera explicatio conceptus entis. 3
De conceptu entis obiectiuo. 4
De formali conceptu entis. 5
Solutio argumentorum, quibus utuntur ij, qui ponunt conceptum formalem entis unum, ac pręcisum simpliciter. 6


Solutio

Digitized by Google

7 Solutio eorum, quæ pro præcisione conceptus obiectiui entis proposita sunt.
8 Num conceptus unus, ac precisus à multis possit esse analogus respectu illorũ.
9 Solutio argumentorum, quibus utebãtur illi, qui ponunt conceptum entis esse unum unitate disiunctionis.
10 Solutio eorũ, quę initio superioris quæstionis pro pura entis æquiuocatione proposita sunt.
11 Solutio argumentorum Scoti, quę pro univocatione entis allata sunt.
12 Censura de Scoti opinione, & solutio argumentorũ, quę illius argumentis addita sunt.

Quæst. 3. Vtrũ ens prædicetur in quæstione Quid est de omnibus rebus, & de oĩbus earũ differentiis, proprijsq; ipsius passionib⁹.
Sect. 1. Variæ opiniones in hac quæstione.
2 Veræ sententiæ explicatio.
3 Solutio argumentorum oppositarum opinionum.

Quæst. 4. Vtrum existentia rerum distinguatur ab essentia.
Sect. 1. Trium opinionum enumeratio, primęq; explicatio & impugnatio.
2 Secundæ opinionis impugnatio.
3 Approbatio tertiæ sententię, & refutatio trium quorundam sensuum illius.
4 Vera explicatio tertiæ sententię.
5 Solutio argumentorũ primæ opinionis.

Quæst. 5. Sit ne unum uera passio entis.
Sect. 1. Quib⁹ arg. nõ uideatur uera passio entis.
2 Num oĩa quinque transcendẽtia, quę enti addi solent, sint ueræ illius passiones.
3 Quid Scotus, & alij scholastici sentiant de formali significatione unius.
4 Quid unum & reliquę simplices passiones possint addere enti.
5 Quid unum formaliter significet.
6 Vnum esse ueram passionẽ entis, & quo pacto sit.
7 Solutio argumentorum, quę initio proposita sunt.

Quæst. 6. Sit ne uerum passio entis propria.
Sect. 1. Quibus argumẽtis non uideatur propria entis passio.
2 Quid uerum addat enti, quidque sit totum eius formale significatum.
3 Varię sententiæ de ueritate.
4 Non omnem ueritatem consistere in cõpositione, & diuisione; & aduersariorum argumenta.
Dissoluuntur argumenta proposita contra secundam conclusionem. 5
Num ueritas complexa sit conformitas inter res enunciatiuè conceptas, & cõceptus apprehensiuos, an iudicatiuos. 6
Veritatem simplicem posse cerni tam in cõformitate rerum, quàm intellectus, argumentaq; aduersariorum. 7
Explicatur uulgata ueritatis definitio. 8
Solutio eorum, quæ contra tertiam conclusionem obiecta sunt. 9
Veritatem, de qua est sermo, esse conformitatem rerum cum intellectu diuino. 10
Quibus argumẽtis impugnari possit proposita conclusio. 11
Solutio eorum, quæ proximè obiecta sunt. 12
Conclusio quęstionis, & solutio argumẽtorum initio quęstionis propositorũ. 13
Diluuntur duę quędam obiectiones cõtra solutionem quarti argumenti, & completur solutio. 14

Sit ne bonum propria entis affectio. Quæst. 7.
Quib⁹ arg. nõ uideat̃ ppria entis affectio. Sect. 1.
Refutatio opinionis Heruei de formali significatione boni. 2
Refutatio opinionis Durandi. 3
Refutatio quarundam aliarum opinionum. 4
Vera sententia de formali significatione boni, & præcipua quæstionis conclusio. 5
Solutio primi argumenti partis negatiuę initio propositi. 6
Solutio eiusdem argumenti, quod attinet ad relationes, & ea, quæ dicuntur mala. 7
Solutio secundi, & tertij. 8
Solutio argumentorum Heruei, Durandi, & aliorum. 9


## CAP. TERTIO.


Primi Philosophi esse de primis principijs complexis agere; & quod nam sit omnium firmissimum.
Vtrum hoc principium Impossibile est idem simul esse, & non esse, sit omniũ primum. Quæst. 2.
Quibus rationibus non uideatur primũ. Sect. 1.
Refutatio duarũ opinionum, quę negatiuam partem quęstionis amplectuntur. 2


Affirma-

3 Affirmatiuæ partis approbatio.
4 Solutio argumentorum, quæ initio proposita sunt.

## CAP. QVARTO.

Aggreditur refutationem eorum, qui primum principium negabãt; primùmq; contra totum hoc Philosophorum genus communiter disputat.

## CAP. QVINTO.

Speciatim refellit eos, qui rationibus fallacibus seducti primum principiũ non admittebant.

## CAP. SEXTO.

Disputat priuatim contra eos, qui propterea primum principium negabant, quòd omnia, quę apparent, uera esse crederent.

## CAP. SEPTIMO.

Defenso primo principio, quod negatiuũ est, defendit affirmatiuũ illud, Necesse esse, ut quodlibet sit uel non sit, idque docendo, nõ dari medium inter cõtradicentia.

## CAP. OCTAVO.

Refutantur duo quędam, quę impugnatas sententias sequuntur. Vnum est, non dari in rebus discrimen ueri, & falsi: alterum, tolli de medio distinctionem motus, & quietis.

FINIS.

Digitized by Google

COMMENTARII

# PETRI FONSECÆ

## SOCIETATIS IESV.

## IN PRIMVM LIBRVM METAPHYSICORVM ARISTOTELIS.

### PROOEMIVM.

### De Aristotelis genere, institutione, & reliquo vitæ progressu. CAP. I.

QVONIAM ex commentarijs, quos in Aristotelem meditamur, hos primos in lucem emittere decreuimus; rationi consentaneum est, vt antequàm exponamus ea, quæ propriè initio huius operis præfari oportet; nonnulla de auctore ipso, eiusque libris, ingenij præstantia, & philosophandi ratione dicamus. Quæ agenda sunt in priore parte proœmii.

Auctor huius operis omnium consensu fuit Aristoteles Nicomachi, ac Phæstiadis filius; genere Macedo; patria Stagirites. Aiunt illum ab Aesculapio, quem antiquitas ob insignem Medicinæ peritiam in diuorum numerum retulit, originem duxisse. Natum ferunt alij anno primo nonagesimæ nonæ olympiadis; alij tertio eiusdem, hoc est octogesimo primo supra trecentesimum ante Virgineum partum. Discipulum Socratis tres annos integros fuisse perhibent, eoq; mortuo ad Platonem decimo septimo ætatis suæ anno se contulisse, atque in eius schola viginti annos assiduum auditorem fuisse. Aristotelis genus. Quo anno natus. Quandiu Socratem, & Platonẽ audiuit.

Laërtius, & Suidas in Aristotele.

Ex prioribus est Laërtius ibid. & Apollodorus in chronicis: Ex posterioribus Gellius lib. 17. cap. 21.



Digitized by Google

Quàm fuerit lectioni dedita.

Quo tempore adeò inexplebilis fuit in legendis Philosophorum libris, & in omni scriptorum genere excutiendo, vt Plato eius ędes Lectoris domum appellare consueuerit: adeò veri indagandi cupidus, vt ab illo nunc Mens, nunc Veritatis Philosophus fuerit appellatus. Ferunt enim aliquando Platonem, cùm scholam esset ingressus, Aristotelemque abesse intellexisset, succlamasse, Abest Mens; & iterum aliàs, Abest Veritatis Philosophus.

Augustin. 8. de ciuit. Dei cap. 12. Cic. de nat. Deorum, Laërt. in Arist. Apollodorus in chronicis. Cœlius ex alijs li. 17. lect. antiq. cap. 17. & li. 29 ca. 8.

Præceptor Alexandri deligitur.

Ita factū est, vt & præceptoris egregia doctrina, & suo incredibili sapientiæ studio, cùm discipulus adhuc esset, præclara fama excelleret, & a Philippo [a] Macedonum rege vnus ex omnibus, qui tunc erant, egregijs Philosophis Alexandro filio præceptor deligeretur. Extant [b] litteræ Philippi ad Aristotelem, in quibus habet Dijs gratiam, non tam quòd Alexander natus sit, quàm quòd eo tempore eum nasci contigerit, quo ab illo institui possit. Itaque Aristoteles, dum eruditur Alexander, & Regis gratia, & magno doctrinæ incremento euectus, non obscuram in se aliorum Philosophorum inuidiam concitauit. Quin & Platonem ipsum, hominem alioqui modestissimum, infensiorem illi factum fuisse asserunt, quòd iam tum à se multis in rebus dissentiret. Vnde illud traditur a Platone dictum; Aristoteles in nos recalcitrat, non secus atque in matrem pulli, quos peperit. Quod tamen Aristoteles se non arrogantiæ, aut contentionis studio fecisse declarat primo de moribus libro. Alioqui tanta beneuolentia, & grati animi significatione Platonem prosecutus est, vt ei aram construxerit, statuamque dicarit, in qua descriptum erat; Illum esse, quem probi omnes meritò deberent & imitari, & commendare.

a Plutarch⁹ in Alexādro, Plin. lib. 7. c. 29. Laërt. in Arist.

b Laërt. in Arist. & li. 4. apoph. n. 41. Plinius lib. 8. cap. 16.

Platoni infensus.

Eius in Platonem animus.

Quandiu Alexandrum erudiuit.

Poltquam verò Alexandrum per quinquenniū literarum studijs satis institutum existimauit, Athenas petijt, in quam vrbem cùm venisset, & in Academia Xenocratem suum condiscipulum docentem vidisset, decreuit etiam ipse gymnasium aperire, & publicè Philosophiam profiteri. Quod fecit in Lyceo, vbi tredecim annis docens sectam Peripateticorum instituit, quæ hoc nomine appellata est, quòd ipse deambulando disputare consueuisset. Tradebat autem simul cum Philosophia Oratoriam, vt intelligendi, dicendique simul magisterio non solùm doctos, sed disertos etiam, & eloquentes discipulos efficeret.

Laërtius in Aristotele, & alij. 1. Ethicorum ad Nicomachum cap. 6. Crinitus ex alijs 24. de Honesta disciplina cap. 1. Iustin. Hist. lib. 12. Cicero 1. de nat. Deor. & 5. Acad. 2. editionis; Laërt. & Aug. eisdē locis.

Quandiu in Lyceo docuit.

Alexandri in Aristotelem pietas.

Magna porrò fuit Alexandri in Aristotelem pietatis testificatio. Nam & Stagiram [a] eius patriam, quæ solo æquata fuerat, de integro condidit, & crebris vsurpabat sermonibus, Non [b] minus se Aristotelem, quàm genitorem amare: ab hoc enim viuendi, ab illo bene viuendi rationem assecutum. Quantam verò adhibuerit diligentiam, pecuniamque erogauerit, nihil vt Aristoteli deesset, quod ad perquestigandas rerum naturas esset opportunum, Plinius his verbis declarat: Alexādro Magno Rege inflammato cupidine animalium naturas pernoscendi, delegataque commentatione Aristoteli summo in omni scientia viro, aliquot millia in totius

Expensæ Alexādri, ne quid desit Aristoteli ad philosophandum.

Digitized by Google

tius Asiæ, Græciæque tractu parere iussa: omnium, quos venatus, aucupia, piscatusque alebant, quibusque viuaria, armenta, alucaria, piscinæ, auiaria in cura erant; ne quid vsquam gentium ignoraretur ab eo: quos percontando quinquaginta fermè volumina illa præclara de animalibus condidit. Sunt qui dicant impendisse Alexandrum in huius operis confectionem octingenta talenta, hoc est quadringenta, & octoginta millia nostrorum aureorum, quod Budæus in libris de asse colligit. Ita factum est, vt viuente Alexandro, facilè Aristoteles eius præsidio æmulorum inuidiam superarit.

Apud Athenæum 9. lib. Dipnosoph. cap. 20.

Budæus de asse lib. 2.

Verùm Alexandro vita defuncto, qui eum oderant, venenum aliquantulum repressum pestilentius euomuerunt. Nam in iudicium vocatus & crimine impietatis accusatus, quòd esset ἄθεος καὶ ἀσεβὴς hoc est, quòd Deos, eorumque cultū aspernaretur, causam tum primùm pro se egit, quam solam dixit toto vitæ tempore. Deinde Athenienſium iudicium veritus Chalcidem, quæ in Euboea insula est, se contulit. Vnde cùm literis amicorum reuocaretur, respondit se Athenas reliquisse, ne in Philosophiam bis delinquerent Athenienses: verebatur enim, ne si Athenas reuerteretur, extremo (quemadmodum Socrates) supplicio afficeretur. Itaque Chalcide deinceps versatus, siue quòd assidua meditatione quæstionē de admiranda vi, & natura Euripi septies die, ac nocte reciprocantis explicare non posset, viribus destitutus, vt scribunt Iustinus martyr, & Nazianzenus Gregorius, siue alia de causa morbo correptus ab omni sectatorum cohorte, quæ inuisendi gratia confluxerat, rogatus est, vt ipse sibi gymnasii, & magisterij successorem deligeret: Erant autem duo ex omnibus longè nobilissimi discipuli, de quibus ambigi posset, vter esset gymnasio præficiendus, Theophrastus Lesbius, & Menedemus Rhodius. Tum ille petitis, delibatisque duobus vini poculis, altero Lesbio, altero Rhodio: firmum, & iucundum esse Rhodium dixit, sed Lesbium iucundius. Quod cùm dixisset, nemini dubium fuit, quin lepidè simul, & verecundè Teophrastum illa voce Menedemo prætulisset.

Seneca de vita beata cap. 32. Crinit. ex Origene lib. 10. c. 3. & Cœlius ex alijs lib. 2. cap. 2. & lib. 17. cap. 34.

Iustinus in Parænesi ad Gentes. Nazianzenus Oratione prima contra Iulianum. Cœlius ex alijs li. 29. cap. 8.

Gelli[b] li. 13. cap. 5. & alij.

Inuidia æmulorum in iudicium uocatur.

Chalcidem se confert.

Theophrastū successorē deligit.

Itaque Aristoteles successore hunc in modum designato, cùm extrema iam instare intellexisset, atque, vt nonnulli[a] referunt, dolore simul, ac spe in lacrymas ampliùs profusus primæ causæ misericordiam intentiùs imploraſset, decessit è vita expleto[b] fermè tertio, & sexagesimo ætatis anno sub id tempus, quo Demosthenes orator in Calabria Thraciæ hausto veneno vitam finiuit.

[a] Cœli[us] ex alijs lib. 16. cap. 34.

[b] Laërt. in Arist. & alij plerique.

Quo anno moritur.

Alia nonnulla feruntur de Aristotele, quæ cùm ab æmulis, quos ille & doctrinæ, & fortunæ causa plurimos habuit, partim videantur conficta, partim in deteriorem sensum accepta; non ideo fidem merentur, quòd à quibusdam scriptoribus referantur.



Digitized by Google

## De libris Aristotelis. CAP. II.

Quàm multos libros Aristoteles scripserit.

SCRIPSIT porrò Aristoteles ingentem librorum copiã, in quibus maxima rerum cognitio,& incredibilis in omni disciplinarum genere exercitatio elucet. Laërtius ad quadringentos enumerat. Qui nunc extant centum viginti summam non excedunt. Eorum alios vocat Aristoteles tum ἐξωτερικοὺς. tum etiam ἐν κοινῷ λόγους hoc est populares,& communes, quòd dentur multitudini, & populari sensui sint accommodati; cuiusmodi sunt ij, quos scripsit de Rhetorica, Poësi, de Animalium historia: in quibus ij etiam numerandi sunt, quos appellat τὰ ἐγκύκλια φιλοσοφήματα quasi vulgares de philosophia quæstiones, & quæ coràm,circumfusáq; multitudine disputabantur. Alios vocat ἀκροαματικοὺς id est auscultatorios, quòd præceptoris opera, attentisque,& ingeniosis auditoribus indigeant, cuiusmodi sunt libri, quos vocant Physicorum,qui ab hoc subtiliori docendi genere Physicæ, siue naturalis auscultationis nomen acceperunt; tùm libri logici præsertim Analytici, libri de Cælo, & Mundo,ac similes alij,in quibus præcipuè numerandi sunt ij, quos in manibus habemus, quòd & reconditissimam philosophiam cõtineant, & graui admodum docendi genere conscripti sint. Atq; hanc esse causam, cur hoc librorum genus auscultatorium sit appellatum, ipse Aristoteles non obscurè significauit, cùm Magno Alexandro per literas expostulanti, quòd res philosophicas, quibus ab illo institutus fuerat,auscultatorijs libris editis euulgasset,hunc in modum rescripsit. Auscultatorias disputationes, quas editas quereris,iudicans debuisse in arcanis seruari; scito neque editas esse,neque non editas: ab ijs enim solis, qui nos audierunt,intelligi poterunt. Quibus literis etsi alij dicunt significari hos ipsos libros Primæ Philosophiæ;alij eos,qui de Naturali auscultatione inscripti sunt: crediderim[a] tamẽ eos omnes intelligẽdos,qui auscultatorium,& accuratum dicendi genus continent, eos præsertim, qui ad Philosophiam naturalem, & diuinam pertinent. Itaque Aristoteles,etsi ad mitigandam Regis indignationem præter modum locutus est (non pauci enim auscultatorios libros assidua lectione,ac meditatione per se se & intellexerunt, & commentarijs illustrarunt) significauit tamen difficilè admodum hoc librorum genus sine præceptore posse intelligi, nec id nisi ingeniosissimis, & in toto hoc scriptorum genere euoluendo, & excutiendo exercitatissimis contingere.

Laërtius in Aristotele.

Libri exoteri ci.

Vt 1. Ethic. cap.12 & 1.de Moribus ad Eudemũ cap. 5.& 1.de Anima ca. 4. tex. 54. Vt 1.de Cœlo ca.9.tex.100. Vt in epistola ad Alexãdrũ, de qua Gell. lib.20. cap.4. & Plutarchus in Alexand.

Auscultatorij.

Litteræ Alexãdri ad Arist. & Aristotelis ad Alexand.

Vide Gellium in loco proximè citato, & Plutarch. in Alexan.

Ex prioribus est Plutarch[b] in Alexand. Ex posterioribus Simplici[a] initio Phys.& alij.

a Hoc idẽ innuit Themist. initio Physicorum.

Sunt tamen qui aliter intelligant auscultationis nomen,cùm de inscriptione librorum Physicæ auscultationis agitur. Albertus enim asserit significationem eius tituli hanc esse; De ijs, quæ in rebus naturalibus potiùs audiuntur tanquam principia, quàm demonstrentur: quasi velit Aristoteles significare, eos libros esse de principijs rerum naturalium,& quæ in Philosophia naturali non demonstrentur, sed supponantur.

Alberti sentẽtia de inscriptione librorum de Physica auscultatione.

Albert. initio Physi. tract.1. c. 4. Idẽ sentit Aegidius Rom.i proœmio Physicorum

Auerroes

Auerr. & Philoponus in præmio Phyſicorum.

Auerroës autem nihil aliud ea inſcriptione ſignificari vult, quàm ſi Ariſtoteles diceret: De doctrina rerum naturalium, ſiue De rebus naturalibus, tranſlatis nimirum verbis ſignificantibus doctrinam, quæ auditu percipitur, ad res, de quibus eſt ſermo. In qua eadem ſententia videtur eſse Philoponus eodem loco. Eorum tamen ſentẽtia pugnat non ſolùm cum ijs, quæ dicta ſunt; ſed etiam cum omnium pene græcorum ſententia. Quapropter Alberto reſpondendum eſt, doctrinam eorum librorum non uerſari tantùm, aut etiam maximè in principijs phyſicarũ demonſtrationum tradẽdis, ſed eſse planè demonſtratiuam, vt ex pleriſque locis eius operis perſpicuum eſt: tametſi non eſset hæc vſque adeò abſurda ſententia, niſi faceret vim in verbo, Auſcultationis, quòd principia potius audita approbentur, quàm demonſtrentur. Nam & libri Elementorum Euclidis demonſtratiui planè ſunt, cùm tamen dicantur Elementorum, quòd eorum concluſiones in reliquis libris Mathematicis, quaſi principia ſumantur. Auerroi autem dicendum, etſi Ariſtoteles nõ nunquam, veluti 2. lib. huius operis cap. 3. auſcultationis nomen latè accipit pro quauis doctrina; tamen in propoſita librorum diſtinctione in auſcultatorios, & exotericos, nullo pacto illud in ea ſignificatione accipere potuiſse. Omnes enim libri, quos ex Ariſtotele habemus, planè ad doctrinam pertinent; niſi doctrinæ nomine accuratam docendi rationem intelligamus, quo pacto iam Auerroës idem, quod nos, ſentiret.

Auerrões ad de ea re.

In his ſunt Ammoni⁹ in Prædica. Simplicius, & Themiſti⁹ i Phy.

Refutatio.

tex. 14.

Genefius Sepulueda in 3. Polit. ad c. 4.

Sepulueda ad tentia de Exo tericis lib.

Non deſunt quoque ex recentioribus, qui exiſtimẽt nomine ἐξωτερικῶν non ſignificari libros populariter ſcriptos, ſed eos omnes, qui ex alio ope re citantur; quæ citandi formula apud Iuris pontificij peritos paſſim eſt in vſu. Id uero ex eo probant, quia Ariſtoteles primo libro Ethicorum ad Nicomachum, cùm ſignificat libros de Anima; & primo de Moribus ad Eudemum, cùm innuit eos, in quibus nunc uerſamur, opera ſanè reconditiſſimæ philoſophiæ, & difficilis admodum intelligentiæ; non eos uocat auſcultatorios, ſed exotericos. Ita fictam eſse hanc exoterici, & auſcultatorij generum diſtinctionem, ſeu potius publicum errorem, ſi nomine exoterici generis intelligantur ij, qui ſunt leuioris operæ; auſcultatorij autem, qui ſunt ſubtilis, ac limatæ. Sed quantùm hi à uero abſint, non modò contraria tot grauiſſimorum auctorum ſententia, quos ipſi in ea eſse non negant, abundè oſtendit; ſed etiam ijdem loci, quos potiſſimùm in ſuæ ſententiæ confirmationem afferunt. Nam cùm in loco citato primi de Moribus dictum eſset, Neceſsariam eſse ciuili artifici animæ cognitionem, non accuratam tamen, vt quæ ad altiorem, difficilioremque diſciplinam pertineat; hæc ſubijcit Ariſtoteles; λέγεται δὲ περὶ αὐτῆς καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις ἀκριβέστερον ἔνια, καὶ χρηστέον αὐτοῖς, οἷον τὸ μὲν ἄλογον αὐτῆς εἶναι, τὸ δὲ λόγον ἔχον: Hoc eſt; dicuntur autem de ea in exotericis etiam diſputationibus nonnulla, quatenus ſatis eſt, ijſque vtendum, quale eſt illud; Aliam eius partem eſse rationis expertem; aliam, quæ ratione prædita ſit; & cæt. quibus verbis.

Cap. 13.

Cap. 5.

planè

planè opponit Aristoteles exotericam animę tractationem accuratioribus de eadem commentarijs. Primo autem lib. de Moribus ad Eudemum, cùm sermo incidisset in Ideas Platonis, hęc ab Aristotele adiecta sunt; ἐπέσκεπται δὲ πολλοῖς περὶ αὐτῆς τρόποις, καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις, καὶ ἐν τοῖς κατὰ φιλοσοφίαν, hoc est; Actum est autē multis modis de ea opinione, & in popularibus disputationibus, & in philosophicis, ideſt, accuratioribus, & philosophico more traditis. Quo nihil clariùs in nostram sententiam dici potuit.

Omnes Veteres Philosophiam ratione aliqua occultasse.

Auscultatorios igitur libros, cur Aristoteles eo stylo conscripserit, nō difficile est intelligere. Omnes enim veteres in ea sententia fuerunt, vt nefas esse iudicarēt naturæ arcana in vulgus palam proferre, qua de causa alij fabularum integumentis, vt prisci theologi, in quibus Orpheus, & Musæus numerantur; alij ænigmatibus, vt Pythagorici, & Platonici quidam; alij dictionis obscuritate, vt Heraclitus, qui ob eam causam σκοτεινὸς, quasi tenebricosus appellatus est, alijque eius sectatores res philosophicas occultabant. Verùm Aristoteles, etsi eorum institutum approbandum censuit; longè tamen aliam occultandæ Philosophiæ rationem excogitauit. Improbatis enim fabularum inuolucris, ænigmatum integumentis, dictionisque obscuritate, quòd facilè in errorem inducant (erat enim ea res ab officio veri Philosophi alieniſſima) tanta dexteritate verbis alioqui proprijs, communique stylo, & vulgato Philosophiam auscultatoriis libris tradidit, vt facilè assecutus sit, quod homo prudentissimus optabat, vt tarda ingenia, & profanos homines, desidesque veritatis perscrutatores à se repellat, atque ad alia studia reijciat, in quibus vtiliùs operam collocent; ingeniosos verò, & indefessos sapientiæ amatores mira quadam voluptate ad se trahat, nullaque illis data erroris ansa paulatim optata veritatis cognitione imbuat: vt apertissimum sit non Alexandri modò: sed communis etiam vtilitatis causa temperasse Aristotelem in hoc librorum genere suum illud, vel Cicerone iudice, aureum orationis flumen, quo alibi sæpe vsus est. Atque hoc ipsum in causa fuit, vt ille antemeridianum tempus, quod grauioribus studijs aptius est, auscultatoriæ doctrinæ tribueret, pomeridianum exotericæ, ac populari. In vtroque tamen genere tam grauiter, tam doctè, tam copiosè etiam, pro rerum, & instituti ratione scripsit Aristoteles, vt nemo penè cum eo videatur conferendus; multi quoque magni nominis Philosophi longè retro relinquantur; sed & plerique insignes viri in eo propè vno legēdo, & explanando benè collocatum vitæ cursum putauerint, nō immeritò persuasi omnem ætatem in eo inuenire quod discat, omne ingenium, in quo se proficere posse non dubitet. Quòd si Aristoteles pleraque tradidit, quæ explicatiùs, politiùs, & omnino meliùs scribere potuisset, condonandum id facilè est. Vt enim primus erat, partim in inueniendis, partim in disponendis, & ad sua initia redigendis rebus; ita non satis potuit omnia eo cultu orationis scribere, quo solent ij, qui cùm ea

Quo pacto id fecit Aristoteles.

Lege Philonē in li. q̄ inscribit Quòd omnis probus liber; Laër. in Pythag. & in Plat. Cicer. 1. de nat. Deo. Macrob. in somniū Scip. c. 2. Bessar. lib. 1. in calumniatorē Plat. c. 2.

Quos lectores suorū operum optarit Arist.

Ammoni⁹ in Prædic. Gale. in frag. de subst. nat. facultatum.

Cur obscurè scripserit.

Gell. lib. 20. cap. 4. Vtriusq; generis librorū Aristotelis meminit Clemens Alexandrin⁹ 5. Stro. Cic. 5. de fin. quem etiā lege 4. ad Atticum epist. 15. Gal. de subst. nat. facul. Gellius lib. 20. c. 4. Ammoni⁹ in præfatione in prędicamēta. Simpl. ibidem, & initio Phys. & alij plurimi.

Eius scriptorum præstantia.

Cur scripta sua non poluerit.

Digitized by Google

ea tractent, quæ planè comperta habent, ad ſolam ſcribendi rationem attendunt.

At ſæpe Ariſtoteles ambiguus eſt, lubricus, & quem neſcias qua parte teneas: ſæpius etiam vafer, & in reprehendendis Veteribus calumniator, vt qui non ſenſum, ſed verba referat, atque vt ſonant, reprehendat, quod ſcribendi genus iniurium eſt. Fateor equidem Ariſtotelem ſæpè obſcurè, aut ambiguè locutum, ſed ijs tantum locis id feciſſe, in quibus non ſatis compertum habebat, quid ſtatuendum eſſet, quid'ue ijs, quæ ipſi contrà occurrebant, reſpondendum videretur. Quod ideò videtur feciſſe, vt occaſionem aliis daret eiuſmodi res meliùs diſcutiendi, ſimulque eorum reprehenſionem declinaret, quam homo cautus, & minimè contemptor gloriæ metuebat. Nec verò calumniæ uitio notari debet Ariſtoteles, quòd ſæpe non ad ſenſum aliorum, ſed ad verba argumentetur. id enim facit, quia illorum philoſophandi rationem non probat, qui ſibi ſolis loquuntur, vt ipſe ſcribit libro 3. huius operis, [a] & fabularum, ænigmatum'ue integumentis, aut dictionis obſcuritate, & inſolentia, vt paulò antè dictum eſt, Philoſophiæ veritatem occultant. quod tribus de cauſis non videtur faciendum. Vna, quia Philoſophiæ munus eſt quærere cauſas patentium effectorũ, vt ipſe docebit primo libro huius operis; [b] vnde fit, vt quemadmodum effecta ſunt manifeſta, ita etiam cauſæ manifeſtè tradendæ ſint. Altera, quia in Philoſophia non alia veritas quæritur, quàm quæ per ſe nota eſt, aut ex per ſe notis deducitur, ſiquidẽ in his poſita eſt omnis perfecta cognitio, ad quam naturale ſciendi deſiderium aſpirat. Tertia, quia occultatio veritatis ſub tegumentis fabularum, & ænigmatum, dictionisque obſcuritate nihil aliud eſt, quàm occaſio errorum aliter, atque aliter interpretantium, quæ præberi non debet à Philoſopho, cuius finis eſt veri cognitio, & boni adeptio. His de cauſis conſueuit Ariſtoteles refellere multorum Philoſophorum dicta, non quòd in ſententias eorum inuehatur, quæ magna ex parte fuerunt ſanæ, aut ſaltem longè probabiliores, quàm vt ipſe eas interpretatur: ſed quia vt ipſi diſplicet ea philoſophandi ratio, ſic operæpretium ducit illam è Philoſophorum ſcholis explodere.

Illud unum cùm in reliquis libris, tum maximè in hoc opere fortaſſe vereatur aliquis, ne multa offendat corrupta, & deprauata, & quæ videantur ab Ariſtotelis ſententia longè aliena. Nam ut plerique hiſtoriæ ſcriptores referunt, Ariſtoteles libros ſuos cum ſchola ipſa Theophraſto diſcipulo legauit. eos Theophraſtus Neleo Sceptio Coriſci filio cum ijs ſimul, quos ipſe conſcripſerat, teſtamento reliquit, qui Neleus diſcipulus & ipſe Ariſtotelis fuerat. Neleus totam bibliothecam Scepſim, hoc eſt, in patriam ſuam comportatam poſteris reliquit, hominibus ſanè imperitis, & quos nulla Philoſophiæ, aut dignitatis cura tangebat; qui Ariſtotelicos libros negligenter primùm ſeruarunt; deinde metuentes ne ſibi ab Attalicis regibus, qui ad inſtruendam Pergami bibliothecam ſtudioſiſſimè

Qua de cauſa ſæpe ambiguè loquatur.

Cur ſæpe ad uerba, nõ ad ſenſum argumentetur.

Philoſophiæ officium.

In philoſophia quænam ueritas quæratur.

Philoſophiæ finis.

Libri Ariſtotelis quo pacto ſeruati ſint.

Euſtrat. 1. Eth. cap. 6. & D. Tho. 3. Meta. lect. 11. & 1. de Cœlo lect. 22. & 1. de Anima. lect. 8. & alibi ſæpe.

[a] cap. 4. text. 15.

[b] cap. 7. text. 44.

2. Metaph. ca. 1. text. 3. Cic. 2. de Finib.

Vt Plutarch. in Sylla. Strabo 13. lib. Geogra. & alij.

diosissimè varia volumina undique conquirebant, eriperentur, terræ in fossos occuluerunt. Postremò situ, & carie (quod erat necesse) multis locis labefactatos, ac corrosos Appelliconi Teio magno pretio tradiderũt, qui vt erat pecuniæ, quàm sapientiæ studiosior, corrosionibus inconsultè, & pro arbitrio suppletis, multis erroribus respersit: quod quidem si cæteris libris accidisse meritò creditur, verisimile est hos ipsos, quibus profundior, & minus cognita Philosophia cõtinetur, multò corruptiores è manibus Appelliconis exijsse. Verùm nõ est quòd de hac re magnoperè simus soliciti. Nam, vt ijdem auctores scribunt, libri Aristotelici, etsi ab Appellicone deprauati sunt, semper tamen eo uiuẽte in eius bibliotheca Athenis delituerũt; quo mortuo, & Athenis à Lucio Sylla dictatore subactis, iussu eiusdem Syllæ Romam translati à Tyrannione grammatico primùm, homine ea ætate doctissimo, eiusque pene æquali Andronico Rhodio, deinde ab alijs posterioribus diligentissimè correcti, & emendati, atque adeò explanati sunt. Vulgatis enim ijs libris adeò solertes, & diligentes enarratores nactus est Aristoteles (quod aliorum magnorum Philosophorum contigit nemini) vt facilè eis fuerit nõ solùm corrupta, & contaminata ex aliis locis ipsius auctoris restituere (præsertim, cùm sibi ipse fuerit vbique similis) sed etiam doctissimis explanationibus illustrare. In quibus sanè prima gloria debetur Alexandro Aphrodisiensi, qui sub tempora Alexandri Seueri Cæsaris primus omnium omnia penè Aristotelis præcipua volumina plenis commentarijs explicauit. Ita paucis quibusdam verbis exceptis, de quibus haud magnoperè pugnandum est, nihil penè cùm in alijs, tum in hoc etiam volumine reperias, quod ex alijs eiusdem Philosophi locis confirmari non possit.

Qua ratione deprauati.

A quibus correcti.

Alexandri Aphrod. gloria in enarrando Arist.

Multę porrò sunt causæ, propter quas ambigi possit de quibusdam libris, qui feruntur Aristotelis, sint ne ab Aristotele cõscripti. Plures enim philosophi nomine Aristotelis vocati sunt, multi etiam eius discipuli de eisdem argumẽtis, de quibus præceptor, libros composuerunt, qui propter doctrinæ cognationem ab Aristotele editi videri possunt. Denique Ptolomæus Philadelphus magna vi pecuniæ libros Aristotelis, aliorumque philosophorum conquisiuit, ad quem multi lucri causa libros ab Aristotele minimè conscriptos pro Aristotelicis afferre potuerunt. De ijs tamen, quos nunc enarrandos suscepimus, tanta est cùm ueterum, tùm recentiorum consensio, vt omnes auctores totum opus Aristoteli Stagiritæ ascribant. Id, quod etiam apertè testantur stylus planè Aristotelicus, plena rerum breuitas, & sententiarum cùm profunditas, tùm etiam cum reliqua Philosophi doctrina conuenientia, atque consensus. Sed iam de Aristotelis ingenio dicendum.

Cur de quibusdam libris Aristotelis dubitari possit.

Laërt. in Ar. Plutarch. in Plat. Ammo. in Prædicam.

De

Digitized by Google

## De ingenio Aristotelis. CAP. III.

Plin. lib. 7. c. 29 lib. 17. ca. 5. lib. 25. c. 2.

Idem Laërt. lib. 4. apoph. 53.

Homeri ingenium.

SVNT qui Homerum ingeniorum fontem, & doctrinarũ parentem appellent, in eaque sententia videantur esse, vt putent illum mortalium omnium ingeniosissimum fuisse, eamque ob causam meritò Magnum Alexandrum, cùm vnguentorum scrinium, quod erat auro, gemmisque pretiosum, inter spolia Darij Persarum Regis inuenisset, variosque eius vsus amici demonstrarent, librorum potiùs Homeri custodiq; deputasse; nempè vt pretiosissimũ humani animi opus quàm maximè diuiti opere seruaretur. Fauet ei sententiæ, quòd Homerus, etsi obscuritate generis, ac nominis, dum viueret, ignotus fuit; adeò tamen ingeniosum opus reliquisse iudicatus est, vt post eius obitum septem clarissimæ vrbes magna contentione de eo sibi vendicando ciue certarent. Verùm ea ingenij laus non vt in hominem Philosophum conuenit, sed vt in Poëtam omnium (saltem quos Græcia vidit) ingeniosissimum. Qua de causa Aristoteles nunc illum oculatissimum, nunc præcipua laude dignum, nunc etiam præ cęteris diuinum appellat. Quanquam enim plurima Philosophię semina per totum suum opus sparsit, eo tamen nomine præcipuè celebratur, quòd in omnibus Poëticę artis partibus excelluerit. Quo circa Plato, cùm sępe alibi Homerum miris laudibus extulisset, in decimo tandem libro de Republica planè asserit, atque adeò latè confirmat, illum nec diuina, nec humana docuisse, sed esse modò Poëtarum omnium, qui Tragœdiam scripserunt, caput, & principium. Atque id sensisse eos, qui Homerum videntur omnibus præferre, ex eo constat, quòd aliàs Aristotelem summum in omni scientia virum; aliàs virum immensę subtilitatis appellent.

Plutarch. in Homer. Cic. pro Archia. Gell. lib. 3. cap. 11.

Eius primæ laus in poësi.

In Poëtica cap. 6. & 22.

Vt in Theęteto, & in Ione.

Iudicia Platonis de Homero.

Plinius lib. 8. cap. 16. & lib. 18. ca. 34.

Alij forsitan dixerint primas ingenij partes tribuendas esse Hippocrati Coo, idque tanquam Philosopho, quòd eius dogmata adeò firma, & certa sint, vt cùm singula penè verba philosophicum aliquod mysterium contineant, à nemine tamen totis iam bis mille annis, vel minima ex parte conuelli, aut erroris argui potuerit. Sed Hippocrates, etsi egregiè philosophatus est, atque in ijs rebus, de quibus disseruit, nullus Philosophorum aut veriùs, aut breuiùs, aut grauiùs scripsit; ea tamen sola tractauit, quæ ad Medicinam pertinent. Cùm verò omnia Veterum de ea re scripta, & vulgatas multorum sententias mirabili iudicio, delectuque collegerit, & plurima, vtilissimaque humano generi per se ipse inuenerit, atque obseruauerit, denique Medicinam ab alijs minus perfectè traditam à se autem optimè constitutam, & digestam ad Aristotelem transmiserit; non dubium est, quin ea in re Aristoteli sit anteponendus. At nos quærimus ingenium omnium Philosophorum in tota Philosophia præstantissimum, quale Aristotelicum fuisse contendimus.

Hippocratis ingenium.

De eius scriptis insignis laus.

a Laërt. in Socra. & Plat.

Atqui[a] Socrates, qui Platonis, Aristotelis, multorumque aliorum insi-

Socratis ingenium.



Digitized by Google

gnium Philosophorum præceptor extitit,& in Philosophia penè parens, iure sibi primas ingenij partes videtur vendicare. Nanque multiplex illius ratio disputandi,vt Ciceronis[b] verbis vtar,rerum item varietas,& ingenij magnitudo Platonis memoria,& literis consecrata plura genera effecit dissentientium Philosophorum; A Socrate[c] enim,quòd ex illius varijs,& in omnem partem diffusis disputationibus alius aliud apprehenderat proseminatæ sunt, quasi familiæ dissentientes inter se, & multùm disiunctæ,& dispares, cùm tamen omnes se Philosophi Socraticos & dici vellent, & esse arbitrarentur. Hinc Plato quicquid scit Socrati videtur attribuere, nec ferè vsquam sententiam suam, nisi Socratis ore,profert: tametsi Socraticæ modestiæ causa, & miræ obseruantiæ, qua Socrates fuit in verum,rarò admodum illum aliquid asserentem inducit. Hinc Aristoteles affirmat vsq; ad Socratem rudem fuisse Philosophiam; eumque primum vniuersalia inuenisse,res definire cœpisse,& Moralem Philosophiam tradidisse. Quòd si Delphicis oraculis, quæ erant totius Græciæ celeberrima,fides aliqua habenda est (sæpe enim cacodæmones, vt fidem apud homines conciliarent,vera nonnulla prædicebant) quis nesciat Socratem Pythiæ oracolo numerosè pronunciatum

Ἀνδρῶν ἁπάντων σωκράτην σοφώτατον;

Ita non immerito videtur Cicero modò illum Philosophiæ parentẽ appellare,modò Philosophorum principem, aliàs eum, qui primus Philosophiam è cœlo deuocauit,& in vrbibus collocauit. Sed vt demus Socratem ingenij acumine omnibus Philosophis, qui ad eius ætatẽ Philosophiam tradiderunt, excelluisse (quod Plato, & Aristoteles videntur iudicasse) certè quòd sapientissimus Philosophorum,& habitus,& vocatus est, non ad ingenium, sed ad vitam, & studia videtur referendum. Socrates enim vel quia in naturalium,diuinarumque rerum cognitione parum se profecturum sperabat, vel quia in vita, & moribus multò plus operæ,ac præsidij, quàm in cognitione rerum à nostris sensibus remotarum, ponendum esse censebat; relictis studijs naturalis, ac diuinæ Philosophię totum se ad morum doctrinam conuertit, quam vsque ad eam ætatem nullus Philosophorum pro dignitate coluerat. Atque hæc ipsa est Philosophia, cuius ille parens dictus est, & in qua Philosophorum princeps iudicatus. Id, quod non tam dictum crediderim, quòd omnium optimè morum scientiam tradiderit (sæpius enim, quàm alij plerique lapsus est in ea re Socrates)quàm quòd eam primus inuenisse censeatur, eique primus se totum consecrauerit, & omnium studiosissimè vitam, & mores ad eius normam accommodauerit; parumque fore ratus si se ipsum meliorem redderet, passim per uicos,& porticus mortales omnes ad virtutum cognitionem, & amorem publicis disputationibus, priuatisque colloquijs, ac vitæ exemplo inflammare non destiterit. Denique hac de causa dicitur ille Philosophiam de cœlo deuocasse,& in vrbibus collocasse. Nam quòd ex eius vario, & multiplici disputandi

vsu

Aug. 8. de ciuit. Dei ca. 3. & 4. Cic. in dialogo de Amicit. & in 1. Academic. quæst. & in 3. 4. 5. Tuscul.

b Cic. 5. Tusc. quæst.

c Cic. 3. de Orat. ad Quintum fratrem. Aug. 8. de Ciuit. Dei c. 4. & Laërt. in Socr. & Lact. lib. 3. c. 19.

Platonẽ ubique induere personam Socratis.

Vsque ad Socratem rudẽ fuisse Philosophiam.

1. Meraph. cap. 6. à tex. 5. & 13. cap. 4. & 1. de part ibus animal. cap. 1.

Socratem omnium sapientissimum iudicatum.

Laërt in Socra. Cic. 1. Acad. 2. edit. & de Amicitia. Plin. lib. 7. c. 31. & lib. 34. cap. 6. Lact. lib. 2. c. 15. & sequent.

Qua ratione.

Arist. 13 Metaph. cap. 4. Aug. 8. de ciuit. Dei. ca. 3. Lact. lib. 3. cap. 13.

Cur ad Moralem scientiam se cõtulerit.

Digitized by Google

vsu variis, ac dissentientibus Philosophorum sectis auctor fuit, non tam in laudibus ingenij, quàm in studio veri inueniendi ponendum est, quo ille ductus nullam in partem se non flectebat disputando. Quin etiam ea philosophandi ratio non nihil imminuit laudes ingenij, simulque ansam præbet insimulandi arrogantiæ eos omnes, qui illam amplexi sunt; quasi veriti sint, ne si aliquid assererent, multos inuenirent, à quibus ipsorum sententiæ refutarentur. Vt enim magni ingenij non est in quauis re hærere, ac vacillare, sed potiùs certis positis principijs tramitem veritatis, quæ vna est, & sibi vbique consentiens, studiosè persequi; ita non est satis modesti animi id vereri affirmare, quasi suum, de quo tanquam de propria sententia reprehendi possit: tametsi Socrates apud Platonem veri inueniendi causa passim optat, vt ab ijs, cum quibus disputat, coarguatur, omnibusque suadet, vt eundem animum induant.

Eius ratio philosophandi non admodū probatur.

Socratis modestia.

Itaque de solo Platone, & Aristotele reliqua nobis videtur controuersia. Latini enim haud difficilè veteribus Græcis ingenij gloriam concedent. Ac Platonem quidem hac in causa Aristoteli esse præferendum ex eo contendunt plerique, quòd dubium non sit, quin Plato multò acutiùs videatur perspexisse res longè positas à nostris sensibus, ad quas Aristotelici intellectus acies non satis pertingebat. Multò enim plura scripsit Plato de diuinis rebus; vnde hic Diuini, ille Dæmonij cognomen inuenit. Deinde nequaquam Aristoteles viginti annos Platonem audiuisset, nisi ab eius ingenio superari suum perspicuè cognouisset. Iam Plato, quòd Græciæ ingeniis non satiaretur, longissimè peregrinatus est; Aristoteles vnicum Platonis ingenium satis esse putauit, vt ex eo proficeret. Deniq; ornamenta illa ingenij, quæ in orationis splendore, & eruditione posita sunt, in Platone magis, quàm in Aristotele enituisse, nemo, inquiunt, dubitauerit; ita omnia sunt plena lectione antiquitatis, ita ornata, & polita, vt non sine causa de Platone dictū sit Ioue, si græcè loquatur non alio, quàm Platonico sermone vsurū. His penè, atq; aliis argumentis adduci potuerunt duo præcipua, vt plerique iudicāt, Latinorum ingenia Marcus Tullius, & D. Augustinus, vt Platonem Aristoteli ubique præferant, ita enim Aristotelem admirantur, vt Platonem semper excipiant.

Comparatio Aristotelis cū Plat.

Cœlius refert lib. 17. c. 17.

Hieronym. epistola. 1. ad Paulinū. August. 8. de ciu. Dei. cap. 4. Laert. i Plat. Cic. in Catone, & 4. Tusc.

Platonis peregrinatio discendi causa.

Eius eloquentia.

Cicero de claris Orat. dictum refert.

Cic. 1. Acad. 2. edit. & 1. Tusc. 9. Augustin. lib. cit.

Hæc tamen nihil obstant, quominus Aristotelis ingenium Platonico anteponamus. Vt enim mittamus reprehensionem illam nihil asserentium (æquè enim in Platonem, atque in Socratem conuenit; tametsi vterque pauca quædam se scire professus est) quænam, quæso, non dico pars Philosophiæ, sed ars ingenua extat, quæ à Platone omnibus partibus absoluta sit. Enituit quidem in illo (quod negari non potest) magna multarum rerum scientia, liberaliumque artium insignis quædam exercitatio, & peritia: sed quam scientiam, aut artem ipse in suis libris perfectè tradat, omnibusque numeris absoluat, quem instituat, ac via & ratione in scientia vlla promoueat, demonstrare nemo potest. Quòd si scientiæ signum est, docere posse, quæ noueris (quod pronunciatum Plato ipse

Præfertur ingenium Aristotelis Platonico.

Scientiæ signum.



Digitized by Google

in priori Alcibiade,& Aristoteles initio huius operis vsurpant) summiq; ingenij,quodque omnia Philosopho digna pro humano captu sit assecutum optima ratione tradere;conijcere hinc possumus Platonem præstantis admodum ingenij fuisse, quippe qui alijs plurima Philosophię secreta egregiè tradiderit: at vt summi Philosophi, primique ingenij titulum meritus sit, omniaque ita docuerit,vt à primis initiis orsus ipsam naturam facientem in vnaquaque re tradenda imitari visus sit; id quidem Aristoteli iure tribuimus; Platoni autem concedere nec debemus, nec possumus. Quid enim Aristoteles non multò absolutiùs, quàm Plato tradidit? Nam ut omittam quæ ab illo iacta sunt Mechanicarum artium præclara fundamenta; Poëticæ item,quæ penè uulgaris res est, grauissimam explicationem; certè Oratoriæ artis naturam, partes omnes, præcepta, ac vsum omnium, qui vnquam scripserunt,ingeniosissimè tradidit. In Dialectica verò arte & si inductiones, & quædam definitionum initia Socrati, ac Platoni tribuuntur; totam tamen ratiocinandi disciplinam, qua in parte tota penè vis, ac difficultas artis posita est, adiuncta etiam locorum doctrina, ipse primus & inuenit,& ita persecutus est, vt nemo post eum quicquam,quod alicuius momenti sit,adijcere potuerit. Philosophia verò de moribus, quam multi inuentam à Socrate, à Platone excultam asserunt, ab vtro, quæso, veriùs, castiùs, ingeniosiùs, & ad vsum accommodatiùs tradita est? vtram vtiliorem iudicauit Christiana Respublica, quæ diuino numine edocta sinceriſſimam de uita, ac moribus doctrinam profitetur? Iam in Naturali Philosophia,nemo est, qui Platonem longè inferiorem fuisse non fateatur: tanta enim est,tamque profunda in omni rerum naturalium genere Aristotelica doctrina; vt quod nobis natura inuidisse,ac occuluisse videri potest,ipse vnus inuenisse, & aperuisse videatur.

1. Metaph. cap.1.

Quàm accuratè Aristoteles omnes disciplinas tradiderit.

1. Metaph. cap.6. tex. 5. & 13. Meta. cap.4. 2. Elench. cap. ult. Laërt. in Pla. Aug. 8. de ciuit. Dei c.4.

At concedamus (inquiunt) Aristoteli naturæ cognitionem, certè Plato de diuinis rebus (quod erat primum contrariæ opinionis caput) plura scripsit, & reconditiora. Verùm si haberemus omnia Aristotelis volumina, id forsitan concedendum non esset. Namque Laërtius refert scripsisse Aristotelem tres libros de Philosophia, qui ad nos non peruenerunt. Cicero in primo libro de Natura Deorum quædam de diuinis rebus citat ex Aristotele in 3. lib. de Philosophia nomine tertij, quæ in hoc opere non habentur. In 2. etiam lib. vtitur argumento Aristotelis ad diuinam prouidentiam confirmandam, quod in libris, qui extant, non legitur. Eusebius quoque Cæsarienſis libro 15. de præparatione euangelica inserit quædam fragmenta libri 7. & 8. de Philosophia Aristotelis, & alia alibi ex eodem auctore citat, quæ etsi ad primæ Philosophiæ doctrinam pertinent, non tamen reperiuntur in hoc opere. Taceo librum de Mundo ad Alexandrum, qui si ab Aristotele editus est, vt quidam boni auctores existimant, satis indicat Aristotelem multa de diuina natura, de beatis mentibus, de prouidentia, de animorum immortalitate,

Plerosque libros de diuinis rebus ab Arist. conscriptos ad nos non peruenisse.

Laërt. in Ar.

Euseb. lib. 15. cap. 1. & lib. 14. cap. 7.

In his est Iustinus Martyr in Orat. paræuet. ad Gentes.

Aristotelis liber de Mundo ad Alexandrum.

Digitized by Google

talitate,& aliis huiusmodi rebus fusiùs scripsisse,quæ in illud quasi compendium faciliori, & gratiori stylo prętermissa etiam disputationum molestia in gratiam Regis collegit. Non desunt quoque ex Recentioribus, qui verisimile putent libros quatuordecim, qui De secretiori parte diuinæ sapientiæ secundum Aegyptios inscripti sunt, & ex Græco in Arabicum primò conuersi tempore Leonis 10. in bibliotheca Damascena inuenti referuntur, Aristoteli esse ascribendos: qui si ab eo conscripti sunt; nihil iam reperiri posse existimant apud Platonem ex Philosophia externorum desumptum, quod accuratiùs etiam ab Aristotele traditum non sit. Atque hos libros suspicantur ijdem significasse D. Thomam in Opusculo de vnitate intellectus contra Auerroëm, cùm testatur se vidisse quatuordecim libros Aristotelis de substantijs separatis nondum in latinum conuersos, qui continerent explicationem multarum quæstionum de Deo, & anima rationis participe, quæ in Physicis, ac Metaphysicis non satis videbantur explicatæ. Nos tamen, quibus hoc verisimile non videtur, libenter quidem concedimus Platonicis plura de diuinis rebus Platonem scripsisse: verùm illud adiungimus, dubium non esse, quin Plato plura etiam in eo genere peccauerit, vt propriis locis facile erit intelligere. At præstat, vt ipse in Theæteto ait, pauca benè, quàm multa malè definire. Qua in re ingenij Aristotelici præstantia iustiùs commendari potest, quòd ea pauca, quæ scripsit de diuina natura, cæterisque substantijs à materia separatis, adeò egregia sunt pene omnia, vt nullum propè dogma de ijs rebus à Theologis vsurpetur (si tamen naturali lumine compertum sit) quod illi è libris Aristotelicis non hauserint. Itaque parùm refert, quòd Platonem eius sectatores Diuinum, Aristotelem verò Dæmonium, quasi medij cuiusdam ingenij inter diuinum, & humanum appellauerint. Nec enim id rectè ex eo colligas, quòd ille plura de rebus diuinis, quàm Aristoteles scripta reliquerit; nisi veriùs, & acutiùs de ijs rebus scripsisse confirmes.

Carpĕtar. in eosdem lib.

Libri de diuina sapientia secundũ Aegyptios.

D. Tho. Opusculo. 16. Sectione 1.

Et si Plato de diuinis rebus plura scripsit, plura tamen peccasse.

Quòd verò Aristoteles Platonis ingenio contentus fuit, Plato autem plura cognoscendi causa multas regiones peragrauit; ad sciendi studium potiùs, quàm ad ingenium referendum est. Quin si Plato ex tam longa peregrinatione tantam externæ Philosophiæ cognitionem in Græciam reportauit, quid opus erat Aristoteli, vt Philosophiæ causa peregrinaretur, relicta Platonis Academia, & aliorum insignium Philosophorum Socratis olim discipulorum familiaritate, eo præsertim tempore, quo magis, quàm vnquam aliàs Athenæ Philosophiæ studijs floruerunt.

Quare Aristoteles discendi gratia peregrinatus non sit.

Ad id verò, quod extremo loco pro Platone afferebatur, non negamus dandam esse Platoni palmam eloquentiæ, quòd is in ea re magis se exercuerit: Aristoteles verò, etsi mirabili proprietate, ac grauitate verborum vsus est, tamen intelligentiæ rerum studiosiùs incubuerit. Id, quod ipse Aristoteles non obscurè significat 2. Politicorum libro. Socratis, inquit, sermones (hoc est, Platonis vbique Socratem inducentis) nimis elaborati

Defertur Platoni eloquentiæ palma.

2. Polit. c. 4.

Digitized by Google

borati sunt, & compti, & qui rerum nouarum tùm inquirendi studium præseferant: sed difficile fortasse est rectè omnia præstare; quasi dicat, adeò studiosè consectanti orationis splendorem difficile esse rerum etiã perfectam cognitionem consequi. Quod verò attinet ad ea lumina orationis, quæ in eruditione posita sunt, nemo inferiorem fecerit Aristotelem, qui eius scripta perlegat, nisi quòd enitet magis eruditio, & varia multarum rerum notitia Platonici sermonis lepore condita. Id, quod in causa est, vt non pauciores humanarum literarum professores, quàm Philosophi sibi quasi iure suo Platonis lectionem vendicent.

Cur Plato à non Philosophis etiam legatur.

Denique cùm Cicero, & D. Augustinus Platonem excipiunt, nisi alia loca inuenirentur, quæ magis Platoni fauerent, dici posset, id eos non iudicij faciendi de vtroque, sed potiùs declinãdi causa dixisse; vt qui nullam de Platonis ingenio sententiã ferre voluerint, cùm Aristotelem omnibus anteponebant; quicquid omninò de eorũ comparatione dicẽdum uideretur. Verùm cùm illi quibusdam alijs locis perspicuo iudicio Platonem Aristoteli præferant; respondendum est, non mirum id esse, cùm ambo Platonem, non solùm doctrinę causa, sed magis fortsitan eloquentię ab ineunte ętate velut præceptorem summo studio coluerint; Aristotelem verò seriùs, ac leuiùs, & solius cognitionis rerum causa legerint: quanquam vix causa hęc ad D. Augustinum deferri potest, qui parum admodum in lectione Aristotelis versatus fuit. Itaque non est, cur Platonis ingenium propter eorum iudicium Aristotelico anteponendum sit, præsertim cùm reliqua fermè Philosophorum schola reclamet, eorũ præcipuè, qui vtrunque Philosophum diligenter, & considerate euoluerunt. Satis nobis sit, quòd Cicero Platoni addictissimus nunc maximè admiretur Aristotelem, nunc illum dicat virum singulari ingenio, dicendi etiam copia, & suauitate incredibili; alias nihil eo fuisse acutius, nihil neruosius, nihil in rebus vel inueniendis, vel iudicandis acrius.

Cur Augusti. & Cic. Platonem Aristoteli anteposuerint.

Quo loco Aristoteles à Cicerone sit habitus.

Quibus eisdem penè titulis illum insignem facit plerisque locis Augustinus Platonici nominis non minùs studiosus. Satis igitur videtur confirmatum esse, ingenium Aristotelis cęterorum omnium Philosophorum ingenijs esse præferendum.

Quo ab Aug.

Quin etiam addiderim, non deesse magnę authoritatis viros, qui Aristotelem ingenij causa præter modum laudibus efferant. Nam, vt alios omittam, Philoponus egregius auctor nõ solùm asserit Aristotelem nullam partem Philosophię imperfectam sua explicatione reliquisse, propriaque fretum solertia vniuersam castigasse, optimisq; præceptis instruxisse; sed etiam in ea humanum captum excessisse. Auerroës item, qui ab eius diligenti explanatione commẽtatoris cognomine appellatus est, operum Aristotelis præstantiã admiratus, nõ dubitat hoc elogio Philosophum commendare; vnum esse Aristotelem, qui credi debeat regula, & exemplar à natura exhibitum, in quo summa perfectio, quę homini in mortali vita degenti naturaliter contingere potest, eluceat, ac demonstretur,

A Philopono.

Philop. in uita Arist.

Ab Auerroẽ.

Auerr. in pœmio Phy. 3. meteorol. non longè à fine 3. de anima cõm. 14. & alijs locis.

Digitized by Google

ſtretur; tantam ingenij vim miraculum quoddam eſſe; eumque, qui hac mentis felicitate præditus eſt, diuinum magis, quàm humanum appellandum eſſe. Quę laudes etſi modum excedunt, vt præfati ſumus, eò tamen à nobis commemoratæ ſunt, vt intelligas quãtum Veteres Ariſtotelis ingenio tribuerint. Sed iam quæ fuerit Ariſtotelica ratio Philoſophandi videamus.

## De ratione philoſophandi Ariſtotelis. CAP. IIII.

PHILOSOPHIA, ſi vim [a] nominis ſpectes, nihil eſt aliud, quàm amor, ſtudium've ſapientiæ; ſi verò rem, cui, [b] auctore Pythagora, hoc nomen inditum eſt, idẽ eſt quod ſapientia. Itaque Philoſophia non eſt actus, habitus've voluntatis, vt nomen præſefert, ſed intellectus. Quem habitum, cùm Pythagoras in ſe imperfectum eſſe experiretur, rogatus à Leontio Phliaſiorum principe qua maximè in re ſapiens eſſet, reſpondiſſe fertur ſe non eſſe σοφὸν, ideſt, ſapientem, ſed φιλόσοφον hoc eſt ſapientię ſtudioſum. Hinc nomen ſapientis, quo plerique ſuperiorum ad inanem gloriam, aut quæſtum abutebantur, in nomen Philoſophi mutatum eſt, & ſapientię in Philoſophię. Itaque differt Philoſophia à ſapientia non aliter, quàm ſapientia inchoata à perfecta, & abſoluta, propter quam nominum cognationem ſæpe alterum vocabulum pro altero vſurpatur. Ita fit, vt nomine Philoſophorum nonnunquam ſignificentur ij, qui nondum perfectam rerum cognitionem ſunt aſſecuti, vt cùm Ariſtoteles primo huius operis libro ait cognitionem effectorum, & ignorationem cauſarum impulſſe homines, vt philoſopharentur, hoc eſt, vt cauſas rerum inueſtigarent: & cùm Plato in conuiuio ſcribit, nec ſapientes, nec prorſus ignorantes eſſe Philoſophos, ſed eos, qui medio quodam modo ſe habent. Aliàs autem ſignificantur ij, qui perfectam rerum intelligentiam ſunt conſecuti, vt cùm Ariſtoteles Philoſophum à Dialectico diſtinguit, & Philoſophiam in varias ſcientias diſtribuit; quo pacto Philoſophia, vt Ammonius ex Platone colligit, eſt cognitio rerum, vt ſunt, ſeu quod eodem redit, perfecta earum intelligentia. Nam definitio illa, qua Stoici dicunt Philoſophiam eſſe rerum diuinarum, humanarumque ſcientiam, non conuenit in quamlibet partem Philoſophiæ, ſed in omnes ſimul, vt nomine humanarum rerum intelligamus inferiores, nobisque familiares, nomine autem diuinarum, ſuperiores, & ab humano conſortio remotiores.

Poſtquam igitur rudis adhuc illa Priſcorum & (vt Ariſtoteles vocat) balbutiẽs Philoſophia expreſſiorem in Socrate formam accepit, tria præcipua Philoſophorum genera ex Ionica familia orta ſunt; tametſi ante Socratem quædam eorum ſemina, aut etiam, quod ad rem attinet, non parua

Philoſophiæ etymologia.

Pythagoras non ſe ſapientem, ſed Philoſophum nominat.

Quid differãt ſapientia & Philoſophia.

Philoſophiæ definitio ex Platone. Ex Stoicis.

Philoſophorum ſectæ ex Ionica familia.

a Cic. 2. Of. fic.

b Aug. 8. de Ciuit. Dei cap. 2. Cic. 5. Tuſcul. Laërt. in præf. uitarum.

c Aug. loco cit. Laërt. in Pythag. ex Soſicrate, & loco cit. ex Heraclide Põtico. Lact. lib. 4. cap. 2. & 14. Cic. 5. Tuſc. Quint. lib. 12. cap. 1.

1. Metaph. cap. 2.

Plato in conuiuio ſect. 8.

Vt 1. Topic. cap. 2. & 4. Metaph. cap. 2. tex. 4. 5. & 6.

Ammon. in prædic. Vt refert Plutarch. initio operis de placitis Philoſophorum.

1. Metaph. c. 7. tex. 51.

Digitized by Google

parua incrementa præceſſerunt; Academicorum, inquam, Stoicorum, & Peripateticorum. Nam Epicurei, etſi quartum genus quoddam Philoſophorum conſtituunt; non ab Ionica tamen, ſed ab Italica familia prodiiſſe cenſentur: & cùm omnia ad voluptatem retulerint; digni ſunt, qui è Philoſophorum choro eijciantur. Ionicam familiam eam vocant, cuius caput fuit Thales, à Mileto Ionię vrbe clariſſima Mileſius appellatus, cui ex ordine ſucceſſerunt Anaximander, Anaximenes, Anaxagoras, Archelaus, Socrates. Italicam eam appellant, cuius author fuit Pythagoras, qui etſi Samius fuit patria, vt plerique volunt, quia tamen in ea parte Italię, quę nunc Calabria, olim Magna Græcia dicebatur, Philoſophiam profeſſus eſt, Italicę familiæ princeps fuit appellatus: cui ſucceſſit Thelauges filius, ei Xenophanes, huic Parmenides, Parmenidi Zeno Eleates, Zenoni Leucippus, ei Democritus, quem audiuit Nauſiphanes Epicuri præceptor.

Epicurei reijciuntur.

Italicæ familię caput Pythagoras.

Aug. de ciuit. Dei li. 8. cap. 2. Laërt. in præf. uitarum. Euſeb. Cæſar. 14. de præpar. Euang. cap. 2. & alij multi.

a Auguſt. & Laërt. locis cit. & in Pythag.

Atque Academicis quidem Gymnaſium Platonis nomen dedit, ipſe verò Plato philoſophandi normam, & auctoritatem. Docuit enim Plato in Academia nemoroſo quodam Athenarum ſuburbano, quod ab Heroë Academo nomen accepit, vt Laërtius ſcribit, atque ea ratione docuit, vt more Socratis nihil aſſerendo, totus in inquiſitionem veritatis incumberet; quæ fuit Academicorum propria philoſophandi ratio. Placuit enim Platoni Socratis ironia, qua ſcientiam diſſimulans in omnem partem ſe vertebat differendo, nihilque ex ſe, ſed aliorum confeſſione concludebat; quod plerique eius ſectatores factum ideo putarunt, quia de rebus omnibus dubitaſſet; tametſi qui illi in Academia vſque ad Arceſilam ſucceſſerunt (quorum primus fuit Speuſippus eius ex ſorore nepos, ſecundus Xenocrates, 3. Polemon, 4. Crates Arceſilæ præceptor) diſſimulationi potiùs ſcientiæ, quàm dubitationi id tribuerunt. Arceſilas verò, cùm Pyrrhonis Sceptici nihil approbantis ſententiam amplexus eſſet (ſi vlla tamen ſententia eſſe poteſt nihil approbantis) primus omnium in Academia docere cœpit, nihil eſſe κατάληπτον, ideſt, comprehenſibile, ſed omnia incerta, & quæ percipi nullo modo poſſent, idque Platonem ex perſona Socratis docere voluiſſe, cùm nihil ex ſe, ſed ex aliorum confeſſione ſcriptum reliquiſſet. Cui philoſophandi rationi qui addictiores fuerunt, σκεπτικοὶ, & ἐφεκτικοὶ, hoc eſt conſideratores, & (vt ſic dicam) cohibitores dicti ſunt, quia metuentes ne quid falſum admitterent, de rebus omnibus hæſitabant, & à quauis aſſertione aſſenſum cohibebant; quo titulo illi à Dogmaticis diſtincti ſunt, qui certa dogmata in Philoſophia ſequebantur. Hinc orta eſt diſtinctio Academiæ in veterem, & nouam ab ijs vſurpari cœpta, qui contendebant mirabilem hanc ἀκαταληψίαν ab Arceſila inductam ſuperioribus Academicis non placuiſſe. Itaque Arceſilas renouato more illo differendi Platonico, quem ſuperiores Academici reliquerant, caput nouæ Academię haberi cœpit, cui ſucceſſit Lacydes Euandri præceptor, Euandro Egeſimus,

Academicorum princeps Plato.

Hieronym. in libello contra Iouinianum. Aug. 8. de ciuit. Dei cap. 12. Laërt. in Plat. & præfat. uitarum Cic. Acad. 1. edit. lib. 2. & alijs locis.

Socratis ironia.

Arceſilas. Pyrrho.

Laërt. in Platone, Arceſila, & alijs locis.

Idē in præf. uitarum, & Aug. de ciui. Dei cap. 12. Lege Lactan. lib. 3. cap. 6.

Sceptici, & Ephectici.

Dogmatici.

Academiæ ueteris & nouæ diſtinctio.

Laër. li. 3. c. 4. Cic. Acad. 1. edit. lib. 2.

Digitized by Google

Eusebius loco cit.

Egesimus, cuius auditor fuit Carneades, à quo 3. Academia propterea dicitur instituta, quòd & Academicum disputandi morem languentem excitauerit, & ἀκαταληψίαν ita retinuerit, vt dixerit tamen aliquid esse certi, & quod approbari possit. Esse enim aliquid probabile non impeditum, cui sapiens sine temeritatis, aut leuitatis nota assentiatur. Quam sectam retinuerunt Clitomachus Carneadis auditor, & Philo huius discipulus, in quo ferè apud Græcos Academia desiit. Ac referunt quidem Academici originem suæ Philosophię non modò ad Platonem, & Socratem, sed ad veteres etiam illos Empedoclem, Anaxagoram, Parmenidem, & Xenophanem, quòd nonnunquam dicant abstrusa esse omnia, nihilque omnino, quale sit, percipi posse. Sed quanta calumnia id faciant Academici, quamque absurda sit eorum philosophandi ratio, alio loco ostendemus. Nunc satis sit nosse hoc genus Philosophorum, Arcesilam præsertim, eiusque sectatores, non secus commouisse, ac concitasse bene constitutam Philosophiam, quàm a Tyberio Graccho (vt Ciceronis exemplo vtar) Romanæ Reip. otium perturbatum est. Desperata enim perceptione, siue comprehensione veri, nihil est, quòd quisquam sapientiæ, quæ nulla futura sit, dare operam debeat; inane fuerit Philosophorum, non solùm studium, sed etiam nomen; nec secus facient, qui verum inuenire enitentur, quàm si volantia (vt ait Aristoteles) insequantur: quod & cum naturali sciendi desiderio, quod non frustrà datum est, & cum euidentissimis experimentis apertè pugnat. Illud etiã absurdissimum ex hac philosophandi ratione sequitur, nihil esse, quod quisquam natura sua laudandum, aut reprehendendum possit dicere, sed solis legum statutis virtutes, & vitia metienda esse; quo quid indignius humana natura, quid etiam seditiosius dici potest? Denique in hoc maximè Philosophorum genus conuenit illa Diui Pauli reprehensio; Euanuerunt in cogitationibus suis. Cùmque plurimæ hæreses in peruersam aliquam philosophandi rationem referri possint, quàm multa opinionum monstra ex hac mentis inconstantia, affectusque libertate prodierint, satis intelliget, qui superiora secula percurrerit: certè nostra ętate in hanc ferè desinit licentia Lutherana, vnde Adiaphori, & qui specioso nomine libertatis conscientiæ se protegunt, denique Gentilitas, & Atheismus.

3. Academię caput Carneades.

Cic. eodem loco.

Academici ad quos referãt originem suæ Philosophiæ.

Incommoda Academicę sectæ.

Eodem loco.

4. Metaphy. cap. 5. tex. 21.

Paul. ad Roman. 1.

Tertullianus aduersus Hermogenem.

Quàm multæ hęreses ad Academiam referri possint.

Laërt. in Zenone Cittico, & in præfat. itarum. Eusebius loco cit. Cic. in Acad. & alii.

Stoici ἀπὸ τῆς στοᾶς, ideſt, porticu nomen acceperunt. Docuit enim Zeno Citticus Stoicorum princeps in quadam Athenarum porticu, quæ ποικίλη (quod latinè est varia) à picturę varietate dicebatur, cuius philosophandi ratio, etsi in aliis pręcessit, in eo tamen excelluit. Nam cùm Antisthenes Socratis auditor magis amasset in præceptore cõstantiam vitę, ac morum, quàm liberam illam in quamcunque partem disputandi consuetudinem, quę Platoni placuit; eò rigoris, ac inhumanitatis processit in Philosophia, vt duram, ac rigidam Cynicorum sectam à mordendi, reprehendendi'ue consuetudine caninam appellatam instituerit. Anti-

Stoicorũ princeps Zeno Citticus.

Antisthenes Cynicæ sectæ parens.



Digitized by Google

stheni ex ordine succesſerũt Cynicus Diogenes, & Crates Thebanus, qui rationem eandem philoſophandi, non modò retinuerunt, ſed etiã auxerunt. Hanc duritiem, & ſeueritatem cùm magna ex parte approbaſſet Zeno Citticus Cratetis diſcipulus, ſimulque diſputandi ambitione commotus aſſiduè διατελήσιν Arceſilæ condiſcipuli euertere conaretur (audiuit enim & Polemonem, cuius diſcipulus fuit Arceſilas) Cynica Philoſophia ad humaniorem formam reducta, ſectam peculiarem inuexit, contrariam omnino Academicorum Philoſophiæ. Nam cùm Academici, quod ad cognitionem attinet, nihil percipi poſſe aſſererent; quod uerò ad affectum, nihil ſuapte natura honeſtum, aut turpe, ſed humano duntaxat inſtituto, & voluntate dicerent; & in res etiam, quæ ſupra nos ſunt (de quibus eadem ratione ambigebant) impij, & iniurioſi eſſent: Stoici contrà tam multa vt certa, & indubitata admittebant, vt ſomnijs etiam fidem habendam dicerent; tanta ſeueritate turpia ab honeſtis, & omnino mala à bonis diſcernebant, vt quoduis delictum nefarium ſcelus eſſe contenderent; peccata quippe omnia, quia contra rationem eſſent, paria eſſe, nec minus peccare eum, qui gallum gallinaceum, cùm opus non eſſet, ſuffocaret, quàm qui patrem occideret; neminem præditum eſſe virtute, qui affectu aliquo etiam miſericordiæ, aut clementiæ, aut gratiæ vel minima ex parte moueretur. Denique adeò humana diuinis ſubiecta eſſe aſſerebant, vt in extremam ſuperſtitionem inciderent. Omnia enim fati neceſſitate fieri aſſeuerabant, & vſque eò inſaniebant, vt vitia etiam quantumuis grauia ab hominibus patrata Deo tribuerent. Quorum peruerſa ratio philoſophandi, quam alijs locis impugnabimus, occaſionem dedit hæreſibus quamplurimis, cuiuſmodi fuit Manichæorum, & noſtra ætate Lutheranorum, in quorum ſectam confluxit omnium errorum colluuies.

Quo pacto Zeno Stoicorum ſectã inuexit.

Academicorũ dogmata.

Stoicorum.

Peripatetici.

Ratio philoſophandi Ariſtotelica.

At Peripatetici, quorum origo ſuprà expoſita eſt, vt auctore Ariſtotele mediam quandam viam ingreſſi ſunt vtraque extrema declinata, ita veram, & germanam philoſophandi rationem inuenerunt. Ariſtoteles enim ſummo ingenio, atque iudicio quaſi arbiter ſedens inter diſſentientes ſuæ ætatis Philoſophos, Academicos præſertim & Stoicorum parentes Cynicos, eam Philoſophandi normam tradidit, qua, & effrænatam aliorum licentiam coërceret, & aliorum duritiem, & pertinaciam retunderet. Docuit enim plurima eſſe ex ſe certiſſima, & indubitata, quæ vocauit per ſe nota; alia verò, quæ eorum perſpicuitate certa eſſent, & quæ conuelli nullo modo poſſent, in quibus artium omnium, & ſcientiarum præcipua dogmata conſiſterent; alia deinde, quæ etſi certa eſſent natura ſua, poſſent tamen admittere aliunde inconſtantiam, quod etiam genus rerum Philoſophorum curæ ſubiectum eſſe voluit. Denique alia vtranque in partem ex æquo poſſe cadere, de quibus iam vt nulla eſſet certitudo; ita neque ſcientia, aut ars vlla. Atque vt in doctrina veri inueniendi rectiſſimam, & tutiſſimam viam docuit; ita & in morum diſciplina. cap. 1.

Ariſtot. in Analyticis, Topicis, 4. Metaph. & alibi ſæpe.

Coniun-

Digitized by Google

Aristoteles 2. Eth. ad Nicomachū, & alibi.

Coniunxit enim virtuti affectus ad mediocritatem redactos, quòd essent officiorum exercitationi non parum vtiles, multarumque insignium actionum instrumenta à natura tributa. Denique de diuina natura multa præclarè docuit. Quanquam enim non attigit penitus interiora illa, quæ diuina reuelatione nobis nota sunt; & in ijs, quæ humano sensu intelligi possiunt, nonnulla peccauit; in impietatem tamen, aut superstitionem Academicorum, & Stoicorum non est prolapsus. Ita factum est, vt cùm Peripatetica disciplina cæteras Philosophorum sectas summa auctoritate correxerit; à sola penè doctrina fidei, christianaque Philosophia emendata sit. Nec verò in ijs tantùm artibus, quæ in rebus versantur, principatum obtinet doctrina Peripatetica, sed in dicendi etiam, differendique tradendis facultatibus. Nam etsi ipse dicendi vsus maior fuit in Academia, è cuius spatijs Cicero se oratorem extitisse gloriatur; ad Philosophum tamen, quatenus Philosophus est, non dicendi vsus, sed constitutio artis dicendi spectat, quę à nullo Philosophorum accuratiùs, quàm ab Aristotele tradita est. In differendi autem facultate, etsi plerique sunt, qui Stoicis primas deferant, quòd differendi formas omniū diligentissimè sint persequuti; id tamen magis ob præceptorum multitudinem, & subtilitatem, seu, vt verius dicam, tenuitatem, quàm propter doctrinę præstantiam dictū crediderim. Tradidit enim Chrysippus Stoicorum in hac re princeps plurima, & exquisitissima differendi præcepta, quorum causa sæpe Stoici apud Ciceronem Peripateticis insultant, eosq; quasi tardos in arte differendi contemnunt. Sed primùm facile eis fuit multis, ac præcipuis differendi præceptis ab Aristotele traditis multa etiam addere, seu potiùs ex Aristotelicis quasi fontibus diducere. Deinde Stoici sola iudicandi parte assumpta totam inueniendi rationem reliquerunt; Aristoteles non solum inueniendi methodum primus inuenit, sed totam etiam iudicandi rationem ita emendauit, auxit, atque fundauit, vt eius quoque auctor meritò & dici, & haberi debeat. Postremò aliud est, grauiter, moderatè, & accommodatè ad vsum, differendi præcepta tradere, quod fecit Aristoteles; aliud nullo pondere rerum, nulla habita ratione vtilitatis per infinitas concludendi formulas, quas vsus nescit, expatiari; quod vt nulli acutiùs, quàm Stoici, fecerunt, ita nulli spinosiùs, & inutiliùs. Quocirca parum refert, quòd illi Peripateticos quasi tardos in differendi ratione irrideant, cùm magis ipsi ridendi è toto terrarum orbis theatro cum tota penè ingenti illa Chrysippi bibliotheca multis iam seculis eiecti sint, solaque Aristotelis Dialectica teratur manibus, sola in Philosophorum scholis audiatur. Quapropter cùm ratio philosophandi Aristotelis tanto interuallo cæteras anteierit; mirandum non est, si Peripatetica doctrina morte Aristotelis, Theophrastique eius successoris, & Academicorum auctoritate (quę eo tempore ingens erat) longo annorum spatio suppressa, & penè sepulta, inuentis tandem, ac cognitis libris Aristotelis tanta sese luce extulerit, vt breui dis-

Præfertur cæteris Peripatetica doctrina.

Vt Aug. contra Cresconi. c. 19. Cic. de Clar. Orat.

Cur primas partes in Dialectica Stoicis deferantur à quibusdam.

Vt 3. de finib.

Cic. in Top. ad Trebat.

Inueniendi methodū prætermissam ab Stoicis.

2. Elench. & alibi.

Cic. de Orat. ad Brut.

Auctoritas doctrinæ Aristotelicæ quāta.



Digitized by Google

iectis Academicorum, & Stoicorum tenebris omnes totius Orbis scholas obtinuerit, eumque locum in Christiana Republica (quod maximæ auctoritatis argumentum est) sit consequuta, vt eius tantùm alumni insignibus Doctorum Philosophię ornandi iudicentur.

## Cur prisci Ecclesiæ Doctores Academiæ veteris, & Stoicam doctrinam Peripateticæ antepoſuerint.

## CAP. V.

NON est tamen silentio prætereundum hoc loco, quantò aliter prisci Ecclesię Doctores de Aristotelica doctrina videantur sensisse, ne causa huius rei non cognita verioris Philosophię Magistris repugnare videamur. Etenim Augustinum clarissimum Ecclesię Occidētalis lumen (ab eo enim, quasi recentiori potissimùm exordiar) Platonis doctrinam non modò ingenij causa, de qua re antè dictum est; sed veritatis, & soliditatis doctrinę, qua de nunc agimus, ita cæterorum omniū doctrinis prætulit, vt sæpe dixerit, Platonicæ familię Philosophos facillimè omniū, pauciſq; mutatis posse fieri Christianos, quòd eorum disciplina cum Christiana maximè consentiat. Hieronymus verò summę eruditionis, ac præcipuę auctoritatis Doctor videtur Stoicos cęteris prę ferre, quòd in plerisq; cum nostra, idest, cælesti disciplina concordent. Eius prę ceptor Gregorius Nazianzenus, cui singularis diuinarum litterarum cognitio Theologi cognomen peperit, vsque adeò Aristotelis doctrinam deprimit, vt theologum hominem instruens in hæc verba prorumpat; Nimis humana, atque abiecta huius viri dogmata confuta, & cæt. Epiphanius libro 2. contra hæreses scribit, nouos quosdam Aristotelicos à præceptore suo Aristotele veneni iaculationem sibi ipsis affricuisse, & Spiritus Sancti innocentiam, ac mansuetudinem perdidisse. Et lib. 3. doctrinam Aristotelicam fabulamentum appellat; Hæc, inquit, tollunt totum syllogisticum verborum tuorum, o Aëti, fabulamentum; & fieri non potest, vt nos impellas, vt discipuli fiamus præceptoris tui Aristotelis. Tertullianus multò his antiquior, & D. Cypriano iudice Latinorum scriptorum optimus, miserum vocat Aristotelem doctrinæ causa, aliisque huiusmodi conuitijs, vt hominem in philosophandi ratione infelicem, sæpe exagitat. Denique Iustinus Martyr primitiuæ Ecclesiæ egregius Philosophus, in ipsa prima Christianæ familiæ institutione, non contra Platonem, non contra Stoicos peculiarem librum scribendum putauit; sed contra vnum Aristotelem, vt eius dogmata refelleret. Hæc fortasse non immeritò dicat aliquis nostro instituto aduersari.

Verùm is si maturè rem expendat, apertè intelliget non esse nostrum, seu potiùs totius Orbis hac ætate iudicium Patrum iudicio contrarium.

Nam

Platonis doctrinam anteponi ab Aug.

8. de Ciuit. Dei per multa capita.

Vt in epist. ad Dioscori, quæ est 56. & in lib. de vera relig. c. 4.

Stoicorum ab Hieronymo.

Hierony. in Isaiã ad c. 11.

Carpitur Aristotelica.

In Oratione 1. de Theolo. contra Eunomianos. Hæresi 69.

Hæresi 76.

Tertull. lib. de præscriptionibus aduersus hæreticos.

Liber inscribitur de quorundam Aristotelis decretorum reprehensione.

Digitized by Google

Nam si Aristotelis dogmata prima quidem specie spectentur, & cum veteris Academię, ac Stoicorum decretis conferantur, nulla magis videbuntur abhorrere à Christi Seruatoris nostri doctrina. Quàm uidentur Aristotelica doctrina aliena à nostra disciplina.

Si enim de vita, & moribus sit quęstio, nemo dubitabit Stoicorum disciplinam similiorem videri nostræ. Aristoteles enim eum solum dicit beatum, qui cum actione virtutum, satis bonorum corporis, & fortunę

Nazianz. ad Philagrium. possideat: Stoici verò bonum virum beatum esse pronunciant, etiã si in Phalaridis tauro cõcremetur, quod planè cum doctrina Christi uidetur consentire, qui beatos esse docet eos, qui labores, & ęrumnas propter virtutis cultũ perferunt. Quocirca Enchiridion Epicteti nobilissimi Stoici,

9. De Ciuit. Dei c. 5. vt eum appellat Augustinus, Institutio quędam videri potest hominis Christiani ad veram felicitatem contendentis, quòd sola animi bona curare doceat.

Si verò quęstio sit de Mundi origine, de Animorum immortalitate, de bonorum prędmio, & pœna malorum, atq; omnino de vniuersa Dei prouidentia, quę sunt Christianæ religionis prędcipua fundamenta; nemo non putabit, si modò prima quasi superficie rem consideret, Platonicam doctrinam plurimùm cum nostra conuenire; Aristotelicam à nostra valde alienam esse. Docet enim Plato, quemadmodum & fides orthodoxa, Mundum initium habuisse, quem tamen Aristoteles ab omni ęternitate fuisse non solum affirmat, sed etiam forsitan se demonstrasse putat.

In Timæo.

In Phædone, & sæpe alibi. Asserit nobiscum Plato animos immortales esse; at de ea re Aristoteles ambiguè, & inconstanter videtur loqui. Ponit Plato bonorum præmia, & malorum supplicia, atque ad omnia omnino Dei prouidentiam extendit, quemadmodum & nos: Aristoteles verò nec de præmio aut supplicio quicquam perspicuè scribit, nec peculiarem Dei prouidentiam in rebus, quæ gignuntur, & intereunt, videtur agnoscere.

In Timæo. Denique si controuersia sit de ijs, quæ sunt supra humanum captum, solaque diuina reuelatione nota esse possunt, legimus in Platone productionem diuini Verbi, quod est arcanorum orthodoxæ fidei maximum, & alia pleraque eius generis mysteria, quæ in sacris voluminibus habentur: ea tamen Aristoteles non solùm non attigit, sed doctrina etiam sua videtur impugnare.

Cur prisci doctores magis infectati sint Aristotelem. Hac de causa, etsi ab exordio nascentis Ecclesiæ omnibus Philosophis repugnarunt catholicæ fidei Doctores, stultam esse docentes omnem sapientiam, quæ doctrinæ Christi aduersaretur; in id tamen præcipuè incubuerunt, vt Peripateticæ doctrinæ auctoritatem eleuarent. Didicerant quidem ex Christo Seruatore nostro Philosophos omnes fures fuisse, & latrones, quòd non essent ingressi per ostium fidei, diuinæque reuelationis, quæ per illum completa est; quòd multas Dei veritates in iniustitia detinerent; quòd plurimos errores pro veritatibus venditarent.

Ioan. 10.

Ad Rom. 1.

Ad Coloss. 2. Didicerant quoque ex Paulo cauendum esse, ne fideles deciperentur per Philosophiam, & inanem fallaciam secundum traditionem hominum, secun-

Philosophorum error.

secundum elementa Mundi, & non secundum Christum. Verùm quia cæteri Philosophi fermè auctoritate humana, & traditione pugnabant; Peripatetici rationibus ijs, quas putabant ab ipsa rerum natura, earumque principijs, & elementis duci (quæ machina vehementiùs ciuitatis Dei muros quatiebat) quia item Platonici multa fidei dogmata nostris concedebant, Stoici vita, & moribus cum Christiana disciplina haud parum concordabant; vnus verò Aristoteles videbatur alumnis fidei, & rerum humanarum contemptionem, (quæ propria est Christiani pectoris) & Christum ipsum eripere; meritò quotquot ea ætate doctrinæ laude floruerunt, in vnius potissimum Aristotelicæ doctrinæ euersionem conspirarunt. Hinc factum est, vt quanquam in omnes Philosophos multæ à nostris edebantur apologiæ, multæ etiam ingeminabantur reprehensiones, & iustæ indignationis verba proferebantur; cuius generis fuit illa Tertulliani sententia, Philosophos esse Hæreticorum patriarchas; & illa Gregorij Theologi, in Ecclesiam, velut quasdam plagas Aegyptiacas perniciosè irrepsisse Philosophos; & descriptio illa à Tertulliano cœpta, ab Hieronymo tradita, Philosophus est gloriæ animal, & populatis auræ vile mancipium: in vnum tamen præcipuè Aristotelem, eiusq; sectatores hæc omnia, & libentiùs, & acriùs, & multò sæpius prodirent. At uerò si Philosophorũ placita attentiùs considerentur, planè perspicitur, in ijs ipsis, in quibus Aristoteles disciplinæ fidei repugnat, turpiùs lapsos esse cæteros; & nonnunquam illum videri errasse vbi, si rectè intelligatur, neq; hallucinatus omnino est, nec veræ doctrinæ aduersatur.

Reprehenduntur in genere Philosophi.

Tertull. aduersus Hermogenem.

Nazian. in Orat. de mode. in disput. seruanda.

Hierony. in epist. ad Iulianum, post Tertull. in li. de Anima.

Aristoteles minus errasse, quàm cæteros.

Nam quod attinet ad sententiam de beatitudine, meliùs quidem sensissent Stoici, si quæstio esset de beatitudine in spe, de qua Christus Seruator noster loquitur, cùm beatos eos esse aserit, qui multa propter iustitiam patiuntur, non autem de beatitudine in re, vt dici solet, hoc est de ipsa beatitudine in se ipsa, de qua omnes Philosophi loquebantur. Hoc enim pacto, cùm omnes quærerent, quibus in rebus posita esset huius vitæ beatitudo, meliùs loquutus est Aristoteles; præsertim cùm non crediderit ipsam humanæ beatitudinis esse ntiam constitui ex bonis corporis, aut fortunæ, sed hæc ad exercitium multarum virtutum, in quibus illa consisteret, necessaria esse; quo pacto dicimus necessarias esse homini manus, non vt homo sit, qui abscissis manibus homo est, sed vt sit perfectus, atque integer, omnesque humanas operationes exercere possit: Estque huiusmodi Aristotelis opinio nostrorum Theologorum sententiæ planè consentanea, qui in supernaturali etiam hominis beatitudine bona corporis, & externa, vt accidentariam partem, requiri dicunt, qua parte Christus Seruator noster apud nos carere voluit, vt pro salute nostra sanguinem effunderet. Quocirca cùm humana omnia in hac vita tam sint obnoxia mutationi, & incõstantiæ; sapienter adiecit Aristoteles, eos, qui fruerentur beatitudine ea, quam tradiderat, nõ beatas esse mentes, sed beatos homines, hoc est, vt fert humana conditio, & natura.

Matth. 5.

Sententia de beatitudine.

In 4. sent. d. 49.

1. Eth. c. 10.

Quod

Digitized by Google

De Mundi origine.

Quod verò attinet ad controuersiam de Mundi origine, grauiter quidem in ea errauit Aristoteles, non solùm quia non fuit ex æternitate, sed etiam, quia neque forsitan totus in hunc modum esse potuit, quo à Deo conditus est, quod lib. 12. patebit: uerùm grauiùs errauit Plato, si illum ex elementis, quæ ab omni æternitate confuso quodã motu agitata extitissent (quemadmodum scriptum reliquit) in temporis aliquo initio factũ esse voluit. Quocirca plerique eius sectatores de absurditate huius sententiæ conuicti, nec luce Orthodoxæ fidei illustrati, ad Aristotelis sententiam confugiunt; nec aliud Platonem, quàm Aristotelem in ea re sensisse dicunt; sed tantùm vt fabrica Mundi ex æternitate cõditi intelligeretur, præmissam à Platone fuisse elementorum confusionem, quasi non ordinem temporis, sed naturæ, & cogitationis, quo partes priores sunt toto, in ea fabrica significauerit.

In Timæo.

Alcinous in Inst. ad Doct. Platonis c. 12. Simpli. 1. de cœlo, & alij plerique.

De animæ immortalitate.

In quæstione verò de animæ humanæ immortalitate clariùs quidem, quàm Aristoteles, locutus est Plato, etsi vterque immortalem esse docuit. Verùm si error fuit, vel potiùs culpa, obscuriùs de ea re loqui, quàm res tanta postulabat; apertiùs errauit Plato, qui omnes omnium hominum animas vel ex æternitate, vel initio tẽporis productas affirmat, easq; ex alijs corporibus in alia circuitu quodam migrare facit, nec veras formas existimat, sed quanque esse in suo, vt in naui gubernatorem: cùm tamen Aristoteles verissimè doceat veras esse formas, & perfectiones humani corporis, neque animam v. g. Socratis priùs extitisse in natura rerum, quàm corpus Socratis informaret, vt docet libro huius operis duodecimo.

In Menone, Phædone, & sæpe alibi.

cap. 3. tex. 17.

De Prouidentia diuina.

Porrò in quæstione de vniuersa Dei prouidentia, non negamus Aristotelem pauca admodum, cursimque duntaxat, & quasi aliud agentem tetigisse; quidque sentiret de peculiari cura, & administratione rerum, quæ gignuntur, & intereunt, non satis explicasse, quòd fortasse nondum compertum haberet, quid in ea re dictaret naturalis ratio, quam vnam sibi ducem proposuerat; tametsi in libro de Mundo ad Alexãdrum apertè loquitur non modò de peculiari cura, quam Deus habet de rebus omnibus, quæ sunt apud nos, sed planè etiam de vindice eius iustitia in flagitiosos, & beneuolentia, ac fauore, quo prosequitur bonos, & qui bene, beateque viuere student: à quibus non abhorrent ea, quæ ab eo dicuntur extremo decimo de Moribus ad Nicomachum. At Plato etsi in eadem re multa scripsit, satisque suam sententiam aperuit; in multis tamen aduersatur veritati non solùm Catholicæ fidei, sed etiam rationis naturalis, cuiusmodi est Pythagorica fabula de expiandis criminibus anteactæ vitæ in corporibus bestiarum, & his similia.

Ad finem.

cap. 8.

De reb⁹, quæ superant humanum captum.

Denique concedimus nihil Aristotelem scripsisse de productione diuini Verbi, quod tamen nõ errori, sed puræ ignorationi tribuendum est. At Plato ita eam malè intellectam ex diuinis literis in Timæum trãstulit, vt fons Arianorum meritò haberi possit, quo eodem nomine D. Thomas

Digitized by Google

mas[a] Origenem appellat, Platonicæ doctrinæ ſtudioſiſſimum. Equidem crediderim verum eſse, quod plerique[b] auctores aſserunt, hauſiſse Platonem ex ſacris voluminibus in Aegypto cognitionem diuinæ legis, librorumque Salomonis, & Prophetarum, quam eius ſcripta plerisque locis redolent. Verùm homo ethnicus humano ſenſu omnia intelligens, & fortaſse corrigere auſus, occaſio fuit quàm plurimis noſtrorum, vt in varios errores inciderent, quorum ille de productione diuini Verbi maximè inſignis fuit. Quocirca Tertullianus, alioqui Platonis ſtudioſus, conſiderans cunctas hęreſes ad eam vſque diem ex illius doctrina vel ortas eſse, vel auctas, & corroboratas, omnes ad illum, quaſi ad caput retulit his verbis: Doleo, inquit, bona fide, Platonẽ omnium hęreticorũ condimentarium factum. At Ariſtoteles, quia in humanam Philoſophiam nihil admittendum cenſuit, quod probare humanis rationibus non poſſet; maluitque in rebus diuinis tractandis citrà conſiſtere, quàm diuina oracula proprio iudicio interpretari; nullam ille quidem vel adumbratam Chriſti cognitionem tradidit; ſed tamen eius philoſophandi ratio & paucos admodum, aut propè nullos hęreticos peperit, & tam multa, tamque prędara documẽta naturali lumine cognita poſteritati reliquit, vt nulli ex hoſtibus ſuis Eccleſia Chriſti tam ampla, & pretioſa ſpolia detraxerit.

Platonẽ hauſiſſe multa ex ſacris literis.

Platonem hæreticorũ condimentariũ.

Hæc cùm procedente tempore Eccleſię doctores apertiùs intelligerent, viderentque Orthodoxam Chriſti fidem non humanę ſapientię verbis, ſed virtute ſpiritus paulatim deieciſse omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei; nihilque iam eſse, cur tantopere à Philoſophis timendum videretur; tum demum cogitantes, qua ratione effici poſſet, vt illorum diſciplinę fidei obſequio, multisque fidelium commodis ſeruirent; quaſi mutata velificatione Peripateticam doctrinam prę-ferre; Academicam veterem, & Stoicam (de noua enim Academia, quia ſatis per ſe abſurda erat, parùm curatum eſt à noſtris) in inferiorem locũ, ideſt, ſuum cogere cœperunt. Videbant enim Ariſtotelis errores perſpicuos eſse, & qui neminem laterent; cętera, quę ab eo tradebantur, egregia eſse, & quę mirum in modum pijs iuuandis, & hęreticis, ac Gentilibus coarguendis conducerent: contrà verò Academię veteris, & Stoicorum placita ſpecie religionis, & pietatis plurimos incautos decepiſse, & in varia hęreſum barathra prępcipites dediſse. Ita ſenſim curarunt, vt permiſſu, & authoritate vniuerſalis Eccleſię (quę in dies & cognitione rerum proficit, & fidelium ruinis fit cautior) ſolus penè Ariſtoteles in ſchollis audiretur; ſolus in Philoſophia leges, & prępcepta daret. Qua ex re illud eſt cõſecutum, vt Ariſtotelica doctrina ſacrę fidei regulis correcta, & emendata, adeò benè merita ſit de Chriſtiana Republica, vt tota propemodum Philoſophia ſtet hodie Ariſtotelis vnius inſtitutis ſeruandis, & quaſi veſtigijs perſequendis. Ita perſpicuum arbitror, neminem, qui temporum rationem habeat, inſtitutumque priſcorum Patrum apud ſe perpen-

Qua ratione cœpit Ariſtoteles præferri cæteris.

a 2.p.9.34 ar.1.

b Aug. 8. de ciui. Dei c.11. Luſtinus Martyr in Paræneſi ad gẽtes. Cyrillus contra Iulianũ, & alii plurimi.

In libro de Anima.

Digitized by Google

perpendat, iudicaturum, contra eorum ſententiam feciſſe nos, qui Ariſtotelicam philoſophandi rationem cęteris antepoſuerimus.

Nunc, vt ad ea veniamus, quę propriè hoc opus attingunt, ſeptem quaſi capita explicabimus, quibus totius tractationis ſumma continetur; auctoris inſtitutum; ipſius operis neceſſitatem; ſubiectum; dignitatem; utilitatem; inſcriptionem; & partitionem.

## De inſtituto Ariſtotelis in hoc opere, ipſiusque operis neceſſitate, & ſubiecto.

## CAP. VI.

Inſtitutum Ariſtotelis in hoc opere.

INSTITVIT Ariſtoteles tradere in hoc opere cognitionem rerum earum, quę nec materia conſtant, nec in materia exiſtunt, omniumque attributorum, quę illis cum cęteris rebus ſunt communia. Quod vt aggrederetur, duabus cauſis adductus eſt. Vnâ, quia res, quæ ab omni materiæ concretione ſunt liberæ, peculiari indigebant tractatione, eoque magis, quòd earum natura à noſtris ſenſibus remotiſſima eſt, multoque à cæteris diſiunctior, quàm quæ diuerſis alijs ſcientijs explicantur. Altera, quia communia rerum omnium attributa in nulla cæterarum diſciplinarum tradebantur. Cùm enim quæque certum aliquod genus rerũ ſibi tractandum aſſumpſiſſet, quod inductione cernere facile eſt; reliquũ fuit, vt inſtituenda neceſſariò eſſet alia tractatio, in qua traderentur omnia, quæ cunctis rebus communiter conuenirent. Nec enim res, quæ in cæteris ſcientijs explicantur, ſola nominum ſocietate inter ſe conueniunt; ſed rationis etiam, & naturæ cognatione. Cur autem in ea potiùs ſcientia, quæ ageret de rebus materiæ expertibus, agendum fuit de communibus attributis rerum omnium, duplex eſt ratio. Vna, quia quæ communiter omnibus conueniunt, cùm analoga ſint, priùs natura de rebus materiæ expertibus dicuntur, quàm de ijs, quæ habent aliquam cum materia coniunctionem. Altera, quia cùm dicantur de vtriſque, nullam prorſus in ſuis rationibus materiam includunt, vt hac ex parte in cęteris ſcientijs, quarum omnis cura eſt de rebus materiatis agere, tractari non poſſint. Et quidem, ſi nullæ res eſſent materiæ expertes, vt rudis quorundam priſcorum Philoſophia putauit, communia hæc attributa à naturali Philoſopho tractanda forent, ipſaque Philoſophia naturalis prima eſſet Philoſophia, vt Ariſtoteles libro ſexto huius operis doctè animaduertit. De ijs enim rebus duntaxat communia illa dicerentur, quę materiam in ſuis rationibus includerent, quo fieret, vt nec ipſa quoque ſine materia explicari poſſent; quo pacto, quia res omnes naturales materia conſtant, ipſa etiam rerum naturalium communis ratio materiæ expers non eſt. Nunc autem, cùm naturalis Philoſophia viam aperuerit,

4. Metaph. c. 2. tex. 2.

Cur in hac ſcientia de cõmunibus rerum omnium attributis agẽdum.

Sublatis rebꝰ materiæ expertibus tolli Metaphyſicã.

6. Metaph. cap. 1. tex. 3.



Digitized by Google

vt res materiæ expertes in rerum natura necessariò esse fateremur; eadem ratione communium attributorum tractatio cœpit aliena intelligi à Philosophi naturalis disputatione, & qui antè sapientes, primique Philosophi credebantur, iure, ac meritò suo nomine cœperunt dici Naturales, quòd vltra res materiæ participes non processissent.

Cur hæc scientia necessaria.

Philosophia.

Homo.

Humana felicitas.

Inuento igitur harum rerum genere, non fuit illud à Philosophis vlla ratione prætermittendum. Primùm, ne earum rerum, à quibus cæterarum cùm existentia, tum perfecta cognitio pendet, nulla apud nos foret scientia, vanumque esset Philosophiæ nomen, quod notione sua diuinarum, & humanarum rerum, summarumque causarum veram cognitionem pollicetur. Deinde, ne homo, qui partim rerum corporearum, partim incorporearum naturæ particeps est (qua de causa ab alijs Nexus Dei, & Mundi: ab alijs rerum materialium, & immaterialium Horizon appellatus est) cognitione earum, cum quibus inferiore sui parte communicat, edoctus, ea ignoraret, cum quibus præstantiore portione conuenit; quod esset ab hominis dignitate alienissimum. Postremò ne id, in quo præcipuè posita est humana felicitas (posita est autem potissimùm in cognitione rerum præstantissimarum, vt idem auctor extremo de Moribus ad Nicomachum libro docet) minimè omnium ab homine curaretur; cùmque tam multis in rebus humana industria desudet, hanc vnam, cuius præcipuo desiderio ducuntur homines, quasi ad se non pertinentem relinqueret.

Lege Philon. Iud. lib. de opificio Mundi.

Arist. 10. Eth. ad Nicomach. cap. 7.

Metaphysicæ subiectū finis.

Ex his, quodnam sit operis subiectum, facilè intelliges. Cùm enim subiectum cuiusque scientiæ id sit, quod & vnum est, & ea omnia complectitur, quæ illius curę præcipuè subijciuntur, & quorum illa naturam, & affectiones se tenere profitetur; nemini dubium erit, quin Id, quod est, siue Ens, qua ratione est ens, sit huius tractationis subiectum, quippè cùm Ens, & suo modo sit vnum quippiam, & omnia complectatur, quæ sine materia, aut omnino existunt, aut certè intelliguntur, quorum hæc scientia & naturas nosse, & affectiones intelligere præcipuè studet. Sed hæc cùm ab ipso auctore initio libri 4. tradantur, fusiùs à nobis eo loco explicanda sunt.

4. Metaph. c. 1. tex. 1. & lib. 6. cap. 1. tex. 2.

## De dignitate, & vtilitate huius scientiæ.

## CAP. VII.

Cur cæteris scientiis nobilior Metaphysica.

Obiectionis dilutio.

EST etiam perspicuum ex dictis, hanc scientiam esse omnium Philosophiæ partium longè nobilissimam, cùm eius subiectum res eas complectatur, quæ sunt omnium præstantissimæ; substantias, inquam, omnes corporis expertes, atq; adeò Deum ipsum Op. Max. Quòd si quis obijciat eas scientias esse præstantiores, quæ accuratioribus vtuntur in probando rationibus,

Digitized by Google

fionibus, proindè longè præstantiores esse Mathematicas, quæ ex accuratissima demonstrandi ratione disciplinarum nomen inuenerunt; hoc pacto respondendum est. Primùm quidem: etsi hæc scientia, vt à nobis in hac vita participatur, longè minùs certũ, & accuratum sibi vendicet demonstrandi modum, propterea quòd res, in quibus versatur, longissimè distant à nostris sensibus: si tamen ea absolutè, ac simpliciter spectetur, etiam Mathematicas scientias demonstrandi certitudine, ac perfectione superare. Versatur enim in rebus non modò simplicissimis, & suapte natura notissimis; sed etiam maximè omnium stabilibus, vt potè omnis materiæ, ac mutationis expertibus. Qua de causa Aristoteles in præfatione huius operis ait, hanc scientiam non esse humanam possessionem; & rursus, eam à solo Deo, aut maximè possideri. Deinde verò, etsi dignitas scientiarum, tam ex certitudine demonstrandi, quàm ex præstantia subiectorum sumi potest, vt auctor sæpe docet; tamen nisi cætera sint paria, non esse eam simpliciter, & absolutè colligendam ex gradibus certitudinis (alioqui certissima, & exquisitissima scientia rei nullius momenti esset nobilissima, quod nemo dixerit) sed ex præstantia subiectorum, vt idem docet 11. huius operis, cùm iudicat præstantiorem, atque deteriorem scientiam ex suo quanque subiecto appellandam, nulla interim facta mentione de ea nobilitate, quæ ex ratione demonstrandi ducitur. Hinc illud est natum, quod idem primo de partibus animaliũ in hanc sententiam scriptum reliquit: Res illas superiores etsi leuiter attingere possumus; tamen ob eius generis excellentiam nos amplius oblectari, quàm cùm hęc nobis iuncta omnia tenemus.

Mathematicas nobis esse certiores.

Suapte natura minùs certas.

Cap. 2.

Vnde scientiarum dignitas colligenda.

Veluti 8 top. cap. 2. & 1. de Anima cap. 1. tex. 1.

11. Metaphy. c. 6. & 6. Meteor. c. 1. tex. 2.

1. de Partibus animaliũ c. 5.

At vtilitas huius scientiæ, aut nulla fortasse, aut perexigua alicui videatur. Auocat enim à ciuilibus actionibus necessaria quadam mentis abstractione, sine qua Philosophi in hoc rerum genere nullum progressum facere possunt. Deinde, cùm polliceatur magnarum, & sublimium rerum cognitionem, eamque post longa admodum studia pro dignitate non tradat, fallere videtur sectatores suos. Postremò, breue vitæ spatium, quod in alijs scientijs humanæ vitæ necessarijs ponendum esset, haud parum imminuit propter rerum difficultatem, cùm tamen ipsa minimè omnium sit necessaria, vt ipse Aristoteles docet in præfatione huius operis. Hinc fit, vt prisci illos Philosophos Thaletem, Anaxagoram, & similes, qui primis causis rerum inuestigandis, contemplandisque intimis rerum naturis se totos consecrarunt, sapientes appellandos esse, prudentes verò minimè censeant quidam apud eundem 6. Ethicorum libro, quòd admiranda quidem, sed inutilia humanæ vitæ exquirerent: cui sententię ipse Aristoteles eo loco minimè repugnat.

Cur hæc scientia inutilis ui deri possit.

Cap. 1.

6. Eth. ad Nicomachi c. 7.

Verùm si quis æquo animo attendat, planè intelliget, hanc disciplinã non solùm vtilem, sed in primis etiam vtilem humano generi dicendam esse, modò vtilitatem non metiamur solis pecuniarum, aliarumue terrenarum facultatum lucris, quod faciunt profani homines. Et quidem

Metaphysicæ utilitas.



Digitized by Google

De utili, & honesto diuersæ sententiæ.

Stoici, qui nihil vtile, nisi quod honestum est, & quia honestum est, esse putauerunt; quam vtiliorem scientiam ea censuissent, quæ est omnium honestissima? Peripatetici verò etsi bona quędam, quę ex se honesta non sunt, vtilia esse volunt; an non ipsi vtiliora iudicabunt, quę sunt homine digniora? Quid verò homine dignius, quàm ad diuinarum rerum cognitionem aspirare? Certè vera vtilitas rerum ex supremo fine ęstimanda est, vt quę ad illum magis conferunt, verè vtiliora meritò censeri debeant. Quęnam verò humana scientia magis ducat hominem ad altissimarum rerum contemplationem, in qua pręcipuè humana felicitas consistit; quàm ea, cuius illud est pręcipuum munus, & officium, vt earum cognitionem exquirat? Mitto vtilitatem, quæ ex illa eius functione manat, qua cęteras omnes artes constituit, ac communit, quòd eam apertè agnoscant cęteri artifices, qui initia suarum scientiarum considerant, quique accuratiùs aliquid tractandum suscipiunt. Dicant ij, an sine primæ Philosophiæ prędio aliquid magni momenti ad prima vsq; principia persequi possint. Iam Theologi quid non defendunt contra Ethnicos, & sæpe etiam contra hæreticos primæ Philosophiæ principijs, & doctrina muniti? Certè si alij artifices aliena à proprijs æquo iudicio distinxissent, dubium non esset, quin magnam suæ doctrinę partem primę Philosophię acceptam retulissent. Nunc autem, cùm plus ęquo in primę Philosophię terminos irruperint; plerique sunt, qui eius opes, quas velut proprias possident, illi deberi non agnoscant. Denique vel vnum illud ad eius vtilitatem commendandam satis esset, quòd maximum eius capessendę appetitum naturę Auctor hominibus indiderit, à qua sententia Aristoteles hoc ipsum opus exorditur: neque enim frustrà, sed maximi potiùs alicuius emolumenti causa ea propensio humanę naturę ingenita est. Denique qui hanc disciplinam vtilem non esse contenderet, insignis ne ignorantię nomine, an impietatis crimine notandus esset, non facilè quiuis iudicauerit. Ad id verò, quod obijciebatur, auocare eius studium à ciuilibus actionibus, respondendum est, tantùm abesse, vt id inutile sit humano generi, vt maximè etiam sit necessarium. Est enim necesse, vt in Republica benè constituta, alij diuinis rebus vacent; alij ab illis instructi actiones ciuiles ad earundem rerum cognitionem accommodent. Siqui verò sunt, qui vtrunque prędare possint, ij excellentes viri, & verè regij haberi debent. Quòd verò multi se quasi deceptos conqueruntur, quòd post longum tempus exiguam quandam diuinarum rerum cognitionis particulam sint assecuti, vitio eorum ascribendum est; vel quia exiguum existiment, quod maximum habet momentum; vel quòd Dedalęa temeritate (vt ita loqui liceat) altiùs sperarint se posse conscendere, quàm humana conditio in mortali hac vita ferat. Id enim non pollicetur humana Philosophia, sed malè coërcita sciendi cupiditas, quę tamen intra modum, vt cętera humana, continenda est. Ex quibus satis intelligitur, quàm parum habeat virium extremum con-

Vnde vtilitas metienda.

Quæ vtilitas ab hac scientia in cæteras redundet.

Diluuntur rationes contra vtilitatē Metaphysicę propositæ.

tra

tra huius scientiæ vtilitatem argumentum. Nam, quod Aristoteles ait, cæteras omnes disciplinas magis esse necessarias, de ea necessitate intelligendum est, quæ ad victum, & cætera corporis emolumenta refertur.

## De inscriptione, & partitione huius operis.

## CAP. VIII.

A quo libri inscripti fiat.

INSCRIPTI porrò sunt hi libri siue ab Aristotele, siue à Theophrasto, qui eius opera magna ex parte in ordinem digessit, nomine rerũ, de quibus agunt, τὰ μετὰ τὰ φυσικά, hoc est, Post naturalia; qua in oratione verbum, Post, non ad naturæ ordinem, sed inuentionis referendum est. Nam, etsi hæc tractatio continet scientiam eorum, quæ natura sunt prima; ea tamen post cognitionem rerum naturalium inuenta sunt. Quia verò Philosophi in inuestigandis rebus, de quibus hæc scientia disserit, ab inferioribus ad superiora progressi sunt, non abs re multi eandem inscriptionem sic explicant, quasi dicas, Supra naturalia, siue quæ supra naturã sunt, quo pacto Natura definita est initio 2. lib. de naturali auscultatione, seu quod idem est, Quæ sunt in altissimo rerum gradu posita. Hinc factum est, vt scientia ipsa, quæ his libris traditur, simplici nomine appellari soleat à Recentioribus Metaphysica, quasi Post naturalium, aut Supranaturalium scientia, cùm ab Aristotele sæpe appelletur prima Philosophia; aliàs absolutè Philosophia, quasi præcipua pars Philosophiæ, vt 4. lib. huius operis cap. 2. & 3. & lib. 1. Physicorũ extremis penè verbis; aliàs Theologia, quòd de diuinis rebus disserat, vt libro 6. capite 1. & lib. 11. cap. 6. aliàs Sapientia, quòd primas rerum causas teneat, vt in ipsa huius operis præfatione, & cap. 2. lib. 3. aliàs Domina, & princeps reliquarum, & cui cæteras contradicere nefas sit, veluti duobus proximè citatis locis, & 1. Post. cap. 7. vt quæ omnium principia confirmet, ac stabiliat.

2. Phy. cap. 1. tex. 3.

Quibus nominibus hæc scientia appelletur.

Lib. 4. Meta. tex. 5. & 8. li. 1. Phy. tex. 81. Lib. 6. Meta. tex. 2. 1. Meta. c. 2. 3. Met. tex. 3. tex. 70.

Diuisio huius operis.

Diuiditur verò totum opus in præfationem, & tractationem. Præfatio, quæ primis duobus capitibus continetur, tota ad commendationem huius scientiæ confertur. In tractatione verò hæc continentur. Primùm in reliqua parte primi libri referuntur, & magna ex parte refutantur Philosophorum placita de causis. In 2. agitur de modo inuestigandæ veritatis. In 3. proponuntur, & pro vtraque parte disputantur plurimæ quæstiones in reliquis libris dissoluendæ. In 4. constituitur huius scientiæ subiectum, eiusque affectiones declarantur, & maximè communia principia traduntur. In 5. distinguitur ambiguitas multorum ad hanc scientiam pertinentium, & eorum minùs præcipua membra ad prima quasi capita reuocantur, omniaque congruis explicationibus declarantur. In 6. traditur, quo pacto Metaphysicus de ente disserat, & quædam

Secundus lib.
Tertius.
Quartus.
Quintus.
Sextus.

Digitized by Google

quædam entis significata ab huius scientiæ propria consideratione reiciuntur. In 7. agit Aristoteles de Ente per se, ac reali, quod in decem prædicamenta diuiditur; potissimùm verò de substantia materiali. In 8. de principijs constituentibus huiusmodi substantiam, materia videlicet, ac forma. In 9. de Ente, vt diuiditur per potentiam, & actum. In 10. de Vno tum per se sumpto, tum etiam, vt cum multis confertur. In 11. & priore parte duodecimi multa repetit, quæ in hoc opere, & in libris Physicis scripserat, vt ex ijs gradum faciat ad substantias separatas, de quibus tandem agit in posteriori parte libri duodecimi, ac præcipuè de prima omnium rerum causa. Denique in 13. & 14. lib. disputat contra Platonem ad euertendas Ideas, & Mathematica separata, quę ab illo inducta sunt: quæ disputatio cùm à multis seculis parùm vtilitatis afferat, & ex dictis vtcunque intelligi possit, ferè ab huius operis enaratoribus prætermittitur.

Septimus.
Octauus.
Nonus.
Decimus.
Vndecimus.
Duodecimus.
Duo extremi.

Quòd igitur ad primum librũ attinet, multa Aristoteles propter rerum tractandarum magnitudinem initio præfatur. Primùm enim ex

Primus lib.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ
τῆς μετὰ τὰ φυσικὰ
ἄλφα τὸ μεῖζον.

Κεφ. Α'.

Ἅντες ἄνθρωποι τοῦ εἰδέναι ὀρέγονται φύσει. σημεῖον δ' ἡ τῶν αἰσθήσεων ἀγάπησις. καὶ γὰρ χωρὶς εἰς

appetitu sciendi hominibus à natura dato, ex quo non vtilitas modò, sed necessitas etiam huius scientiæ colligitur, obiter se insinuat in gratiam eorum, qui eius studium carpebant. Deinde longo ductu aperit quæ sit natura huius disciplinæ. Tertio loco tradit illius dignitatem, & præstantiam. Postremò docet, quis sit eius scopus, ac terminus, hoc est, qua in re eius perfectio, & absolutio consistat. Quibus rebus tractandis ingeniosè explicat quatuor quæstiones illas, An sit? Quid sit? Qualis? & Propter quid? quas ipse tradiderat 2. lib. de Posteriori resolutione, vt in quibus cuiusque rei propositæ tractatio consisteret. Aggressus autem ad tractationem rerum, quę sub hanc scientiam cadunt, quoniam ea primùm respicit primas causas, easque pro virili parte inuenire, ad tradere conatur; repetit principio quadripartitam causarum diuisionem à se traditam 2. Physicorum libro, vt ea proposita expendat, cæteri ne, an ipse meliùs de rerum causis senserit. Deinde refert ex ordine ea dere placita Philosophorum, qui ipsum præcesserunt, forsus ab antiquioribus, ijsque, qui ab inquisitione infimæ causæ cœperunt philosophari. Postremò aliorum sententias partim refutat, partim ad suæ confirmationem assumit.

Cap. 1.

Ca. 3. tex. 27.

Capitis

*Capitis primi explanatio.*



Causæ, ob quas hæc scientia impugnatur.

MNES [a] homines] Plerique Aristotelis ætate duabus potissimùm de causis inuidiam conflabant huius scientiæ studiosis. Vna, quòd frustra tentarent eam assequi doctrinam, quæ humanum captum superaret. Altera, quòd inaniter sectarentur disciplinã, quæ nec necessaria humanæ uitæ, nec utilis esse videretur. Ac prior quidem reprehensio, quę primùm profecta uidetur à Simonide Cœo Poeta Lyrico, cuius meminit Aristoteles tum apertè hoc ipso libro cap. 2. tum tacito nomine 10. Ethic. cap. 7. scientiam hanc nullam apud nos esse contendit. Posterior uerò (cui pro se etiam de diuinis rebus scribere incipiẽte respondet Cicero initio operis de natura Deorum) scientiam quidem ipsam nõ inficiatur; uerùm nihil eã emolumenti humano generi afferre putat. Quæ sanè insectatio, siquis animum aduertat, eodem reuoluitur. Aut enim hæc scientia ab Auctore naturæ hominibus negata est; aut inutilis non est. Quamobrẽ Aristoteles hoc loco partim ut quæstionem, An est, de hac scientia explicaret (tunc enim illa nõ uidetur prætereunda, cùm de rei existentia dubitatur) partim ut obtrectatoribus occurreret; sapienter, orsus est ab hoc generali pronũciato, quo asserit appetitũ sciendi ipsius scientiæ causa esse omnibus hominibus naturalem. Nã cùm nomine scientiæ intelligatur perfecta rei cognitio, illud primùm ex hoc pronunciato sequitur; appetitum huius scientiæ, quæ tota hac prefatione Sapientiæ nomine appellatur, esse hominibus maximè naturalem. Est enim sapientia, perfectissima rerum cognitio, quam omnes audito sapientiæ uocabulo communiter concipiũt. Sequitur deinde, hanc scientiam neque esse impossibilem, neque inutilem; proinde nec laborem, qui in eam impenditur, esse reprehendendum. Neque enim naturæ Auctor, qui (ut scribit Aristoteles) nihil frustra molitur, dedisset hominibus adeò naturalem appetitum huius scientiæ, nisi illa & aliquo modo ab hominibus obtineri posset, & humano generi magnopere conduceret.

Cur Arist. ordiatur ab appetitu sciendi hominib. indito.

Quando quæstio An est tractanda.

Sapientia.

1. de Cœlo. c. 4. tex. 31. & 2. de Cœlo c. 8. tex. 50. & c. 11. tex. 59. & 3. de Anima c. 12. tex. 60. & cap. 9. tex. 45. & alibi. tex. 21. tex. 48. tex. 23.

Hoc loco illud animaduertendum est, sciendi uerbo, seu perfectè cognoscendi, in hoc pronunciato intelligendam esse certam, & euidentem rerum notitiam, tum diuisiuam, tum definitiuam, tum etiam demonstratiuam; siue ex ea fiat demonstratio, quæ est notitia principiorũ; siue per demonstrationem cõparetur, quæ est notitia conclusionum. Omnis enim huiusmodi notitia solet uulgò appellari scientia, tametsi Aristoteles nonnunquam solam tertiam, & quartam scientiæ nomine complectitur, ut in 1. Poster. cap. 3. aliàs definitiuam etiã adiungit, vt capite ultimo huius lib. diuisiuam verò, non scientiam, sed cognoscendi modum nuncupat, vt 2. Post. cap. 5.

Quid hoc loco scientiæ nomine intelligatur.

Illud etiam animaduertendum est, etsi eodem uerbo sæpe intelligitur sciendi habitus; hoc tamen loco potiùs intelligendum esse actum sciendi: habitus enim, qui ad actum eliciendum à natura institutus est, propter ipsum actum expetitur; quo fit, ut naturalis appetitus, quo scientiam appetimus, magis in actum sciendi, quàm in habitum feratur. Hoc idem confirmari potest argumẽto sensuum, quod Aristoteles subijcit, in quo nomen sensus non pro ipsa potentia, sed pro actu sentiendi sumitur, ut paulò pòst patebit.

Appetitũ sciẽdi in actũ magis, quàm in habitũ ferri.

[b] Cuius rei signum est] Confirmat id, quod dixerat, argumento à minore. Experimur

# ARISTOTELIS METAPHYSICORUM LIBER PRIMUS.

## CAP. I.



*MNES [a] homines natura scire appetunt. cuius [b] rei signum est ipse amor sensuum. Etenim remota*

Digitized by Google

rimur enim appeti à nobis ipsa natura impellente cognitionem sensitiuam, non solùm alterius emolumenti causa; sed etiam per sese, & sui tantùm gratia. Hinc enim fit, ut aspectus carior nobis sit cæterorum sensuum perceptionibus, non modò, quia certior est, sed etiam, quia multarum rerum differentias ostendit, atque adeo plurium, quàm cæterorum omnium sensuum actibus cognoscantur. Quòd si nobis huiusmodi appetitus naturalis est, potiori ratione appetitus perfectæ cognitionis naturalis censeri debet; cùm imperfecta sensuum notitia, à qua omnis nostra cognitio incipit, ad perfectam suapte natura dirigatur.

Cur nobis carior visus, quàm reliqui sensus.

εἰς [c] τῆς χρείας ἀγαπῶν᾽ δι᾽ ἑαυτὰς, ἢ [d] μᾶλιστα τῶν ἄλλων ἡ διὰ τῶν ὀμμάτων. οὐ [e] γὰρ μόνον ἵνα θεάτωμεν, ἀλλὰ μηδὲν μέλλοντες θεάτειν τὸ ὁρᾶν αἱρούμεθα αὐτὸ παίτων, ὡς [f] εἰπεῖν, τῶν ἄλλων. αἴτιον δ᾽ ὅτι μάλιστα ποιεῖ γνωρίζειν ἡμᾶς αὕτη τῶν αἰσθήσεων, καὶ πολλὰς δηλοῖ διαφοράς. φύσει [g] μὲν οὖν αἴσθησιν ἔχοντα γίνεται τὰ ζῶα. ἐκ [h] δὲ τῆς αἰσθήσεως,

Cap. 2.

Duplex sensus & utilitas.

c Remota vtilitate ] Duabus de causis datus est hominibus sensuum usus, quod Aristoteles docet in libro de sensu, & sensili. Vna, salutis, & incolumitatis, cæterorumque uitæ commodorum gratia, vt, cùm eorum ministerio necessaria, aut cōmoda ad uitam degendam cognoscerent, ea quærerent; incommoda uerò, & exitialia fugerent. Atque hæc sensuum vtilitas communis est homini cum cæteris animantibus. Altera, ipsius cognitionis sensitiuæ in se spectatę causa, non quatenus refertur ad uitæ tutelam, aliá ve corporis emolumenta: quę utiliras propterea est homini propria, quòd cognitio sensitiua hoc pacto sumpta suapte natura dirigitur ad intellectiuam, quæ cæteris animantibus negata est. Hinc fit, ut cæteræ animantes (quod Albertus doctè annotauit) non ducantur cupiditate uidendi, audiendiúe quicquam, nisi alicuius rei ad uitam necessariæ, aut commodæ quærendæ, aut incommodæ fugiendæ causa; homo uerò solius cognitionis studio ad plurima uidenda, & audienda moueatur, etiam cùm id corpori nocet, multaque affert uitæ incommoda. Cùm igitur Aristoteles ait [Remota, siue excluſa, & prætermissa utilitate] non excludit eam vtilitatem, quæ sequitur ipsam per se cognitionem sensitiuam speculatiuè, vt ita loquar, spectatam, sed reliquas omnes vtilitates, quæ ex sensibus proueniũt, præsertim cùm exclusiuæ dictiones, ut aiunt Dialectici, nō excludant cōcomitantia. Quare nō excluditur his uerbis ea utilitas, quā intellectus percipit ex ministerio sensuum; quin potius ex hac ipsa uim habet argumentum hoc loco ab Aristotele propositum. Itaque locus hunc in modum intelligendus est [Remota quauis alia utilitate ipsi perse cari sunt] ut ferè exponi solet. Eodem pacto Aristoteles capite sequenti ostendens scientiam hanc esse liberam, & sui solius gratia, non excludit eas utilitates, quæ metaphysicā cognitionem consequuntur, in quibus numeranda est voluptas, quæ percipitur ex primarum causarum consideratione: sed potiùs hunc in modum apertè scribit [Vnde patet, eam à nobis nullius alterius utilitatis causa perquiri] innuens habere illam peculiarem utilitatem, & quidem tantam, vt ipsa sola suis opibus contenta uideatur.

Hoc loco tract. 1. c. 4.

Dialecticorū regula.

d Is maximè, qui fit per oculos ] Hinc patet uerbum, sensus, non pro facultate, sed pro actu accipi hoc loco. Neque enim sentiendi facultas, sed actus sentiendi fit per oculos. Idem patet ex periodo proximè sequenti, in qua non de uidendi facultate, sed de actu sermo est. Aduerte tamen rariùs apud Latinos usurpari nomen, sensus, pro sentiendi actu, quàm apud Græcos.

Quid nomine sensus significetur hoc loco.

e Non enim vt agamus solùm ] Hoc etiam loco plerique subaudiunt uerba [Aliquid aliud] ut sit sensus; Non enim solùm; ut aliquid aliud agamus, & cæt. Quod propterea addunt, quia ipsum etiam cognoscere per sensum, uidetur esse quoddam agere. Verùm non est necesse quicquam adiungere. Neque enim Agere quod græce est, πράττειν, unde Praxis nomen etiam à Latinis usurpatur, propriè conuenit in

Agere propriè, quid.

Digitized by Google

Ad caput 1. nit in actum cognoscendi purè contemplatiuum, & ad nihil aliud relatum, ut lib. 6. patebit. Itaque Agendi uerbum non sumitur hoc loco, quatenus significat actionem latè acceptam, sed quatenus opponitur uerbo, contemplandi, siue cognoscendi solius cognitionis causa, seu, quod idem est, quatenus significat actionem, ut opponitur puræ contemplationi.

*mota* [e] *ut ilitate ipsi per se cari sunt, is* [d] *maximè, qui fit per oculos. Non* [e] *enim ut agamus solùm, sed nihil etiam acturi ipsum uidere omnibus, ut* [f] *ita dicam, alijs anteponimus. Causa uerò est, quòd hic sensus unus ex omnibus maximam nobis rerum cognitionem afferat, multasq; differentias ostendat.*

*Natura* [g] *igitur animalia ab ortu sensum habent: ex* [h] *sensu autem in*

e Omnibus, vt ita dicam, alijs] Verbum [omnibus] non potest ullo modo referri ad actus sentiēdi, quatenus nomine αἰσθήσεων significantur: dicendum enim foret græcè πασῶν ἄλλων, non πάντων ἄλλων cùm nomen αἴσθησις fœminini sit generis. Dicet fortasse aliquis, referendum esse ad res omnes, ut sententia ita concludatur; [ipsum uidere omnibus alijs rebus anteponimus] quo pacto per hyperbolen dicere solemus, nihil nobis esse carius lumine oculorum, etiam si uita ipsa longè nobis sit carior. Addet quoque uerba [ut ita dicam] inserta esse, ut significaretur, figuratam esse locutionem, nec simpliciter ueram. Sed plane obstat sequens periodus, in qua nō redditur causa, cur aspectum cæteris rebus omnibus anteponamus, sed cur cæteris sensibus. Dicendum est igitur, uerbum [omnibus] ad sensus, siue actus sentiendi referendum esse; non tamen, ut nomine αἰσθήσεων significantur, sed quatenus significantur uerbis infinitis uidendi, audiendi, & cæteris, quale est græcè, τὸ ὁρᾶν, latinè, ipsum uidere, quod præcedit. Verba autem [ut ita dicam] propterea adiecta sunt, quia dubium esse potest, num carior nobis sit uidendi actus, etiam solus cognitionis causa (quo pacto de sensibus hoc loco sermo est.) quàm cæterorum omnium sensuum cognitiones; saltem, si coniunctim accipiantur: quanquam, etsi diuisim sumantur, non satis perspicua res est propter auditum, quem multi cognitionis causa aspectui præferrent, si alterutro priuandi essent. Notandum.

g Natura igitur animalia] Hoc loco docere incipit, qui enim sit natura huius artis, hoc est, in quarum rerum consideratione uersetur, quod pertinet ad quæstionē Quid est. Id autem ut commodius faciat, multa tradit de gradibus cognitionis. Atque in primis ait, sensitiuam cognitionem omnibus animalibus naturaliter esse communem. Omnia enim necessariò prædita sunt duobus sensibus, gustus, & tactus, ut ipse docet libro de sensu, & sensili: tactu quidem, ut cognoscant ea, ex quibus constant; gustu uerò, ex quibus aluntur. Aristoteles 1. de sensu, & sensili ca. 1. & 3. de Anima c. 12. tex. 62. 63. 64.

h Ex sensu autem] Tradit tres gradus cognitionis brutorum animalium. Primus, ac infimus est eorum, quæ non cognoscunt res sensibiles, nisi cùm illę adsunt. Secundus, siue medius eorum est, quæ possunt etiam illarum in absentia meminisse, non tamen adeò eleuatum modum cognoscendi habent, ut possint ab alio doceri. Tertius, ac supremus ad ea pertinet, quę non tantùm possunt in absentia illarum meminisse; sed etiam suo modo doceri. Tres brutorū animantium gradus ex cognitione sumpti.

Primus cernitur in conchylijs, & alijs quibusdam animalibus aquaticis, quæ marinis scopulis adhærescunt, & ut uno uerbo dicam, in iis omnibus, quę progredi ex loco in locum non possunt. hæc enim non indigent sensibus, quibus res distantes cognoscant, cùm ad illas proficisci nequeant; qua ratione fit, ut solis duobus antedictis gustus, & tactus, quos omnibus animalibus necessarios esse diximus, prędita sint. Quoniam uerò eadem ratio est, ut non indigeant memoria, (siquidem memoria ideò præcipuè data est brutis animantibus, ut certò petere possint locum absentem antè cognitum, alicuius rei quærendę, aut fugiendę causa) efficitur, ut huiusmodi animalia Cur memoria data animantibus.



Digitized by Google

nec sint disciplinę capacia, quia carent auditu, nec item prudentia, quia carent memoria. Vt enim disciplina auditu indiget; sic etiam prudentia eget memoria. Prudens enim ex memoria præteritorum disponit præsentia, & prospicit futuris; Videntur quoque nonnulla animalia, quæ locum mutant, carere memoria, ut quidam uermes humi repentes imperfectæ admodum formæ, qui non reuertuntur ad certa loca, sed semper uagantur, & quoquo uersus errant, nisi quòd ea petunt frequentiùs, unde uel aëre propitiori, aut solo aptiori inuitantur. Quo fit, ut non rectè uideatur dictũ à quibusdam, ideò datam esse animalibus memoriam, ut possint continuare motum progressiuum, nisi subaudiant [ad quærendum locum antè cognitum] Id, quod etiã ex eo confirmatur, quia pleraque animalia ex ijs, quæ memoria prædita sunt, simulatque in lucem prodierunt, mouentur ex loco in locum, cùm interim nullius rei antè cognitæ memoria ducantur. Secundus gradus cognoscendi cernitur in apibus, & alijs, si quę sunt, quæ cùm memoria prædita sint, auditu tamen carent. His enim concedit Aristoteles prudentiam, quia ex rebus, quas meminerunt, possunt aliquod uitę regimen accipere: negat tamen disciplinam, quia carent auditu. Quanquam illud intelligendum est, non omnia bruta animantia, quę memoria prædita sunt, esse prudentia, sed quædam ex ijs esse stolida, ut ea, quę facilè capiuntur. Tertius denique gradus cernitur in cane, elephanto, & alijs omnibus, quæ præter memoriam, sensum quoque auditus habent: atque hęc ab Aristotele dicuntur non solùm prudentia, sed etiam disciplinæ capacia.

Non omnia animalia, quę locũ mutent, memoriã habere.

In his est D. Tho. hoc loco lect. 1. parte 3.

Non semper in bestijs cũ memoria prudẽtiam coniunctam.

1 Obiecta contra ea, quę Aristoteles docet.

Sunt tamen nonnulla, quæ contra hæc obijci possint. Primum, quòd non rectè dictum sit in explicando primo genere animalium, ideò præcipuè datam esse brutis animalibus memoriam, ut petere possint locum absentem antè cognitum. Muscæ enim mouentur ex loco in locum antè cognitum, & tamen Magnus Albertus hoc loco ea ratione ostendit eas carere memoria, quòd flabello repulsæ identidem se ingerant, immemores plagę acceptę.

Hoc loco tract. 1. c. 6.

Alberti sñia de muscis, q careãt memoria.

2 Secundum, quòd non rectè negauerit Aristoteles prudentiam in primo genere animalium, eandemque concesserit in secundo, & tertio. Nam, si prudentia propriè sumatur, ut est habitus agendi recta cum ratione, quo pacto definitur 6. Ethic. in nullo genere brutorum animalium concedenda fuit: si uerò sumatur per translationem, eaq; omnia dicantur prudentia, quæ id faciunt, quod facerent, si prudentiam haberent; nõ solùm in secundo, & tertio genere, sed etiam in primo concedenda erat; siquidem animalia primi generis, etsi non mouentur ex loco in locum (qui motus dicitur progressiuus) mouentur tamen motu dilatationis, & constrictionis ad amplectenda ea, quæ sibi conducunt, & refutanda contraria; quæ sanè opera similia sunt operibus prudentiæ.

Cap. 5.

3 Tertium, quòd non rectè putauerit requiri memoriam in apibus, ut prudentes dicerentur; siquidem apes recèns natæ, cùm adhuc non sint expertæ hyemem, ut ex illius memoria cibum futurę hyemi quærant; iam inde tamen prudentissimè id faciunt.

4 Quartum, quòd non rectè dixerit apes non habere auditum; manifesto enim experimento constat, eas conuocari ad noua aluearia leui sono, & deterreri contrario.

5 Quintum, quòd nec illud etiam rectè dixerit, omnia, quæ memoriam, & auditum habent, esse disciplinæ capacia. Nam, si hæc affectio propriè accipiatur, in solis hominibus reperitur: si uerò translatitiè, non est, cur negetur apibus, cùm illæ in ratione uiuendi præseferant disciplinam optimè constitutæ Reipublicæ. Quòd si illa hoc loco dicuntur disciplinæ capacia, quæ docilia sunt, & uoce hominis quasi docentis assuescunt ad aliquid faciendum; ne hoc quidem modo rectè uidetur dictum, omnia, quę memoriam, & auditum habent, esse disciplinæ capacia. Serpentes enim, & quamplurimæ feræ, & si memoriam, & auditum habent: nulla tamen hominis quasi doctrina institui possunt, ut aliquid agant.

Obiectorũ dilutio.

Sed haud difficilè hæc omnia dissoluuntur. Ad primum enim respondendum est,

est, eiusmodi animalia flabello repulsa, non ideo identidem se ingerere, quia careant memoria, sed quia stolida sunt: alioqui liceret colligere, pleraque alia, quę manifestiùs omnes sensus habent, carere aspectu, & auditu, quòd petita iaculis ualde propè ferientibus, sæpe non moueantur loco; quod in ranis, & cuniculis accidere uidemus. Quare, ut in his animalibus non defectus uisus, & auditus, sed stoliditas quædam in causa est, cur non statim se loco moueant; sic illa, non quia careant memoria, sed quia stolida sunt, continuò in eum locum reuertuntur, unde sunt repulsa. Accedit, quòd nimius etiam appetitus horum animalium in causa esse potest, cur ab obiecto præsenti non facilè arceri possint. Ita patet argumentum Alberti nihil efficere. Quin etiam eodem probari potest, eiusmodi animalia prædita esse memoria; siquidem repulsa ex re, qua delectantur, mox ad eandem reuertuntur; quod facere non possent adeo certo itinere, nisi memoria retinerent locum, ex quo eijciuntur. Alberti sententiæ refutatio.

Ad 2. respondendū est, prudentiam hoc loco non accipi propriè, sed per translationem, nempe pro quadam sagacitate, quæ in suis effectibus ueram prudentiam imitatur. Non est tamen illa primo generi brutorum animalium à nobis proposito ascribenda, quia nullius animalis sagacitas plenè imitatur prudentiam, nisi quæ ex cognitione præteriti potest futura prouidere. Prudentiam dupliciter sumi.

Hinc patet solutio tertij. Illa enim sagacitas, qua apes ante cognitionem præteriti in futurum sibi prospiciunt, non est plena imitatio prudentiæ. Quapropter, nisi illę ex memoria alicuius rei moueantur ad aliquid faciendum, ut cùm ad propria aluearia reuertuntur, non utique prudentes dici debent; quod rectè hoc loco Albertus, Alensis, Scotus, & Aegidius annotarunt. Hoc tamen interest inter ueram hominis prudentiam, & brutorum animalium (ut alia mittam discrimina) quòd homo, ex memoria præteriti, adhibito rationis discursu, concludit hoc, uel illud esse faciendum; bruta uerò animantia ex memoria præteriti instinctu quodam naturæ ad id impelluntur. Discrimen inter hominis, & animantū prudentiam.

Ad quartum respondet D. Thomas hoc loco, apes non sentire sonum, sed aërem, qui commouetur, cùm editur sonus, cuius commotio tam uehemens est in tonitruis, ut possit etiam animalia occidere, atque adeò æneas campanas frangere. Magnus tamen Albertus respondet, auditum non accipi hoc loco ab Aristotele, ut est perceptiuus soni, & naturalis significationis illius (hoc enim pacto apes auditum habent) sed quatenus est perceptiuus soni per modum sermonis, quo pacto canes, elephanti, simiæ, iumenta etiam, armenta, & alia quędam animalia auditu prędita sunt, cùm proprijs nominibus appellata accurrant, auditis uerò alijs, atque alijs uocibus ex instituto significantibus, aliter atque aliter moueantur, aut quiescant, & quædam opera similia operibus artis faciant, quod cernere est in canibus, qui certis uerbis prouocati humanam saltationem imitantur. Et uisus est nostra ętate in Lusitania insignis quidam canis Eduardi Principis, qui naturę sagacitati consuetudine audiendi adiuncta, nomina propria quorundam eius familiarium ita distinguebat, ut eorum quemlibet ab illo uocatum quęritaret, & dentibus ueste apprehensa ad uocantem duceret. Quam docilitatem, & humani ingenij imitationem ipso mortis genere confirmauit: siquidem mortuo Principe, & constantissimè cibum repudiauit, & desiderij affectu cruciatus interijt. Hoc igitur modo sit Albertus, sensisse Aristotelem non esse in apibus auditum, quo etiam pacto constat non esse in alijs quam plurimis animalibus, quę eadem de causa nulla hominum institutione doceri possunt. Sententia D. Thomæ de apibus. Hoc loco tract. c. 6. Sententia Alberti contraria. Mirum canis exemplum.

Cæterùm de auditu, ut est perceptiuus soni, dubitat Aristoteles ix. de historia animalium cap. xl. num re uera sit in apibus, ut, si hoc pacto auditus nomen hic accipit, non assueranter, sed exempli causa locutus uideatur. Gaudere, inquit, plausu, atque sonitu apes uidētur; quapropter tinnitu æris, aut fictilis cōuocari eas in alueum aiunt; quanquam incertū est, an audiant, & uoluptate ne an formidine ita faciant. Plinius tamen lib. xj. naturalis historiæ affirmat habere auditum: quę sententia uidetur uera. Primùm, quia si conuocantur certo quodam sono, non autem contrario, non dubiū Dubitat Arist. de auditu apum. Cap. 20. Plinij sententia de auditu apū approbatur.



Digitized by Google

uidetur, quin percipiant differentias ſonorum; quare, & ſonum, qua ratione ſonus eſt. Deinde, quia, ſi non ſentiunt ſonum ipſum, ſed motum aëris, quo ipſæ pulſantur, cùm ſonus ciétur (peruenientibus ad ea circuitionibus aëris moti à corporibus efficientibus ſonum) a uior ſanè eſt earum tactus, quàm humanus tactus; quod negat Ariſtoteles 2 de Anima, cùm homini tribuit tactum omniũ optimum: uix enim ſentimus eiuſmodi motum aëris, etiam ſi uehemens ſit ſonus, nosque uehementer afficiat. Tùm etiam, quia uix aliter reſponderi poteſt ad experimenta illa, quę Ariſtoteles narrat eodem loco. Cum uero, inquit migrandum eſt, uox ſolitaria, & peculiaris quędã aliquot antè dicbus intus mittitur. Et infra: Tempore matutino omnes ſilent, donec una gemino, aut triplici bombo excitet omnes; tum uniuerſę ad opus prouolant, cùmque redierint, primùm item tumultuant, paulatimq; minùs ſubinde ſtrepunt, dum una circumuolirando ſuſurret, quaſi dormiendum præcipiat; tum repentè omnes conticeſcunt. Hęc, & alia, quæ de apibus narrat Ariſtoteles, ſi ad commotionem aëris cùm bombo factam, non ad bombũ ipſum referantur; eadem ratione dici poterit, non percipi ſonum à cęteris animantibus, quę omnium conſenſu auditum habent, ſed tantùm aëris motionem cum ſono factam. Nec ſatisfaciet, qui occurrerit in ijs, quę dicuntur habere auditum, manifeſta eſſe audiendi organa: parum enim refert, quòd ea in tam paruis animalibus nõ diſcernamus. Adde, non eſſe ueriſimile, apes qualibet parte corporis diſcernere differentias ſonorum, quomodocunque eas percipiant, ſed certa aliqua, & determinata, quæ ſit in capite, etiam ſi nobis ignota ſit. Quòd ſi ea parte non per potentiam audiendi, ſed tangendi, diſcernunt prędictas ſonorum differentias; idem dici poterit de cęteris animalibus, negata in auribus quauis alia potentia ſenſitiua prętèr quàm tactus.

De apibus nonnulla.

σεως, τοῖς μὲν αὐτῶν οὐκ ἐγίγνετ' μνήμη, τοῖς δὲ γίγνετ'. κ' διὰ τοῦτο τὰ μὲν * φρόνιμα, τὰ δὲ μαθηματικώτερα τῶν μὴ δυναμένων μνημονεύειν ἐστίν. φρόνιμα μὲν οὖν τὸ μανθάνειν, ὅσα μὴ δύνατα τῶν ἤχων ἀκούειν, οἷον μέλιττα, καὶ εἴπ τοιοῦτο ἄλλο ζῴων ἐστί. μανθάνει δ', ὅσα τροφὴς τῆ μνήμη καὶ ταύτην ἔχει τὴν αἴσθησιν. τὰ μὲν οὖν ἄλλα τῶν φαντασίας ζῇ, τῶν δὲ μνή-

* Alias φρονιμώτερα.

Quintum denique argumentum perſpicuè diſſoluitur, iuxta Alberti ſententiam: quod tamen ex D. Thomæ opinione haud facilè diſſolues.

i Hinc fit, ut quædam] Non colligit his uerbis Ariſtoteles alteram adęquatam diuiſionem animalium in prudentia, & docilia. Nam ut alia mittam, quibus hęc diuiſio impugnari poteſt; certè animalia, quę carent memoria, nec prudentia ſunt, nec docilia, ut ipſe mox apertè docebit. Non deſunt, qui ob id ſuppleant hoc loco oppoſita membra, duasque diuiſiones hic colligi exiſtiment, quaſi dicat Ariſtoteles; Hinc fit, ut alia prudentia ſint; alia non prudentia: alia diſciplinæ capacia; alia non item. Sed obſtat inter alia, quòd hæc ſupplendi licentia uideatur nimia, & non neceſſaria. Quocirca dicendum uidetur, nõ tradi hoc loco ullam generalem diuiſionẽ animalium, ſed quandam ſubdiuiſionem poſterioris membri præcedẽtis diuiſionis, cum quadã ſubintellecta excluſiua particula ad alterũ membrum. Quaſi dicat Ariſtoteles; Ex eo, quòd dantur animalia, quæ memoriã habeant, effici, ut eorum quædã ſint prudentia duntaxat (quatenus hac particula docilitas excluditur) alia non ſolùm prudentia, ſed etiam docilia. Quæ enim ita memoriam habent, ut humanam uocem percipere nequeãt, ita prudẽtia ſunt, ut doceri nõ poſſint: quæ autẽ uocẽ quaſi præceptoris memoria retinẽt, ea doceri poſſunt. Sed obſtat adhuc, quòd Ariſtoteles non ait [diſciplinæ capacia] ſed [diſciplinæ capaciora &c.] quibus uerbis omnia animalia uidetur facere docilia. Ac ſi contextus Ariſtotelicus ita haberet, ut Argyropylus uertit (ſic.n. habet [alia prudẽtia ſunt, alia magis diſcere poſſunt] miſſis cęteris uerbis, quę ſequũtur) nihil eſſet difficultatis;

Apta explicatio.

Digitized by Google

tatis; sumpto tamen verbo Magis, pro, etiam, aut insuper, vt sensus esset; Alia prudentia sunt, alia non modò prudentia, sed etiam docilia. Verùm quia omnes græci codices quotquot viderim, addunt uerba illa. τὰ μὴ δυναμένων μνημονεύειν hoc est, ijs, quæ meminisse nequeunt, quod idem cæteræ omnes latinæ uersiones testantur, nec uerbum μαθηματικώτερα aptè redditur latinè; si exponatur, ut dictum est: crediderim approbãdam esse lectionem Alexandri, qui pro uerbo φρόνιμα legit φρονιμώτερα ideſt prudentiora, quo pacto hunc in modum habebit contextus [Hinc fit, ut quædam prudentiora sint, alia disciplinæ capaciora ijs, quæ meminisse nequeunt] sensus autẽ erit; Quia uero quædam animalia memoria prædita sunt, ex quibus alia humanam uocem memoria non tenent, alia tenent; ideo quædam prudẽtiora sunt ijs quæ meminisse nequeunt; alia nõ solum prudentiora, sed etiam dociliora eisdem; ut utrumque comparatiuũ referatur ad ea, quæ carent memoria. Ait autem Aristoteles quædam esse prudẽtiora ijs quæ memoria carent, alia dociliora: etiam, non quia putet ea, quæ memoria carerent, prudentia esse, aut docilia, & memoria prædita magis prudentia, magisque docilia (apertè enim negat prudentiam, & docilitatem plerisque animalibus) sed quia inter memoria prædita reperiũtur & prudentia, & docilia, quæ tamen non inueniuntur inter ea, quæ carent memoria: quo pacto dicimus cætera elementa esse leuiora terra, non quòd omnia elementa sint leuia, & terra minus leuis; sed quia inter cætera reperiuntur elementa leuia, ipsa autem terra leuis non est. Alia quoque ratio esse potest, cur Aristoteles comparatiuis potiùs, quàm positiuis nominibus usus sit; nempe ut significaret bruta animalia non esse reuera, ac propriè prudentia, aut docilia, sed quodam modo, & alia comparatione aliorum; quo pacto dicimus ferrum esse leuius plumbo, non quòd reuera, ac propriè leue sit, sed compa ratiuè tantùm, ut dici solet. Nec obstat, quòd Aristoteles mox utitur positiuis nominibus: satis enim fuit semel significasse non propriè id accipiendum esse, si cui uerò Alexandri lectio non placebit (quæ tamen nobis uidetur & uerior, & aptior) hoc certè ex dictis habebit, quo pacto uerbum Dociliora exponere debeat. Quanquam uero Alexandri lectio placet; expositio tamen non placet. Nam primùm, confundit uerbum Dociliora cum uerbo Prudentiora. Deinde putat uerbum Dociliora accipi posse pro aptioribus ad cognoscendum. Postremò hoc ipsum ex eo probat, quia apprehensio per sensum disciplina quædam sit; quæ sanè haud congruunt cum ijs, quæ ab Aristotele dicuntur.

*in alijs memoria non gignitur, in alijs gignitur. Hinc* [i] *fit, ut quædam* * *prudentia sint, alia disciplinæ capaciora ijs, quæ meminisse nequeunt. Ac prudentiam quidem sine docilitate habent quæcunque sonos audire nõ possunt, ut apes, & si quod est tale aliud genus animalium: discunt autem ea omnia, quæ cum memoria hunc quoque sensum habent. Cætera* [k] *igitur imaginationibus, ac memo-*

* Alias prudentiora.

Cur Aristoteles comparatiuis nominibus vtatur.

[k] Cætera igitur] Transitum facit à tribus iam dictis gradibus cognitionis brutorum animalium, ad alios tres gradus cognitionis humanæ. Quia uerò unumquodque ea operatione naturaliter dicitur uiuere, quæ in ipso est præstantissima (secus est, cùm naturæ status peruertitur, ut in hominibus uitiosis) ait Aristoteles bruta animalia partim uiuere phantasijs siue imaginationibus, partim memoria partim uero imperfecta quadam experientia. Ac imaginationibus quidem uiuunt animalia primi generis, quæ solis sensibus gustus, & tactus prædita sunt: sensus enim, imaginatio, & appetitus omnibus animantibus communia sunt, ut patet ex 3. de Anima. Illorum tamen imaginatio imperfecta est, & quæ fungi suo munere non potest, nisi cùm sensus exterior rẽ eandem percipit. Memoria autem uiuunt animalia secundi generis, quæ habent memoriam absque auditu. Experientia uero imperfecta, quæ & memoriam, & auditum habent; doctrina enim imperfecta seu potius trãslatitia imperfecto experimento acquiritur, quẽadmodũ perfecta doctrina perfecto experimento. At uerò genus humanũ tribus

Qua operatione vnumquodque viuere dicatur.

Quæ animantes imaginatione viuẽt.

Cap. 9. tex. 56.

Quæ memoria.

Quæ experimentia.

Tres gradus humanæ cognitionis.

bus alijs gradibus cognitionis uiuit, ratione, experiētia, & arte Aristoteles tamē, cùm ait [genus autē hominū & arte uiuit, & ratione] noibus extremorū graduū, mediū innuit.

Quo loco aduerte uitam humanam, quæ ratione sola regitur, esse in infimo gradu; qualis est uita multorum, qui penitus in otio degunt, nec ulli disciplinæ dant operam: quæ autem regitur experientia, esse in gradu medio; siquidem experientia & si non omnino, quodammodo tamen rationem perficit, & ad artem disponit: quæ denique regitur arte, esse in supremo, quandoquidem ratio arte omnino perficitur. Quod tamen dictū intellige de perfectionibus, quas homo uiribus naturæ comparare potest, ne regimen sacræ fidei excludatur, quod superius est eo, quod ab arte proficiscitur.

Tres artium gradus.

Illud etiam aduerte, uitam, quæ arte regitur, in totidem gradus diuidi posse: aut enim regitur arte practica subministrāte, aut practica imperante, aut omnino contemplante; quos gradus Aristoteles in progressu huius capitis distinguit.

Proprie dicta experientia.

Deniq; illud aduerte, in experientia proprie dicta duo spectari; unū est, multi habitus memorandi præterita ex multis recordationibus geniti, quod est quasi materiale; alterum collatio rerum, siue euentorum, quæ his habitibus memoria tenentur, quod est quasi formale. Cùm igitur audis in brutis animantibus esse imperfectam experiētiam, in homine autem perfectam; id propterea dictum intellige, quia in homine cernitur utrūque; in brutis autem id tantùm, quod materiale est. Quod enim in homine facit collatio unius rei cū alia, id facit in brutis animantibus instinctus, siue uis naturæ.

Quid interfit inter experiētiam hominū, & cæterorum animalium.

1 Fit autem ex memoria] Quoniam experientia, & ars non à natura hominibus sunt insitæ, docet Aristoteles quonā modo gignantur. Ait ergo, experientiam gigni ex multis recordationibus eiusdē rei, hoc est, eiusdem attributi obseruati in pluribus individuis similibus inter se. Si quis enim recordetur hoc, uel illud medicamentum Calliæ profuisse, itemque Socrati, & alijs eodē morbo laborantibus, eaque euenta inuicem conferat, is consequetur propriè dictam experientiam eius medicamenti. Cùm uerò Aristoteles ait scientiæ, & arti ferè similem esse experientiam, accipit nomina scientiæ, & artis pro eodem habitu, ut sæpè hoc capite. Quo autem pacto experientia sit similis arti, paulò pòst docebit. Denique usi sumus hoc loco uerbo [Recordationes] pro uerbo μνήμαι quòd Memoriæ uocabulum uix usurpetur in numero multitudinis, & iam hoc loco sit sermo de memoria humana, cui soli, si aptè loquendū est, accommodatur recordationis uerbum non quòd idē omnino sit recordatio atque reminiscentia, quæ soli homini conuenit (reminiscentia enim semper est cum ratiocinatione discurrente ex ijs, quæ nouit, ad ea in mentem reuocanda; quæ memoriæ non occurrunt; recordatio autem dicitur de quo uis memorandi actu, etiam simplici, & sine discursu) sed quia recordationis nomen præsertim uidetur

Quo pacto gignatur.

Non idem omnino recordatio qđ reminiscētia.

μνήμαις, ἐμπειρίας δὲ μετέχει μικρὸν, τὸ ὑπ' αὐθρώπων γίνεσθαι καὶ τέχνη, ἐκ λογισμοῦς. γίνεται δ' [1] ἐκ τῆς μνήμης ἐμπειρία τοῖς ἀνθρώποις. αἱ γὰρ πολλαὶ μνῆμαι τοῦ αὐτοῦ πράγματος μιᾶς ἐμπειρίας δύναμιν ἀποτελοῦσι. ἐκ δοκεῖ χρεῖον ἐπιστήμη ἐκ τέχνη ὅμοιον εἶναι ἡ ἐμπειρία. διὸ καὶ βαίνει δ' ὑπισήμη καὶ τέχνη διὰ [m] τῆς ἐμπειρίας τοῖς ἀνθρώποις. ἡμεῖς γὰρ ἐμπειρία τέχνης ἐπίστασθαι, ὡς φησι Πῶλος, ὀρθῶς λέγων, ἡ δ' ἀπειρία τύχην. γίνεται [n] δὲ τέχνη ὅταν ἐκ πολλῶν τῆς ἐμπειρίας ἐννοημάτων, καθόλου μία ὑπόληψις γένηται περὶ τῶν ὁμοίων ὑποδήψις. τὸ μὲν γὰρ ἔχειν ὑπόληψιν ὅτι καλλίᾳ κάμνοντι τοιῷδε τὸ νόσον τοδὶ σωτήριον ἦν, καὶ Σωκράτει, καὶ καθ' ἕκαστον οὕτω πολλοῖς, ἐμπειρίας ἐστί. τὸ δ' ὅτι πᾶσι τοῖς τοιοῖσδε κατ' εἶδος ἓν ἀφορισθεῖσι, κάμνουσι τήνδε τὴν νόσον, σωτήριον ἦν, οἷον τοῖς φλεγμαίνουσι, ἢ χολώδεσιν, ἢ πυρέττουσι καύσῳ, τέχνης. περὶς

Digitized by Google

tur ferre liberam quadam præteriti recognitionem, quæ non est in brutis animantibus.

Artem experientia gigni.

m Per experientiam autem ] Docet artem gigni experientia. Qua in re approbat sententiam Poli, qui apud Platonem in Gorgia Chærephonti pro Gorgia respondens, hãc ipsam sententiam usurpat. Etsi autẽ non desunt qui hoc loco ἐμπειρίαν Imperitiam interpretentur, nos tamen cum alijs maluimus, Inexperientiam, quia Imperitiæ vocabulum passim pro inscitia sumitur, suntque multi inexperti, qui scientia præditi sint, ut hoc ipso capite docet Arist. Dicitur autem inexperientia genuisse fortunam, seu ut Polus loquitur [per fortunã circumuagari] quia cùm aliquid aggredimur inexperti rerum similium, etsi consultò id facimus, casui tamen, & fortunæ rem committere videmur. Vnde fit, ut si quando ea ex animo cedit, temerè, ac fortuitò benè cessisse non immeritò dici possit.

*memoria uiuunt, parumq; experientiæ participant: genus autem hominum & arte uiuit, & ratione. Fit [l] autem hominibus ex memoria experientia. Multæ enim rei eiusdem recordationes unius experientiæ uim perficiunt. Videtur'que experientia scientiæ, ac arti ferè similis. Per experientiam [m] autem ars, & scientia hominibus proueniunt. Experientia enim, ut rectè Polus ait, artem genuit; inexperientia fortunam. Fit [n] porrò ars, cùm ex multis experientiæ notionibus una de similibus exiſtimatio in uniuersum oritur. Etenim compertum habere, Calliæ hoc morbo laboranti hoc profuisse, itemq; Socrati, ac eodem modo pluribus singulatim; experientiæ est: profuisse autem ijs omnibus, qui una specie definiti certo morbo laborent, ut ijs, qui pituita, aut bili, aut febri ex æstu afflictentur, id iam artis est. Atque ad*

n Fit porrò ars ] Exponit modum, quo ars per experientiam gignatur, aitque tum fieri, cùm ex multis experientiæ notionibus una de similibus oritur uniuersalis exiſtimatio, ex qua habitus quidam relinquitur, quo idẽ de omnibus similibus uniuersè iudicamus; ut si quis ex longa obseruatione curationis eũ habitũ comparet, quo iudicet omnibus certa specie morbi affectis certam speciem medicamenti conferre. De qua re latiùs agẽdum est ad finem capitis. Illud interim aduerte non sine causa dixisse Aristotelẽ, fieri artem ex multis experiẽtiæ notionibus, potiùs quàm ex multis experientijs. Nec enim necesse est, ut ad generationem artis concurrant multæ experientiæ habituales, quæ semper ferũtur in res diuersarum specierum; sed multa experimenta, siue actus experiendi, qui possunt ferri in indiuidua eiusdem speciei infimæ. Vocat enim Aristoteles hoc loco artem non modò habitum eum qui, fertur in res diuersarum specierum, quatenus inter se sunt similes in genere, sed etiam eum, qui fertur in indiuidua solo numero differentia, ut in ægrotos eadẽ specie morbi laborantes. Quòd si Ars acciperetur solùm pro coniunctione multarum conclusionum, tum dixisset Aristoteles gigni eã ex multis experiẽtijs. Illud etiam aduerte uerbũ Profuisse nõ esse accipiendũ in posteriori loco, quatenus astringitur ad solã præteriti significationem. Ars enim non pronunciat quicquam de solo præterito, sed de omni temporis differẽtia, seu potiùs absolutè, ac simpliciter. Vtitur tamen in hac re Aristoteles uerbo præteriti temporis, quia familiare est Græcis uti hac temporis differentia ad significandum, quid in uniuersum fieri soleat, ut cùm paulò antè dictum est, Experientia artem genuit, &c cæt. hoc est generare solet. Quod in prouerbijs, uulgatisq; sententijs usitatius est, ut apud Isocratem in Paræneſi ad Dæmonicum; Κάλλος μὲν, inquit, ἢ χρόνος ἀνάλωσεν ἢ νόσος ἐμάρανε, hoc est, pulchritudo aut tempore consumpta est, aut morbo emarcuit pro eo quod est consumi solet aut marcescere. Quod idem nonnunquam obseruare licet apud Latinos, ut in

Quo pacto gignatur.

Cur non dixerit Ex multis experientijs.

Verba præteriti sæpe comprehendere omnem temporis differẽtiam.

Digitized by Google

in eo prouerbio; Multas amicitias silentiū diremit; quo eodem utuntur Græci: [a] & apud Virgiliū, [b] Cùm duo cōuersis inimica in præsia tauri frontibus incurrunt, pauidi cessere magistri. causa huius loquēdi formæ ea uidetur esse, quia ex obseruatione præteriti intelligitur quid de futuro, omnique tempore iudicandum sit.

Expertus cū artifice conferitur.

o Atque ad agendum quidem.] Vt artem experiētiæ anteponat, confert experientiā cum arte, primumq; quoad actionē, cùm ait, Experientiam, si sola actio spectetur, non esse inferiorē arte, sed potiùs superiorem, quòd experti minùs aberrent ab scopo, finemue actionis, quàm qui arte præditi sunt absque rerum experientia. Causam uerò huius discriminis eam esse ait, quia experiētia est rerum singularium, in quibus per se uersantur actiones; ars autē uniuersalium, in quibus illæ uersantur per accidens, ac ratione singularium, quibus accidunt, hoc est, conueniunt res uniuersales. illud enim hoc loco dicitur accidere, quod ita conuenit subiecto, ut aliquo modo à subiecto distinguatur, quo pacto res uniuersales conueniunt singularibus. Eodē modo sumitur accidendi uerbū ab Auctore in captione accidentis 1. Elench cap. 4. ut 8. libro Dialect. Institutionum diximus. Hanc igitur ob causam fieri potest, ut is, qui arte præditus est, rerum singulariū circunstātias ignoret, quæ regulas uniuersales mutare solent, atq; ita sæpius aberret à fine proposito, quod tamen non ita facilè committet, qui habet rerū usum, & experientiam.

Experiētiam esse singularium, artem uniuersaliū.

Cur artifex sæpius aberret ab scopo.

p Sed tamen scientiam.] Cōfert experientiam cum arte quoad cognitionem, aitque ratione cognitionis longè præstare artem experientia, artificesque omnium sententia ijs, qui solo usu, & experientia rerum ualent,

Præstantiorē esse artificis cognitionē.

a 8. Eth. c. 5.
b Aeneid. 12.

8. Inst. c. 10.

ποῖς ° μὲν οὖν τὸ πρᾶττειν ἐμπειρία τέχνης οὐδὲν δοκεῖ διαφέρειν, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἐπιτυγχάνοντας ὁρῶμεν τοὺς ἐμπείρους τῶν ἄνευ τῆς ἐμπειρίας λόγον ἐχόντων. αἴτιον δ' ὅτι ἡ μὲν ἐμπειρία τῶν καθ' ἕκαστά ἐστι γνῶσις, ἡ δὲ τέχνη τῶν καθόλου. αἱ δὲ πράξεις, καὶ αἱ γενέσεις πᾶσαι, περὶ τὸ καθ' ἕκαστόν εἰσιν. οὐ γὰρ ἄνθρωπον ὑγιάζει ὁ Ἰατρεύων, πλὴν ἀλλ' ἢ κατὰ συμβεβηκός, ἀλλὰ Καλλίαν, ἢ Σωκράτην ἢ τῶν ἄλλων τινὰ οὕτω λεγομένων, ᾧ συμβέβηκεν ἄνθρωπῳ εἶναι. ἐὰν οὖν ἄνευ τῆς ἐμπειρίας ἔχῃ τις τὸν λόγον καθόλου μὲν γνωρίζῃ, τὸ δὲ ἐν ἀπῷ καθ' ἕκαστον ἀγνοῇ, πολλάκις διαμαρτήσεται τῆς θεραπείας. θεραπεύει γὰρ τὸ καθ' ἕκαστον μᾶλλον.

Ἀλλ' [p] ὅμως τό γε εἰδέναι, καὶ τὸ ἐπαΐειν τῇ τέχνῃ τὸ ἐμπείρους ὑπάρχειν οἰόμεθα μᾶλλον καὶ σοφωτέρους τοὺς τεχνίτας τῶν ἐμπείρων ὑπολαμβάνομεν, ὡς κατὰ τὸ εἰδέναι μᾶλλον ἀκολουθοῦσαν τὴν σοφίαν πᾶσι. τοῦτο [q] δὲ ὅτι οἱ μὲν τὰς αἰτίας ἴσασιν, οἱ δ' οὔ. οἱ μὲν γὰρ ἐμπειροι τὸ ὅτι μὲν ἴσασι, διότι δ' οὐκ ἴσασιν. οἱ δὲ τὸ διότι, καὶ τὴν αἰτίαν γνωρίζουσι. διὸ καὶ τοὺς ἀρχιτέκτονας ἕκαστον τιμιωτέρους, καὶ μᾶλλον εἰδέναι νομίζομεν τῶν χειροτέχνων, καὶ σοφωτέρους, ὅτι τὰς αἰτίας τῶν ποιουμένων ἴσασι. οἱ δ' ὥσπερ καὶ τῶν ἀψύχων ἔνια, ποιεῖ μὲν, οὐκ εἰδότα δὲ ποιεῖ, οἷον καίει τὸ πῦρ. τὰ μὲν οὖν ἄψυχα φύσει τινὶ ποιεῖν ζώντων ἕκαστον, ταῖς δὲ χειροτέχναις διὰ ἔθος, ὡς ἀ κατὰ τὸ σοφιστικοὺς εἶναι σοφωτέρους ὄντας, ἀλλὰ καὶ τὸ λόγον ἔχειν αὐτοὺς, καὶ τὰς αἰτίας γνωρίζειν. ὅλως [r] τε σημεῖόν τῳ εἰδότος καὶ τὸ διδάσκειν δύνασθαι δ. διότι, καὶ ὅτι τοῦτο τῆς τέχνης ἢ ἐμπειρίας οἰόμεθα μᾶλλον ὑπεῖ-

μὲν

*Atq; ad agendum quidem nihil ab arte differre uidetur experientia; quin etiam expertos magis, quàm eos, qui rationem sine experientia tenent, propositum finem assequi uidemus. Quod ea de causa accidit, quia experientia est rerum singularium cognitio; ars uniuersalium: actiones uerò, generationesq; omnes in singularibus uersantur. Neque enim hominem curat Medicus, nisi per accidens; sed Calliam, aut Socratem, aut quempiam aliorũ, qui ita dicãtur, cui accidit ut homo sit. Si quis igitur sine experientia rationem teneat, & quod uniuersale est, cognoscat, singulare autem, quod in eo est, ignoret; is à curatione persæpe aberrabit. id enim, quod singulare est, magis sub curationem cadit.*

*Sed [r] tamen scientiam, atq; intelligentiã in arte magis, quàm in experientia inesse existimamus; artificesq; ijs, qui experientia rerum ualent, sapientiores esse arbitramur, quòd omnes ratione potiùs scientiæ sapientes esse censeantur. Id, [q] quod ex eo accidit, quòd illi causam sciunt, hi non item. Experti enim rem quidem esse sciunt, propter quid autẽ nesciunt; illi uerò propter quid sit, causamq; cognoscunt. Vnde fit, ut Architectos in unaquaque re maiori dignos honore, doctiores, sapientioresq; opificibus esse existimemus, quòd teneant causas rerum, quæ fiunt; illi uerò perinde se habeant, ac res quædam inanimæ, quæ faciunt illæ quidem, sed nulla cognitione faciũt, quo pacto ignis comburit: ac res quidem inanimes natura quadam singula facere; opifices autem consuetudine: ut non ex eo sapientiores sint homines, quòd idonei sint ad agendum, sed quia rationem teneant, causasq; cognoscant. Omninoq; [r] scientis signum est posse docere, atque hac ratione artem magis, quàm experientiam scientiam esse putamus,* ualent, sapientiores iudicari, eo quòd ijs omnibus magis accommodetur nomen sapientiæ, qui accuratiùs rem cognoscunt.

q Id quod ex eo.] Tribus argumentis probat artẽ præferẽdam esse experientiæ ratione cognitionis. Primum est, Quoniã artifices cognoscunt causas rerum, qui autem solam experientiam habent, etsi rem esse cognoscunt, non tamen rei causam intelligunt. Vnde fit, ut architecti in maiori pretio habeantur, sapientioresque esse iudicentur, quàm qui manus arti adhibent, ad opus cõficiendum, quòd illi causas operis intelligant, hi uerò ueluti res inanimæ quædam, quæ nulla cognitione in efficiẽdo utuntur, ea efficiant, quorum causas ignorent. Cur pluris fiant architecti, quàm opifices.

r Omninoque] Alterum argumentũ est, Quia qui arte præditi sunt, docere possunt, hoc est res, quas nouerunt, uia, & ratione demõstrare, per causas scilicet, quas norunt; qui autem solam experientiam habent, id facere nequeunt, quòd causas non teneant.

Quo loco dicet fortasse aliquis Nomine τῶν χειροτεχνῶν nõ significari eos, qui arte simul, & manibus, ut uerbum sonat, opus artis conficiunt, sed meros operarios; cuiusmodi sunt ij, qui iussu artificũ funes trahunt, aut machinas applicant. Quid enim aliud significat Aristoteles, cùm ait, τοὺς χειροτέχνας esse similes rebus inanimis, quæ non cognoscunt id, quod faciunt, tametsi eo superiores sunt in agendo, quòd illæ agunt naturæ impulsu, ipsi uerò consuetudine? Addet etiam, non esse hanc usurpationem alienam à ui nominis. hi enim etsi non operantur arte, quam non habent, ministerio tamen suo opus artificiosum conficiunt. Verùm obstat, quòd Aristoteles ad finem capitis colligens gradatim ea, quæ dixerat, complectitur nomine artificum τοὺς χειροτέχνας: quo fit, ut nõ significet hoc uocabulo Quos nomine τῶν χειροτεχνῶν significet Arist.

cabulo meros operarios, sed eos, qui ex arte operantur, cuiusmodi sunt fabri, cæmentarij, & alij huiusmodi artifices. Hæc de causa non diximus simpliciter [Qui manibus operantur] sed [Opifices]. Quanquam enim ne hoc quidem uocabulum exprimit uim Græci nominis, pro ijs tamen ꝺ lis accipitur, qui operantur exarte. Quòd autem Aristoteles eos confert cum rebus inanimis, solàque consuetudine agere docet, eò pertinet, ut intelligamus discrimen eorum ab architectis non quidem in simplici cognitione eorum, quę faciunt (ex arte enim operantur) sed in cognitione causæ suorũ effectorum. Architecti enim cùm causas rerum teneant, demonstrationem cognitionẽ habẽt, & ex habitu scientiæ operantur: illi verò, cùm causas ignorent, solo habitu ex consuetudine certa quadam ratione agendi acquisito opus artis efficiunt. Vnde collige, cùm Aristoteles hoc loco tribuit artificibus cognitionem causæ, non uniuersè intelligendum esse de omnibus artificibus, sed indefinitè, ut uerum sit in ijs, qui sunt quasi principes in quaque arte, quos architectos uocat.

μην εἶ). δύναν) γὰ, οἱ δὲ ὐ δύναν) διδάσκειν. ἔτι δὲ τ αἰσθήσεων ὐδὲ μίαν ἡγούμεθα εἶ) σοφίαν. καίτοι κυριώτατάί γέ εἰσιν αὗται τ καθ' καστα γνώσις, ἀλλ' ὐ λέγεσι τὸ διὰ τί ωδὶ οὐδενὸς. οἷον, διὰ τί θερμὸν τὸ πῦρ, ἀλλὰ μόνον ὅτι θερμόν.

Τὸν μὲν οὖν ꝓτερον εἰκὸς τὸν ὁποιανῦν διέγοντα τέχνην παρὰ τὰς κοινὰς αἰσθήσεις θαυμάζεσθαι ὑπὸ τ ἀνθρώπων, μὴ μόνον διὰ τὸ χρήσιμον εἶναί τι τ ἐπιτεύγματων, ἀλλ' ὡς σοφὸν Ꝁ διαφέροντα τ ἄλλων. πλειόνων δὲ διεισκομένων τεχνῶν, καὶ τ μὲν ꝓς τὰναγκαῖα, τ δὲ ꝓς διαγωγὴν οὐσῶν, ἀεὶ σοφωτέρας τὰς τοιάτους ἐκείνων ὑπολαμβάνομεν, διὰ τὸ μὴ ꝓς χρῆσιν εἶ) τὰς ὑπηρεσίας αὐτ. ὅθεν ἤδη πάντων τ τοιούτων κατεσκευασμένων, οὐ μὴ ꝓς ἡδονὴν, μηδὲ ꝓς τὰναγκαῖα τ ὑπηρεσιῶν διέθησαν, Ꝁ ꝓτερον τοὺς τοῖς τόποις ὕστερ ἐχόλασαν. διὸ ꝓς Αἴγυπτον οὐ μαθηματικὴ ꝓτερον τέχναι συνέστησαν. ἐκεῖ γὰ ἐφέθη χολάζειν τὸ διὰ ἱερέων ἔθνος. εἴρηται μὲν ἐν τοῖς ἠθικοῖς, πῶς

Sectum ui sua non posse attingere sui obiecti causam, ut causa est.

Vtri ascribẽdus sit error, qui in agendo committitur, arti, an experimento.

Anteponitur arti practicæ contẽplatiua.

Præterea nullum.] Tertium argumenti est, quia ex notitijs sensitiuis in quibus numeratur experiẽtia, nulla omnino est, quę possit appellari sapientia, cum interim intellectiuæ cognitiones, in quibus numeratur ars, non sint indignæ hoc nomine. Ratio discriminis est, quia etsi sensus propiùs attingunt res singulares sensibiles, quæ nobis sunt familiares; nullus tamẽ est sensus, qui ex se causam sui obiecti cognoscat, saltem sub ratione causæ, quod tamen intellectus facere potest. Addidi [Ex se] quia Ratio particularis, seu cogitatiua facultas, quæ potẽtia sensitiua est, uidetur posse attingere causam particularem, ut causa est; tametsi id habet, quatenus est proxima intellectus ministra. Ex dictis patet, artem simpliciter, & absolutè esse anteponendam experientiæ. Nam etsi ab ea superatur ratione actionis, est tamen superior ratione cognitionis, ex qua homines iudicantur sapientes, non ex actione. Quin etiam addit Albertus eum errorem, qui in actione ab experto committitur, ipsi experimento ascribendum esse, quod non rectè sit sumptum; cum uerò, qui committitur ab artifice, non arti, quæ de uniuersalibus, & ex uera causa rectè iudicat; sed uarietati, & inconstantiæ rerum singularium, in quibus actio uersatur. tract. 1. ca. 7.

Ac uerisimile quidem est.] Prætermissa experiẽtia, cùm ars, siue scientia in Practicã, & Theoreticam, siue contemplatiuam diuidatur, eas inter se confert Aristoteles, ac Theo-

Theoreticam Practicæ anteponit, quòd dignior sit nomine sapientiæ. Id autem hac ratione probat. Qui primi artem quamlibet supra communem sensum inuenerunt, hi, ut uerisimile est, habiti sunt cæteris sapientiores, non solùm quia rem fortasse utilem humanæ uitæ attulissent, sed multò etiam magis quia intelligentia, & cognitione rerum cæteris præstarent: atqui ars theoretica cognitione, ac intelligentia superat practicam: est igitur dignior nomine sapientiæ. Propositionem ex eo probat Arist. quia inuentis iam omnibus artibus, tum ad necessarios uitę usus, tum ad iucundè uiuendum, & alia commoda comparanda, ij sapientiores iudicati sunt, qui scientias eas inuenissent, quæ ad nullum uitæ usum, sed ad solam rerum cognitionem pertinerent. Assumptionem, euentus cõfirmat. artes enim Theoreticæ inuentæ sunt post practicas, atque ab ijs, qui in otio uitam agebant, ut Mathematicæ à sacerdotibus Aegyptijs, quibus omnia ex publico cùm necessaria, tum utilia ad degendam uitam abundè suppetebant, quod ex sacris etiã literis in libro Geneſis perspicuum est. Ex qua re patet maiore opus esse intelligentia in Theoreticis, quàm in practicis, cùm illę longè maiore otio indiguerint, ut inuenirẽtur. Vnde colligit Alexander, quemadmodum hæ artes ab otiosis inuentæ sunt, sic etiam usum earum otium requirere. Cùm audis Mathematicas scientias inuentas esse ab Aegyptiis, intellige potissimùm Astrologiam, ad cuius inuentionem, quæ longa indiguit astrorum obseruatione, non tantùm otio necessario, sed libero quoque, & sereno cœlo (id, quod in ea regione perenne est) utebantur sacerdotes.

A quibus artes contemplatiuæ inuẽtę fuerint.

*mus, quòd illi docere possint, hi non possint. Præterea* [a] *nullum sensum sapientiam esse existimamus. quanquam enim hæ maximè propriæ sunt singularium cognitiones; de nullo tamen dicunt propter quid, ut propter quid ignis calidus sit, sed tantum quòd sit calidus.*

*Ac* [b] *uerisimile quidem est eum, qui primus præter communem sensum, quamlibet artem inuenit, admirationi hominibus fuisse, non solùm quia id utile esset, quod inuenisset, sed quia sapiens esset, cæteris que antecelleret. Cùm autem*

cap. 47.

*plures artes inuenirentur, quarum aliæ ad res necessarias, aliæ ad cultum uitæ conferrent, semper tales cæteris sapientiores fuisse putamus, quòd eorum scientia non ad usum referantur. Quocirca omnibus iam huiusmodi rebus comparatis, ea scientia reperta sunt, quæ nec ad uoluptatem, nec ad usus necessarios conducunt, ac primùm ijs in locis, ubi homines in otio uitam agebant. Hinc Mathematicæ artes in Ægypto primùm constitutæ sunt, quòd ibi concessum sit, ut Sacerdotes otio fruantur.*

Aug. 18. de Ciuit. Dei Cap. 39.

*Ac* [a] *dictum est in libris de moribus, quid*

Contemplatiuæ an uoluptatis causa sint.

Hoc loco prætereundum non est, meritò Aristotelem distinxisse scientias contemplatiuas ab iis, quæ inuentæ sunt uoluptatis causa. Nam, etsi uoluptas est finis multarum artium, quæ ad uitam degendam tuendamque quæsitę sunt, ut citharistarum, & tibicinum (indigent enim mortales alterna laborum requie, iucundaque molestiarum intermissione) non est tamen finis contemplantium; siquidem iucunditas, quę ex contemplatione percipitur, non est finis contemplationis; sed comes, & assecla, ut rectè annotauit Alexander, nosque alibi ostendemus. Vnde patet felicitatem ne in uoluptate quidem illa pura, & syncera contemplationis positã esse, sed in ipsa contemplatione, quam ea uoluptas sequitur.

[a] Ac dictum est.] Quoniam hactenus sine discrimine usus fuit nominibus artis, & scientiæ, quòd ad rem præsentem nihil earum distinctio faceret; ne quis hinc

colligat nihil intereſſe inter hos habitus, docet iam à ſe in libris de Moribus traditum eſſe eorum, aliorumque ſimilium diſcrimen. Docuerat enim 6. Ethic. ad Nicomachum quinque eſſe habitus, quibus anima ſemper uerum dicit; intellectum, ſcientiam, ſapientiam, prudentiam, & artem: qui hac ratione diſtinguuntur, ut patet ex ijs, quæ deinceps in eodem libro dicuntur. Intellectus eſt habitus principiorum; ſcientia concluſionum per cauſas inferiores; Sapientia, per cauſas ſupremas; Prudentia eſt recta ratio eorum quę agimus, quatenus ad bene, beateque uidendum pertinent. Ars denique eſt recta ratio eorum, quæ fiunt, hoc eſt humanarum actionum, quatenus in externam materiam prodeunt.

Habitus, quibus anima ſẽ per uerũ dicit.

Cap. 3.

τὶς διαφορὰ τέχνης, καὶ ἐπιστήμης, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ὁμογλώττων.

Οὗ δ' ἕνεκα νῦν ποιούμεθα τὸν λόγον, ἔστι τοιοῦτον· ὅτι τὴν ὀνομαζομένην σοφίαν περὶ τὰ πρῶτα αἴτια, καὶ τὰς ἀρχὰς ὑπολαμβάνουσι πάντες. ὥστε, καθάπερ εἴρηται πρότερον, ὅτι ὁ μὲν ἔμπειρος τὸ ὁποιανοῦν ἐχόντων ἄϑησιν εἰδὼς δοκεῖ σοφώτερος, ὁ δὲ τεχνίτης τοῦ ἐμπείρου, καὶ τέχνη δὲ ἀρχιτεκτονική, αἱ δὲ θεωρητικαὶ τῶν ποιητικῶν μᾶλλον. ὅτι μὲν οὖν ἡ σοφία περί τινας αἰτίας, καὶ ἀρχάς ἐστιν ὁπότερον, δῆλον.

x Id autem cuius cauſa.] Docet quorſum tam multa hactenus de gradibus cognitionis dixerit; atque hæc omnia eò tendere, ut pateat eam ſcientiam, quæ ſapientia appellatur, in primarum cauſarum, & principiorum conſideratione uerſari; quam ait eſſe omnium communem, uulgatamque ſententiam. Quanquam uerò id iam ex dictis utcumque poſſet

Sapientiam primas cauſas cõtemplari.

## APPETANT NE OMNES HOMINES naturaliter ſcientiam ſciendi cauſa.

## QVÆSTIO I.

*Quibus argumentis non omnes uideantur hoc pacto ſcientiam appetere.*

### SECTIO PRIMA.

EX ijs, quæ hoc capite ab Ariſt. aſſerta ſunt, illud inprimis nõ caret controuerſia, appetant ne omnes homines naturaliter ſcientiam, ipſius ſcientiæ cauſa. Primùm, quia, cùm multi ſint, qui ſcientiam non aſſequantur, non videtur omnibus à natura datus appetitus ſciendi; alioqui fruſtrà eſſet conceſſus, quod tamen dicendum non eſt, cùm Deus, & natura, quæ ab illo dirigitur, nihil fruſtrà efficiant, vt eſt omnium Philoſophorum ſententia.

1

2 Deinde, quia nemo poteſt velle oppoſitum eius rei, quam naturaliter appetit (hinc enim fit, vt nemo appetat miſeriam, quia omnes naturaliter appetimus felicitatem) ſatis autem patet multos eſſe, qui ignorationem

Digitized by Google

set ostendere, tamen hoc solùm colligit usque ad finem capitis, eam scientiam, quæ sapientia dicitur, uersari circa causas, & principia. Ratio est hæc. Expertus sapientior habetur (seu potiùs magis accedens ad rationem sapientis) eo, qui simpliciter rem sensu percipit; artifex autem, experto, atque inter artifices architectus opifice; theoreticus autem practico, hoc est contemplator actore, & effectore, ut patet ex ijs, quæ per totum ferè caput diffusè tradita sunt: at ex his semper posteriores dicuntur sapientiores, ad plenamque rationem sapientis magis accedentes, quòd propiores sint causarum, & principiorum considerationi; aut magis eam attingant: ergo sapiens, & (quod hinc sequitur) scientia, quæ sapientia dicitur, uersatur circa causas. Græci codices hoc loco habent οἱ δὲ θεωρητικοὶ τῶν ποιητικῶν hoc est contemplatiuæ actiuis, quod refertur ad artes. Crediderim tamen locum esse corruptum pro οἱ δὲ θεωρητικοὶ & cæt. ut referatur ad artifices: tametsi parum interest utro modo res habeat, cùm sensus eodem redeat, omnesque interpretes membra omnia ad artifices referant.

*quid interſit inter artem, & ſcientiam, ac cætera eiuſdem generis.*

*Id autẽ, cuius cauſa nunc ſermonẽ inſtituimus, illud eſt, eam, quæ ſapientia nominatur, circa primas cauſas, & principia omnium ſententia uerſari. Itaque quemadmodum priùs dictum eſt, expertus quidem ijs, qui quemuis ſenſum habent; artifex uerò, expertis; architectus, opifice; qui autem in contemplatione uerſantur, ijs, qui in actione ſapientiores uidentur eſſe. Quòd igitur ſapientia ſcientia ſit, quæ circa cauſas quaſdam, principiaque uerſetur, perſpicuum eſt.*

nem appetant, ſiue affectent; vnde apud Morales Philoſophos ſpecies quædam ignorationis affectata ignorantia dici ſolet, quo vitio laborant
Pſalm. 35. ij, qui iuxta Prophetam nolunt intelligere, vt bene agant.

3 Tertio, quia cùm Ariſtoteles affirmatiuam partem huius quæſtionis aſſeruit, aut nomine ſcientiæ intellexit aliquam ſcientiam indefinitè, aut omnem omnino ſcientiam, ſiquidem de nulla certa, & deſignata videtur loquutus: at primum non eſt dandum, quia non conſtaret inde, omnes homines ſuapte natura appetere hanc ipſam ſcientiam, de qua agimus, quod tamen Ariſtoteles colligendum eſſe vult, vt in explicatione contextus diximus: nec item ſecundum, quia falſum eſt: ut enim nemo eſt, qui poſſit omnem omnino ſcientiam aſſequi; ita nemo habet appetitum naturalem ad omnes omnino capeſſendas; alioqui natura inclinaret ad ea, quæ fieri nequeunt.

4 Quarto, quia ſi appetitus ſciendi eſſet omnibus hominibus naturalis, nemo eſſet, qui ſublatis impedimentis litterarum ſtudia non coleret. hac enim ratione dicimus appetitum lapidis ad deſcendendum eſſe naturalem, quia remotis ijs, quæ illum in aëre detinent, continuò deſcendit. Nunc autem contrà accidere uidemus. Plurimi enim eorum, qui maiore rerum neceſſariarum copia abundant, liberioriq́ue otio fruuntur, à litterarum ſtudijs abhorrent.

5 Quinto, quia ſi omnes homines naturaliter appeterent ſcientiam, ipſius

Digitized by Google

sius scientiæ causa, maximè appeterent scientias contemplatiuas: practicæ enim non propter se, sed propter opus expetuntur; constat autē practicas magis expeti, quàm contemplatiuas, cùm longè plures practicis dent operam.

6 Postremò, quia si homines naturaliter appeterent scientiā sciendi causa, maximè naturaliter appeterent apertam, & euidentem diuinæ essentiæ cognitionem; ea enim est omnium dignissima, quæ propter se expetatur: hoc autem non videtur vlla ratione dici posse. Nam cùm cognitio illa sit supra naturam, vt quæ non per causas naturales, sed sola Dei gratia, & munere obtineri potest; fieri profecto nequit, vt appetitus, quo illam appetimus, sit naturalis: semper enim appetitus naturalis perfectionis propriæ fundatur in potentia naturali passiua, quę sit receptiua eiusmodi perfectionis; omni autem potentiæ naturali passiuę respondet naturalis actiua, vt Aristoteles docet in 3. de Anima cap 5. eo loco, quo ex natura intellectus patientis colligit dandum esse intellectum agentem. Cùm igitur nulla sit actiua naturalis, cuius actione consequi possimus eiusmodi cognitionem; nulla quoq; in nobis passiua naturalis erit, quare neque appetitus naturalis, quo illam expetamus. tex. 17. & 18.

## *Refutatio sententiæ quorundam.* SECT. II.

Sententia quorundam de scièdi appetitu.

PLERIQVE sunt, qui putent assertionem Arist. veram esse, si in ea appetitus naturalis sumatur pro naturæ propensione, non autem pro actu appetendi. Quòd enim prior sensus sit verus, ea ratione ostendunt, quia omnes homines habent inclinationem naturalem ad scientiam ratione intellectus, qui est naturaliter ad illam propensus. Quòd verò posterior sit falsus, ex eo probant, quia omnis actus, quo appetimus scientiam, est liber, ac proinde non naturalis. Scot. hoc loco Ant. And. q. 2. Iauellus q. 1. Flander & alij.

Refutatio. Eorum tamen sententia facilè refellitur. Primùm, quia Aristoteles, à quo illi in hac re nolunt discedere, planiùs videtur loqui de actu appetendi, vt patet ex probatione propositi pronunciati: vtitur enim in ea verbo Amoris, amor autem actus appetendi est. Deinde, quia vt actus appetendi sit naturalis, non est necesse, vt non sit liber, quod patebit ex sequentibus. Denique, quia amor, quo prosequimur sensus, cùm sit actus humanus, est liber; & tamen Arist. censet illum nobis esse naturalem. Nec enim eo argumento rectè probaret homines diligere naturaliter scientiam, quia diligant sensus, nisi loqueretur de naturali dilectione, qua sensus diligimus, alioqui rectè etiam probari posset, eos, qui sibi mortem consciscunt, habere appetitum naturalem, vt sibi vim inferant, quia videlicet id facere cupiant.

Verior de eadem re sententia. Magis sanè placet eorum sententia, qui putant pronunciatum Aristotelicum Caiet. 1. p. q. 78. ar. 1. & q.

Digitized by Google

8. ar. 1. & 1.2.q.10.a.1. verar. 1. contra gentes c. 4. ex D. Th. 12.loco cit. & 2.2.q.166.ar. 2. Alēsis hoc loco & Aegidius q. 4.

telicum verum esse, non modò sumpto appetitu naturali pro naturali inclinatione, sed etiam pro actu appetendi.

## *De appetitu innato.* SECT. III.

AT ergo planiùs id intelligatur, illud primo loco animaduertendum est, duplicem esse appetitū, vnum innatum, alterū elicitum. Appetitus innatus est inclinatio ab auctore naturæ indita, qua vnaquæque res absque vlla præuia cognitione sua in bonum propensa est. Huiusmodi est appetitus terræ ad locum infimum, materiæ ad formam, & omnium omnino potentiarum ad propria obiecta. Estque is aut impropriè dictus, aut propriè.

Quid innatus appetitus.

Impropriè dictus est, quo res propensæ sunt in bonum materialiter, hoc est in id, quod bonum est, siue conueniens, non tamen sub ratione boni, siue conuenientis. Hoc pacto propensi sunt sensus, & intellectus in sua obiecta. Sensus enim non fertur in sensibilia, vt sunt bona sentientibus (id enim propriè est appetitus sensitiui) sed vt sensibilia duntaxat: nec intellectus fertur in intelligibilia, vt sunt bona intelligentibus (est enim id voluntatis proprium) sed tantum vt intelligibilia sunt.

Innatus impropriè dictus.

Propriè dictus, est, quo res propensæ sunt in bonum formaliter, hoc est in bonum sub ratione boni, quo pacto respiciūt sua obiecta solùm appetitus sensitiuus, qui concupiscibilem, & irascibilem complectitur, & intellectiuus, qui appellatur voluntas; ille quidem, quia respicit sensibilia, vt sunt bona sentientibus, hic autem quia respicit intelligibilia, vt sunt bona intelligentibus.

Propriè dictus.

Ex hac distinctione patet, cùm dicimus terram appetere locum infimum, aut materiam appetere formam, aut sensus sensibilia, aut intellectum intelligibilia, id non esse verum nisi per translationem. huiusmodi enim res, cùm non appetant ista, ut bona sunt, ea sola ratione ea appetere dicuntur, quia perinde feruntur in illa, ac si verum, & propriè dictum appetitum haberent. Id quod Arist. innuit 1. lib. Rhetoricæ ad Theodectem, cùm inter bona enumerat illud, quod omnia appeterent, si intellectum haberent.

Cap. 6.

Patet etiam inter appetitus innatos solum sensitiuum, & intellectiuum esse qualitates earum rerum, quarum sunt appetitus. Nam nec appetitus grauitatis, qua terra propensa est in locum infimum, nec appetitus materiæ, aut sensuum, aut intellectus est aliqua eorum qualitas, quippe cùm hę res ex se ipsis, & detracta omni alia qualitate eiusmodi appetitus habeant; sed omnia huiusmodi denominantur appetentia similitudine ea, quam habent cum rebus, quæ verè, ac propriè dicto appetitu præditæ sunt. Quòd si quis obiiciat, grauitatem esse appetitum terræ, leuitatemq; appetitū ignis, & tamen esse qualitates terræ ac ignis; negan-

Quinam appetitus innati sint qualitates additæ rebus appetentibus.

Occurritur obiectioni.

Digitized by Google

neganda est prior propositio. Nam si grauitas,& leuitas essent appetitus terræ,ac ignis, earum actus essent actus appetendi, quemadmodū actus appetitus sensitiui & intellectiui:at descensus,& ascensus,quos quasi eliciunt eæ qualitates,non sunt actus appetendi, cùm ob alias causas, tum uerò quia numerantur in actionibus transeuntibus. Nec refert, quòd per eas qualitates ferantur terra,& ignis in sua loca naturalia: non enim per eas feruntur tanquam per facultates appetendi, sed solùm ut per instrumenta ;quo pacto animalia pedibus, aut alis,alijs'ue instrumentis à natura datis hunc aut illum locum petunt.

Solutio argumenti cuiusdā

Patet denique ex ea distinctione facilè dissolui hoc argumentū,quò multi vexantur; intellectus respicit suum obiectum sub ratione veri, seu intelligibilis; ergo non appetit illud naturaliter; alioqui respiceret quoque illud sub ratione boni, quod est formale obiectum appetitus, & ex consequenti darentur in eo duæ entitates, siue essentiæ, vna intellectus, altera appetitus, quod non est dicendum. nulla enim potentia indiget entitate alia,vt proprium obiectum appetat, cùm per se primò in illud propensa sit. Neganda est igitur consequutio, & id, quod assumitur ad eius probationem. Nam quæ non habent appetitum propriè dictum, non appetunt bonum, vt bonum est, sed habent se more appetentium, vt patet ex dictis.

## De *appetitu elicito*. SECT. IIII.

Quid appetitus elicitus.

APPETITVS elicitus est actus appetendi, quo res cognitionis participes,præuia aliqua cognitione sua,feruntur in bonum,aut quod bonum esse videatur. Huiusmodi est amor,desiderium,& similes animi affectiones, quæ in nobis ex cognitione rerum excitantur. Est autem is appetitus aut omnino liber, aut omnino necessarius, aut partim liber partim necessarius.

Quotuplex appetitus elicitus.

Omnino liber est, qui & quoad speciem actus (quod vocant quoad specificationem)& quoad exercitium eius est liber.Is dicitur liber quoad speciem actus, quo ita rem propositam amplectimur, vt eandem reijcere possimus, aut ita reiicimus,vt eandem possimus amplecti. Is verò dicitur liber quo ad exercitium, qui ita elicitur, vt permanente eadem notitia obiecti possit non elici. Vtroque modo sunt liberi actus voluntatis, quos elicimus circa ea omnia, quæ in sua ratione imperfectionem aliquam includunt: cuius generis sunt de ambulare,loqui, & cætera id genus, quæ appellantur perfectiones in certo genere,nec ponuntur in Deo nisi virtute,aut translatitiè. Nam præter quàm quòd nullum actum voluntatis necessariò elicimus circa res huiusmodi,nullam quoque earum ita amplectimur,vt eandem,quatenus talis est,repudiare non possimus, idque propter imperfectionē,quam omnes ex ratione sua sibi vendicāt.

Perfectiones in certo genere omnino liberè à nobis appeti.

Omnino

Omnino necessarius est, qui & quoad speciē actus, & quoad exercitiū est necessarius. Vtroque modo est necessarius appetitus brutorum animantium: ita enim necessitantur ab obiecto, & dispositione potentiæ ad eliciendum actum appetitus sensitiui, ut permanente eadē notitia obiecti, eademque dispositione potentiæ, sublatisque impedimentis, nec possint illum non elicere, nec etiam quod amplectuntur refutare, aut amplecti, quod refutant, Hoc etiam pacto, iuxta probabiliorē D. Tho. sententiam, est necessarius actus amoris, quo beati diligunt diuinam essentiam clarè conspectam: ita enim eius contemplatione rapiuntur, ut nullam interim habeant libertatem ad continendum, siue cohibendum eiusmodi actum. Non potest tamen dari in voluntate actus odij, qui hoc eodem pacto sit necessarius, quia cùm dari nequeat in rerum natura summū malum, vt probant Theologi, nihil omnino esse potest, cuius clara cognitio voluntatem necessitare valeat, vt actum odij eliciat. Atq; hic appetitus meritò dicitur nullo modo liber, quia nec est liber libertate contrarietatis, nec contradictionis, vt patet ex dictis.

Appetitum brutarū animātium omni libertate carere.

D. Tho. 1. p. q 82. ar. 2. & 1.2. q. 5. ar. 4. & 3. contr. gen. c. 62. Cajet. & Ferr. eiidem locis, Capr. in 1. d. 1. q. 3. Dur. in 4. d. 49 q. 8. Mar. ibidē q. 8.

Actum amoris Dei, qui est in Beatis, esse omnino necessarium.

Quid de actu odij.

Partim verò liber, & partim necessarius is est, qui est liber quoad exercitium, & necessarius quoad speciem; neque enim vllus reperitur, qui sit liber quoad speciem, & necessarius quoad exercitium. Huius generis est actus voluntatis erga bonum, & malum in commune, siquidem circa neutrum necessariò elicimus actū amplectendi, aut repudiandi, cùm possit voluntas nostra vtrumque cohibere, vt experientia constat; sed tamen bonum, vt bonum est, sic amplectimur, vt illud reijcere non possimus, malum verò, vt malum est, sic reiicimus, vt illud amplecti nequeamus; qnicquid nonnulli sentiant credentes posse voluntatem nostram experiendæ suæ libertatis causa bonum, vt bonum est, repudiare, & malum, vt malum est, amplecti. Eodem modo se habet actus voluntatis nostræ erga felicitatem, & miseriam sub communi ratione felicitatis, & miseriæ conceptas, & omnino erga ea omnia, quæ in sua ratione nullam imperfectionē includunt, huiusmodi sunt esse, viuere, cognoscere, intelligere, scire, prudentē esse, iustū; & vt vno verbo dicā, omnia, quæ à Theologis dicuntur perfectiones simpliciter, & Deo formaliter attribuuntur, eorumq; opposita. Atq; hic appetitus meritò dicitur liber sola libertate cōtradictionis, quia est liber quoad solū exercitiū, vt ex dictis apertū est.

Quo pacto affecta sit voluntas ad bonum, & malum in commune.

Nominales, vt Oxam in 1. d. 1. q. 6. Gabr. ibid. Hieronymus Angest. lib. 1. Moral. c. 2.

Quo pacto ad felicitatē, & miseriam.

## De *appetitu naturali, & non naturali*. SECT. V.

SI quis igitur attendat, planè intelliget ex duplici genere appetituum, quos explicauimus, omnes innatos esse naturales, quia naturam ipsam necessariò comitantur, & ex ea quasi profluunt, id quod ipsum quoque nomen innatorum indicat; ex elicitis autem quosdam esse naturales, alios non naturales.

Omnes appetitus innatos esse naturales, elicitos non omnes.



Digitized by Google

Elicitorũ naturalium triplex genus.

Eliciti naturales sunt in triplici genere. Primi generis sunt ij, quos diximus esse necessarios tam ratione exercitij, quàm speciei. Secundi verò ij, quos diximus necessarios ratione speciei. Meritò autem vtrique dicuntur naturales, quia quidquid est necessarium, qua ratione necessarium est, naturale dici potest, nisi necessitas pro vi accipiatur, qua ratione violentum à necessario distinguimus. In tertio ij ponendi sunt, ad quos natura rei ex sua ratione inclinat, quo pacto dicimus naturale esse homini viuere in societate; non naturale autem, hoc est supra, aut infra humanam conditionem solitariam vitam ducere; item naturale esse homini recto corpore incedere, non naturale autem more quadrupedis pedibus, ac manibus ingredi.

Eliciti non naturales.

Eliciti non naturales sunt ii omnes, qui nec sunt ulla ex parte necessarii, nec in eos natura rei propensa est, quorum exempla ex dictis patet.

Tribus modis actum voluntatis dici posse naturalem.

Hinc colliges ordine inuerso, actum appetendi uoluntatis humanæ tribus modis posse appellari naturalem; communiter, propriè, & maximè propriè: communiter, si in illum natura humana ex sua ratione inclinet; propriè, si sit necessarius quoad speciem tantùm; maximè autẽ propriè, si sit necessarius quoad speciem, & exercitium. Iam enim dictũ est superiùs nullum esse posse necessarium quoad exercitium tantùm.

## *Omnes homines naturaliter appetere scientiam, non modò appetitu innato, sed etiam elicito.* SECTIO VI.

1. conclusio.

His ita expositis sit prima huius Quæstionis conclusio; Omnes homines naturaliter appetere scientiam appetitu innato, non solùm impropriè dicto, sed etiam propriè. Prior pars ex eo probatur; Quia omnes potentiæ ex natura sua habent naturalem propensionem ad proprias operationes, maximè uerò ad perfectas; scientia autem est perfecta intellectus operatio, cùm sit certa, atque euidens cognitio; satisq; perspicuũ est ex dictis, propensionem intellectus ad suas operationes impropriè dici appetitum.

Naturali sim perfectio intellectus nostri.

Deinde, Quia intellectus noster est naturaliter imperfectus, cùm sit ex se uelut tabula, in qua nihil est depictum, & perinde se habeat ad notitias rerũ, ut materia ad formas, quod Arist. docet tertio de Anima cap. 4. tex. 14. id autem, quod naturaliter est imperfectum, naturaliter appetit perfectionem; nullaque notitia magis perficit intellectum, quàm scientia: appetit igitur intellectus noster naturaliter sciẽtiam, nec minùs quàm materia formam. at hic appetitus præcedit omnem cognitionem intellectus, quemadmodum & ipsa imperfectio intellectus; appetit igitur intellectus scientiam innato appetitu.

Præterea appetitus elicitus sciendi omnibus hominibus naturalis est, ut patebit; ergo magis naturalis est innatus, cùm elicitum præcedat, & à natura

Digitized by Google

natura ſeparari non poſſit. Hoc poſteriori argumento vtitur Cicero in
Cic. 2. de finib. 2. de finibus. Natura, inquit, cupiditatem ingenuit homini veri inueniendi, quod facillimè apparet, cùm vacui curis etiam quid in cælo fiat, ſcire auemus: quaſi dicat, Id quod facillimè colligimus ex naturali appetendi actu, quem auidè exercemus, cùm alijs rebus non impedimur. Poſterior pars concluſionis ex eo probatur, quia voluntas humana, quã eſſe propriè, & formaliter appetitum diximus, ſuapte natura propenſa eſt ad omnia humana bona, quorũ prȩcipuum ex ſuo genere eſt ſciẽtia.

Secunda cõcluſio ſit; Omnes homines appetere ſcientiã appetitu elicito cõmuniter,& propriè naturali,nõ tamen proprijſſimè. Nam quòd omnes appetamus ſcientiam appetitu elicito (quod intelligendum eſt ſublatis impedimentis) vel ex ea experientia perſpicuum eſt, ex qua, vt paulò antè diximus, Cicero innatum appetitum colligit. Itaque etſi liberè elicimus actũ appetendi ſcientiã,ſi tamen nihil obſtaret, nec ex parte rerum externarũ, nec ex moleſtia corporis, nec ex prauo aliquo animi affectu,nemo eſſet qui perfectæ cognitionis, ſi nõ frequẽter,certè aliquãdo appetitum non eliceret: atque hoc pacto intelligimus in hac concluſione omnes homines appetitu elicito ſcientiam appetere. Quòd autem is appetitus ſit naturalis cõmuniter,ex eo patet, quia natura noſtra, quatenus rationalis, propenſa eſt in perfectam rerum intelligentiam, quaſi in præcipuam operationem, & (quod hinc ſequitur) in appetitum elicitum, quo ſcientiam expetimus. Quòd verò ſit etiam naturalis propriè, ea ratione probatur, quia eſt neceſsarius quoad ſpecificationẽ. Ita enim homines appetunt ſcientiam, vt eam, quatenus ſcientia eſt, nullo modo reijcere poſſint. Eſt enim ſcientia perfectio ſimpliciter, in cuius ratione nulla omnino imperfectio includitur, ob quam voluntas eam repudiare poſſit. Dixi [Quatenus ſcientia eſt] quia ſi ſecundum ſpecialem rationem ſumatur, vt quatenus diſcurſu, aut experimento comparatur, poteſt haud dubiè refutari. Quòd denique non ſit naturalis proprijſſimè, manifeſtum eſt. Nec enim eſt neceſsarius quoad exercitium actus, vt conſtat experientia.

2. concluſio.

Quo pacto ſcientiam refutare non poſſimus.

Tertia concluſio ſit; Omnes homines naturaliter appetere ſcientiam ipſius ſcientiæ cauſa. Hęc concluſio nõ eſt intelligenda de ſcientia practica,ſed de cõtemplatiua, de qua ſola Ariſt. in propoſito pronũciato loquitur; practica enim non propter ſe, ſed propter opus expetitur. Eam verò optimè probat Ariſt. ex amore, quo à nobis naturaliter cognitio ſenſitiua propter ſe ipſam diligitur. quod argumentũ ea ratione dicitur ſignum, quia ab euidenti effectu cauſæ finalis ducitur; dirigitur enim cognitio ſenſitiua ad intellectiuam, tanquam medium ad finem, & diſpoſitio ad perfectam formam. Ex cauſa tamen hunc in modum poteſt concluſio confirmari. Si qua eſt operatio humana, quæ propter ſe naturaliter ſit expetenda (ſunt autem aliquæ concedendæ neceſſariò, ne uoluntas noſtra ſemper temerè uagetur, nullumque in finem intendat) maxi-

3. concluſio.



Digitized by Google

mè eſt operatio intellectus; hæc enim eſt præſtantiſſima animæ potentia. at operatio intellectus eſt cognitio; practica autē cognitio non propter ſe expetitur; ergo non dubium eſt, quin cognitio contemplatiua naturaliter propter ſe ipſam expetatur à nobis; & inter contemplatiuas ea, quæ eſt perfecta, quam hic nomine ſcientiæ intelligimus.

Locus Ciceronis notandus in confirmatione concluſionis.

Hanc ipſam Ariſt. concluſionem copioſè tractat Cicero quinto libro de Finibus. [Tantus, inquit, eſt innatus in omnibus cognitionis amor, & ſcientiæ, ut nemo dubitare poſſit, quin ad eas res hominum natura nullo emolumento inuitata rapiatur. uidemus'ne ut pueri ne uerberibus quidem à contemplandis rebus, perquirendisq; deterreantur? vt pulſi requirant, & aliquid ſcire ſe gaudeant? ut alijs narrare geſtiant? ut pompa, ludis, atque huiuſmodi ſpectaculis teneantur, ob eamq; rem uel famem, & ſitim perferant? quid uerò, qui ingenuis ſtudijs, atque artibus delectantur? nonne uidemus eos nec ualetudinis, nec rei familiaris habere rationem? omniaque perpeti ipſa cognitione, & ſcientia captos? & cum maximis curis, & laboribus compenſare eam, quam ex diſcendo capiant, uoluptatem? mihi quidem Homerus huiuſmodi quiddam uidiſſe uidetur in iis, quæ de Syrenum cantibus finxerit: neque enim uocum ſuauitate uidentur, aut nouitate quadam, & uarietate cantandi reuocare eos ſolitæ, qui præteruehebantur; ſed quia multa ſe ſcire profitebantur, ut homines ad earum ſaxa diſcendi cupiditate adhæreſcerent.] Et paulò pòſt. [Quem ardorem ſtudii cenſetis fuiſſe in Archimede, qui dum in puluere quædam deſcribit attentiùs, ne patriam quidem captam eſſe ſenſerit? quantum Ariſtoxeni ingenium conſumptum uidemus in Muſicis? quo ſtudio Ariſtophanem putamus ætatem in literis duxiſſe? quid de Pythagora, quid de Platone, aut Democrito loquar, à quibus propter diſcendi cupiditatē uidemus ultimas terras eſſe peragratas? quę qui non uident, nihil unquam magna cognitione dignum amauerunt. Atque hoc loco, qui propter animi uoluptates coli dicunt ea ſtudia, quæ dixi, non intelligunt iccirco eſſe ea propter ſe expetenda, quòd nulla utilitate obiecta delectentur animi, atque ipſa ſcientia, etiam ſi incommoda datura ſit, gaudeant. Sed quid attinet de rebus tam apertis plura requirere? ipſi enim quæramus à nobis ſtellarum motus, contemplationesq; rerum cæleſtium, eorumque omnium, quæ naturæ obſcuritate occultantur, cognitiones quemadmodum nos moueāt, & quid hiſtoria delectet, quam ſolemus perſequi uſque ad extremum, prætermiſſa repetimus, inchoata perſequimur. Nec uerò ſum inſcius eſſe utilitatem in hiſtoria, non modò uoluptatem. quid cùm fictas fabulas, è quibus utilitas nulla duci poteſt, cum uoluptate legimus? quid cùm uolumus nomina eorum, qui quid geſſerint, nota nobis eſſe, parentes, patriam, multa præterea minime neceſſaria? quid quòd homines infima fortuna, nulla ſpe rerum gerendarum, opifices denique delectentur hiſtoria? maximeq; eos uidere poſſumus, res geſtas audire, & legere uelle, qui à ſpe gerendi

Cicero 5. de finib.

Digitized by Google

rendi absunt confecti senectute. Quocirca intelligi necesse est in ipsis rebus, quæ discuntur, & cognoscuntur, inuitamenta inesse, quibus ad discendum, cognoscendumque moueamur. Ac ueteres quidem Philosophi in beatorum insulis fingunt, qualis natura sit uita sapientiũ, quos cura omni liberatos nullum necessarium uitæ cultum, aut paratum requirentes, nihil aliud esse acturos putant, nisi ut omne tempus in quærendo, ac discendo in naturę cognitione consumant. nos autem non solùm beatæ uitæ istam oblectationem uidemus, sed etiam leuamentum miseriarum. itaque multi cùm in potestate essent hostium, aut tyrannorum, multi in custodia, multi in exilio dolorem suum doctrinæ studiis leuauerunt. Princeps huius ciuitatis Phalereus Demetrius, cùm patria pulsus esset iniuria, ad Ptolomęum se Regem Alexandriam contulit, qui cùm in hac ipsa Philosophia, ad quam te hortamur, excelleret, Theophrastique esset auditor, multa pręclara in illo calamitoso otio scripsit, non ad usum aliquem suum, quo erat orbatus, sed animi cultus ille erat ei quidam humanitatis cibus.] Hunc totum locum ex Cicerone transtulimus, quòd ex eo non pauca argumenta ad propositam conclusionem confirmandam desumi possint.

Quarta conclusio sit; Nihil magis appeti ab hominibus, quàm scientiam contemplatiuam. Hæc conclusio facilè probatur. Primùm, quia, ut luce est clarius, unaquęque res id maximè appetit naturaliter, propter quod maximè est, sunt autem res omnes propter suas operationes, ut ait Arist. 2. de Cęlo cap. 3. & maximè propter eam, quę est pręstantissima; quod intellige dictum de iis, propter quas res sunt, tanquam propter fines internos. Cùm igitur cõtemplatiua cognitio sit prestantissima hominis operatio; efficitur, ut ea à nobis maximè naturaliter appetatur. 4. conclusio. text. 17.

Deinde, quia id rationi consentaneum est, hominem magis appetere naturaliter, quo maximè & excellit brutis animãtibus, & participat conditionem diuinarum substantiarum, quod nemo negauerit esse scientiã contemplatiuam.

Postremò, quia felicitas humana pręcipuè consistit in contemplatione, ut 10. lib. Ethicorum ostenditur; nullum uerò actum magis expetũt homines, quam felicitatem. Dixi autem [pręcipuè consistit] quia alia ratio est de felicitate, quę in hac uita obtineri potest, alia de felicitate simpliciter. Nam etsi essentia felicitatis simpliciter in sola intuitiua diuinę essentię cognitione consistere potest, quòd hęc una secum necessariò afferat perfectum, & constantem uirtutum omnium statum; tamen fieri nequit, ut felicitas, quę in hac uita haberi potest, consistat secundum essentiam in sola diuinæ naturæ cognitione, quòd eam non necessariò comitentur uirtutes morales, cùm possit reperiri cum uitiis, ac reuera in ijs reperta sit, de quibus Paulus ait, Qui cùm Deum cognouissent, non sicut Deum glorificauerũt. Sine uirtutibus autem moralibus nemo potest dici felix etiam in hac uita. Quocirca sapientissimè tradidit Arist. duas Cap. 7. Ad Rom. 1. 10. Eth. ca. 7. & 8. Felicitatem huius uitę non consistere in sola Dei cognitione.

duas temporalis felicitatis partes, quæ quasi essentiam illius constituerent, unam perfectæ uirtutis moralis, alteram perfectæ uirtutis intellectiuæ, hoc est sapientiæ; tametsi meritò censuit præstantiorem partem esse uirtutis intellectiuæ. Hæc enim etsi in hac mortali uita non necessariò efficit bonum eum, qui illa præditus est, uti diximus; est tamen uirtus altioris ordinis, & ex suo genere sufficiens ad beandum. Cæterùm utilior est in hac uita pars altera felicitatis, quæ in perfectione uirtutis moralis consistit, plusque affert animo quietis, & tranquillitatis.

Hodē modo appeti naturaliter ab homine uirtutē moralē, quo appetitur scientia.

Hinc colliges, quemadmodum appetitus scientiæ est naturalis homini, ita & uirtutis moralis esse naturalem, non modò si loquamur de innato, sed etiam de elicito; nec tantùm de naturali communiter dicto, sed etiam de eo, qui propriè naturalis est. Tanta est enim pulchritudo uirtutis, ut etiā in hoste posita, quod dici solet, quatenus uirtus est, odio haberi non possit.

## *Dilutio argumentorum oppositę partis.* SECTIO VII.

Quo pacto dici posset appetitus frustrà a natura datus.

AD primum igitur argumentum negatiuæ partis dicendum est, non ex eo negandum esse in omnibus hominibus naturalem appetitum sciendi, quòd non omnes scientiam assequantur. Appetitus enim, qui ratione speciei inest indiuiduis, non ideo dicitur illis frustrà datus, quia non expleatur in omnibus; sed tum demum diceretur frustra inditus, si in nullo satiaretur, aut certè indiuidua, non haberent instrumenta, quibus eiusmodi appetitum satiare possent. Nunc autem secus res habet. Nam permulti sunt, qui scientiam assequantur, nec ullus omnino est (modo in eo natura sit integra, & minimè læsa) cui desint instrumenta ad scientiā comparandam. Quòd si quis opponat Aristotelem 5. Politicorum libro Cap. 12. dicentē fieri posse, vt aliqui sint, quos erudiri, & bonos viros fieri sit impossibile; ergo pari ratione posse reperiri aliquos, atque adeò multò plures, qui contemplatiuis scientijs institui non valeant: respondendū est, id non à natura proficisci, quæ in omnibus eiusdem rationis est, sed à complexione corporis peculiari, quę in aliquibus inepta est ad exercenda naturæ opera, quę ineptitudo siue ex defectu, excessu'ue materię proueniat, siue ex malitia, vt ita dicam, alicuius qualitatis, ad læsionem naturæ referenda est. Quanquam verbum illud [impossibile] quod ad virtutem attinet, videtur sumi pro, difficile: nemo enim adeò ineptus est, vt bonus fieri non possit, nisi bonitatis nomine intelligas habitum virtutis perfectum, quem fortè nonnulli naturaliter acquirere non possunt ob prauā admodum, & extraordinariam corporis constitutionem; quod potiori ratione dicendum est de habitu scientiæ contemplatiuæ.

Ad secundū dicendum est, si de appetitu naturali cōmuniter dicto sit sermo, falsam esse maiorem. possumus enim appetere oppositū eius rei, quam

Digitized by Google

quam appetitu naturali cõmuniter tãtùm dicto expetimus, cùm eiuſmodi appetitus ſit omnino liber: ſi verò ſit ſermo de appetitu naturali propriè dicto, veram eſse maiorem, ſed falſam minorem. Scientia enim, & cæteræ omnes res, quas diximus non includere in ſuis rationibus imperfectionem, etſi per ſe, & quatenus tales ſunt, refutari non poſsunt; tamen per accidens, hoc eſt quatenus difficilè acquiruntur, aut conſeruantur, vel certè quatenus re alia, quam diligimus, nos priuant, aut alicui labori addicunt, poſsunt repudiari: quo pacto multi non ſolùm eliciunt actum nolendi ſcientiam, vt peſpicuum eſt, ſed & beatitudinem, quam exoptant, atque adeo vitam ipſam, qua fruuntur, vt patet in ijs, qui ſibi manus afferunt. Verùm hoc nõ tam eſt nolle iſta, quàm ea, quæ his coniuncta ſunt. nec huiuſmodi actus eſt omni ex parte voluntarius, ſed aliquid habet inuoluntarij; quo pacto qui tempeſtate iactantur etſi omnibus conſideratis ſponte proijciunt merces in mare; id tamen non tam faciunt, quia illis carere velint, quàm quòd nolint earum cauſa perire.

Ita Caiet. 1. 2. q. 10. art. 1.

Aliter forſan reſpondebit aliquis, rarò videlicet contingere, vt homines eliciant actum nolendi ſcientiam, idque non efficere, quo minus actus illam appetendi ſit naturalis; quo pacto non ideo negamus naturale eſſe homini habere quinque digitos, quia vnus, aut alter non habeat ab ortu niſi quatuor. Verùm hęc reſponſio non ſatisfacit. Nam præter quàm quòd non rarò contingit, vt homines eliciant actum nolendi ſcientiam (quod vtinam non ita multi facerent) id certum eſt, nihil rarò contingere in rebus contra ordinem naturalem, niſi per accidens, veluti propter defectum materiæ, aut impedimentum aliquod. quo fit, vt neceſſe ſit redire ad priorem ſolutionem, & eò magis, quòd appetitus ſcientiæ non ſolùm eſt naturalis communiter, ſed etiam propriè.

Solutio quorundam reijcitur.

Ad tertiũ dicendũ eſt Ariſt. nomine ſcientiæ intellexiſſe omnẽ ſcientiam, maximè verò eam, quę pręſtantiſſima eſt, & latiſſimè patet; falſumque eſſe, neminem habere appetitum ad omnes capeſſendas. Nam vt materia prima cum qua ſępe Ariſt. confert humanũ intellectũ, habet naturalẽ appetitum ad omnes formas, ſic intellectus humanus habet naturalem appetitum ad omnes ſcientias. Nec obeſt, quòd nemo poſſit omnes ſimul conſequi naturaliter, ſatis eſt enim ſi poſſit diuiſim. Nam neque materia poteſt ſimul informari omnibus formis, ſed diuiſim. Quãquam in hoc diſpar eſt ratio in materia, atque in intellectu, quòd eadem materia numero nullas vnquam duas ſimul formas ſubſtantiales habere poteſt, vt 8. lib. oſtendemus; idem autem numero intellectus poteſt ſimul perfici multis ſcientiis; nec alia eſt cauſa, cur non poſſit in hac vita ſimul perfici omnibus naturaliter, niſi quia, vt Hippocrates ait, vita breuis eſt, ars longa.

Comparatio intellectus cũ materia prima.

Aphor. 1.

Ad quartũ dicendũ eſt, appetitũ naturalem inſitũ aliter in natura libera, aliter in ea, quæ ad vnum determinata eſt, exire in actum. In hac enim, ſublatis impedimentis, continuò exeat neceſſe eſt, quia impetu naturæ

Nõ eodẽ modo ſe habere appetitũ naturalẽ in natura libera, quo in cæteris.

Digitized by Google

turæ fertur, ut in lapide; in illa uerò non est necesse. potest enim libertas cohibere appetendi actum, nisi summum bonũ præsens, & intuitiuè illi proponatur. Itaque posito homine in summo otio, sublatisque omnibus impedimentis, etiam ex parte appetitus; non est necesse, ut continuò philosophetur.

Ad quintum dicendum est, indigentiæ quidẽ causa magis expeti practicas scientias, quàm contemplatiuas, atque adeo à pluribus: at gratia solius cognitionis non solùm non magis expeti practicas, sed ne expeti quidem. Id enim proprium est contemplantium. nisi quis quodammodo abutatur practicis, contentus earum cognitione, quæ suapte natura ad praxim refertur.

Sexti argumenti solutio propriam per se postulat disputationem, quæ iam à nobis paucis expedienda est.

## APPETAT NE HOMO NATVRALITER intuitiuam Diuinæ naturæ cognitionem?

## QVÆSTIO II.

*Opinio eorum, qui partem affirmatiuam approbant.*

### SECTIO PRIMA.

Sensus quæstionis.

IN hac quæstione non est controuersia de appetitu elicito, sed de innato tantùm; non quòd nemo possit elicere actum appetendi propositam cognitionem, nisi supposita fide, ut quidam dicunt (id enim falsum esse ex eo constat, quia ut aliquis actu elicito eam desideret, non est necesse, ut fidem orthodoxam habeat, cum satis sit, si opinetur se posse illam consequi, idq; siue per se, siue ope alterius) sed quia perspicuum est talem appetitum elicitum non posse dici naturalem propriè, sed forsitan communiter, idque si natura in eam cognitionem propensa sit. Itaque de solo appetitu innato in hac quæstione agendum est.

Sententia quorundam.

1 Sunt igitur, qui putẽt inditũ esse homini à natura huiusmodi appetitũ. Primùm, quia ut se habet materia ad formas reales, ita intellectus noster ad formas intelligibiles: materia autẽ ex se habet inclinationẽ nõ solùm ad formas, quibus actione causarũ naturaliũ informatur, sed etiã ad eas, quas diuina uirtus præter naturæ ordinẽ in illã introducit: est igitur intellectus noster ex se propensus non solùm ad omnẽ cognitionẽ, quam uiribus suis consequi potest, sed etiam ad eam omnẽ, quam potest obtinere ope diuina. Propositio huius argumentationis ex ea similitudine, quam

Aristoteles

Aristoteles tertio libro de Anima inter intellectum nostrum, & materiã primam constituit, perspicua est. Assumptio ex eo constat, quia non minùs appetebat materia formas primorum parentum, quæ non sunt introductæ more naturali, quàm eorum, quos ipsi genuerunt. Atque hac penè argumentatione utitur hoc loco Alexander Alensis.

2 Deinde, quia intellectus noster perficitur per intuitiuam diuinæ naturæ cognitionem. neque enim ea cognitio illi repugnat, aut indifferenter se habet ad illum, sed potiùs est illi consentanea, atque adeò maximè. Cùm igitur omnis potentia appetitu à natura insito appetat suam perfectionem, & maximè maximam; efficitur ut intellectus hoc pacto appetat intuitiuam, siue claram Dei cognitionem. quæ ratio est Scoti. 4. sentent. dist. 4. q. 10.

3 Tertio, quia homo (vt idem auctor eodem loco argumentatur) appetit naturaliter veram beatitudinem innato apperitu; natura autem non appetit aliquid in vniuersali, sed in particulari, quo duntaxat modo dari potest in rerum natura: cùm igitur vera beatitudo nulla sit prẽter eam, quæ consistit in clara Dei visione, aut eam consequitur; efficitur vt clara Dei cognitio ab homine appetatur innato appetitu.

4 Quarto, quia experientia constat, appetitum hominis non satiari vllo eorum bonorum, quæ in hac vita cõsequi possumus, aut vlla eorum coniunctione, sed semper ad altius aliquid aspirare; quod quidẽ nihil aliud esse potest, quàm possessio summi boni, hoc est solius Dei: Deus autem aliter possideri nequit, nisi per claram, & intimam cognitionem, ac familiaritatem; vnde est illud Augustini initio suarum confessionum, Fecisti nos ad te, & inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te. Hoc etiam argumentum est Scoti, quemadmodum & quod sequitur.

1. Confess. cap. 1.

5 Quinto, quia cùm certiores facti per diuinam reuelationem de futuro illo statu, naturaliter illum appetamus; non dubium est, quin lateat in nobis iam inde ab ortu naturalis propensio ad eam cognitionem diuinæ naturæ. Nec enim reuelatio diuina, fidei'ue prædicatio illam nobis infundit propensionem, sed potiùs latentem, & quasi dormientem excitat, & in actum appetendi prodire facit.

6 Sexto, quia (vt argumentatur D. Thomas) naturale est homini cognito effectu desiderare perfectam causæ cognitionẽ; adde etiam, si placet, quatenus possibile est (ad hoc enim planè inclinat natura ipsa rationalis, qua homines sumus) Deus autẽ est prima, & suprema causa cuiusq; rei; ergo cognitio cuiusuis effectus Dei naturaliter mouet hominis desiderium ad perfectam, & perspicuam diuinæ naturæ cognitionem, quantùm humano intellectui possibile est. Cùm igitur possibile sit homini videre Deum per essentiam, vt fides docet; perspicuum efficitur dari in nobis ad eum videndum naturalem propensionem. Hanc[a] sententiam post Alensem sequitur Scotus, & Durandus, &, quorundam recentiorum Thomistarũ sententia, D. Thomas; id quod hac vltima ratione colligunt, quæ est

a Alẽsis hoc libro. Scot. in prolog sent. q. 1. & in 4. d. 49. q. 10. Dur. ibid. q 8. Mai. q. 6. Sot. q. 2. ar. 1. & lib. 1. de natura & gratia c. 4. & alii.

Auctores hũius sententiæ.



Digitized by Google

in 1. parte Summæ theologicæ q. 12. & alijs plerisque locis, tum etiam ex quæstione vltima in Boëtium de Trinitate, quo loco ait hominē natu raliter ferri in finem vltimum, nec tamē naturaliter illum posse assequi, sed per gratiam tantùm. 1.p.q.12.ar.1. q.ult. ar. ult. ad ultimum.

## *Vera quæstionis explicatio.* SECT. II.

Oppositæ sententiæ magis probatur.

NOBIS tamen oppositа sententia magis placet. Primùm argumento vltimo superioris quæstionis, cuius soluendi causa hanc disputationem adiunximus. Appetitus enim naturalis propriæ perfectionis supponit potentiam naturalem passiuam, siue receptiuam illius; in nobis autem nulla est talis potentia ad actus ex genere suo supernaturales, sicut est clara Dei visio, vt omnes Theologi fatentur, atque ex diuinis oraculis ostendunt. Nec occurras, appetitum naturalem posse fundari in sola potentia obedientiali, siue non repugnantia naturæ. Hoc enim qui dixerit, necessariò contra omnem communem sensum fatebitur aquam habere appetitum naturalem, vt sit calida, atque adeo ad sui corruptionem. Quanquam enim in aqua sit naturalis appetitus caloris, is tamen non est appetitus aquæ, sed materiæ. Fatebitur etiam corpus habere naturalem appetitum, vt non occupet spatium, & accidens vt sine subiecto existat, & panem vt conuertatur in corpus Domini, quòd ista fieri extraordinaria Dei virtute nihil repugnet; quæ quidem dici nullo modo possunt. Quòd autem absurdum sit ponere in nobis potentiam naturalem passiuam ad actus supranaturales, non solùm ex eo colligitur, quià vt argumentabamur ex Aristotele 3. de Anima cap. 5. omni potentię naturali passiuæ respondet aliqua naturalis actiua (quam tamen omnes ea ratione meritò negant respectu actuum supranaturalium, quia alioqui huiusmodi actus non essent supernaturales) sed etiam duobus alijs argumentis ostendi potest. Vno, quia, vt Arist. docet 5. & 9. libro huius operis, potentia passiua dicitur ab actiua, vnde fit, vt si actiua non est naturalis, nec passiua naturalis sit. Altero, quia cognita essentia cuiusque rei, cognosci, ac demonstrari ex ea possunt omnes eius proprietates, & potentiæ naturales, vt patet ex libris de poster. resol. & ex 4. phys. cap. 4. vnde fit, vt si in homine esset potentia naturalis ad claram Dei visionem, naturaliter cognosci posset hominem esse aliquādo beandum illa uisione, ne frustrà indita esset eiusmodi potentia; quod tamen diuina oracula negant.

Hanc sequitur Caiet. 1.p. q.1.ar. 1. & q. 12.ar. 1. Ferra. 1.contr.gent. cap. 5. & lib. 3.c.51. & alii.

Non dari in nobis potentiam naturalem passiuam ad actus supernaturales.

Lege Caiet. 3. tom. Opusc. tract. 3. q. 2. Capr. in prologo sent. q. 1. ad argumēta cōtra 6. cōcl. Ferrar. 1. cōtra gent. c. 3.

Cur negetur potentia naturalis passiua ad actus supranaturales.

q. 1. sect. 2.

5. Metaph. c. 12. tex. 17. & lib. 9. cap. 1. tex 2.

tex. 38.

Diuinæ naturæ cōtemplatio finis noster.

Secundo probatur eadem sententia, quia, cùm clara diuinæ naturæ contemplatio sit finis noster, si illa appeteretur à nobis naturaliter, esset haud dubiè finis noster naturalis, quod omnes Scoti sectatores, & nonnulli D. Thomæ libenter admittunt. Non esse uerò eam finem nostrum naturalem, duo argumenta satis ostendunt. Vnum est, quia finis & media,

Digitized by Google

dia debent inter seſe proportionem habere: media autem ad huiuſmodi finem, cùm non ſint naturalia, ſed ex ſola Dei gratia uim habeant, nullam cum finibus naturalibus proportionem habent. At dicunt, finem, ut finis eſt, duobus modis ſpectari poſſe: uno, ut confertur cum appetitu; altero, cum medijs, quibus acquiritur; priorique modo claram Dei cognitionem eſſe finem naturalem humanæ naturæ; poſteriori, non eſſe naturalem. Sed hæc reſponſio excogitata magis declinandi huius argumenti cauſa eſt, quàm diſſoluendi. finis enim etſi, quatenus quiddam bonum eſt, appetitum reſpicit; tamen quatenus eſt finis, non ad appetitum, ſed ad media refertur, unde fit, ut propoſita diſtinctio non ſoluat argumentum, quippe cùm clara Dei cognitio, quatenus confertur cum mediis, non ſit finis naturalis, ut etiam ipſi fatentur. Alterum argumentum eſt, quia ex cognitione eſſentiæ cuiuſque rei habentis finem colligitur naturalis finis illius, ſiquidem naturalis finis eſt cauſa per ſe eius rei, cuius eſt finis; ex effectu autem per ſe poteſt à poſteriori colligi cauſa per ſe. Cùm ergo naturaliter cognoſci nequeat clara Dei uiſionem eſſe naturalem homini, ut paulò antè oſtendimus; efficitur ut non ſit naturalis finis humanæ naturæ. Scotus hoc argumento preſſus, & eo, quo ultimo loco probauimus, non eſſe in nobis naturalem potentiam paſſiuam actuum ſupernaturalium, reſpondet naturam humanam non poſſe à nobis naturaliter cognoſci ſub ratione illa propria, & ſpeciali, ſub qua ordinatur ad talem finem. Et paulò pòſt; non poſſe à nobis naturaliter cognoſci pro ſtatu iſto, niſi quoad prædicata, quę abſtrahuntur à ſenſibilibus. Proinde non mirum eſſe, ſi naturaliter cognoſci non poſſit finis ille naturalis. Verùm hæc reſponſio nec ſatis ſibi conſtat, nec diſſoluit argumentum. Nam in priori parte uidetur abſolutè intelligenda, in poſteriori autem planè loquitur de cognitione, quam habemus in hac mortali uita, quorũ neutrum eſt ad rem. Etenim nihil refert, ſi à nobis natura humana neq; in hoc ſtatu, nec cùm anima fuerit à corpore ſeparata, perfectè intelligi poſſit naturaliter. Satis eſt enim, ſi poſſit ab alia ſubſtantia creata, cùm idem omnino incommodum ſequatur. Mitto falſum eſſe, naturam noſtram non poſſe à nobis perfectè intelligi, ſaltem cùm anima fuerit à corpore ſeiuncta.

Aduerſæ partis reſponſio.

Dilutio.

Scoti reſponſio.

Refutatio.

Tertio ea ratione probatur principalis concluſio, quia ſi natura dediſſet homini naturalem propenſionem ad claram diuinæ naturæ contemplationem, dediſſet quoque ei inſtrumenta, omniaque alia neceſſaria, & ſufficientia ad illius conſecutionem, ne fruſtrà eiuſmodi propenſionem tribuiſſet, cùm igitur hæc non dederit, ne illam quidem indidiſſe concludendum eſt. Haud diſſimili argumento utitur Ariſtoteles ſecun-
ter. 50. do lib. de Cælo cap. 8. ut oſtendat aſtra non moueri ex ſeſe, hoc eſt progreſſiuo motu, ſeu (quod potiùs ille colligere uoluit) non habere naturalem propenſionem, ut eo motu moueantur. Ait enim abſurdum eſſe naturam, quæ nihil temere facit, nullum illis ad eum motum inſtrumen-



Digitized by Google

tum dediſse; cumque ea in re prouidiſset animalibus, adeò præſtantes naturas neglexiſse. Mitto hic argumenta omnino Theologica, quale eſt illud; Si in nobis eſt inſitus appetitus naturalis intuitiuæ cognitionis naturæ diuinæ,& (quod ex eo ſequitur) potentia naturalis ad claram illius contemplationem, fore, ut ij, qui in uteris maternis diem clauſerũt, pœnam ſenſus patiantur, quòd cognoſcant ſe à naturali fine aberraſse; fruſtraque ſibi ad eum finem acquirẽdum datam fuiſse naturalem propenſionem. Et illud; Fore, ut beati non egeant lumine gloriæ, quo corũ intellectus ad actum illius contemplationis eleuetur: quæ argumenta non pertinent ad Metaphyſicum. Ita patet nõ eſſe in nobis innatũ appetitum intuitiuæ cognitionis diuinæ naturæ. Quam ſententiam credi-

Quid D. Thomas in hac re.

derim eſſe omnino D. Tho. quemadmodũ Caietanus, Capreolus, Ferrarienſis,& præſtantiſſimi quique Thomiſtarum exiſtimant, nec id negabit, qui perpenderit ea, quæ ille ſcribit prima par. q. 1. ar. 1.& q. 23. ar. 1.& 1. 2. q. 109. art. 5.& 4. ſent. diſt. 49. q. 1. art. 3. maximè uerò, quæ docet in quæſtionibus de Veritate, q. 22. art. 7.& q. 27. ar. 2. quibus locis diſertis uerbis ait, priori quidem, Hominem non appetere naturaliter uiſionem Dei, in qua eius uera beatitudo conſiſtit: in poſteriori autem, Dari homini Dei munere non ſolùm, ut actu operetur propter futuram illam beatitudinem, ſed etiam ut habeat inclinationem ad eam acquirendam; quo nihil clarius dici potuit.

## *Dilutio argumentorum aduerſæ partis.* SECTIO III.

Dupliciter aliquid fieri præter ordinẽ naturæ.

AD primum igitur argumentũ aduerſæ partis reſpondendum eſt, duobus modis aliquid fieri præter ordinem naturæ. Vno, ſi ſolus modus faciendi non ſit naturalis, quo pacto primi parentes facti ſunt à Deo,& multi mortui ad uitam reuocati, & cæci uidendi facultatem conſecuti. Cùm enim hæc fiunt, ſolus modus eſt ſupra naturam, cùm huiuſmodi formæ ſint naturales perfectiones materiæ,& in eam alioqui naturaliter introduci ſoleant. Altero, ſi formæ ipſæ ſint ſupernaturales, hoc eſt nõ poſſint naturaliter introduci. huiuſmodi ſunt gratia, charitas, & lumen gloriæ, quę quidẽ ut ex genere ſuo ſupernaturales ſunt, ita ad eas acquirendas non datur in ſubiecto naturalis inclinatio. Atque hoc pacto materia rerum corruptibilium non habet naturalem inclinationem ad formam cæleſtem, quia forma cæleſtis eſt ſuapte natura inſeparabilis; ſed ſolùm ad formas rerum caducarum, quę naturaliter ſeparari poſſunt, ac proinde per motum induci,& expelli. Eodemque modo intellectus noſter non habet naturalem propenſionem ad lumen gloriæ, ſed ſolùm ad ea, quę naturaliter conſequi poteſt. Hoc autem modo intelligenda eſt ſimilitudo, quam Ariſtoteles inter materiam primam, & intellectum humanum conſtituit.

Ad quasnam formas propenſionẽ habeat materia inferiorum.

Ad

Ad secundum dicendum est, esse quidem cognitionem illam perfectionem intellectus nostri, sed tamen, quia non est perfectio naturalis, non rectè ex ea colligi potentiam naturalem receptiuam illius, sed solã obedientialem. Quo pacto intelligendus est D. Augustinus in libro de Cap. 5. Prædest. Sanctorum, cùm ait, Posse habere fidem, & charitatem, naturę esse hominum; habere autem, gratię esse fidelium. Aliud est enim dicere, Naturale esse homini posse habere fidem, & charitatem, quod ille non asserit; aliud, Naturæ esse hominum, ut ait, hoc est inueniri in natura hominum: inuenitur enim in homine potentia obedientialis, siue non repugnantia ad claram Dei uisionem, quę non inuenitur in cęteris animantibus.

Locus Augustini explicatus.

q. 11. ar. 7. & in 4. d. 49. q. 1. art. 3. Ad tertium respondet D. Tho. in quæstionibus de Veritate, hominem nõ habere naturalem inclinationẽ ad particularem aliquam beatitudinem, sed ad beatitudinem in cõmune, siue quatenus est status omnium bonorum coniunctione perfectus. Quod eius sectatorum nonnulli hac similitudine declarant. Quia, inquiunt, materia prima inferiorũ eodem modo est naturaliter affecta ad formas substantiales, ita enim appetit naturaliter formam in commune, vt nullam certæ speciei naturaliter appetat. Verùm ista non placent. Nam vt in eorum exemplo persistamus, quemadmodum si nulla specialis forma posset naturaliter acquiri, ne in ipsam quidem formam in commune naturaliter propensa esset materia (alioqui frustrà illi data esset eiusmodi propensio) ita si nulla beatitudo posset ab homine obtineri naturaliter, nec sanè in ipsam beatitudinem in commune propensa esset naturaliter humana natura. Nunc autem, cùm naturaliter propensa sit in communem beatitudinis rationem; non dubium est, quin aliquam particularem naturaliter obtinere possit, saltem indeterminatè, ad quã proinde iam propensa erit naturaliter, quemadmodum re vera materia inferiorum naturaliter propensa est ad omnes speciales formas substantiales, quæ per motum induci possunt. At natura humana non est propensa naturaliter in cœlestem illam, quam speramus, beatitudinem, vt ipsi quoque fatentur; nec verò confugiendũ ad beatitudinem naturalem animæ separatæ, quia qualiscunque ea esse potest, non est tamen totius hominis beatitudo: igitur aliqua est huius vitæ beatitudo, ad quam homo naturaliter propẽsus sit, ac re vera ea, quã posuit Aristoteles in perfecto statu virtutis, tũ moralis, tũ intellectualis, adiunctis etiam bonis corporis, & fortunę sufficiẽtibus ad virtutis vsum. Atque hanc habuerunt primi parentes in breui illo temporis spatio, quo fuerunt in statu innocentiæ, totumque humanum genus habere potuisset, si in eo permansisset.

In ijs est Caiet. 1. P. q. 8. ar. 1.

Solutio de mẽte D. Thomæ.

Reiectio.

Ad quam felicitatem sit homo natura propensus.

1. Eth. ca. 7. & lib. 10. cap. 6. 7. 8.

Eam primos parentes in statu innocentiæ habuisse.

At dicet aliquis beatitudinem illam non fuisse naturalem. Nam, vt alia omittam, subiectio ea, qua appetitus summa facilitate obediebat rationi, ex supranaturali Dei dono, quod Theologi originalem iustitiam vocant, nascebatur; beatitudinem autem naturalem, si qua dari potest, eam

Obiectio.

Digitized by Google

eam tradendam esse à Philosopho, quæ humanæ naturæ in puris naturalibus contingere potuisset, quæ sane nulla videtur esse. Nec enim nunc minùs potens est humana natura, quàm si ab initio in puris naturalibus condita fuisset, & tamen difficillimum nunc esse cernimus, vt vnus vel alter, atque adeò ad breue tempus eo felici statu bonorum internorum, & externorum fruatur; cùm interim vita beata nec breue tempus, nec paruam amicorum, similiumque societatem postulet. Respondendum est tamen, vt hominis beatitudo dicatur naturalis, & à nobis naturaliter appetatur, satis esse, si virtutes intellectuales, & morales, ac bona corporis externa, in quibus ea consistit, naturaliter haberi, aut acquiri possint; tametsi difficilè obtineri valeant, & difficiliùs conseruari longo tempore. Quòd igitur facillima illa subiectio appetitus primorum parentum ex supranaturali Dei dono nascebatur, non est satis, vt putemus beatitudinem ipsam non fuisse naturalem. Nec enim originalis Iustitia donata est humano generi in primis parentibus, vt appetitus humanus, alioqui nequaquam rationi subiectus, rationi pareret (est enim illi naturaliter obediens, si non quatenus natura humana sensitiua est, certè quatenus rationalis) sed vt ei semper sine vlla difficultate subijceretur, qui alioqui trahente deorsum sensitiua parte, & ad vitia inclinante difficilè admodum rationi obedit, longo præsertim tempore.

Notanda cõsideratio.

Illud vnum hic licet aduertere, ex hac ipsa difficultate acquirendi, & conseruandi statum naturalem vitæ felicis colligi posse, genus humanũ, etiam vt plenè perficiatur in naturalibus, & stabili possessione consequatur ea bona, in quibus naturalis beatitudo posita est, indigere extraordinario aliquo dono, quo inferiores partes superioribus facili subiectione pareant, & peculiari etiam prouidentia diuina, qua ei nunqaam desint cętera bona tam corporis, quàm externa; quibus omnibus præsidijs Deus Opt. Max. initio humanam naturam muniuit. Nunquam tamen defuerunt, nec deerunt naturæ lapsæ ea, quæ necessaria sunt ad longè meliorem illam cælestem beatitudinem consequendam; quia ijs omnibus, qui quatenus possunt bene vsi fuerint naturalibus, dabuntur cætera, quibus illam obtinere valeant, & nonnullis tot dona cùm interna, tum etiã externa, vt in hac vita naturali felicitate fruantur; quorum tamen exempla rarissima sunt, vt in sanctissimo Iob post insignem illam probationem.

Quomodo intelligendũ illud axioma, Omni potẽtiæ passiuæ naturali respondet actiua naturalis.

Ex his collige quo pacto intelligẽda sit Aristotelica illa propositio sæpius commemorata, Omni passiuæ potentiæ naturali respondere aliquã actiuam naturalem. Nec enim ita intelligenda est, quasi omni passiuæ potentiæ naturali respondeat aliqua actiua naturalis, quæ per se sit sufficiens ad formam facilè etiam, & perfectè introducendam; satis est enim, si eam vtcumque introducere possit, etiam si ad perfectam introductionem indigeat adminiculo superioris agentis, cuius ope impedimẽta remoueantur. Quin etiam quędam sunt formæ, ad quas cùm re vera detur naturalis potentia passiua, nõ datur tamen potentia actiua naturalis,

quę

quæ illas etiam imperfectè possit introducere, sine concursu agentis suo quodam modo supra naturã, cuius generis sunt forma panis, vini, multarumq; aliarum rerum, quas natura non nisi ab arte adiuta efficit. Neque enim eiusmodi formæ introduci vllo pacto possunt, nisi naturales causę actiuæ arte, & voluntate, quæ suo modo supra naturam sunt, passiuis applicentur. Id quod in conseruatione plurimarum eodem modo accidit. Itaque vt Deus Opt. Max. per humanam prouidentiam huiusmodi rerum generationi, & conseruationi consuluit, ita suæ reseruauit auxilium, quo perfectè, ac facilè homines proprium finem naturalẽ consequi possent, vt vel sic intelligerent quantũ diuina gratia indigeant.

Notanda cõsideratio diuinæ prouidentię.

Ad quartum dicendum est, si homines naturali felicitate fruerentur, nec fide tenerent supernaturalem beatitudinem, futurũ vt nihil ampliùs absolutè desiderarent. esset enim eiusmodi desiderium inordinatum in eo, qui iudicaret naturaliter id esse impossibile: ab actibus autẽ inordinatis abstinent nõ modò sapientes, quales necesse est concedamus esse homines felices, sed etiam omnes prudentes. Dixi [absolutè desiderarent] quia conditionato desiderio, quod est non voluntas, sed potiùs velleitas quędam, non est negandum, posse felicem aliquid eiusmodi optare, vt si vellet nunquam mori, aut intelligere more angelico, & sine discursu, aut intueri diuinam essentiam. Id tamen nec inordinatum esset, vt perspicuum est, nec illam inquietudinem eius animo afferret; iudicaret enim esse impossibile naturaliter: quæ autem non alia ratione possibilia iudicantur esse, nisi quia contradictionem non implicant, ea prudens si non habeat, nihil molestè fert. Id vero, quod Augustinus in loco citato scribit, vox est hominis credentis futuram altèrius vitæ beatitudinem, qua cognitione edoctus ipsam quoque naturalem felicitatem imperfectam inuenit, nec spei suæ satiandæ sufficientem, atque iccirco inquietum cor habet, donec supernaturalem consequatur. Ita patet solutio argumenti. Accedit, quòd tota argumentatio loquitur de appetitu elicito, cùm tamen quæstio instituta sit de solo innato, nec elicitus sit naturalis, nisi cùm innato congruit, vt initio quæstionis diximus.

Conditionato desiderio posse felicem appetere id, quod fieri nequit.

Expositio Augustini locus.

Ad quintum dicendum est, desiderium felicitatis æternæ, quam ex reuelatione futuræ vitæ concipimus, non posse dici naturale nobis simpliciter, sed secundum quid, nempe ratione fidei, qua illam beatitudinem credimus: quo pacto aqua, quæ est calida, non dicitur simpliciter calefacere naturaliter, sed quatenus calida; atque eam inclinationem nobis attulit fidei prædicatio, quod mirum est, cur neget Scotus. Quare quemadmodum non rectè colligas ex calefactione, qua aqua calida manum calefacit, inditam fuisse aquæ in ipsa generatione naturalem propensionem ad calefaciendum; ita ex desiderio hoc pacto naturali, quo fideles expetunt intueri diuinam essentiam, non rectè colligitur, ingenitam illis fuisse ab ortu inclinationem ad illam intuitiuè cognoscendam.

Beatitudinis æternæ desiderium esse homini naturale secundũ quid.

Ad

Ad sextum dicendum est, naturale esse homini, hoc est consentaneũ inclinationi naturali, cognito effectu, velle causam perfectè cognoscere, quatenus naturaliter illam cognoscere potest; non autem quatenus potest absolutè, siue quatenus id non implicat contradictionem. Quòd si Angeli antequam essent beati supernaturali beatitudine, contemplatione suarum essentiarum naturaliter excitabantur ad desiderandam diuinæ essentiæ contemplationem, ut D. Tho. sentit tertio lib. contra gentes, Cap. 50. id propterea accidebat, quòd nouerant potestatem ordinariam, quam habebant illam obtinendi, certiores facti per fidem de diuina uoluntate, vt eam sui cognitionem communicaret: alioqui cùm essent beati naturali beatitudine, nihil ampliùs desiderassent, ne desiderium de re incerta aliquid ipsis de statu beatitudinis detraheret.

Angelos ex sui cõtemplatione diuinã expectuisse.

Ad postremum argumentum concedendum est quidem, esse in loco citato sermonem de appetitu naturali indito uiuentibus: sed tamen addendum, nõ dici ab Aristotele simpliciter, & absolutè uiuentia appetere, vt sint semper, sed vt sint semper, quatenus possunt, & ut ipse paulò antè his verbis dixerat, Vt sint semper in suis similibus, seu (quod idem est) secundum speciem; quod utique possunt per causas naturales.

In quo sensu intelligat Aristoteles uiuẽtia appetere, ut sint semper.

Ad locum verò illum D. Tho. ex prima parte, & ad alia similia (si quis eius sententiam exponere instituat) dicendum est, D. Thomam intelligendum esse de homine, cui per fidem iam innotuit, uelle Deum claram suæ essentiæ contemplationem humano generi communicare, ad quam absolutè desiderandã excitatur appetitus ex cognitione diuinorũ effectorum; præsertim excellentium, & quæ magis diuinæ essentiæ sublimitatem indicant. Quod uero ait in Boëtium de Trinitate sic accipiendum uidetur, quasi dicat hominem fidelem, ut fidelis est, propendere naturaliter in suam beatitudinem supernaturalem, sub communi ratione beatitudinis, siue status perfecti; sed tamen non posse eam obtinere naturaliter: quę sunt verissima, nec pugnant cum ijs, quæ dicta sunt.

D. Thomæ sententia explicatur.

Habes ex hac Quæstione pronunciatum Aristotelicum non comprehendere appetitum humanum respectu intuitiuæ scientiæ Dei. Habes item, hęc tria neganda esse; Dari in nobis appetitum naturalem insitum respectu illius contemplationis; Illam contemplationem esse finem naturalem nostrum; Dari in nobis potentiam naturalem receptiuam illius. Quę omnia negat D. Thom. cum prȩcipuis suę doctrinę sectatoribus; affirmat Scotus: ex Thomistis autem alij [a] primum tantùm cum Scoto asserunt; alij [b] primum, & secundum.

Summa totius quæstionis.

a Vt Sylues. in cõflat. 1. p. q. 12. art. 1. & Victoria ibid.

b Vt Soc. lib. 1. de natura & gratia c. 4. & in 4. d. 49. art. 1. & alij recentiores.

NVM

Digitized by Google

# NVM ASPECTVS NOBIS SIT CARIOR cæteris sensibus, & ad cognitionem aptior?

## QVÆSTIO III.

*Non uideri nobis cariorem, nec cæteris certiorem, & qui latiùs pateat.*

### SECTIO PRIMA.

ILLVD etiam non uidetur probandum, quod Aristoteles in primo huius libri pronunciato confirmando asserit, cariorem nobis esse aspectum cæteris sensibus, idque, quia certior sit in cognoscendo, & latiùs pateat. Primùm enim 1
is sensus nobis est carior, cuius priuatio est molestior, iuxta illam cõmunem sentẽtiam, Id expetibilius est, quo priuari grauiùs dolèmus, vt habes 2. Top. cap. 2. atqui molestius nobis esset carere tactu, quàm aspectu; siquidem priuatio aspectus non affert secum priuationem aliorum sensuum, amisso autem tactu, & reliqui omnes sensus, & uita etiam ipsa amittitur; carior igitur nobis est tactus, quàm visus.

Item, tactus adhiberi solet ad certò cognoscendas res eas, quas aspectus non certò cognoscit; vt si quis manu tentet cognoscere in aqua, num remus sit rectus, quem aspectus infractum esse iudicat; qua etiã ratione 2
Ioannis. 20. B. Thomas ut certior fieret de ueritate resurrectionis Domini, non satis esse putabat, si uideret corpus, quod cruci affixum fuerat, nisi etiam loca clauorum tangeret. Si ergo tactus adhibetur iudex in ijs, in quibus nõ creditur aspectui; perspicuum est aptiorem esse tactum ad cognitionem.

Præterea, tactus percipit duas contrariorum coniugationes, calidum, 3
text. 107. & frigidum; humidum, & siccum; vt docet Arist. 2. de Anima cap. 11. aspectus autem unam tantùm, album scilicet, & nigrum: ergo plures rerum differentias ostendit tactus, quàm aspectus.

Adhæc, auditus aptior est ad disciplinas capessendas, quàm aspectus, vt 4
Cap. 1. idẽ scribit in libro de sensu, & sensili: & meritò quidẽ, cùm omniũ oĩno rerũ notitiã afferat, atq; adeò earũ, quę aspectu cognosci nequeũt: fallitur ergo Aristoteles hoc loco, cùm docet aptiorẽ esse aspectũ ad cognitionẽ.

*Veram esse Aristotelis sententiam, nec alibi cum oppositum docuisse.*

### SECTIO II.

DICENDVM est tamen, verum esse, quod hic ait Aristoteles, neque eum alibi oppositum sensisse. Quod enim hoc loco ait, aspectum cariorem nobis esse, de aspectu sola eius cognitione spectata, non autem quatenus ad necessitatem, & alia vitæ commoda refertur, intelligendum est. Est enim, vt ait, ad cognoscendas res aptior, pluresque earum

Quo pacto, & quibus rationibus aspectus nobis sit carior cæteris sensibus.



Digitized by Google

differentias nobis declarat.

Quòd autem sit ad cognitionem aptior, his potissimùm argumentis patet. Primùm, quia ex multo longiori distantia, quàm cæteri sensus, suum obiectum attingit. Deinde, quia simulatque res illi obiecta est, continuò eam percipit; cùm tamen auditus, & odoratus, qui soli inter cæteros sensus rem eminus percipiunt, non continuò, sed interdum aliquo temporis interuallo interposito rem obiectam sentiant. Tertio, quia solus aspectus percipit res more intellectus, qui nullam realem immutationem accipit ab obiecto, sed solam notionalem. Nec enim oculi re ipsa fiunt albi à re alba, quam aspiciunt, nec atri ab atra, sed solas earum imagines accipiunt; cùm ex cæteris sensibus alii semper, alii nonnunquàm reali immutatione afficiantur à rebus obiectis. tactus enim, & gustatus semper calefiunt à re calida, & à frigida frigefiunt; odoratus verò penè semper ipso odore perfunditur; denique auditus nonnunquam sono ipso, seu potius sonante aëre pulsatur: huiusmodi autẽ realis immutatio nonnunquam impedit uerum iudicium sensus. Quartò, quia medium, quo aspectus percipit, est longè nobilius, & purius, nempe actu perspicuum, & interdum incorruptibile. Quinto, quia cùm percipit unum contrariũ, non impeditur à percipiendo perfectè altero, quod tamen ferè accidit in cęteris sensibus, & planiùs in iis, qui realiter immutantur ab obiecto, alioqui simul mouerentur organa motibus contrariis, quod fieri nequit. Sexto, quia magis mouet imaginationem, quàm cæteri sensus, id quod ex impressione relicta in memoria, & ex insomniis perspicuum est: qua ex re factum videtur, vt imaginationis opera dicantur visa, & phantasmata, quę uocabula ab obiecto uisus accepta sunt. Quin etiam ipsum Imaginationis nomen ab imagine dicitur, quæ præcipuè ad aspectum pertinet. Postremo, quia nullus est sensus, qui ita perfectè percipiat figuras, & actiones corporum, ut aspectus: hæc autem sunt certissima signa ex omnibus, quibus ad cognoscendas rerum species vti possumus.

Aspectus percipit res more intellectꝰ.

Non impeditur ab uno contrario in perceptione alterius.

Quòd denique aspectus plures rerum differentias nobis declaret, ex eo perspicuum est, quia eius obiectum res omnes corporatas nõ solùm, quæ gignuntur, & intereunt, complectitur; sed etiam, quæ interire nequeunt: cùm tamen obiecta cęterorum sensuum in solis rebus caducis reperiantur. Itaque cælestium rerum soli oculi nobis notitiam attulerunt. His, & aliis rationibus prouida natura ducta hunc nobis sensum, quasi magis perspicacem, & aptiorem intellectus ministrum, in ea parte corporis locauit, in qua uelut ex specula lustraret omnia, & ad sensum communem, quasi ad primum uestibulum intellectus, breuissimo itinere rerum notitiam mitteret.

Rerum cælestium cognitio oculis accepta refertur.

Cur locum altissimũ obtineat aspectus.

Dilutio

Digitized by Google

*Dilutio argumentorum partis negatiuæ.* SECTIO III.

AD primum igitur argumentum pro parte oppoſita dicendum eſt, omnibus quidem inſpectis, falſam eſſe propoſitionem. Nam etſi commune illud pronunciatum abſolutè uerum eſt, cùm è duobus expetibilibus, quæ inter ſe conferuntur, neutrum in altero includitur, quo pacto ſe habent aſpectus, & odoratus; tamen cùm alterum in altero includitur, ſiue ab altero ſupponitur, fieri poteſt, ut illud nobis ſit carius, cuius priuatio non ſit moleſtior, quo pacto ſe habent viuere, & iucundè viuere: ſiquidem iucundè uiuere carius eſt, quàm viuere ſimpliciter, & tamen acerbius eſt ſimpliciter priuari uita, quàm priuari iucunda vita, ſeu vitæ iucunditate. quod ex eo accidit, quia vita includitur in iucunda uita. Sic autē res habet in aſpectu, & tactu, ſi ambo inter ſe omnibus conſideratis conferantur. Aſpectus enim includit, ſeu potiùs ſupponit tactum, qui eſt fundamentum cæterorum ſenſuum, ſine quo etiam nullum animal viuit, vt Auctor ait 3. de Anima cap. 12. & 13. & 1. de ſenſu & ſenſili cap. 1. Quapropter non mirum eſt, ſi cùm aſpectus nobis ſit carior, grauiùs tamen ferremus, ſi priuaremur tactu. Si vero aſpectus, & tactus, quoad ſolam cognitionem, inter ſe cōferantur, quo pacto hoc loco de ſenſibus eſt ſermo; vera eſt propoſitio, ſed aſſumptio falſa. Vt enim ratione cognitionis carior nobis eſt aſpectus, ſic eadē ratione eius priuatio moleſtior.

Quomodo intelligendum Ariſtotelis axioma.

Ita Arist. 3. Topic. cap. 3.

3. lib. de Anima tex. 62. 63. 64. & 66.

Ad ſecundum neganda eſt conſequentia. Multò enim ſæpius adhiberi ſolet aſpectus ad cognoſcendas res, quas tactus non certò cognoſcit. Itaque ſenſus ſe inuicem iuuant ad plenam rerum cognitionem, quia nullus per ſe, ac certò poteſt obiecta aliorum percipere; ad quam rem tamen ſæpius vocari ſolet aſpectus, quàm quiuis alius.

Senſus ſe inuicem iuuāt in cognitione rerum.

Ad tertium neganda etiam eſt conſequentia. Aliud eſt enim plura contraria percipere, quod facit tactus, aliud plures differentias rerum cognoſcere, quod facit aſpectus, cùm cæleſtia ſimul, & terrena percipiat.

Ad quartum dicendum eſt, neutro in loco Ariſtotelem falſum aſſerere. Quod enim hoc loco ait, aſpectum eſſe aptiorem ad rerum cognitionem, verum eſt per ſe, hoc eſt habita ratione ipſorum ſenſuum, & naturalium obiectorum cuiuſque duntaxat. Quod autem ait loco citato, auditum eſſe aptiorem aſpectu ad capeſſendas diſciplinas, nihil priori pronunciato repugnat. Nam quod pro ratione addebatur, auditum afferre omnium omnino rerum cognitionem, atque adeo plurium, quàm aſpectum, non per ſe, ſed ex accidente verum eſt, hoc eſt ratione ſignificationis, quam homines indiderunt vocibus. diffunditur enim nominū ſignificatio ad omnia rerum genera. Atque hæc ſolutio eſt ipſius Auctoris in loco citato; ex qua effici ait, vt ex ijs, qui altero horum ſenſuum ab ortu priuati ſunt, ſapientiores, & prudentiores euadant cæci, quàm ſurdi, nec immeritò; nam aſpectus plus conducit ad inuentionem, auditus

Quo pacto Auditus ad cognoſcendā aptior aſpectu.



Digitized by Google

ad doctrinam; per doctrinam verò multò plura cognoscũtur, quàm per inuentionẽ, atque adeo longè citiùs, & minori cum labore. Quòd si quis obijciat, ergo carioré nobis esse auditum cognitionis causa, quàm aspectum, cuius oppositum docuit Arist. hunc in modum occurrendum est; Quia carior nobis est notitia, quam assequimur per inuentionem, ea, quam per doctrinam cõparamus, cariorem adhuc nobis esse simpliciter aspectum, plus enim aspectus, quàm auditus ad inuentionem valet.

Obiectio.

Diluitio.

## NVM ARTES OMNES, AC SCIENTIÆ experimento gignantur? QVÆST. IIII.

*Ambiguitas Quæstionis.* SECTIO I.

NON videtur quoque Aristoteles sibi constare in ijs, quæ de generatione artis hoc capite docet. Nam cùm ait [Per experientiam autem ars, & scientia hominibus proueniunt] planè videtur docere, omnes artes, & scientias experimento comparari: cùm verò paulò inferiùs subdit [Quin etiam expertos magis, quàm eos, qui rationem, hoc est artem sine experientia tenent, rem attingere videmus] perspicuè significat posse haberi artem absque experientia.

Ratione quoque non minùs ambigua efficitur hæc quæstio. Nam quòd omnes artes, & scientiæ experimento gignantur, ex eo probatur, quia principia omnium inductione fiunt nota, vt perspicuum videtur, & ipse etiam auctor docet primo Prior cap. vigesimo tertio, & primo Poster. cap. 14 & secundo Posteriorum cap. 18. inductio autem aut idem est, quod experimentum, aut parum ab experimento differt. Quòd verò non omnes experimento gignantur, ex eo patet, quia multi fiunt Medici, antequàm habeant experientiam earum rerum, quas didicerunt, vt qui ex Academijs exactis studijs prodeunt. Pueri quoque perfectè discunt Mathematicas scientias, præsertim Arithmeticam, & Geometriam, antequàm vllam rerum experientiam habeant. Denique Astrologi ostẽdunt motum proprium noni orbis esse triginta sex millium annorum, quod sub experientiam non cadit.

1. Post. tex. 33. 2. Post. tex. 27.

*Non esse negandum verè in nobis generari artes omnes, & scientias.* SECTIO. II.

Temeritas eorũ, qui ponunt unũ numero intellectum in omnibus hominibus.

ANTE omnia posito, ac constituto, posse multa ab hominibus certò sciri, quod noua Academia negauit, & alibi à nobis ostendetur; mittenda est primùm hoc loco temeritas quorundam Ethnicorum, qui sibi in mentem inducere potuerunt, vnum, atque eundem numero esse intellectum

Vt Themist. & Auerr. 3. de Anima ad cap. 5.

Digitized by Google

lectum omnium hominum, cui nulla noua scientia accederet, sed per eum scientijs omnibus plenum tum demum homines scire aliquid dicerentur, cùm is, alioqui separatus, illis copularetur: id quod tunc fieret, cùm aptè disponeretur eorum cogitatiua facultas per phantasmata rerum ad hanc, vel illam scientiam pertinentium.

Vt in Phædro, Phędone, & 10. de Repub.

Platonis de reminiscētia commētum.

Mittenda deinde est fictio illa Platonis, qua putat in Menone, alijsque locis neminem acquirere nouam scientiam, sed antè habitæ reminisci, quod Socrates puero in medium adducto, & ordine interrogato conatur ostendere. Ita enim aptè respondet puer, cùm nihil didicisset, vt ex ijs, quæ tunc planè cognoscebat, videretur recordari eorum, quæ aliquando nouerat, antequàm animus in eo esset corpore. Ad eius sententię confirmationē valere etiā videtur solutio, quam Socrates adhibendā vult captioni Menonis concludentis, neminē posse nouā cognitionem vllius rei consequi. Si quis enim rem propositā nouit, nō est, cur eius cognitionem quærat; si non nouit, quo pacto de ea loquitur, aut eius peculiarem notitiam inquirit? aut si in eius cognitionē incidat, quo pacto sciet se inuenisse? Itaque huic fallaci argumentationi hoc pacto resistendum putat eo loco Socrates; posse nos quærere notitiam rei non cognitæ actu, si tamen illa cognoscatur habitu: sic enim nec prorsus ignorabimus, quod nosse volumus, nec omnino illud cognitum habebimus; simulq; cùm in cognitionē quæsitam inciderimus, intelligere poterimus per habitū insitum, inuenisse nos, quod quærebamus; quod quidē nihil est aliud, quàm reminisci. Ac si hæc quidem cōmenta vera essent, nihil opus esset agere de generatione artis, scientiæue; siquidem nulla in nobis gigneretur.

Refutatur priorū error.

Verùm ista præter quàm quòd sanctissimæ fidei dogmatis damnata sunt, nullo etiam negotio refelli possunt. Nam quod ad errorem priorum attinet, cùm nec videre possimus, nec audire, nec aliud opus vitale, quod ad corpus pertineat, exercere per facultatem in alio existentem, quonam modo fieri potest, vt ipsi intelligamus per facultatem intellectus separati, præsertim cùm intelligere sit opus maximè vitale?

Occurritur obiectioni.

Quòd si aliquod opus vitale à nobis exercetur per aliquid aliud, veluti incessus (ingreditur enim claudus pede altero ligneo, aut etiam vtroque) nunquam tamen id fit, nisi cùm illud extrinsecum mouetur à potentia intrinseca, quę in nobis sit: intellectus autem ille, quem fingunt, si esset, non moueretur à nobis, vt etiam ijdē concedunt. Deinde actus intelligendi est actus immanens, & ex immanentibus omnium intimus. Actus enim voluntatis etsi sunt intimi, per eos tamen quodammodo egreditur animus ad res, quas expetit, cùm interim per actus intelligendi res alioqui distantissimæ ad intelligentem trahantur, & idem quodammodo fiant cum intellectu, vt docent Philosophi: existit ergo actus intelligēdi in ipso intelligente: si autem intellectus omnium hominum esset separatus à singulis, iam actus intelligendi in nobis non esset: non igitur per eiusmodi intellectum intelligeremus, nec nobis prodessent illius

Digitized by Google

lius scientiæ, quarum nunquam possemus habere actum sciendi. Sed contra hanc sententiam, quæ est omnium, quæ à philosophis excogitatæ vnquam fuerunt, propè dixerim absurdissima, alibi dabitur fusiùs differendi locus: cuius auctores, quoniam intellectu eo, in quo sunt scientiæ, expertes se esse voluerunt, digniſſimi videntur, quos in ea ferenda intellectu, scientiaque caruisse concedamus.

Pigmentum Platonis refellitur.

Somnium verò illud Platonicum de obliuione, & reminiscentia facilè refellitur. Nam siue animi nostri propter coniunctionem cum his corporibus obliuiscerentur scientiarum, quas antè exercuissent; siue quia non sunt nobis ab ipso ortu congenita phantasmata, sine quibus actum sciendi habere non possumus; idem dicendum esset de habitibus primorum principiorum: vtrunque enim genus habituum ponit Plato in animis nostris, antequàm hæc corpora ingrediantur, certumque est neutrum exerceri posse in corpore sine phantasmatibus: at Plato non existimat obliuionem cadere in habitus primorum principiorum: ergo nec in scientias, quæ sunt habitus conclusionum. In Menone, Phædro, Phædone, & 10. de Repub.

Plato nõ ponit obliuionẽ primorũ principiorum.

Deinde, vt animi nostri reminiscantur scientiarum, quas eius sententia, antequàm essent in his corporibus, exercuerunt; non satis esset, si res eadem iterum cognoscerent; sed necesse præterea esset, vt recordarentur se habuisse olim eiusmodi scientiarum vsum: at nullus omnino recordatur eiusmodi antiqui vsus; nec verò demõstrationes, quibus animi nostri secundum Platonem excitantur ad vsum scientiarum, concludunt habuisse illos quondam cognitionem eorum, quæ demonstrantur; sed simpliciter ostendunt hoc, vel illud esse, vel non esse, & ob hanc, aut illam causam: non est igitur nostrum scire idem, quod reminisci.

Ad hæc, aut scientia est reminiscentia eorum, quæ animus nouit extra corpus; aut eorum tantùm, quæ nouit in alio corpore. *Si* eorum tantùm, quæ nouit in alio corpore; igitur cognitio ea, quam habent Inuentores artium, non est reminiscentia, quòd in alijs hominibus non præcesserit. Ita cognitio multarum artium effectiuarum, quæ nostro etiam seculo inuentæ sunt, non est reminiscentia in ipsarum Inuentoribus; nec item quadratio circuli, si tandem inueniatur, erit reminiscentia in eo, à quo tandem fuerit reperta; creditque Augustinus duodecimo libro de Trinitate (quo loco sententiam hanc refellit) dari posse secundum Platonem animum Geometræ, qui in nullo alio corpore Geometriæ vsum habuerit, quod tum demum facillimè colligitur, si Plato (quod verisimilius est) non posuit reuera Mundum ab omni æternitate. Quòd si in Inuentoribus artium noua cognitio non est reminiscentia, sed vera scientiæ acquisitio; potest vtique scientia acquiri: quo fit, vt scire nostrũ non omnino idem sit quod reminisci. Si verò scientia est reminiscentia eorum, quæ animus nouit extra corpus, cur non meminit omnium scientiarum, quas Platonis sententia accepit, atque exercuit, antequàm vllum corpus ingrederetur, idque ex participatione Idearum? Nam Plato in decimo de Cap. ultimo. Sub finem.

Digitized by Google

de Republica scribit, Erim Armenium, qui in prælio occubuerat, postquàm reuixisset, narrasse omnia, quæ ipsius animus à corpore separatus apud inferos vidisset. Quòd si animus recordari potest eorum, quę contingenter vidit extra corpus, cur non magis meminisse poterit præclarissimę illius cognitionis omnium rerum, quæ sibi auctore Platone naturaliter initio indita est? At præstantissimæ illius cognitionis non modò non recordatur quisquam, sed ne ipsius quidem pristinæ existentiæ, quã Plato autumat habuisse animum extra corpus, cùm ea sciẽtia fruebatur.

Verùm quia ex reminiscentiis, quæ à Platone ponuntur, præcipua est ea, qua animus dicitur recordari perfectæ illius cognitionis, quam antequàm vllum informaret corpus, naturaliter habuisse ponitur; & in eius sola reminiscentia scientiæ nostræ vsus consistere censetur; eam priuatim impugnemus. Vtranque reminiscẽtiam ponit Plato, sed præcipuè scientiarum inditarum.

Primũ, Si animis nostris impressæ hoc pacto essent præclaræ illę omnium rerum scientiæ, neutiquam nos laterent (quò enim scientiæ sunt certiores, & euidentiores, eò minùs nos latere possunt) at nemo experitur habere se eiusmodi scientias.

Deinde, Si quis ab ortu cæcus esset, aut surdus, haberet etiam is scientiam rerum, quæ aspectu, vel auditu percipiuntur: at hoc planè falsum esse ipsa experientia docet. Atque his duabus rationibus vtitur Aristo-
ex. 49. teles extremo capite huius libri.

Respondeat fortasse Plato, non mirum esse, si habitus eiusmodi scientiarum nos lateant, dum eorum vsum non habemus; proinde eos, qui ab ortu priuati sunt sensu aliquo, etsi omnium scientiarum habitibus sunt præditi, tamen vt nequeunt habere phantasmata eorum sensibiliũ, quæ eo sensu percipiuntur, ita vsum eiusmodi habituum habere non posse. Responsio pro Platone.

Sed inprimis illud certum est, etiam post vsum sciendi latere nos præclaras illas sciẽtias inditas: nemo enim ex vsu sciendi colligit congenitas illas sibi esse, sed potiùs, cùm primum quisque demonstratiuè aliquid percepit, tum primùm putat se nouam scientiam consecutum. Deinde, ad actus sciendi satis sunt duo hæc, sensuum ministerium, & ipsa vis intelligendi, remoto quouis habitu. Ad hęc, cùm ex actu sciendi, quem hoc modo possumus elicere, generari possit habitus scientiæ; superuacanei planè sunt ij, qui ponuntur à natura insiti. Postremò, si scire reminisci est, vt Plato ait, cùm per sensibilia vnius sensus reminisci possimus sensibilium alterius, quo pacto aspectu mellis, aut lactis reminiscimur dulcedinis, & pater audita voce filij, aut alterius, qui filij vocem referat, reminiscitur vultus, & habitus corporis filij; poterit is, qui ab ortu cæcus, aut surdus est, per sensibilia eorum sensuum, quos habet, reminisci colorum, aut sonorum, actumque scientię colorum, aut sonorum habere, quod tamen nunquam fit. Refutatio. Quòd si Plato respondeat, non posse animũ cæci, aut surdi nati reminisci eiusmodi qualitatum, quòd eas nunquam perceperit per sensus eius corporis, in quo tunc est; iam fatebitur remi- Occurritur responsioni.

niscen-

Digitized by Google

niſcentiam meam non eſſe, niſi eorum, quæ animus meus in corpore meo per hoſce ſenſus percepit. Non igitur conſtabit ſibi Plato, cùm dixerit eum, qui putat ſe nouam ſcientiam conſequi, nullam nouam acquirere, ſed reminiſci tum primùm earum rerum, quas eius animus nouit, antequàm in vllo eſſet corpore. Ita nulla eſt reſponſio, ad duo Ariſtotelis argumenta propoſita contra ſcientiam inditam ex participatione Idearum.

Vt uirtutes non inſunt à natura, ita nec ſcientiæ.

Præterea, Quemadmodum ſi virtutes nobis eſſent naturaliter inditæ, etſi poſſemus earum actus non exercere, quòd forſitan nobis deeſſet materia, aut occaſio, aut denique quia non adijceremus tunc animum ad agendum, nemo tamen poſſet fieri vitioſus (quod Ariſtoteles 2. Ethicorum libro ſapienter docet exemplo lapidis, qui propter pondus à natura inſitum, etſi millies proijciatur ſurſum, nunquam tamen conſueſcet aſcendere per ſeſe) ita ſi nobis inſitæ eſſent à natura ſcientiæ omnes, quanquam poſſemus earum vſum non habere, quia non occurrerent termini, in quibus illæ exerceri poſſent, aut quia animus alijs rebus eſſet occupatus; nemini tamen poſſet vllus erroris habitus adhærere: at videmus multos eſſe, qui grauiſſimis erroribus laborent, quos planè errores eſſe, docti, ac ſapientes homines oſtendunt: non ſunt igitur nobis ſcientiæ naturaliter inditæ. Cap. 2.

Ad hæc; Si animis noſtris à natura inditæ eſſent omnes ſcientiæ ex participatione Idearum, eadem ratione inditæ eſſent virtutes omnes (neq; enim animus rationis particeps minùs capax virtutum eſt, quàm ſcientiarum; nec virtutes minùs congruunt cum natura rationali, quàm ſcientiæ; & ipſis quoque ſcientijs, præſertim tam præclaris, quàm illæ ponebantur, quàm maximè conſentaneæ ſunt virtutes) at virtutes non ſunt nobis à natura inditæ, cùm maxima hominum pars vitijs ſeruiat: ergo nec ſcientiæ.

Poſtremò, Si omnes ſcientiæ eſſent naturà inditæ animis noſtris, antequàm corpora ingrederentur, non eſſet cur earum obliuiſcerentur propter coniunctionem cum corporibus: eſt enim generatio humana non violenta, & contra naturam, ſed naturalis coniunctio formæ cum materia; nullaque forma detrimentum accipit ex coniunctione cum propria, & naturali materia: at obliuiſcuntur omnium ſecundum Platonem: non ſunt igitur eis à natura inditæ. Sed hæc ratio cum alijs nonnullis, quæ deſumi poſſunt ex naturali reſpectu, affectuque formæ ad materiam, ſuo loco diligentiùs tractabitur. Interim lege ea, quæ de hac re à D. Thoma luculenter ſcripta ſunt ſecundo libro[a] contra gentes, & in prima parte[b] ſummæ theologicæ, adiunctis (ſi placet) ijs, quæ fusè ſcripſit Tertullianus in libro de Anima.

Nihil detrimenti accipit forma ex coniunctione cum propria materia.

a Cap. 83.
b 1.p.q.84. art. 3.
c Tomo.2.c. [Primò quidem obliuionis] & ſequentibus.

Ad priorem rationem pro Platone.

Argumentis verò Platonis, quæ pro commento hoc propoſita ſunt ex Menone, hunc in modum occurrendum eſt. Priori quidem, Nihil conſequentiæ habere illud Socratis, Hic puer ordine interrogatus, & à nemine

Digitized by Google

nemine edoctus incipit exercere actum scientię; ergo non est consecutus nouam scientiam, sed reminiscitur eorum, quæ antè sciebat. Quid enim interest, si ordine interroges, an ordine doceas? an non semper is, qui audit, consulit mentem suam, nihilque concedit, nisi quod per se notū esse perspicit, aut ex per se notis, & à se concessis iam videt esse demonstratum? Si id concedit, quod per se notum esse videt; non acquirit sanè nouam scientiam. Sin autem assentitur pronunciato, quod non iudicat per se notum, sed tamen iam ex per se notis demonstratum esse cernit; non dubium est, quin verè discat, scientiamque verè consequatur, siue rogatus sit tantùm, siue ab alio edoctus, siue etiam à se ipso, menteq; sua ductus.

Posteriori verò occurrendum, Eam solutionē, quam Socrates captioni Menonis adhibendam censet, nullam vim habere. Nam cùm scire aliquid cupimus, non necesse est prænosse illud habitu scientiæ, præsertim perfectæ, & absolutæ, quam existimat Plato esse in anima ab ipsa eius productione; satis est enim si præcedat cognitio actualis imperfecta, qua id, quod perfectè scire cupimus, imperfectè concipiamus; hac enim de causa eius perfectam cognitionem consequi enitimur, quia imperfectè id intelligimus: imò verò superuacanea, & inutilis est ad eam rem eiusmodi habitualis cognitio, cùm ponatur more dormientis per obliuionem contractam ex ingressu animæ in corpus. Vt verò iudicemus, num tandem inuenerimus, quod quærebamus, satis est iudicium intellectus remoto quouis alio habitu. Itaque cùm scire aliquid cupimus, neque id quærimus, quod prorsus ignoramus; neque quod omnino scimus, siue actu, siue habitu: sed id contendimus, vt quod actu confusè, & imperfectè cognoscimus, distinctè, & perfectè intelligamus. Cognoscimus autem omnia imperfectè, & quasi in radice fructus, cùm sola principia tenemus; perfectè autem, atque distinctè, cùm singula ex principijs demonstramus. Atque hæc longè meliùs, & sapientiùs docet Aristoteles initio librorum de Posteriori resolutione; vt verum in hac etiā re sit, quemadmodum in alijs quamplurimis id, quod D. Augustinus de suo Platone ait in libro de vera religione; suauiùs illum ad legendum, quàm potentiùs ad persuadendum scripsisse. Ita patet, posse in nobis scientias generari, quod hæc quæstio ut certissimum ponit; idque intelligi debet non solùm quoad cōclusiones, sed etiam quoad principia, cùm intellectus à principio sit uelut tabula, in qua nihil est depictum, quemadmodum & sensus, antequàm quicquam percipiat.

Ad posteriorem.

Quam notitiam habeamus eorum, quæ scire cupimus.

text 4.

Cap. 2.

Augustinus quid de suo Platone.

3. de Anima c. 4. tex. 14.



Digitized by Google

*Nullam in nobis generari scientiam sine experimento, saltem principiorum.* SECTIO III.

Quo pacto artis, & scientiæ nomina hoc loco vsurpentur.

AT igitur proposita quæstio explicetur, illud animaduertendum est, artis, & scientiæ uocabula accipi hoc loco, quemadmodum & in toto capite, promiscuè, & absque discrimine pro quauis scientia, siue ea effectiua sit, quæ propriè dicitur Ars; siue actiua, aut contemplatiua, quæ non tam dicuntur artes, quàm scientiæ. Deinde animaduertendum est, in artibus, & scientiis duo esse habituum genera, de quorum generatione quæstio intelligi possit. Alii dicuntur apprehensiui, quòd iis apprehendantur extrema, ex quibus constant earum pronunciata; alij iudicatiui, quòd illis de extremorum cõnexione iudicemus. Denique animaduertendum est; habitus iudicatiuos propter diuersam iudicandi rationem de principijs, & conclusionibus, quibus omnia scientiarum pronunciata comprehenduntur, diuidi posse in iudicatiuos principiorum, & conclusionum. His positis iuxta hæc tria habituum genera tribus cõclusionibus respondendum est.

Duo habituũ genera in scientijs.

Prima conclusio.

Prima conclusio. Vt generentur habitus apprehensiui terminorum, & per modum habitus insint, non opus est experimento, sed aliqua sensus apprehensione duntaxat, eaque multiplicata. Prima pars probatur. Primùm, quia experimentum est iudicium quoddam, seu potiùs multa simul iudicia partis sensitiuæ: habitus autem apprehensiuus intellectus non pendet ex vllo iudicio, siue intellectus, siue sensus; siquidem apprehensio intellectus, ex qua generatur habitus apprehensiuus, potest præcedere omne iudicium sensus, cùm ad illam satis sit apprehensio sensitiua saltem multiplicata, vt patebit. Deinde, quia si ad id aliquo experimento opus esset, maximè opus esset experimento cõnexionis extremorum in rebus singularibus, quod tamen necessariũ non esse ex eo cõstat, quia multi apprehendunt terminos uniuersalium propositionum, qui nullum vnquam tulerunt experimentale iudicium de eorum connexione in singularibus, vt patet in ijs, qui audiunt huiusmodi propositionẽ, Omnis crocodilus mouet superiorem mandibulam, nec tamen vnquã crocodilum viderunt. Postremò, quia multæ quæstiones sunt, de quibus neutram in partem iudicamus, veluti, Sint'ne stellæ pares, an impares, & eę omnes, pro quarum vtraque parte paria sunt momenta rationũ; quarum cùm habeamus habitus apprehensiuos, nunquam tamen experientiam habuimus.

Habitum apprehensiuum non pendere ex iudicatiuo.

Quo pacto nihil fit in intellectu, qđ nõ prius fuerit in sensu.

Secunda pars probatur, quia nihil est intellectu apprehensum, quod non aliquo modo priùs fuerit sensu cognitũ, vt omnes Philosophi affirmant. Quod ita intelligendũ est, vt uel per se fuerit sensu perceptum, veluti colores; vel per suas partes, vt vrbs aurea, & cætera, quę fingimus; vel per sua effecta, vt Deus Opt. Max. substantię separatæ, & virtutes rerum

natu-

Digitized by Google

naturalium noſtris ſenſibus occultæ; vel per aliquid ſibi ſimile, vt abſentes, & vita defuncti per depictas ipſorum imagines; aut per oppoſita, vt aſpera per læuia, tenebræ per lumen, non calidum per calidum; vel per ſua fundamenta, vt ſecundæ intentiones per res ſubſtratas, ſeu denominatas; vel aliquo alio modo.

Tertia pars ex eo probari poteſt, quia nunquam ſcientia dicitur eſse in intellectu per modum ſcientiæ, niſi quando ea poſſumus vti, cùm volumus: non poſſumus autem vti habitibus apprehenſiuis terminorũ ſcientiæ, cùm volumus, niſi quando in memoria ſenſitiua extat per modum habitus notitia alicuius indiuidui, aut plurium: vt verò aliquid imprimatur memoriæ ſenſitiuæ per modum habitus, non ſatis eſt ſemel, ac ſubitò rem apprehendiſse, vt experientia didicimus. Quãdo nam ſcientia fit in intellectu p modum ſciẽtiæ.

Illud tamen animaduertendum eſt, adeo vehementem, tandiu'ue continuatam eſse poſse vnam apprehenſionem ſenſus, vt quàm breuiſſimo temporis ſpatio relinquere poſſit in memoria ſenſitiua habitualem notitiam. Verùm de hac perinde iudicandum eſt, atque de multiplicata, cùm de ijs, quæ idem valent, eadem ſit ratio.

In ijs eſt Ant. Andr. hoc lib. q. 5.

Ex his patet non rectè loqui quoſdam Scoti ſectatores, qui dicunt ad comparandos habitus apprehenſiuos terminorum cuiuſque ſcientię opus eſſe experimento. Nam etſi experimenti nomine intelligunt ſæpius iteratam ſenſus apprehenſionem; abutuntur tamen vocabulis, cùm experimentum non ſit notitia apprehenſiua, ſed iudicatiua, vt dictum eſt. Contra nonnulles.

Secunda concluſio. Vt generentur habitus iudicatiui, quibus intellectus ſine temeritatis vitio principijs aſſentiatur, opus eſt experimento eorum in ſingularibus. Hęc concluſio planè traditur ab Ariſt. in locis initio quæſtionis adductis, in quibus perſpicuum eſt eum loqui vniuersè, & ſine vlla exceptione. Nam 2. Priorum cap. 23. ſic dicitur. Omnia enim aut ſyllogiſmo, aut inductione approbamus. Primo autem poſter. cap. 14. hoc pacto, Fieri autem non poteſt, vt vniuerſalia percipiantur, niſi per inductionem. Loquitur autem de vniuerſalib. propoſitionibus, quas inductione vel mediatè, vel immediatè cognoſci vult. Deinde 2. poſt. cap. vltimo ſic ſcriptum eſt; Neceſſe eſt igitur ipſa prima (nempe principia) inductione cognoſcere. Denique hoc intelligendum eſſe in omnibus omnino ſcientijs, & artibus declarat Ariſtoteles in 1. lib. Prioris Analyticæ cap. 31. his verbis; διὸ τὰς μὲν ἀρχὰς τὰς περὶ ἕκαστον, ἐμπειρίας ἐστὶ παραδοῦναι. λέγω δ' οἷον τὴν μὲν ἀστρολογικὴν ἐμπειρίαν τῆς ἀστρολογικῆς ἐπιστήμης. ληφθέντων γὰρ ἱκανῶς τῶν φαινομένων οὕτως εὑρέθησαν αἱ ἀστρολογικαὶ ἀποδείξεις ὁμοίως δὲ καὶ περὶ ἄλλου ὁτουοῦν ἔχει τέχνης τε καὶ ἐπιστήμης. Ideſt; Quocirca cuiuſq; principia tradere, experientiæ eſt. Dico autem, exempli cauſa, aſtrologicam experientiam, Aſtrologorum ſcientiæ eſſe. Sumptis enim, & longo vſu obſeruatis ijs, quæ apparent, tum demum inuentæ ſunt Aſtrologorum demonſtrationes: quod

Secũda concluſio.

Sect. 1.

tex. 26.

tex. 33.

tex. 27.

tex. 31.



Digitized by Google

idem, in qualicunque alia, siue arte, siue scientia eodem modo habet. Hæc attulerim loca propter nonnullos, qui existimant hãc conclusionẽ non fuisse assertam ab Aristotele vniuersè, sed indefinitè, quasi senserit non omnium principiorum habitus inductione generari. Atque hanc eandem, quam nos dicimus esse Aristotelis sententiam, asserunt Alexander, Themistius, Philoponus D. Tho. Auerroes, & alij plerique. In locis citatis.

Probatur autem conclusio primùm inductione ipsa, siue experimento. Nemo enim assentitur proposito principio, nisi illud priùs in multis indiuiduis verum esse expertus sit, & in nullo reperiat instantiam, aut certè cùm proponitur, priùs illud conferat apud se cum multis singularibus, quorum meminit, videatque num ita res habeat in singulis, an verò aliqua ipsi occurrat instantia. Et quidem in principijs communibus satis aperta res est. Ecquis enim assentitur his principijs, Omne totum est maius sua parte, Si ab æqualibus æqualia demas, quæ remanent sunt æqualia, & similibus, qui non millies ea, cùm puer esset, expertus sit in rebus singularibus? In principijs autem proprijs, sicuti est definitio naturæ, definitio motus, & similia, ipse labor ea inueniendi, & examinandi satis apertè indicat, quanta priùs experientia opus sit, cùm à posteriori (vt dicitur) & longo effectorum experimento, ac inductione colligi soleant.

Secundo probatur. Quia cùm naturaliter non fiat transitus ab vno extremo in alterum, nisi per medium; fieri non potest, vt homines consueto naturæ modo assentiantur principijs, antequàm eorum habeãt experientiam in plerisque singularibus. Nam inter iudicium vnius singularis propositionis, & iudicium vniuersalis principij medium est experimentum. Etenim iudicium singularis propositionis vni tantùm singulari addictum est; iudicium verò vniuersalis ad infinita diffunditur: at experimentum nec est vnius tantùm rei singularis, nec omnium, sed quorundam.

Notanda expositio.

Cur quidam Philosophi sæpe sint hallucinati.

Tertia ratio est, Quia certitudo cognitionis abstractiuæ, qualis est cognitio vniuersalium, indiget examine intuitiuæ, quæ in hac vita sine sensu haberi non potest. Quod quidem examen quia Plato plerumque prætermisit, nimium credens intellectui, qui solus, ac per se sæpe numero hallucinatur; non mirum est, si sæpe etiam lapsus sit. Exempli causa. Si Plato trutina experimenti suum illud principium ponderasset, Quidquid percipitur, ita existit, vt percipitur, animaduertisset que quemadmodum candor lactis percipitur sine dulcore, nec tamen sine dulcore existit, ita quoque euenire posse, vt naturæ vniuersales sine differentijs indiuiduãtibus intelligerentur, nec tamen sine eis existerent; nunquam tantam fidem habuisset proposito pronunciato, vt ex eo naturas rerum separatas à differentijs indiuiduantibus existere collegisset. Nec verò Zeno Eleates tanti fecisset rationes eas, quibus motum non esse concludebat, nisi nimium intellectui credendum putasset. Proinde eas rationes D. Tho. passim.

Digitized by Google

Simpl. lib. 6. phy. cō. 53. & lib. 8. cō. 15. nes cùm Cynicus Diogenes aliquando in publica disputatione audisset, sapiēter simul, & facetè surrexit solaque deambulatione respondit, vt significaret non tanti æstimandas esse rationes, quas intellectus apud se excogitat, & prætermisso experimento ex ipsis quasi penetralibus mentis depromit; vt earum causa neganda sint ea, quæ sensibus per se nota sunt. Pro qua re lege Aristotelem 8. libro Phy. ad initium ferme, ac finem tertij capitis.

Factum, & doctrina egregia Diogenis.

tex. 22. & 26

Tertia conclusio. Non omnes habitus conclusionum indigent experimento ipsarum proprio, sed quidam tantùm. Probatur prior pars conclusionis. Primùm, quia ad comparandum habitum conclusionis satis est assensus principiorum, & consequentiæ; omnes autem habitus, quibus conclusiones sciuntur simpliciter, hoc est scientia propter quid, habentur ex principijs; ergo huiusmodi habitus non indigent experimento ipsarum proprio, sed suorum principiorum tantùm. Deinde, quia Geometræ paucissimis positis principijs acquirunt scientiam multarum conclusionum Geometriæ, quarum connexiones nunquam experti erant in rebus. Posterior pars probatur, quia habitus, quibus conclusiones sciuntur secundū quid, seu scientia ea, qua quòd res sit duntaxat intelligitur, acquiri nequeunt sine experimento ipsarum proprio. Nam scientia, qua tantùm scimus ita rem habere, vt conclusio significat, aut comparatur ex effectis, aut ex causis remotis: vtroque autem modo necessaria est experientia conclusionis, vt inductione patet. Scientia enim, quam Medici à posteriori habēt de rheubarbaro, quòd ad bilem purgandam sit idoneum, non aliter comparari potuit, quàm ex frequenti effectorum obseruatione in multis indiuiduis. Item scientia, quam olim Astrologi habebant de Lunę defectu, antequàm eius causa proxima esset inuenta, non habebatur ex proxima seu immediata, quæ est interpositio terræ, sed ex remota, hoc est, ex perfecta eius oppositione; nunc autem videmus eā non aliter comparari potuisse ex huiusmodi causa, nisi quia frequenter obseruatum est, cùm Sol, & Luna perfectè opponerentur, id est per mundi diametrum, Lunam deficere; eodemque modo res habet in cæteris.

Tertia conclusio.

Quotuplex sit demōstratio Quia.

## *Examen secundæ conclusionis.* SECT. IIII.

tex. 4.

SED contra secundam conclusionem, in qua tota difficultas huius quæstionis posita est, sic licet obijcere. Vt assentiamur principijs, satis est sola terminorum, extremorum'ue cognitio; ergo non opus est experimento. Antecedens sæpe traditur ab Arist. vt 1. Poster. cap. 3. vbi sic dicitur; Principium scientiæ quoddam esse asserimus, quo, seu (vt alij vertunt) quatenus terminos cognoscimus. Et 1. Topicorum cap. 1. vbi de principijs scriptū est. Prima sunt, quæ non per alia, sed per

Primum argum. contra 2. conclusionem.

Digitized by Google

se ipsa fidem habent, ideſt sola terminorum cognitione approbantur.

2 Deinde, si Arist. crederet omnia principia inductione cognosci, non dixisset 1. Eth. cap. 7, Principiorum alia inductione, alia sensu, alia assuetudine, alia alio modo, perspici: cùm ergo distinxerit inductionem ab alijs modis cognoscendi principia, satis patet non putasse illum omnia principia cognosci inductione, neque, quod hinc sequitur, experimento.

3 Præterea definitiones geometricæ, quæ ante theoremata ponuntur, vt quid sit linea, quid triangulus, sunt quædam principia; hæc autem non indigent experimento, cùm ijs propositis nemo sit, qui non statim assentiatur; igitur non omnia principia propria indigent experimento. Quinetiam non satis videtur esse id, quod de communibus paulò antè dictum est, Neminẽ illis assentiri, qui nõ millies ea expertus sit in rebus singulis. id enim ex accidenti videtur euenire. Nam etsi nunquam præcessisset in nobis eiusmodi experientia, simul tamen atque illa proponerentur, eorumque termini perciperentur, nemo esset, qui non illis assentiretur.

4 Denique, Id, quod incertum est, ac fallax, & minùs latè patet, non potest esse causa eius, quod est certissimum, ac verissimum, & latissimè patens: experimentum autem est incertum, & fallax, vt Hippocrates ait, nec immeritò, cùm pendeat ex sensibus, qui sæpe falluntur; & versatur in paucis quibusdam indiuiduis: habitus vero principiorum sunt certissimi, ac verissimi, multoque veriores, ac certiores, quàm habitus conclusionum; cùmque sint de vniuersalibus, infinita complectuntur indiuidua: non est igitur necessarium experimentum, vt generetur habitus principiorum. Quibus penè argumentis persuasus Albertus, & post eũ Anton. Andr. oppositam conclusionem statuunt; Non omnes habitus principiorum experimento indigere, sed sola principia earum artium, quæ propriè hoc nomine appellantur, itemque Philosophiæ naturalis, moralis, & Metaphysicæ. Aphor. 1. Albert. hoc loco tract. 1. ca. 6. Anton. Andr. 9.5.

Neminem tamen hæc mouere debent, vt à proposita conclusione recedat. Primum namque argumentum facilè dissoluetur, si dicas, cùm Arist. docet vt assentiamur principijs, satis esse solam terminorum cognitionem, non sic intelligendum, quasi excludat experimentum, quippe cùm sæpe alibi necessarium esse sentiat; sed ita vt excludat medium terminum à priori, quo principia demonstrari possint. Ad principiorũ cognitionem num satis sit cognitio terminorum. Locis citatis pro 2. conclusione.

Ad secundum dicendum est, inductionis nomen in loco citato non posse accipi, vt complectitur omnes inductiones, cùm multæ sensuum ministerio, multæ etiam assuetudinis obseruatione fiant; sed accipi pro ijs tantùm, quæ fiunt in rebus Mathematicis, quæ, vt tales sunt, externis sensibus non subiacent; vt sequentibus verbis significentur inductiones ad sensum factæ, quæ vsui sunt in rebus naturalibus, quæque morum obseruatione colliguntur, et si quæ sunt aliæ eiusmodi. Itaque non negat Arist. ijs verbis omnia principia inductione cognosci, quod alijs locis Locus primi Ethicorũ expositus.

aperte

Digitized by Google

aperte asserverat, sed solùm docet non omnia cognosci eodem inductionis modo.

Ad tertium, quod attinet ad principia propria, dicendum est, conclusionem nostram non esse intelligendā de ijs proprijs principijs, quæ sunt meræ positiones, hoc est, quæ solùm præmittuntur ad explicanda nomina, quibus in demonstrationibus vtendum est, quales sunt definitiones, quæ initio Geometriæ ponuntur. Nec enim præmittuntur ad declarandas rerum essentias, sed vt is, cui fit demonstratio, intelligat, quid Geometra significare velit vocabulo lineæ, trianguli, & cæteris, ne demonstrator in ipso demonstrationis cursu cogatur ea explicare. Quo fit, vt nihilo minus Geometra demōstret sua theoremata, si definitiones, quas posuit, non explicent essentias rerum, modò per eas constet, quid vocabulis, quibus inter ipsos disseritur, significetur. Hac autem de causa appellauerim huiusmodi definitiones meras positiones, quia sunt velut conuentiones quædam inter eos, qui disserunt, quasi dicant, ponamus, nomine lineæ significari longitudinem sine latitudine, & profunditate; nomine trianguli figuram planam tribus lineis contentam; & ita in cæteris. Cùm ergo hęc principia conuentione sola constent, satis perspicuum est nullo opus esse experimento, vt illis assentiamur. Alia ratio est de ijs principijs proprijs, quæ ad explicandas essentias rerum adhibentur, cuius generis sunt definitio naturæ, motus, animæ, & similes. egent enim longa experientia, nec Philosophi ita eas tradunt, quasi dicant, ponamus nomine naturæ significari id, quod est principium motus, & quietis, quidquid illud sit; sed posito, naturam esse, quia res naturales sensu ipso existere cernantur; ex longa tandem motus, & quietis obseruatione, docent quid ea sit, eodemque modo res habet in cæteris. Quod verò attinet ad principia communia, dicendum est, non euenire per accidens, vt priùs ea experiamur in rebus singulis, quàm assensum adhibeamus. Esset enim temerarius assensus, si prætermisso examine experientiæ illa admitteremus, vt patet ex dictis. Atque hac ratione Arist. priori lib. de Gener. cap. 8. meritò inuehitur in quosdam, quòd prætermisso examine sensus solam rationem ducem sequerentur. Quòd si quis obiiciat, satis esse vnicum iudicium sensus ad examen primorum principiorum, quod videtur pueri experiri cùm illa à præceptoribus subiecto vnico sensibili exemplo proponuntur: respondendū est, vnicum exemplum, si quando videtur rem conficere, non id facere virtute tantùm sua, sed præcedentium, quæ tum in memoriam reuocantur, quo pacto fuso exercitu si miles vnus pedem referat, deinde alius, atque alius se adiungat, is, qui primus globo facto hostem aggreditur, non ni sua, sed virtute commilitonum redintegrat bellum. Quo exemplo eadem penè ratione vtitur Aristoteles extremo secundo posterioris Analyticæ, cùm agit de modo, quo gignuntur habitus principiorum. Itaque semper necessarium est multorū singulariū examen, vt principijs tāquam prin-

Quorum positiones in scientijs præmittantur.

ter. 58

Obiectio.

Dilutio.

Extremis pene uerbis.

Digitized by Google

principijs & velut firmis scientię fundamentis inhæreamus. Veraq; omnino est sententia illa Sapientiæ de se loquentis, quam ex Afranio citat Gellius [Vsus me genuit, mater peperit memoria; Sophiam vocant me Graii, vos Sapientiam] quo loco nomine vsus experientia significatur. Lib. 13. cap. 8.

Afranij sententia.

Caietani sententia.

Ad quartum, si Caietani sententia probanda esset, dicendum foret, experimentum esse necessariũ ad iungendos aptè terminos. Quanquàm enim teneas rationem totius & partis; si tamen totum, & partem non iungas in formam huius pronunciati, Omne totum est maius sua parte, nunquam eius principij habitum comparabis; nunquam autem id videtur fieri posse in vniuersalibus, nisi priùs fiat in singularibus. Sed primùm; Si ob hanc causam experimentum adhibendum est, satis erit præceptoris opera, qui aptè proponat terminos. Deinde, satis erit, si quisque semel aptè illos coniungat. Postremò, habitis terminis vniuersalibus, nõ necesse re uera est vt priùs illi iungantur in singularibus, quàm inter se. Dicendum est igitur, Veram & propriam causam habituum principiorum esse lumen intellectus, quo cernimus prædicata esse immediata subiectis; neque experimentum esse necessarium vt veram, & per se causam illorum; neque item vt id, sine quo termini aptè coniungi non possint; sed iccirco esse necessariũ, quia, vt diximus, nemo absque erroris periculo principijs assentitur, nisi illa expertus sit in aliquibus singularibus, nullamque reperiat instantiam. Quo circà rectè ait Auerroes 8. Physicorum libro; Experimentum verorum sermonum esse vt conueniant cum ijs, quæ sensibus percepta sunt; non autem vt hæc cum illis congruant. Caiet. 2. Post. ad cap. 18. Refutatio. Com. 22.

Obiectio.

Quòd si quis hunc in modum vrgeat, Cùm intellectus noster videt prædicata esse immediata subiectis, non esse cur debeat cohibere assensum, dum experientiam eius rei capiat, præsertim cùm ea sępe fallat: Occurrendum est, & experimentum per se aliquando fallere, & intellectum nonnunquam in ea re hallucinari. Verùm cùm ambo conueniunt, tunc haberi omnem certitudinem, quę naturaliter haberi potest. Dico autẽ, naturaliter, quia aliquando etiam hæc ambo simul iuncta non omnino veritatem attingunt, vt fidei doctrina docet. Nam etsi intellectus noster remota doctrina fidei, non temerè assentiebatur huic pronunciato, quasi primo principio; Quæ sunt re ipsa eadem vni, & eidem tertio, sunt re ipsa eadem inter se (siquidem & intellectus lumine suo iudicabat illud esse verissimum, & experientia in rebus omnibus, in quibus à nobis capi potest, ita esse docebat) postquam tamen altissimum sanctissimæ Trinitatis mysterium reuelatum est, non ita latè illi assentiri debet.

Dilutio.

Quàm sit certa cognitio principiorũ naturaliter acquisita.

Etenim diuinę personę sunt eędem re ipsa cum diuina essentia, quę vna, atque eadem numero est in illis omnibus, & tamen illæ non sunt eędem re ipsa inter se.

Solutio

Digitized by Google

*Solutio ambiguitatum, quæ initio propositæ sunt.*

## SECT. V.

His ita explicatis, nullius negotij est ambiguitates initio propositas dissoluere. Ad priorem enim dicendum est, non esse pugnantia ea, quæ ab Aristotele hoc cap. dicuntur, etiam si (vt equidem existimo) de conclusionum experientia præcipuè loquatur. Nam quod ait, artem, & scientiam per experiẽtiam hominibus prouenire, verum est vniuersè de omnibus artibus quo ad earum inuentionem, sumpta fermè experientia pro experientia conclusionum. Is enim ferè est modus procedendi noster, cùm absque præceptore scientiam comparamus, vt ab effectis ad causas, & à causis remotis ad proximas progrediamur, quod non fit absque experimento ipsarum conclusionum proprio. Namque ex cognitione effectorum, & ignoratione causæ cœperunt homines philosophari, vt Arist. ait cap. sequenti, id quod nõ solùm in rebus naturalibus, & ijs, quæ ad mores pertinent, sed in Mathematicis etiam, in quibus principia demonstrationum propter quid promptiora sunt, ferme videmus accidisse. Priùs enim Mathematici (Aristotele eodem loco teste) cognouerunt ex effectu solẽ reuerti ex tropicis, diametrumque quadrati non esse commensurabilem lateri, quàm earum rerum causas inuenirẽt: quod idem in plerisque alijs conclusionibus, quibus Geometria, cæteræque artes Mathematicę celebrari cæperunt, euenisse argumento est illud Pythagoræ factum, qui cùm antè experientia cognouisset trianguli orthogonij subiectum latus tantundem valere, quantum quę rectum angulum continent (quod est theorema 33. apud Euclidem in 1. Element.) eiusque rei demonstrationem diu quæsitam inuenisset, tantam ex ea re voluptatem cepit, vt Musis, auctore Proclo, in gratiarum actionem bouem obtulerit, vel vt refert Laërtius ex Apollodoro, Hecatomben, quod erat centum victimarum eiusdem generis, veluti centum ouium, hædorum, aliorum'ue animalium sacrificium. Ita patet id, quod Arist. docet in verbis citatis huius cap. omnes artes experientia comparari, verũ esse quoad earum inuentionem, quæ ferè cœpit ab experimento conclusionum, quarum causæ, ac principia temporis progressu quæsita sunt; tametsi multæ conclusiones ex principijs experientia compertis deductæ sunt à primis Inuentoribus, antequàm conclusionum experientia haberetur. Non tamen iccirco falsum est id, quod posteà subdit, quosdam artifices carere experientia. Possunt enim carere experientia conclusionum propria, quicunque siue doctrina (quod commune est) siue inuentione (quod multò paucioribus accidit) per principia scientiam assequuntur.

Conciliantur duo Aristotelis loca.

Modus scientię comparãdæ per inductionem.

Pythagoræ sacrificium.

Proclus in 1. Euclidis. li. 4. Laërt. in Pythagora.

Quo pacto primus locus sit intelligẽdus.

Quo pacto secundus.

Ad posteriorem ambiguitatem dicendum est, omnes artes, quæ prin-

L cipijs

Digitized by Google

cipijs innituntur, comparari experimento principiorum: non tamen omnes experimento conclusionũ, vt rectè probant argumenta pro vtraque parte; quæ proinde non pugnant inter se. Nec verò Medicis scholasticis, aut pueris Arithmeticis, aut Geometris, qui à priori edocti sunt, deest experientia eorum principiorum, quibus præceptores in demonstrando vsi sunt, vt patet ex dictis. Quod verò attinet ad motum noni orbis, qui à posteriori cognitus est; dicito, satis fuisse inductionem effectorum per partes, hoc est per motus astrorum, quæ ad motum proprium illius orbis mouentur, centum videlicet annis gradu vno, quod tamen multorum sibi succedentium Astrologorũ obseruatione, quæ pro vnius experimento haberi potest, cognitum est.

Quæstionis summa.

Habes ex hac quæstione quo pacto omnes artes, ac scientię experimento gignantur, siue per inuentionem acquirantur, siue per doctrinam, quę tandem ad inuentionem alicuius præceptoris reducitur. Quo autem pacto à principijs ad conclusiones procedatur, & vtrum necesse sit priùs assentiri vtrique sumptioni, quàm cõclusioni; an verò eodem momento, quo assumptioni assentimur, sequatur assensus, quo cõclusionem approbamus; & num præcedere quoque debeat assensus tertius, quo approbetur consecutio, & quo pacto, tempore, an natura; & vtrum assensus adhibitus conclusioni demonstratæ cadat etiam in principia, & consecutionem; suo loco, id est, ad initium Posterioris Analyticę explicandum est. ad Cap. 1.

## SINT NE OMNES ACTIONES singularium? QVÆSTIO V.

### *Argumenta pro vtraque parte.* SECTIO I.

Triplex quæstionis sensus.

TRIBVS modis intelligere possumus actiones esse singularium. Vno, quia oriantur à singularibus tanquam ab agentibus, quo pacto dicimus, Domini esse præcipere, serui autem mandata exequi. Altero, quia recipiantur, siue exerceantur in singularibus, quo modo dicimus, Animalium esse sanari, & ægrotare. Tertio, quia terminentur ad singularia, in quo sensu dicimus, primam generationem humanam fuisse Caini, & primã creationẽ Regis in populo Israëlitico, Saulis.

Quo sensu Arist. hoc loco affirmatiuam partem asseruerit.

Ac Aristoteles quidem in hoc capite affirmatiuam quæstionis partem in secundo tantùm, & tertio sensu asseruit ijs verbis [Actiones verò, generationesque omnes in singularibus versantur] Quocirca meritò Scotus in quartum Sententiarum librum reprehendit eos, qui hoc loco affirmatiuam partem in primo sensu tradi existimant. Tractanda tamen est à nobis quæstio etiam in primo, non solùm quia præcipuus est, & statim d. 12. q. 3. ad 2.

Digitized by Google

tim propoſita quæſtione occurrit; ſed etiam quia eius tractatio coniuncta eſt cum cæterorum tractatione, ad eamque non parum conducit, vt patebit.

Affirmatiuam igitur partem in omnibus ſenſibus veram eſſe, ſi verba quidem ipſa ſpectemus, hac ratione perſpicuè videtur colligi; Quia cùm ſola ſingularia exiſtant in rerum natura, nemini dubium eſſe debet, quin ea ſola poſſint cùm agere, tum etiam recipere, ac terminare actionẽ. Item hac; Quia cùm omnis actio ſit determinata, & quæ deſignari poſſit; neceſſe eſt vt à deſignata aliqua re proficiſcatur, & in deſignatum ſubiectum recipiatur, & ad deſignatum aliquid terminetur: quicquid autem deſignari poteſt, ſingulare proculdubio eſt. Quo primo probatur pars affirmatiua.

Si verò nomine ſingularium (quod plerique Theologi volunt) intelligamus ſuppoſita, quæ definiri ſolent, Singularia per ſe exiſtentia completa, & incommunicabilia, vt eſt Socrates, Plato, Callias; non leuia occurrunt argumenta, quibus potiùs negatiua pars videatur amplectenda.

Nam quod attinet ad primum ſenſum, non videntur omnes actiones oriri à ſuppoſitis, vt à cauſis agentibus. Primùm, quia calefactio oritur à calore, vt à cauſa agente, eodemque modo frigefactio à frigore; calor autem, & frigus, cùm per ſe non exiſtant, ſuppoſita dici non poſſunt. Primum arg. cõtra primũ ſenſum.

Deinde, quia omnes potentiæ, ſeu facultates, quæ ſunt proprietates naturarum communium, oriuntur ab ipſis naturis communibus, vt à cauſis agentibus, veluti facultas ridendi à natura humana; & tamen naturæ communes, nec ſingularia ſunt, nec omnino per ſe exiſtunt, vt ſuppoſita dici poſſint. Quin etiam ex eadem priori propoſitione videtur colligi, ipſos etiam potentiarum actus oriri à naturis communibus, vt à cauſis agentibus, veluti actum ridendi ab eadẽ humana natura. Eius enim eſt actus, cuius eſt potentia, vt Ariſt. ait in lib. de Somno, & Vigilia, ideſt ab eo oritur actus, à quo oritur potentia. 2

Cap. 1.

Poſtremò, quia diuinæ operationes, quæ exercentur in creaturis (quas Theologi vocant operationes ad extra) proficiſcuntur à Deo, vt eſt communis tribus diuinis perſonis, tanquam à cauſa agente, cùm tamen dicendum non ſit, Deum, vt eſt cõmunis tribus hypoſtaſibus, eſſe ſuppoſitum. 3

Quod verò attinet ad ſecundum ſenſum, non videntur etiam omnes actiones recipi in ſuppoſitis. Primo, quia multæ recipi poſſunt in anima ſeparata, quæ tamen cùm non ſit ſubſtantia completa, ſed ſuaptè natura pars humanæ naturæ, non eſt prima ſubſtantia, ac proinde nec ſuppoſitum. Primum arg. contra ſecundum ſenſum.

Secundo, quia generatio ſubſtantialis eſt actio quędam, & tamen ſubiectum, in quo recipitur, vt Ariſt. docet 5. Phyſ. cap. 1. & 1. de Gener cap. 4. eſt materia prima, quæ cùm non poſſit per ſe naturaliter exiſtere, ſuppoſitum eſſe nequit. 2

text. 7.
text. 24.

Tertio, quia multæ actiones ſunt in natura humana, quæ aſſumpta eſt à Verbo diuino, cùm tamen illa non ſit ſuppoſitum, vt ex ſacræ Fidei doctrina oſtendunt Theologi. 3

Quod denique attinet ad tertium, non videntur quoque actiones



Digitized by Google

Primum arg. contra tertiũ sensum.

omnes terminari ad suppositа. Primo, quia actiones intellectus, quibus vniuersalia concipiuntur, terminantur ad naturas cõmunes, seu uniuersales. Secundo, quia omnes motus sunt actiones quædam; motuum autem (ut Aristoteles docet 5. Phys. cap. 1. & 2.) alii terminantur ad quantitatem, alii ad qualitatem, alii ad locum; quæ quia sunt accidentia, suppo- tex. 8. tex. 18.
sita dici nequeunt. Tertio, quia causis vniuersalibus respondent effecta vniuersalia, vt patet ex 2. Phys. cap. 3. v. g. proprius effectus statuarij tex. 27.
non est hæc statua, sed statua in commune, nec effectus proprius, siue adæquatus Artificis est hoc artefactum, sed artefactum in commune.

Responsio.

Non terminatur igitur actio causarum vniuersalium ad singularia, sed ad vniuersalia. Quare neque ad suppositа. Quòd si quis dicat, causas vniuersales non esse causas per se suorum effectorum, sed per accidens, quòd nihil efficiant nisi per singularia; in hac autem quæstione non esse

Contra responsionem.

sermonem de causis per accidens: obijci contrà potest, falsum esse id, quod assumitur; tum quia effecta uniuersalia demonstrantur per causas uniuersales, cùm tamen nullus effectus demonstrari possit per causam per accidens; tum etiam quia effecta uniuersalia expetuntur, & ut dici solet, intenduntur per se à causis uniuersalibus; effecta autem per se intenta non sunt effecta per accidens. Quòd autem intendantur per se à causis uniuersalibus, inductione patet. Ignis enim per se intendit ignẽ secundum speciem, & equus equum, eodemque modo res habet in cæteris. Atque hoc est, quod Auicenna scribit in 1. lib. sufficientiæ, species Cap. 1.
esse per se intentas à natura, non indiuidua.

## *Exponitur pronunciatum Aristotelis.* SECTIO II.

Quas actiones intelligat Aristoteles cũ ait Actiones &c. uersari in singul.

QVÆSTIO hæc ea ratione explicabitur rectè, si exposueri mus quas actiones intelligat Aristoteles, cùm ait, Actiones generationesque omnes in singularibus, siue circa singularia uersari; pro quibus item rebus singularium nomen accipiat; ac demum quo pacto totum pronunciatum intelligendum uelit.

Quorundam opinio.

Sunt qui dicant, nomine Actionum intelligi eo loco ab Arist. solas actiones transeuntes; alijque addunt non omnes transeuntes, sed eas tantùm, quibus aliquid extra ipsum agens post actionem confectum relinquitur, cuius generis est curatio ægroti, quæ in exemplum affertur. Quo pacto dicendum esset, uerba illa [Generationesque] explicationis gratia adiecta fuisse, quòd Generationis uocabulum etiam latè sumptũ ijs tantùm actionibus accommodetur, quibus agens ex materia externa aliquid conficit. Verùm hæc sententia non est probanda, non solùm quia anguste admodũ loquitur de actione, sed etiã quia multæ sunt practicæ scientiæ, quæ nihil extrà confectum relinquunt, ut Citharistarum, & Tibicinum artes, & nonnullæ etiam, quæ in actibus immanentibus præcipuè

Digitized by Google

præcipuè versantur, vt Scientia de moribus; quas tamen omnes eo pronunciato probat Aristoteles inferiores experimento esse in agendo.

Alij dicunt intelligendas esse actiones reales, non intentionales, vt vocant. Dicuntur autem intentionales eę omnes, quibus agentia assimilant sibi id, quod patitur, non secundum esse reale eiusdem speciei, sed secundum aliquam similitudinem, per quam sensus, aut intellectus in ea possit intendere, quo pacto color agit in oculos, & in aërem interiectum. Sed neque huiusmodi sententia probanda est; tum quia actus intelligendi est actio realis, & tamen non semper versatur circa singularia obiecta, sed sæpe circa vniuersalia, vt abstracta sunt à singularibus; tum etiã quia actiones intentionales sunt actiones transeuntes, ac verè generationes accidentariæ, quæ omnes comprehenduntur nomine generationum latè accepto, quo pacto in proposito pronunciato sumendum est.

Quid alij dicant. Actiones intentionales, quæ.

Crediderim in toto pronunciato intelligendas esse actiones, vt distinguuntur à toto genere cognitionum, non quòd cognitiones sensitiuæ, & plurimæ intellectiuæ non versentur circa singularia, sed quia cognitio ex suo genere potest versari completè circa vniuersalia, vt abstracta sunt, & quasi seiuncta à singularibus, cæteræ autem actiones ex suo genere nunquam completè versantur circa vniuersalia sic accepta; quod ex ijs, quæ dicenda sunt, patebit. Estque pronunciatum Aristotelicum hoc modo explicatum non parum ad rem: comparat enim Aristoteles eo loco artẽ cum experientia quo ad actionem, vt opponitur cognitioni, atque concludit artem, quod ad actionem attinet, esse inferiorem experientia, propterea quòd actiones, generationesq; omnes versantur circa singularia, quæ magis cadunt sub experientiam, quàm sub scientiam; quod verò attinet ad cognitionem, esse superiorem, eo quòd ars, siue scientia in vniuersalibus versetur, quæ non attinguntur ab experientia, nisi per accidẽs. Dixi [in toto pronunciato] quia etsi nomen Actionis, siue Praxeos, quo Aristoteles vtitur, nõ significat nisi actiones liberas, tamen adiuncta verba illa [generationesque omnes] complectuntur cæteras. Itaque pronunciatum comprehendit omnes actiones, quæ non sunt cognitiones, à quibuscunque agentibus illę prodeant, estque admodum generale, & ad pleraque etiam alia probanda vim habet.

Auctoris sententia.

Nomine autem singularium volunt plerique Theologi intelligenda esse suppositа, eo quòd esse primò conueniat suppositis; actiones autem primò versentur circa ea, quibus primò esse conuenit. Cùm autem eis obijcitur anima separata, circa quam multę actiones versari possunt, & natura item diuina, vt est communis tribus diuinis suppositis; dicunt, animam separatam, & naturam diuinam, etsi non propriè, & completè, certè incompletè posse dici suppositа. atque ut loquantur propriè, concludunt, actiones omnes uersari circa singularia per se existentia; quod potiùs dicendum est, vt patebit ex sequentibus.

Nomine singularium non esse intelligenda sola suppositа.

Denique omnes actiones uersari circa singularia (quæ est totius pronunciati

Quot modis actio dicatur uersari circa aliquid.

Digitized by Google

nunciati ſententia) pluribus modis intelligi poteſt; uel per ſe, uel per accidens; itemque aut vt circa ſubiecta, aut vt circa terminos, obiecta'ue; dicimus enim ſtatuarij actionem uerſari per ſe circa ſtatuam, per accidens circa album aut nigrum: itemque circa lignum vt circa ſubiectũ, materiam'ue, in qua recipitur; circa ſtatuam verò, vt circa terminũ ſuũ, obiectumq; artis, quod etiã nonnunquam vocatur materia circa quam; non quòd in eo ars, aut potentia aliquid agat, ſed quòd in eius conſideratione verſetur, aut ſaltem in illud intendat. Quod igitur ad ſenſum totius propoſitionis attinet, planè docet Ariſtoteles velle ſe vt verbũ [verſari] intelligatur per ſe, & non per accidens, cùm ait [Neque enim hominem curat Medicus, niſi per accidens, ſed Calliam] & paulò pòſt [Id enim, quod ſingulare eſt, magis ſub curationem cadit] quia nimirum cadat per ſe, uniuerſale autem, per accidens, & ratione ſingularis. Atque ex eodem exemplo colliges verbum [Circa] ita ſumendum eſſe, ut ſenſus ſit, uerſari omnes actiones circa ſingularia, & ut circa ſubiecta, & ut circa terminos, obiecta'ue. uerſatur enim actio Medici circa Calliam, ut circa ſubiectum curationis; circa Calliam uerò ſanum, ut circa curationis terminum, obiectumque artis in agendo. 7. Inſtit. Dial. cap. 19.

Explicationis ſumma. Ita perſpicuum eſt, pronunciatum Ariſtotelis intelligendum eſſe de actionibus, quę non ſunt cognitiones, quas omnes ait verſari per ſe circa ſingularia per ſe exiſtentia; idque non modò tanquam circa ſubiecta, ſed etiam tanquam circa terminos, & obiecta. Adde, proficiſci etiam eas omnes à ſingularibus per ſe exiſtentibus, tanquam à per ſe agentibus; quod etſi Ariſtoteles eo pronunciato non declarat, alibi tamen planè docet, vt mox patebit. Hæc igitur ſi vera ſunt, perſpicuum eſt affirmatiuè reſpondendum eſſe ad quęſtionem propoſitam in omnibus tribus ſenſibus. Sint ne autem uera, & qua ratione, nonnullis aſſertionibus explicandum eſt.

Amplificatur pronunciatũ.

## *Vera explicatio quæſtionis.* SECTIO III.

Prima aſſertio. PRIMA Aſſertio ſit; Omnes actiones proficiſci per ſe ab agentibus ſingularibus per ſe exiſtentibus. Quę hunc in modum probatur. Actio ſupponit exiſtentiam rei agentis, ſaltem in principio actionis (quod addiderim propter motum proiectorum à proijcientibus, & grauium, ac leuium à generantibus) ergo nihil per ſe agit, niſi quod per ſe exiſtit; nihil autem omnino per ſe exiſtit, niſi ſingulare, cùm vniuerſalia omnia per ſua ſingularia exiſtant: omnes igitur actiones proficiſcuntur per ſe à ſingularibus per ſe exiſtentibus. Deinde, Vnaquęque res eſt propter ſuam operationem, alioquin otioſa eſſet in rerum natura: igitur ſi quid ſuapte natura idoneum eſt ad agendum per ſeſe, id tale ſit neceſſe eſt, ut poſſit exiſtere per ſeſe. 2. de Cælo cap. 3. tex. 17.

Ad

Digitized by Google

Adhęc; precipua ratio, qua prestantissimi quique Philosophi probant animam humanam posse per se existere post hominis dissolutionẽ, est, Quia potest habere operationem per sese, & non concurrente ad eam corpore; operationem, inquam, intellectus, & uoluntatis, ad quas per accidens concurrit corpus: sentiunt igitur, quicquid per se agere potest, posse existere per se: quicquid ergo per se agit, per se existit: at nihil existit omnino per se, nisi singulare, vt iam ostensum est: igitur omnis actio proficiscitur per se à singulari per se existente.

Ratio precipua pro animæ separatione.

Atque hæc assertio, etsi non continetur in propositione Aristotelica paulò antè exposita, colligi tamen potest ex ijs, quæ Aristoteles scribit 1. libro de Anima cap. 4. cùm sic ait; Dicere autem animam irasci, vel timere, simile est, atque si quis dicat, animam texere, vel ædificare. Nam melius est fortasse dicere, non animam, sed hominem anima misereri, vel discere, vel ratiocinari. Quibus verbis docet, non attribui actionem parti tanquam agenti, sed toti, tametsi totum agat per partem; quod non alia de causa dictum est, nisi quia pars, dum est in toto, non omnino existit per se. Dico autem, Non omnino existit per se, Quia & si anima humana, dum est in corpore, ea ratione dici potest existere per se, quia habet existentiam non pendentem ab vllo corpore; tamen non omnino existit per se, quia existit vt pars constituens hominem. Itaque hinc colligendum esse vult Aristoteles, actiones omnes proficisci per se à singularibus per se existentibus; quod præstantiores Theologi ex eo loco colligunt, non ex hoc, in quo nunc versamur.

tex. 64.

Vbi nã Arist. propositã assertionẽ tradiderit.

Secunda assertio sit; Omnes actiones recipi per se in singularibus per se existentibus. Quæ assertio primùm in actionibus immanentibus perspicuè colligitur ex superiori. In hoc enim genere actionum idem est agens & quod patitur, siue quod actionem recipit. Eadem quoque manifestè colligitur ex superiori in ijs actionibus, quæ recipiuntur in patientibus diuersis ab agentibus, si illis per actionem resistant. Vniuersè autem hunc in modum probari potest. Recipere per se actionem nihil aliud est, quàm illam in se non ratione alterius sustinere: hoc autem præstari non potest, nisi ab ijs, quæ per se existunt, quandoquidem alia omnia indigent aliquo, vt sustineantur: nihil igitur per se recipit actionem, nisi sit singulare per se existens. Exempli causa, frigus aquæ non recipit per se actionem, qua intenditur, aut remittitur, quia sustinetur ab aqua; sed aqua est, quæ eiusmodi alterationem patitur, ac sustinet. Præterea, Ratio cur primæ substantiæ subijciuntur cæteris omnibus, quæ per se ponuntur in prædicamentis (vt Aristoteles ait in Categoriarum libro, & est communis Philosophorum sententia) non alia dici potest, nisi quia inter ea omnia solæ primę substantiæ existunt omnino per seſe: igitur vt res per se subijciantur actionibus agentium, oportet vt omnino per se existant, siue completę illę sint, vt Socrates; siue incompletę, vt anima separata Socratis.

Secunda assertio.

Recipere actionem quo pacto hic sumatur.

Cap. de Substantia.

Locus Prædicamentorum explicatur.

Sed

Digitized by Google

Obiectio. Sed contra hanc assertionẽ opponet aliquis, Materiã primã nunquam per se existere, & tamẽ per se recipere actionem, qua introducitur forma substantialis; ergo nõ quicquid per se recipit actionem, esse singulare per se existens. probabitque antecedens ex eo, quia quod corrumpitur, non recipit per se formam eius, quod generatur; alioqui maneret per se in compositione rei genitę; neque verò id, quod generatur, quia isto modo iam id, quod generatur, ex se ipso constaret. Huic obiectioni respondendum est, ipsam momentaneam introductionem formę substantialis non esse actionem, sed actionis terminum, vt alibi docebimus; actionem autem precedentem, quę terminatur ad coniunctionem formę geniti cum materia corrupti, recipi in eo, quod corrumpitur, eamque actionem esse propriè generationem, quatenus terminatur ad formam substãtialem, quę in fine actionis in materia resultat, seu potiùs ad compositum substantiale, quod resultat ex materia & eiusmodi forma. Qua de causa sępe ab Aristotele scriptum est; Id, quod generatur, cùm generatur, nondum esse, quod falsum planè esset, si ipsam momentaneam introductionem formę, generationem appellasset. Verùm de hac re libro 8. luculentiùs, quo loco expendemus, quo pacto formę incipiant esse; & qui fieri possit, vt omnes resultent in materia vi generationum precedentium, & tamen humana incipiat esse per creationem, quę est actio non physica.

Solutio.

Momẽtaneã formę substãtialis introductionem nõ esse actionẽ, sed actionis terminũ.

Quàm latè pateant 1. & 2 assertiones.

Atque hæ duæ assertiones veræ sunt in omnibus omnino actionibus, etiam in ijs, quæ sunt cognitiones, quod perspicuum est ex ipsa earum probatione; ob idque nullã restrictionem Actionum verbo adhibuimus.

Tertia assertio.

Tertia assertio sit; Omnes actiones, quæ cognitiones non sunt, versari per se circa singularia per se existentia. Quæ assertio primùm probatur in actionibus transeuntibus. *S*iue enim per eas fiat aliquid simpliciter, vt per generationem aquæ, siue secundum quid, vt per calefactionem eiusdem; semper id, quod fit, est compositum per se existens, quod vel incipit existere per se se, vel incipit esse tale, aut tantum, &c. Namq; per generationem nec fit subiectum, quod iam erat; nec verò ipsa forma per se se, cuius nulla pars antè existebat; sed ipsum compositũ, quod ex vtroque conficitur, vt Aristoteles accuratè docet septimo libro huius operis capite 8. In actionibus autem immanentibus, quæ non sunt cognitiones, ex eo probatur assertio, quia eiusmodi actiones non aliæ sunt, quàm operationes appetitus, siue sensitiui, siue intellectiui, quos non versari per se, nisi circa singularia per se existentia, perfacilè primum intelligi potest in ijs, quæ sunt appetitus sensitiui. Nam cùm sensus non versetur nisi circa singularia per se existentia; necessariò efficitur, vt appetitus quoque sensitiuus, qui sequitur sensum, circa eadem versetur; sensum autem per se versari circa singularia per se existentia ex eo patet, quia idẽ est, quod agit in sensum, & quod terminat sentiendi actum; patet autem ex prima assertione sola singularia per se existentia agere per se se. Deinde, ea appetuntur per se ab appetitu sensitiuo, quæ sunt ad salutem animalis

Tex. 26. & 27.

Circa quæ obiecta versentur sẽsus, & appetitus sensitiuus.

malis necessaria, aut commoda; hęc autem non sunt qualitates ipsæ sensibiles duntaxat, sed substantiæ his, aut illis qualitatibus affectæ. vnde neque alimur, neque augemur qualitatibus, alijs'ue accidentibus, sed rebus per se existentibus, quæ ijs affectæ sunt; neque accidentia sola quærimus ad vitam tuendam, sed res, in quibus ea inueniuntur; verbi causa, non quærimus calorem cibi, sed cibum calidum, non frigus aquæ, sed aquã frigidam, atque ita in cæteris. Postremò, Qualitates sensibiles non sunt agentia ipsa per se, sed tantùm rationes agendi; ergo nec sunt ipsa appetibilia per se, sed rationes appetendi. Neque enim ratio est vlla, cur illæ suapte natura maiorem vim habeant vt appetantur, quàm vt agant.

Appetitũ intellectiuum posse versari circa vniuersalia.

De appetitu autem intellectiuo non parua est difficultas. Nam cùm is appetitus sequatur intellectũ; operatio autem intellectus versari possit circa vniuersalia; non dubium videtur, quin id facere possit appetitus intellectiuus. Accedit, quòd appetimus bonum in commune, vt bonum est, beatitudinem in commune, vt beatitudo est, quod in prima quæstione diximus; eodemque modo malum, & miseriam, vt talia sunt, refutamus, & vt Aristoteles ait in 2. lib. Rhet. ad Theodectẽ [Ira quidem semper aduersus singularia est, vt Callian, aut Socratem; odium verò etiam aduersus genera: odio enim quisque habet furem, ac sycophantam] quę, si vera sunt, non dubium videtur, quin appetitus intellectiuus versetur circa vniuersalia. Postremò, quicquid intellectus seorsim apprehendit, ac iudicat esse bonum, aut malum, potest appetitus intellectiuus amplecti, aut reijcere; potest autem intellectus apprehẽdere & vniuersalia, quasi seiuncta à singularibus, & accidentia, quasi separata à subiectis, vt ipsum per se dulcorem, aut saporem, aut concentum, aut denique virtutẽ, & scientiam; igitur hęc omnia potest amplecti intellectiuus appetitus, cùm tamen hæc non sint singularia.

Sect. 4.

Cap. De amore & odio.

Appetitum non versari completè, & vltimatè, nisi circa singularia.

Si quis tamen rem accuratiùs expendat, haud difficilè intelliget, actus appetendi, qui versantur circa vniuersalia, aut circa accidẽtia quasi à subiectis separata (neque enim negari possunt huiusmodi appetitiones, & refutationes, vt rectè probatum est) esse incompletos, & non vltimatos. Nam quemadmodum hæc, vt seiuncta à singularibus per se existentibus, aut omnino, aut naturaliter existere non possunt; ita circa ea non omnino completè, & vltimatè versatur actus appetendi, aut repudiandi. Neque enim absoluta, completaque voluntas versatur circa ea, quæ apprehenduntur, vt impossibilia. Hinc est, quod prudentia, & reliquæ morales virtutes, quibus actus appetendi diriguntur in obiecta conuenientia non dicuntur versari circa vniuersalia, sed circa singularia. Hinc etiã scientiæ purè Mathematicæ dicuntur non agere de bono, vt Aristoteles ait, ac proinde nec de appetibili; quia non agunt de rebus, vt esse possunt: bonum enim non est bonum completè, & absolutè, nec completè & absolutè mouet appetitum, nisi vt esse potest in rerum natura. Denique hinc intellectus dicitur quodammodo trahere res ad se, easq; in seipso

Lib. 3. ca. 2. tex. 3.

Discrimen actuum voluntatis ab actibus intellectus, & appetitus sensitiui.

M consi-

Digitized by Google

considerare etiam eo pacto, quo esse non possunt in rerum natura: at appetitus dicitur quodammodo egredi ad res, quas appetit, vt eas amplectatur, qua ratione non potest in eas completè ferri, nisi vt in rerum natura esse possunt. Vnde est illud Arist. sexto libro huius operis, Verum, & falsum esse in intellectu; bonum, & malum in rebus. Itaque actus volendi hoc differunt hac ex parte ab actibus intelligendi, quòd actus intelligendi possunt completè, & absolutè versari circa vniuersalia, vt vniuersalia sunt, seu (quod idem est) cum præcisione particularium; actus autem appetendi incompletè tantùm, & imperfectè. Ab actibus autem appetitus sensitiui duobus modis. Vno, quatenus hi nec completè, nec incompletè versari possunt circa uniuersalia præcisè sumpta, quemadmodum neque actus sentiendi. Altero, quia etsi vtrique completè, & absolutè versantur circa singularia; tamen actus voluntatis potest ferri vno actu in omnia indiuidua cuiuscunque speciei, aut generis collectiuè sumpta, etiam si infinita sint, quo pacto magis crediderim intelligendū esse illud Aristotelis, Odio haberi à nobis genus latronum; actus autem appetitus sensitiui nō potest ferri in omnia collectiuè sumpta, sed solùm absolutè, & cum conditione indefinitę singularitatis: fertur enim appetitus sensitiuus in dulce cum conditione huius, vel illius singularitatis, quod alibi fusiùs docebimus. Et quia nullum singulare in rerum natura esse potest, nisi per se existat, aut habeat existentiam in aliquo, quod per se existat; perspicuum relinquitur ex dictis, omnes actiones versari per se circa singularia per se existentia. c. 2. tex. 8.

Obiectio. Quòd si quis ita obiiciat. Cùm appeto mihi scientiam, virtutem, aut ipsam etiam beatitudinem appetitu concupiscentiæ, non appeto aliquid singulare per se existens. Dilutio. Respondendum est, illum non appetere ista sibi, nisi quia appetit se scientem, probum, aut beatū; quod iam est appetere per se aliquid singulare per se existens, si non ut sit, certè, vt tale sit. Omnis enim appetitus concupiscentiæ fundatur in aliquo appetitu amicitiæ, quo quisque secundum Deum, si rectè amat, seipsum amat. Appetitus cō cupiscentiæ fundatur in appetitu amicitiæ. Ita patet quomodo sit verum vniuersè, omnes actiones esse singularium siue ut à quibus oriuntur, siue ut in quibus recipiuntur, siue vt ad quæ primò, ac per se terminantur.

## *Dilutio argumentorum partis negatiuæ.* SECTIO IIII.

Soluuntur obiecta contra primū sensum. AD primum igitur argumentum cōtra affirmatiuam partem in primo sensu dicendum est, calefactionem nō proficisci à calore, nec frigefactionem à frigore, tanquam à causis agentibus, sed tanquam à formis, quibus agentia agunt, seu (quod idem est) tanquam à rationibus agendi.

Obiectio. Prima soluti. Nec obijcias, accidentia, quæ sunt in sacra Eucharistia, agere ipsa per se. Primùm enim dicimus, non loqui nos de actione accidentium, quæ supernatu-

Digitized by Google

pernaturaliter conſeruantur, ſed de actione eorum, quæ naturaliter exiſtunt. Deinde, eiuſmodi accidentia eſſe uirtute diuina ſingularia per ſe 2
Vt Caiet. 3. p. q. 77. ar. 1. 2. & 3. exiſtentia, non quòd uirtute diuina facta ſint ſubſtantiæ, aut eis (ut quidã exiſtimant) communicata ſit exiſtentia ſubſtantiæ, ſed quia exiſtunt more ſubſtantiæ, ſua tamen ipſorum exiſtentia. Poſtremò, quicquid ea ac- 3
cidentia agunt, non eis tanquam agentibus, ſed ſubſtantiæ, in qua fuerunt, & cuius virtute agunt, attribuendum eſſe; de qua re alibi fuſiùs dicendum. Quòd ſi quis obijciat, calorem exiſtere in aqua calida naturaliter, hoc eſt, ſine miraculo; & tamen ei ſoli attribuendam eſſe calefactionem manus, tanquam agenti per ſe, quòd non poſſit attribui aquæ, niſi per accidens, cùm aqua per accidens ſit calida. Occurrendum eſt, eſſe quidem calorem principium, & rationem formalem calefaciendi, ſed tamen ipſam aquam eſſe id, quod per ſe calefacit, non quidem ſecũdum formam aquæ, aut aliud accidens, quod eam conſequatur, ſed ſecundum formam caloris. Vnde nec dicimus calorem per ſe calefacere, neque aquam abſolutè ſumptã, ſed aquã calidam. Qua ſolutione multa dubia in hac materia diſſolues. Ad ſecundum dicendũ eſt, potentias, quæ ſunt proprietates naturarum communium, nõ oriri ab illis per aliquam ueram actionem, ſed per quandam naturalem conſecutionem. Quo fit, ut ſi de ueris actionibus ſit ſermo (de quibus hæc quæſtio intelligenda eſt) neceſſariò dicendum ſit, huiuſmodi potentias nõ alijs actionibus generari, quàm quibus ipſæ naturæ communes generantur; & ideo cùm naturæ cõmunes nõ generentur, niſi à ſingularibus per ſe exiſtentibus (ut humana natura à Socrate, aut à Platone) atque adeo per accidens, quatenus includuntur in eiuſmodi ſingularibus, quę generantur per ſe, efficitur, vt nec ipſæ potentię generentur niſi ab ijs ſingularibus, & per accidens. Quod autem ad finem argumenti additur de actibus potentiarum, et ſi iam ex dictis ſatis refutatum relinquitur, tamen doctrinę cauſa ſic refellendum eſt. Id, quod Ariſtoteles ait, Eius eſſe actũ, cuius eſt potentia (quod de potentijs, & actibus immanentibus intelligitur) ſic accipiendum eſſe, quaſi dicat, Ab eadem re oriri actum, à qua oritur potentia, licet non ab eadem re ſub eadem entitate, & perfectione ſumpta. Minus enim perfectionis, & entitatis requiritur in re, ut ab ea oriatur potentia, quàm vt oriatur actus. Nunc autem, ita res ſe habet, ut potentiæ, qnę ſunt proprietates naturarum communium, oriantur per modum cuiuſdam naturalis conſecutionis ab ipſis naturis communibus, cùm ipſæ naturę communes generantur in ſuis indiuiduis, in quibus includuntur; actus autem potentiarum non oriantur à ſolis naturis communibus, ſed ab earum indiuiduis, quæ licet ſint idem re cum naturis communibus, tamen plus entitatis, & perfectionis includunt. Atque hæc eſt cauſa, cur potentię communicentur indiuiduis per naturas communes; actus autem naturis communibus per indiuidua. Ad tertium dicendum eſt, ijs quidem, qui pronunciatum Ariſtotelis ita in-

Alia obiectio.

Solutio.

Quo pacto potentię à naturis communibus emanent.

A quo ueré generentur.

Locus Ariſtotelis exponitur.



Digitized by Google

Sententia quorundam reijcitur.

telligunt, quasi velit actiones omnes esse suppositorum, non parum facessere argumentum negotii. Coguntur enim fateri Deum, ut communis est tribus diuinis personis, modo aliquo esse suppositũ, & quod euidentiùs absurdum est, personam; cumque simpliciter id dici non possit, adhibent eam moderationem, vt fateantur esse suppositum incompletũ, & personam incompletã, quia cùm sit singulare quoddam naturæ intellectiuę per se existens, imo res singularissima, & ipsa etiam per se existentia; sola incommunicabilitas ei deest ad rationem suppositi, & personæ. Sed neque ea moderatio satis est, vt Theologus sine iusta reprehẽsione appellet Deum, vt tribus personis cõmunis est, siue suppositum, siue personã: nec nobis quicquam difficultatis exhibet argumentum, qui dicimus in pronunciato Aristotelis, siue hoc loco, siue in 1. de Anima cap. 4. nõ esse intelligẽda suppositа, sed singularia per se existentia.

Caiet. 3. p. q. 2. art. 2.

## Κεφ. Β'.

ΕΠΕΙ δὲ ταὐτὸν πλεοναχῶς ὁπισήμην ζητῶμεν, τοῦτ' αὖ εἴη σκεπτέον, ὥσπερ τοῦ ποίας αἰτίας καὶ ὥσπερ ποίας ἀρχὰς ὁπισήμη, οὐσία ὄψις. εἰ δὴ λάβοι τις τὰς ὑπολήψεις ἃς εἴχομεν ὥσπερ τῶν σοφῶν, τάχ' ἂν ἐκ τούτου φανερὸν γένοιτο μᾶλλον. ὑπολαμβάνομεν δή, ὥσπερ τὸν μὴ ὁπισταθῆναι μάλιστα πάντα τὸν σοφὸν ὡς ἐνδέχεται, μὴ καθέκαστον ἔχοντα ὁπισήμην

tex. 64.

Soluuntur obiecta contra secundũ sensum.

Ad primum uerò eorũ, quæ contra secundum sensum obiecta sunt, eodem modo respondendum esse perspicuum est ex dictis. Ad secundum dicendum, actionem, qua introducitur forma substantialis, recipi per se primò in eo, quod corrumpitur, ut iam diximus; quandoquidem ab eo per se primò sustinetur; tametsi forsitan per se primò inhęreat materię rei, quę corrumpitur. Sed & ipsam momentaneam formæ introductionem, si actio dicenda est, & non potiùs actionis terminus, in ipso etiam composito per se primò recipi; non in eo tamen, quod corrumpitur, sed in eo, quod generatur. Recipere enim per se primò actionem, nihil est aliud, quam illam per se primò sustinere, vt dictum est, quod utique materia per se ipsam præstare non potest, cùm ipsa nõ solùm existat, vt pars; sed etiam, vt simpliciter existat, indigeat suapte natura alterius, ut ita dicam, sustentaculo. Ad tertium dicendum, Christi Domini humanam naturam, vt non est res singularis per se omnino existens, sed existens in Verbo diuino à quo sustinetur; ita non esse id, quod per se primò sustinet actiones humanas, sed Verbum ipsum; tametsi illę in natura eius humana inhæreant. Hinc enim fit, vt ueriùs dicamus Verbum diuinum videre, audire, loqui, & similia, quàm humanam Christi naturam.

Soluuntur obiecta contra tertium sensum.

Ad primum denique eorum, quę contra tertium sensum proposita sunt, ex dictis patet responsio. Ad secundum dicendum est, duo esse genera

Digitized by Google

genera terminorum in actionibus, quibus aliquid efficitur. alios esse, quibus res complentur, siue absoluuntur, qui termini in actionibus, quibus fiunt composita substantialia, sunt formę substantiales; in ijs autem, quibus fiunt composita accidentalia, accidentales; atque dehuiusmodi terminis intelligendum esse locum citatum: alios verò esse res ipsas, quæ fiunt, composita inquã substantialia, ad quæ terminantur generationes substãtiales; aut accidentalia, ad quę accidẽtales; atq; de his terminis, qui & præcipui sunt, & à prioribus distingui possunt ut totales à partialibus, intelligendã esse hanc quęstionem, de quibus etiam loquitur Aristot. lib. 7. huius operis cap. 8. Ad tertium dicendum est, propria, adæquata, & per se effecta causarum vniuersaliũ esse vniuersalia, vt rectè probatũ est; sed tamen illa effici per accidens, non modò à causis particularibus, siue singularibus, sed etiam ab vniuersalibus. Ratio huius rei est, quia actiones per singularia & procedũt ab vniuersalibus, & ad vniuersalia terminantur. Nam quemadmodum vis agendi conuenit singularibus per vniuersalia, ita actio, siue inchoatiuè, siue terminatiuè conuenit vniuersalibus per singularia, vt ex dictis patet. Quarè non pugnant ista inter se; Statua in commune sumpta est effectus per se; Statua in commune sumpta fit per accidens: in priori enim pronunciato confertur natura effectus cum vi agendi, quę primò conueniunt naturis communibus: in posteriori autem confertur termi natio actionis cum actione ipsa, quæ primò conueniunt singularibus.

Duplex actionum terminus.

Effecta per se, si uniuersalia sint, effici per accidens.

## CAPVT II.

QVONIAM [a] *autem hanc scientiam quærimus, hoc utique cõsiderandum erit, quarum causarum, principiorumq́, scientia, sit sapientia. Si* ex. 27. *qs igitur eas opiniones repetat, quas de sapiente accepimus; hinc forsitan id magis perspicuum fiet. Ac primùm quidem existimamus sapientem maximè scire omnia, quoad fieri potest; non ita tamen, ut ea singulatim scientia*

### *Capitis secundi Explanatio.*

QVONIAM [a] autem] Cùm Aristot. ad finem superioris capitis collegisset eam scientiã, quę sapientia dicitur, uersari circa causas, & principia; asserit primùm initio huius se quærere, ac uelle tradere huiusmodi scientiam. Deinde docet circa quas causas, & principia uersetur, id quod in prima parte huius capitis exequitur, ostendens ex ratione sapientis uersari illum circa primas, & maximè uniuersales causas, & principia. Huius rei gratia profert in medium sex cõmunes sententias de ratione sapientis; nempe, Eum maximè haberi sapientem, qui scit omnia, quoad eius fieri potest; & Eum, qui scit res non uulgares, & cuique obuias, sed difficiles, & à communi sensu remotas; item Eum, qui ea, quę nouit, certiori cognitione, quàm cęteri comprehendit; &, Qui aptior est ad docendum, causasque rerum

Sex sapientis attributa.

Digitized by Google

rerum tradendas; &, Qui ea scientia præditus est, quæ propter se, hoc est solius cognitionis causa digna est, quæ expetatur; denique Eum, qui inter omnes artifices principatum obtinet.

b Ac horum quidem ] Accommodat ea, quæ dicta sunt, ei, qui uersatur circa primas, & maximè uniuersales causas, & principia, primumque primam sententiam ea ratione, Quia is solus sit omnia quoad fieri potest, qui habet scientiam maximè uniuersalem; eiusmodi autem est qui uersatur circa primas, & maximè uniuersales causas, ac principia.

Quid hic intelligatur nomine rerum subiectarum

Aduerte in contextu nomine rerũ subiectarum intelligenda esse non solùm subiecta maximè uniuersalium prædicatorũ, sed etiam effecta maximè uniuersaliũ causarum. Nam ut prædicata maximè uniuersalia continent omnia particularia ambitu suę prædicationis; sic maximè uniuersales causæ continent omnia effecta ambitu suæ uirtutis.

c Fere etiam ] Ex eo ostendit secundam sententiam conuenire ei, qui prædictas causas, & principia considerat, Quia maximè uniuersalia sunt nobis difficillima cognitu. Quo loco aduerte non dixisse Aristotelem, maximè uniuersalia esse simpliciter difficillima cognitu, sed hominibus, quia reuerà sunt cognitu facillima substantijs separatis, quæ non indigent sensuum adminiculo. Addit autem particulam [ferè] quia multa etiã particularia sunt, quæ difficillimè à nobis cognoscuntur, ut materia prima, quæ longo temporis progressu cognita est à Philosophis, & quadratura circuli, in qua inuenienda cùm à plurimis Mathematicis desudatum sit, nondum tamen est inuenta. Hoc loco nomine maximè uniuersalium intelligunt plerique solas causas maximè uniuersales, quę cùm sint à materia separatæ, longissimè absunt à nostris sensibus. Dicendum est tamen cum Diuo Thoma complexum fuisse Aristotelem ijs uerbis, & causas maximè uniuersales, & maximè uniuersalia prædicata, quę & ipsa remotissima sunt ab ijs, quę primò cadunt sub sensum, ac proinde ab ipsis sensibus. Quin etiam addiderim, præcipuè intelligẽda esse maximè uniuersalia prędicata, non solũm quia quatenus uniuersaliora sunt, difficiliùs cognoscuntur, quàm substantię separatę, cùm ab eis abstrahantur; sed etiam quia nomine uniuersaliũ præcipuè significãtur res uniuersales; substantię

Quibus maximè uniuersalia sint difficillima cognitu.

Quid hoc loco nomine maximè uniuersaliũ intelligatur.

σήμειω αὐτ. εἶτα, τὸν χαλεπὸν γνῶναι δυνάμενον, καὶ μὴ ῥᾴδια ἀνθρώπῳ γινώσκειν, τὸν σοφόν. τὸ γὰρ αἰσθάνεσθαι, πάντων κοινόν. διὸ ῥᾴδιον καὶ οὐδὲν σοφόν. ἔτι τ' ἀκριβέστερον, καὶ τὸν διδασκαλικώτερον τῶν αἰτίων, σοφώτερον εἶναι περὶ πᾶσαν ὑποθήκην. καὶ τῶν ὑποθημῶν δὲ τὰ διὰ αὐτῆς ἕνεκεν, καὶ τὰ εἰδέναι χάριν αἱρετώτερα οὔσαν, μᾶλλον εἶναι σοφίαν, ἢ τὰ τῶν ὑποπιπτόντων ἕνεκεν. καὶ τὰ ἀρχικώτερα τῆς ὑπηρετούσης μᾶλλον εἶναι σοφίαν, οὐ γὰρ δεῖν ὑποτάττεσθαι τὸν σοφὸν, ἀλλ' ὑποτάττειν, καὶ οὐ τοῦτον ἑτέρῳ πείθεσθαι, ἀλλὰ τοῦτῳ τὸν ἧττον σοφόν. τοσαύτας μὲν οὖν ὑπολήψεις, τοιαύτας καὶ τοσαύτας ἔχομεν περὶ τ' σοφίας καὶ τ σοφῶν.

Τούτων δὲ τὸ μὲν πάντα ὑπίσασθαι τῶν μάλιστα ἔχοντα τὸν καθόλου ὑποθήκην ἀναγκαῖον ὑπάρχειν. ἐστὶ γὰρ οἶδέ πως πάντα τὰ ὑποκείμενα. χεδὸν δὲ καὶ χαλεπώτατα γνωρίζειν τοῖς ἀνθρώποις ὅτι τὰ μάλιστα καθόλου. πορρωτάτω γὰρ τῶν αἰσθήσεών ἐστι. ἀκριβέσταται δὲ τῶν ὑποθημῶν, αἱ μάλιστα τῶν πρώτων εἰσίν. αἱ γὰρ ἐξ ὑποτέρων ἀκριβέστεραι τ ὑποθέσεως λεγομένων, οἷον ἀριθμητικὴ γεωμετρίας. ἀλλά μὴν καὶ διδασκαλική γε ἡ τῶν αἰτίων θεωρητικὴ μᾶλλον. ἔτοι γὰρ διδάσκουσιν

substantię autem separatę, etsi sunt causę uniuersales, non tamen simpliciter dicuntur res uniuersales, cùm singulares sint, sed res in causando uniuersales; quod haud dubiè nihil est aliud, quàm quòd sint uniuersales secundum quid.

*tia teneat. Deinde eum putamus sapientem, qui difficilia, & quæ ab homine haud leui opera cognoscuntur, tenere potest. Sensu enim aliquid percipere omnibus commune est, proinde facile, nec sapientiæ quicquam habens. Præterea eum, qui est accuratior, quique rerum causas melius tradere docendo potest, sapientiorem in quauis scientia esse iudicamus. Scientiarum quoque eam, quæ sui causa, sciendiq; gratia expetenda est, magis esse sapientiam, quàm quæ eorum, quæ ab illa proueniunt. Et eam, quæ præest, quàm quæ ministrat. Neque enim sapiens præceptis subijci, sed præcipere; neque idem alterius sententiam, sed minùs sapiens sententiam illius sequi debet. Tot igitur, ac tales de sapientia, & sapientibus opiniones habemus.*

*Ac horum* [b] *quidem illud, Omnia scientia tenere, in eo insit necesse est, qui maximè præditus est scientia uniuersali. is enim quodammodo nouit subiecta omnia. Ferè* [c] *etiam ea sunt hominibus cognitu difficillima, quæ sunt maximè uniuersalia. longissime enim absunt à sensibus. Scientiarum* [d] *quoque eæ sunt accuratissimæ, quæ in ijs, quæ prima sunt, maximè uersantur. Quæ enim ex paucioribus rem conficiunt, accuratiores sunt ijs, quæ ex additione appellantur; ut Arithmetica, quàm Geometria. Sed* [e] *& ea aptior est ad docendum, quæ magis in causarum consideratione uersatur. Ii enim docent,*

[d] **Scientiarum quoque eæ sunt]** Tertiam sententiã hac ratione in hãc scientiã cõuenire docet; Quoniam, ut inquit, eò aliqua scientia est suapte natura accuratior, ac certior, quò in rebus suaptè natura prioribus uersatur. Ex paucioribus enim principijs rem demõstrat eiusmodi scientia: quo pacto Arithmetica certior est, quàm Geometria cùm illa agat de numeris, qui absque situ partiũ intelliguntur, hæc uero de magnitudinibus, quæ sine partium situ intelligi non possunt. hinc enim fit, ut Geometra arithmeticis demõstrationibus utatur, ut qui eis indigeat ad suarum confirmationem; Arithmeticus nõ item geometricis. Cùm igitur ea, quę sunt maximè uniuersalia, sint prima, & simplicissima; efficitur ut scientia, quæ in eorũ cõsideratione uersatur, sit suapte natura certissima, ut quę paucissimis, & simplicissimis principijs rẽ demonstret. Sic multò faciliùs probamus aliq̃d existere, quàm p̃se existere, aut in alio existere, q̃ existere sit priùs, & simplicius quàm existere per se, aut existere in alio.

*Vnde scientiæ certitudo colligatur.*

*Geometriã Arithmetica indigere, non e contrario hanc illa.*

Hoc loco Græci codices impressi typographorum uitio habent προδέσεως pro προσδέσεως, quemadmodũ paulò inferiùs Ἀρχικώτατα δὲ τῶν ἐπιστημῶν, pro Ἀρχικωτάτη &c. & capite superiori, ἀεὶ τὰς κοινὰς αἰσθήσεις. pro παρὰ τὰς &c. Quæ ut alia plurima correximus ex ueteribus manuscriptis. Nec deincepsminutiora hęc annotabimus, q̃ ea indocti nõ curent, docti uerò facilè intelligant corrigi debuisse.

[e] **Sed & ea]** Vetus interpres iungit hoc loco uerbum μᾶλλον cum uerbo θεωρητικὴ ut sensus, sit [Sed & ea apta est ad docendum, quę magis in causarum consideratione uersatur] Bessario, & Perionius cum nomine διδασκαλικὴν. ut hęc sit sententia [Sed & ea aptior est ad docendum, quę in causarum consideratione uersatur] Argyropylus utrunque uerbum affici putat ea comparationis particula, ut ea scientia hoc loco aptior ad docendum dicatur, quę magis in causarũ consideratione uersatur. Quæ interpretatio nobis eò magis placuit, q̃ conueniat cum posteriori Alexandri explicatione, magisque congruat cum probatione, quę mox ab Aristotele subijcitur.

*Aliorum interpretatio.*

Digitized by Google

Quisnam uere doceat.

subijcitur. Nam quia ij soli uerè docent, qui causas rerum afferunt, ut capite etiam superiori explicatum erat; inde fit, ut ea scientia sit ad docendum aptior, quæ magis uersatur in causarum consideratione: uersatur autem magis in consideratione causarum, quę considerat ea, quæ magis sunt causæ. Accedit, quòd superiùs quoque cum utroque uerbo iuncta est comparatio, ubi dictum est, eum esse sapientiorem, qui causas melius tradere docendo potest. Quòd si uerborum syntaxis coniunctionem aduerbii cum utroque nomine non patitur, satis est quod sententiã ab Aristotele institutam reddiderimus. Adaptat igitur Arist. quartam sententiam, hoc argumento; Quia cùm is solus uerè doceat, qui causas rerum tradit; is magis erit aptus ad docendum, qui magis uersabitur in causarum consideratione, & maximè aptus, qui maximè uersabitur: at hunc nemo negauerit esse eum, qui tradit primas causas, ad quas fit ultima resolutio simpliciter.

σιν οἱ τὰς αἰτίας λέγοντες· ὥστε ὅ-
καστον. τὸ δ' εἰδέναι, [f] καὶ τὸ ὑπί-
στασθαι αὐτῷ ἕνεκα, μάλιστ' ὑπάρ-
χει τῇ τῶν μάλιστα ὑπιστῶν ὑπιστή-
μῃ. ὁ γὰρ τὸ ὑπίστασθαι δι' ἑαυτὸ αἱ-
ρούμενος, τῷ μάλιστα ὑπιστήμῳ
μάλιστα αἱρήσεται. τοιαύτη δ' ἐστὶν
ἡ τῶν μάλιστα ὑπιστῶν. μάλιστα δὲ
ὑπιστητὰ τὰ πρῶτα καὶ τὰ ἄιτια.
διὰ γὰρ ταῦτα, καὶ ἐκ τούτων τἆλλα
γνωρίζεται, ἀλλ' οὐ ταῦτα διὰ τῶν
ὑποκειμένων. ἀρχικωτάτη [g] δὲ τῶν
ὑπιστημῶν, καὶ μᾶλλον ἀρχικὴ τῆς
ὑπηρετούσης, ἡ γνωρίζουσα τίνος
ἕνεκέν ἐστι πρακτέον ἕκαστον. τοῦτο
δ' ἐστὶ τἀγαθὸν ἑκάστου. ὅλως δὲ
τὸ ἄριστον ἐν τῇ φύσει πάσῃ. ἐξ [h]
ἁπάντων οὖν τῶν εἰρημένων ὑπὸ
τὴν αὐτὴν ὑπιστήμην πίπτει τὸ ζη-
τούμενον ὄνομα. δεῖ γὰρ ταύτην τῶν
πρώτων ἀρχῶν καὶ αἰτιῶν εἶναι θεω-
ρητικήν. καὶ γὰρ καὶ τἀγαθὸν, καὶ τὸ
οὗ ἕνεκα, ἓν τῶν αἰτίων ἐστίν.

Quænam scientia maximè expetenda.

f Cognoscere autem, ac scire] Quòd quinta eide congruat, hac ratiocinatione ostendit. Ea scientia est maximè expetenda propter se, quæ uersatur in consideratione rerum dignissimarum, quæ sciantur; eiusmodi autem est ea, quæ uersatur in consideratione primorum principiorum & causarum; est igitur hæc maximè propter se expetenda. Vtraque sumptio perspicuè probatur in contextu.

Quæ cæterarũ princeps.

g Ea verò scientia maximè princeps] Sextam denique in eundem cõuenire hac argumentatione concludit. Ea scientia obtinet principatum inter omnes, quæ uersatur in consideratione supremi finis, siue summi boni (artifices enim, qui uersantur in consideratione finium superiorum, imperant ijs, qui uersantur in consideratione inferiorum finium) scientia autem, quę de primis causis differit, uersatur in consideratione supremi finis (prima enim causa, cuius gratia omnia fiunt, est summum bonum, ac proinde supremus finis) ergo hæc est, quæ inter omnes principatum obtinet. Nomine summi boni intelligit hoc loco Arist. tum ordinem uniuersi, quod est summum bonum formale uniuersi, tum præcipuè Deum Opt. Max. quod dicitur summum bonum separatum, de qua re cum ipso auctore agendum est ultimo capite libri duodecimi.

Quid nomine summi boni hoc loco intelligatur.

h Ergo ex iis omnibus, quæ] Iam colligit institutum quasi hac ratiocinatione; Sapientia uersatur circa primas causas, & principia; hæc scientia, quam aggredimur, est sapientia; uersatur igitur circa primas causas, & principia. Maior, quæ perspicuè ponitur hoc loco, probata est hactenus accommodatione attributorum

Græci codices impressi habent hoc loco, μᾶλλον ἀρχὴ hoc est, magis principium. Nos magis probauimus lectionem duorum uetustorum manu scriptorum, qui habent, μᾶλλον ἀρχικὴ, quod est [magis princeps] superiorúe.

sapientis

Digitized by Google

sapientis ad eum, qui uersatur circa primas, & maximè uniuersales causas, & principia. Id solùm hoc loco repetit, summum bonum, & id, cuius gratia omnia siunt, esse unam ex causis. Id, quod ea ratione facit, quia bonum, siue finis non credebatur esse causa, saltem ab alijs distincta, ut ipse inferiùs docebit. Minor habetur ex primis uerbis huius capitis. Conclusio autẽ illis uerbis continetur [Id nomen, quod quæritur in eandem scientiã cadere] quorum hic est sensus; In eam scientiam, quę uersatur circa primas causas, & principia, cadere nomen scientię, quæ in hoc opere quęritur; seu (quod idem ualet) eã scientiam, cui in hoc opere sub nomine sapientiæ datur opera, uersari circa primas causas, & principia. Patet igitur, id quod secundo loco ab Aristotele in hac præfatione explicandum diximus, Quid nam sit natura huius artis, siue in quarum rerum consideratione ea uersetur. Natura enim cuiusque habitus ex rebus, circa quas uersatur, intelligitur.

*cent, qui causam cuiusque rei afferunt. Cognoscere* [f] *autem, ac scire ipsius cognitionis, ac scientiæ causa, in ea scientia maximè cernitur, quæ uersatur in re maximè scibili. Qui enim scientiam sciendi causa eligit, is eam amplectetur maximè, quæ est scientiæ nomine dignissima: huiusmodi uerò est, quę in ea re uersatur, quæ aptissima est, ut sciatur. Sunt autem aptissima, ut sciantur ea, quæ prima sunt, & causæ, cùm propter hæc, atque ex his cætera cognoscantur, non hæc propter ea, quæ subiecta sunt. Ea* [g] *uerò scientia maximè princeps est, Ministrantiq; præponitur, quæ nouit cuius causa quid sit agendum sit: hoc autem est cuiusque rei bonum, & omnino quod in omni natura est optimum. Ergo* [h] *ex ijs omnibus, quæ dicta sunt intelligitur, id nomen, quod quæritur, in eandem scientiam cadere. Eam enim necesse est primorum principiorum, atque causarum esse contemplatricem. Nanque & bonum, & cuius gratia, causarum una est.*

Cap. 1. sect. 9.

Quàm rectè Aristoteles Sapientis attributa intellexerit.

Ex ijs, quæ in hac parte capitis dicta sunt, intelligi potest, quantò rectiùs Aristoteles tradita sapientis attributa Metaphysico accommodauerit, quàm alij sibi ascribant. Sapientis, inquam, non in certo rerum genere dumtaxat (hoc enim cuique profecto artifici concedi potest) sed simpliciter, & cæterorum omnium comparatione.

Peruersus sensus primi attributi.

Ac primum quidem attributum, quod est, Omnia scire, à plerisque olim sic intelligebatur, ut putarent, neminem esse sapientem, nisi qui sciret omnia singulatim, hoc est, ad infimas usque rerum species, quæ sunt indiuidua scientiarum subiecta. Quocirca cùm eorum multi sapientes haberi uellent, necesse erat, ut omnia speciatim se scire profiterẽtur, & (quod erat consequens) nullam quæstionem detrectarent, de quacunque tandem re ea proponeretur. Verùm hi cùm sæpe exagitati essent à Socrate, Platone, & alijs eius ętatis philosophis contendentibus fieri non posse, ut ullus mortalium hoc pacto rerum omnium scientiam consequeretur; proinde eam cognitionem, quam illi sibi arrogabant, non esse ueram, & germanam sapientiam, sed fucatam, & apparentem, non solidam, & expressam scientiam, sed scientiæ opinionem; nomine Sophistarum, quod antè ipsis erat honorificum, cõtemptui & ludibrio ceteris Philosophis esse cœperunt; &, quia uerborum præstigijs, quibus in differendo utebantur, incautis illudebant, ei parti Dialecticæ, quæ de Sophistarum redargutionibus inscribitur, suo uitio nomen dederunt. His exactis successerunt Grammatici, qui non theatralibus disputationibus, ut Sophistæ, sed priuatis scriptionibus, propter orationis cum rebus coniunctionem omnia se scire profitentur, dum omnia examinant, & suo, quasi omnium rerum peritorum, sapientiumque iudicio, uel damnant, uel approbant. Quorum plurimos hodie reperire licet, in quos conueniat illud Homeri in Margitem, Multa quidem nouerat, sed male

Lege Platonem in Sophista, Protagora, Euthydemo, & Gorgia.

Sophistarum nomẽ ex quo tempore contemptui habitum.

Plato in 2. Alcibiade refert.

Grãmaticorum quorũdam insolentia.

Critici qui olim dicti.

se nouerat omnia; quique sint longè dissimiles ijs ueteribus Grammaticis, quibus cum Criticorum nomine iure concessa erat auctoritas de omnium scriptis iudicandi, quòd non modò in litteris humanioribus essent doctissimi, sed in omnibus Philosophiæ partibus cum laude uersati. Qui morbus eò magis grassatur nostra ætate in ijs regionibus, in quibus tantam uidemus factam Religionis inclinationem, quòd in illis unum litterarum humaniorum studium pro tota penè sit & humana, & diuina Philosophia. Hos itaque damnat Aristoteles cùm ait; Sapientis esse scire omnia non singulatim, sed quoad fieri potest; potest autem fieri quoad primos sciendi fontes, quę est primarum causarum & principiorum cognitio, quam qui tenet de rebus omnibus tan quam omnium architectus iudicare potest.

Quo pacto omnia scire possimus.

Secundi attributi peruersus sensus.

Secundum attributum erat, Scire non quæuis, sed homini difficilia. Quod cùm sibi sumant Genethliaci, qui ex natali cuiusque de tota hominis futura uita iudicant; & cęteri Iudiciarij, qui ex astrorum aspectibus libera hominum opera uaticinantur; ac denique Magi, qui rerum absentium, queq; secretò fiunt, multorumq; operum supra humanas uires scientiam profitentur (hęc enim rerum cognitio difficillima iudicatur omnium, quæ apud nos sunt) eam scientiæ opinionem sibi conciliarunt apud barbaros, & imperitos, ut soli apud eos sapientes habeantur. Ac mirum sanè est, quòd adhuc in parte ulla Christiani orbis in pretio sint, præsertim post tam multas in hoc hominum genus, & Patrum reprehensiones, & sacrorum Canonum decreta. Neque enim difficilia homini profitentur, sed planè impossibilia humanæ facultati; ut perspicuum sit eos impostores esse, cùm libera hominum facta certò futura prædicunt; & Cacodęmonum admonitione doceri, cùm de ijs, quæ alibi aguntur, certi aliquid renunciant, aut quicquam præter communem naturæ ordinem faciunt. Neque enim à bonis spiritibus docentur, qui huiusmodi artibus ad suam, aliorumque perniciem utuntur. At Aristoteles ea tantùm difficilia, quæ humana opera, & industria percipi possint, sapientem facere huius attributi explicatione docet; & quoniam primarum causarũ, & principiorũ cognitio est hoc pacto omnium difficillima; meritò colligit ex hoc attributo scientiam hanc uersari circa primas causas, & principia.

Difficilium nomine quę nam intelligat Arist.

Tertium attributum qui non rectè sibi tribuant.

Tertium porrò, quod in accurata demonstrandi ratione positum est, sibi proprium faciunt purè Mathematici, Arithmetici nimirum, & Geometræ, quòd penes se tantùm accuratam demonstrandi rationem esse credant. Ita cùm nihil sapienter dictum esse iudicent, nisi quod tanta perspicuitate percipiatur, quanta ipsi theoremata sua perspecta faciunt; se solos sapientes esse pronunciant: apertum est enim, nullam esse disciplinam, quæ apud nos tanta perspicuitate demonstret, quanta eorum scientiæ. Sed falluntur planè. Primùm enim non desunt, qui has scientias, ne scientiarũ quidè nomine dignas censeant, quòd non ex ueris causis demonstrare uideantur. Deinde, ut hos interim mittamus, perspicuitas doctrinæ, etiam maxima, ipsa per sese non facit sapientem, nisi accedat nobilitas rerum, de quibus agitur, quæ si maxima sit, satis erit, ut scientia, quæ circa id genus uersetur, ipsa secundum se Sapientia dicatur; tametsi à nobis minùs perfectè participetur. Quocirca Aristoteles, eiusque precipuus interpres Aphrodisiensis Alexander, aliquando huiusmodi Mathematicas propter rerum, in quibus uersantur, ignobilitatem, in Philosophiæ partibus numerandas non censent. Postremò. Accurata demonstrandi ratio, quam hoc loco Aristoteles Sapienti attribuit, non ad perspicuitatem, non etiam ad rerum dignitatem, quæ potiùs ad secundum attributum pertinet, sed ad independentiam principiorum referenda est; tametsi cum independentia principiorum coniuncta est rerum non solùm nobilitas maxima; sed etiam summa ex natura rei perspicuitas. At principia Mathematicarum ex principijs Metaphysicæ pendent, eaque supponunt. Nam & simplicia hęc, Punctus, Linea, superficies, & similia includunt communissima rerũ prædicata, de quibus solus Metaphysicus agit; & complexa illa insigniora, & priora, quibus utuntur; Omne totũ est maius sua parte; Si ab æqualibus æqualia demas &c. Metaphysica sunt planè, si non sumantur contracta ad quantitatem; Quòd si sumantur contracta, iam supponunt alia priora, seu potiùs aliam sui priorem, minusque dependentem consideratio-

Aristot. lib. 4 c. 2. tex. 4 Alex. ad initium Prioris Analyticæ.

Accurata demonstrandi ratione quid hoc loco intelligatur.

nem,

rationem, quæ pertinet ad eam accuratiorem demonstrandi rationem, quæ in hoc attributo Metaphysicæ tribuitur.

Quartum attributum; hoc est maximam ad docendum aptitudinem, uidetur Plato 7. de Repub. Dialecticæ tribuere, quòd ea sola reuocare uideatur omnia ad prima usque principia, 5. de Repub. & causas. Vnde fit ut eam solam faciat scientiam simpliciter; cæteras uerò, quas dicimus scientias, nõ scientias esse dicat, sed opiniones; nec cæteros artifices Philosophos, siue sapientiæ studiosos, sed φιλοδόξους, hoc est opinionis amatores. Verùm Plato candem dicitur iudicasse disciplinam Dialecticam, & Metaphysicam, nisi quòd in una, & eadem scientia tres quosdam quasi gradus animaduerterit, quibus illa in Logicam, Dialecticã, & Metaphysicã distingui possit, ut quidam uolunt; de qua re ad librum secundũ agendum est. Quòd si quis hoc sapientis attributum, ea ratione Dialecticæ conuenire uelit, quòd ea sola doceat, quo pacto docendum sit (nulla enim aptior uidetur ad docendum dari posse, quàm quæ doceat, quo pacto sit docendum) is sciat in docendo potiorem locum habere principia, ex quibus docemus, quàm modum docendi, sine quo non docemus; aptitudinem uerò ad docendum, quæ in hoc attributo traditur, propter cognitionem principiorum, non propter cognitionem modi docendi tribui sapienti. Id, quod Aristoteles apertè explicat, cùm ait, eam scientiam aptiorem esse ad docendum, quæ magis uersatur in causarum consideratione, hoc est in causis, quæ magis sunt causæ, seu, quod eôdem redit, in causis naturâ prioribus.

Quartũ attributũ qui haud rectè percipiant.

In docendo potiora esse principia quàm docendi formam.

Quintũ ea forsitan ratione uideatur Astrologiæ tribuendũ, q̃ Principes eam penè solam, aut maximè studio suo dignã ducant. Ea enim uidetur per se studio dignissima, quæ est digna studio maximè liberorũ hominũ, quales cẽsentur Principes. Verùm nec Principes sunt maximè liberi, nisi quemadmodum cæteris hominibus, ita etiam proprijs affectibus dominentur, & omnia, quæ uani, & effœminati in pretio habent, pro nihilo ducant; nec Astrologia est maximè liberorũ hominum studio dignissima. Nam etsi inter Mathematicas; imò etiã inter omnes liberales artes, nulla est scitu dignior, quòd ea sola de rebus cœlestibus differat; dignior tamen est ea, quæ ipsam cœlestium rerum naturam, causasque considerat: hæc uerò est Philosophia naturalis; siquidem Astrologia non agit de naturæ cœlestium corporum, sed de eorum numero, magnitudine, & quantitate motus. Hac ipsa ratione concedebatur olim attributum hoc Naturali Philosophiæ, & qui in ea uersabantur, primi Philosophi, Sapientesque habebantur, quòd eorum disciplina in ipsa rerum natura indaganda posita esset, quòd nihil uideretur scitu dignius. Sed non rectè ijs tribuebatur nomen sapientium simpliciter, cùm sit aliud quoddam genus rerum superius, quod illi aut non agnoscebant, aut minimè tractabant; rerum, inquam, omnis materiæ, ac mutationis expertium, quæ sunt omnium cognitu dignissimæ. Quæ omnia præclarè explicat Aristoteles cap. 3. libri 4. his uerbis [At cùm aliquis adhuc Naturali sit superior (Natura enim unum quoddam genus est Entis) eius qui uniuersalis est, & ad quem primæ substantię contemplatio pertinet, horum quoque fuerit tractatio. Naturalis autem disciplina est quidem & ipsa sapientia quædam, sed non prima] Quo loco primæ substantiæ nomine significat materiæ expertem substantiam.

Quintı attributi peruersa attributio.

Cur Naturalis Philosophia non sit sapiẽtia simpliciter.

ıtz. 7.

Sextum denique, quod est, Omnibus præcipere, putant conuenire Politicæ Philosophi Morales, quòd præcipere sit actus practicus, Politica uerò sit suprema inter practicas, eademque imperet contemplatiuis: ad scientiam enim de Reipublicæ administratione pertinet præscribere scientias, etiam contemplatiuas, quibus sit danda opera, eisque modum imponere, & ad commune bonum dirigere. Hinc Lycurgus, Solon, & ceteri primi legum conditores Sapientes dicti sunt; Socrates etiam apud Platonem in dialogo de Philosophia cùm coarguisset quendam iuuenem, qui Philosophiam, Sapientiamúe multarum rerum specialem cognitionem esse putabat (quemadmodum Sophistæ, de quibus in primo attributo dictum est) planè concludit, In morum disciplinis positam esse sapientiam; quarum principem esse Politicam, nemini dubium est. Denique de hac Philosophia uidetur dictum ab eodem Socrate Felices fore Respublicas, si aut Reges Philosophentur, aut Philosophi

Sexti attributi non recta accommodatio.

Qui etiam Amatores inscribitur.

5. de Repub.

Platonis sententia.

Rempublicam administrent, in idemq; ciuilis potentia, & Philosophia concurrant. Falluntur tamen & hi. Oportet enim superiorem aliam scientiam concedere, cuius sit ultimum finem quærere, ac tradere. Politica enim non illud tradit, sed supponit, atque ad eum omnes humanas actiones practicè dirigit. Itaque illa superior præcipit Politicæ, non practicè tamen, sed contemplatiuè, quæ est præceptio minimè omnium negotiosa, & ut de primo motore canit Boetius, Stabilisque manens das cuncta moueri; ita scientia hæc ea ratione cæteris imperat, easque quodammodo mouet, quatenus pura contemplatione propria omnium cõmunem finem ostendit: de qua re plura dicem⁹ libro quarto, cùm disquiremus, num cæteræ scientiæ subalternentur Metaphysicæ. Atque Aristotelem significasse hoc loco præceptionem hanc, quæ propria est sapientiæ, contemplatiuè intelligendam esse, non practicè, ipse apertè innuit in tradẽdo superiori attributo. Si enim in hoc sexto de præceptione practica loqueretur, non docuisset quinto, scientiam hanc contemplatiuam esse, & sui solius gratia, quod idem in secunda parte capitis latiùs docebit. Quanquam uerò Politica dirigit homines quoad usum omnium scientiarum, etiam concontemplantium, dum illum quibusdam concedit, alijs negat, & interdum præfigit terminum, quem transilire, siue in tradendis scientiis contemplatiuis, siue in capessendis non licet; ipsis tamen scientias cõtemplatiuas dirigere non potest, cùm hæ ab illa non pendeant, potissimùm uerò Metaphysica. Quòd denique legum conditores Sapientes habiti sunt, & Socrates censet sapientiam in scientijs Moralibus positam esse, atque optat, ut aut Philosophi regnent, aut Reges philosophentur, de Philosophia non prima simpliciter, sed de Philosophia practica, potissimùm uerò de prima in practicis, quam Politicam esse constat, dictum esse intelligendum est; quanquam si fieri etiam posset, ut hac prima Philosophia essent imbuti, rerumq; diuinarum perfectam cognitionem haberent ij, qui Reipubl. præsunt, id etiam uidetur eodem loco Socrates optare quàm maximè.

Quo pacto Metaphysica cæteris scientijs præcipiat.

Qua ratione Politica contemplatiuis etiam scientijs præsit.

Digressionis Epilogus.

Habes hoc loco, quemadmodum intelligere debeas traditas Veterum sententias de sapiente simpliciter, cuius disciplinam in his libris tradere instituit Aristoteles. Quanquam uerò earum singulæ pro singulis descriptionibus Sapientis haberi possunt; ex omnibus tamen multò luculentiorem illius explicationem colligere poteris. Qua in digressione eo diutiùs immorati sumus, quòd uideamus ad Metaphysicum ex officio pertinere, ut sapientis rationem præscribat. Statuere enim quid sit sapiens, ut Ciceronis uerbis utar, uel maximè uidetur esse sapientis. 2. Acad. n. edit.

Dignitas huius scientiæ.

Οτι δ' ὁ ποιητικὴ, ἄλλον ἐκ τῶν θεωρητῶν φιλοσοφησάντων. δῆλα γὰρ τὸ θαυμάζειν οἱ ἄνθρωποι καὶ νῦν, καὶ τὸ θεωρεῖν ἤρξαντο φιλοσοφεῖν, ἐξ ἀρχῆς μὲν τὰ πρόχειρα τῶν ἀπόρων θαυμάσαντες, εἶτα κατὰ μικρὸν οὕτω προϊόντες, καὶ περὶ τῶν μειζόνων διαπορήσαντες. οἷον περί τε τῶν τῆς σελήνης παθημάτων, καὶ τῶν περὶ τὸν ἥλιον, καὶ ἄστρα, καὶ περὶ τῆς τοῦ παντὸς γενέσεως. ὁ δ' ἀπορῶν καὶ θαυμάζων, οἴεται ἀγνοεῖν. διὸ καὶ ὁ φιλόμυθος ὁ φιλόσοφός πως ἐστιν. ὁ γὰρ μῦθος σύγκειται ἐκ θαυμασίων. ὥστ' εἴπερ δι' τὸ φεύγειν τὴν ἄγνοιαν ἐφιλοσόφησαν, φανερὸν ὅτι διὰ τὸ εἰδέναι τοῦ ἐπίστασθαι ἐδίωκον, καὶ οὐ χρήσεώς τινος ἕνεκεν. μαρτυρεῖ δὲ καὶ αὐτὸ τὸ συμβεβηκός. σχεδὸν γὰρ πάντων ὑπαρχόντων τῶν ἀναγκαίων καὶ πρὸς ῥᾳστώνην καὶ διαγωγήν, τοιαύτη φρόνησις ἤρξατο ζητεῖσθαι. δῆλον οὖν ὡς δι' ἀδημίαν αὐτὴν ζητοῦμεν χρείαν ἑτέραν, ἀλλ'

i Eam uerò non esse effectricem ] Explicata utcumque natura huius artis, docet quæ sit eius dignitas, quod tertio loco in hac præfatione explicandum erat. Huius rei

rei gratia tradit Arist. quatuor eius attributa, quorum primum est, Non esse practicam, sed contemplatiuam, ipsáque cognitione rerum contentam. Quod duobus argumentis probat; uno, ex causa, quæ homines ad philosophandum impulit; altero, ex euentu. Causa, ob quam philosophari cœperunt, ipsumque Philosophiæ studium ad altissimarum usque causarum inquisitionem persecuti sunt, fuit admiratio, quæ nata est ex ignoratione earũ causarũ, quarũ effecta nota erant. Cùm.n. principio minùs difficilia quædã mirarentur homines, eorumq; causis inuẽtis difficilioribus quęstionibus explicãdis operã darẽt; cò tandẽ progressi sunt, ut summarerũ causas inquirerent, à quibus totũ uniuersum pẽdet, quas causas ad hãc scientiã spectare iã ostensum est. Quare si fugiẽdę ignorationis gratia hæc scientia inuẽta est; perspicuũ est eam nõ propter actionẽ, sed propter ipsã cognitionẽ queri, cùm ignorationi, ut ait Alexander, nõ actio, sed cognitio medeatur; nemoq; fugiat unũ oppositorũ, quia tale est, nisi quia alterũ appetit. Vnde sequitur non esse illã in practicis, sed in theoreticis numerandam.

Cur homines philosophari cœperint.

*Eam [i] uerò non esse effectricem, ex ijs, qui primi philosophati sunt, perspicuum est. Etenim propter admirationem, & nunc, & olim cœperunt homines philosophari; principio quidem res minùs difficiles admirati; deinde paulatim ita progressi de maioribus etiam quærentes, ueluti de Lunæ, Solis, ac stellarum affectionibus, de ortu etiam uniuersi. Qui autem dubitat, & admiratur, planè se ignorare existimat. Hinc [k] fit, ut Philosophus quodãmodo sit fabularum studiosus. ex mirandis enim rebus constat fabula. Quare si illi, ut ignorationem fugerent, philosophati sunt, non dubium est, quin scientiam propter cognitionem, non usus cuiusquam gratia sint persecuti. Id [l] autem euentus ipse testatur. Ferè enim cùm omnia necessaria suppeterent, quæq; ad facilem uiuendi rationem, cultumq; conferrent; hæc prudentia quæri cœpta est. Vnde patet eam à nobis nullius alterius utilitatis causa perquiri;*

In Theæteto siue de Scientia.

Hoc loco id, quod Græcè est, τὰ πρόχειρα τῶν ἀπόρων θαυμάσαντες, reddimus Latinè [Res minùs difficiles admirati] quia cum τὰ ἄπορα sint res explicatu difficiles, πρόχειρα uerò ea, quæ facilia sunt, & in promptu; nihil aliud significat horum repugnantium uerborum coniunctio, quàm res expjicatu minùs difficiles. Porrò hęc, quæ hoc loco de admiratione tradit Aristoteles, ferè sunt apud Platonem, cùm Socrates Theætetum collaudat, quòd dicat se admirari res philosophicas, interdumque ijs inspiciendis tenebris offundi [Theodorus (inquit Socrates) ò amice, nõ malè de tuo ingenio coniectasse uidetur. Maximè enim Philosophis hoc usu uenit, ut admirentur. Neq; enim aliud, præter hoc, est Philosophiæ principium. Et, qui Irim Thaumantis, quasi

Cur Philosophus quodãmodo fabularũ studiosus dicatur.

admirationis filiam esse tradidit, non absurdè originem eius explicauit]

k Hinc fit, vt Philosophus] Non dicitur Philosophus simpliciter fabularum studiosus, sed quodammodo, quia cum à Philosophi studio longè abesse debeant Poetarum figmenta; tamen admiranda quædã, quæ ab illis narrantur, Philosophum excitant ad quærendas abditas rerum causas. Ea enim cùm audit, ad se pertinere putat disquirere, num illa fieri, & qua ratione potuerint.

l Id autem euentus ipse] Probat ex euentu scientiam hanc non esse practicam, sed theoreticam. Probatio ex eo ducitur, quia comparatis rebus necessarijs, & commodis ad uitam degendam, tum demum hęc scientia (quam per Catachresim prudentiam appellat) exquiri cœpit, quemadmodum & aliæ contemplatiuę. Ex qua re patet eam non ob aliquid aliud, sed propter se quęsitam esse, atque eò magis, quòd cæteræ ad hanc quasi ad apicem omnium dirigantur.

Sed

Solam primam Philosophiam esse liberam, & sui gratia.

m Sed vt eũm hominem ] Tradit secundum attributum huius scientię, quod ex superiori colligitur, nempe, Eam solam esse liberam, hoc est sui gratia, quo pacto dicimus eum hominem esse liberũ, qui nulli seruit, sed sui iuris est. Quòd si quis obijciat, alias etiam scientias contemplatiuas esse liberas, & sui gratia; occurri potest, esse quidem simpliciter Liberas, & sui gratia, quòd earum cognitio non dirigatur ad opus; Sed tamen non omnino liberas, quo pacto hic

Obiectionis dilutio.

uidebitur intelligendũ, Solã hanc scientiam esse liberã. Quòd autem non omnes aliæ sint omnino liberæ ex eo primùm patet, quia cognitio rerũ materialiũ, quæ in alijs cõtemplatiuis traditur, suapte natura est via, & quasi maruductio quædã ad cognitionem immaterialium, quę propria est huius scientię. Deinde, quia fines aliarum artium subijciũtur fini huius, qui quidem est cognitio summi boni, in qua felicitas humana consistit. Postremò, quia principia cæterarum principijs huius firmantur, & stabiliuntur. Quòd si quis sibi persuaserit, satis probari ex his, cæteras contemplatiuas nõ esse simpliciter liberas; facile dicet, &si earum cognitio non refertur ad opus; referri tamen ad altiorem cognitionem, eiq́ue subdi, atque ab ea suapte natura & pendère, & stabiliri, proinde satis hæc esse ut non sint liberę simpliciter. Ex quibus colliges quantum intersit inter scientiam liberam, & liberalem. Liberalis enim est, quæ est digna homine libero, & opponitur Mechanicę, seu sordidæ, nonnullasque practicas complectitur, ut Rhetoricam, & Dialecticam: libera autem est, quæ est sui gratia, hoc est, quę non refertur ad opus, aut si mauis, nec ad aliam superiorem.

Inter liberã, & liberalem scientiã quid interſit.

ἀλλ' ⁿ ὥσπερ καὶ Θεόφραστός φησιν, ἐλεύθερος ὁ αὑτοῦ ἕνεκα, καὶ μὴ ἄλλου, ὅπερ καὶ αὐτὴ μόνη ἐλευθέρα οὖσα τῶν ἐπιστημῶν. μόνον γὰρ αὕτη αὐτῆς ἕνεκέν ἐστι. διὸ ᵒ καὶ δικαίως αὖ οὐκ ἀνθρωπίνη νομίζοιτο αὐτῆς ἡ κτῆσις. πολλαχῇ γὰρ ἡ φύσις δούλην τὴν ἀνθρώπων ἐργάζεται. ὥστε ᵖ κἂν Σιμωνίδης, θεὸς ἂν μόνος τοῦτο ἔχοι τὸ γέρας. ἄνδρα δ' οὐκ ἄξιον μὴ ζητεῖν τὴν καθ' αὑτὸν ἐπιστήμην. εἰ ᵠ δὲ λέγουσί τινες οἱ ποιηταί, καὶ πέφυκε φθονεῖν τὸ θεῖον, ἐπὶ τούτου συμβῆναι μάλιστα εἰκὸς, καὶ δυσχεῖς εἶναι πάντας τοὺς ʳ ὑπερβολάς. ἀλλ' οὔτε τὸ θεῖον

Possessionem primæ Philosophię nõ esse humanã.

n Quocirca meritò ] Tradit tertium attributum, quòd eius possessio nõ sit humana, sed alterius superioris naturę, Quod ex eo probat, quia cùm homo compluribus uitę necessitatibus seruire cogatur, hęc autem scientia intellectum omnino liberum, omnibusque curis uacuum requirat; fieri non potest, ut ille hanc scientiam possideat, seu quod idem est, perfectè obtineat, eaque, cùm libuerit, utatur, hoc enim est rem quieto iure possidere. Non esse autem humanam sapientiæ possessionem, significauit Solon unus ex Græciæ sapientibus facto illo celebri, & peruulgato apud Ethnicos, cùm tripodem aureum à Milesijs piscatoribus iactu retis inuentum, & Apollinis oraculo Sapienti adiudicatum, sibiq́ue tandem ut Sapienti oblatum, ipsi Apollini remisit.

Laert. in Thalete.

Refutatio sententiæ Simonidis.

o Itaque, ut Simonidi placet ] Adeo compertum est hanc scientiam non esse humanam possessionem, vt inde sumpserit Simonides poëta sui erroris occasionem. Monebat enim ijs tantùm scientijs dandam esse hominibus operam, quæ cum mortali uita congruerent: proinde hanc scientiam, quæ de diuinis rebus instituitur, relinquendam esse Deo, diuinisque substantijs, quòd sit supra humanum captum. Cui inepto consilio, & uirilis animi magnitudine indigno respõdet Aristoteles, Nõ decère uirũ eã scientiã negligere, quæ maximè intellectui cõgruat: neq; enim est putanda aliena ab humana natura, cuius præcipua pars est mens ipsa. Meliùs dixisset [Nõ debere] cùm cognitio rerum diuinarum ad humanam felicitatem pertineat. Hoc idem molle, & effœminatum consilium eadem responsione refutat Arist. 10. Eth. ubi de hominis felicitate ex instituto disserit. [Neque uerò nos (inquit) oportet humana sapere, ut quidam

Cap. 7.

dam mortem, cùm simus homines; neque mortalia, cùm mortales: sed nos ipsos, quoad fieri potest, à mortalitate uindicare, atque omnia facere ut ei nostri parti, quæ in nobis est optima, cõuenienter uiuamus] & post pauca. [Nam quod cuiusque propriũ est natura, idem & optimum cuique est, & iucũdissimum: ergo & homini optima ea uita est, quæ menti conuenienter traducitur, siquidẽ hæc pars homo est maximè.] Egregia Aristotelis sententia.

Cap. 1

*sed [m] ut eum hominem liberum dicimus, qui sui ipsius, & non alterius gratia est, ita hęc sola ex omnibus scientijs libera est, quòd sola sit sui gratia. Quocirca [n] meritò, eius possessio non humana existimari potest. Multis enim in rebus seruа natura hominum est. Itaque, [o] ut Simonidi placet, solus Deus hunc sibi honorem uendicat. At non decet uirum eam scientiam, quæ sibi congruit, non quærere. Quòd [p] si aliquid Poëtæ dicunt, & in naturam diuinam cadit inuidia; uerisimile est hac in re id maximè accidere, & infelices esse eos omnes; qui [q] cæteris excellunt. Sed neque diuinitas*

Adde id, quod Albertus in 2. huius operis librum ex Ptolemæo cõtra hoc hominum genus affert; Si qua est scientia, quæ partim à nobis obtineri possit, partim non possit, stultissimum fore eum, qui desperatione eius partis, quam assequi non potest, illam quoque reijciat, quam assequi potest. hoc enim pacto omnes scientias non immeritò negligeret, cùm nulla sit, quam omni ex parte consequi in hac uita possimus: at plurima esse in hac scientia, quæ ab homine planè ac perspicuè percipi possint.

p Quod si aliquid poëtæ dicunt) Diceret aliquis, nõ ea de causa omittendũ esse huius scientiæ studium, quòd ea sit omnino supra humanum captum, sed quia Deus hac potissimùm uult excellere mortalibus, nec sinit inultum esse, qui sibi hunc honorẽ detrahit. Huic stultæ, atq; impiæ sententiæ respondet Arist. Si in Deum inuidia caderet, ut quidam Poëtarum dixerunt, in hac quidem re maximè id accideret, infelicesque ij forent, qui huic scientiæ operam darent, quòd certissimum haberent Deũ sibi aduersarium, & diuini honoris ultorem. Verùm neque in naturam diuinam posse cadere inuidiam, nec in hac re quemadmodum in alijs plerisque credendum esse Poëtis, qui iuxta prouerbium Multa mentiuntur. Quòd autem inuidia in Deum cadere non possit ex eo patet, quia inuidia est dolor de aliena prosperitate, qua propria minui creditur; in Deum autem nec potest cadere dolor, cùm nulli malo sit obnoxius, nec uerò existimatio de propriæ prosperitatis imminutione ob alterius excellentiam, cùm ipse sit fons & origo omnium bonorum. Vnde est illud Platonis ab Alexandro relatũ; Inuidentia procul est à choro diuino. Qua sententia uidetur inuidiam negare non tantùm in Deo, sed in cæteris etiam substantijs separatis, quæ Deo fruuntur. Nec dissimile est id, quod scribit Arist. decimo Ethicorum [Qui uerò, inquit, muneribus fungitur menti consentaneis, & hanc colit, estque optimè animo affectus, is Deo carissimus uidetur esse. Nam si dij curam habent rerum humanarum, ut habere uidentur; fuerit etiam rationi consentaneum eos re optima, sibiq; maximè cognata gaudere (hæc autem est mens) & eos remunerari, qui hanc maximè diligunt, & honore prosequuntur, ut qui ea, quæ ipsis cara sunt, studiosè curẽt, rectasque, atque honestas actiones obeãt] Quo loco deos uocat totum genus substantiarum separatarum, quòd earum natura nullam cum materia cognationem habeat. Obiectio. Dilutio. Mentiuntur multa poëtæ. Cur in Deũ nõ cadat inuidentia.

Cap. 8.

Græci excussi habent hoc loco δυσυχεῖς εἶναι πάντων, id est, infelices omnium, seu potiùs, omnium infelicissimos. Nos sequuti sumus antiquum manuscriptum, qui habet πάντας ut sensus sit, Omnes eos infelices esse, qui cæteris excellunt; quem sensum omnes interpretes exprimunt, præter unũ Perionium, qui & legit πάντων & illud iungit non cum præcedentibus, sed cum sequentibus, uertitq; hoc modo [Eosque miseros esse, qui rerum omnium abundantia excellunt.

q Qui cæteris excellunt] Referuntur hæc uerba non solùm ad excellentiam in hac re,

re, sed etiam in quauis alia re, quasi omnis excellentia mortalium iuxta Poëtarum carmina inuidiam in diuina natura excitare possit. Bessario tamen uertit [Qui altiora se quærunt] Argyropylus [Qui hæc supeflua quærunt] quæ quidem ad hanc tantùm artem referuntur, quòd ea uideatur Poëtis aut supra humanum captum: aut certè superuacanea, & quæ nihil utilitatis humanæ uitæ afferat. Sed harum duarum interpretationum melior est Bessarionis, magisque ad rem; licet uerbum, τοὺς πεμπτοὺς, utranque patiatur.

r Neque tali scientia) Tradit quartum attributum huius scientiæ, quòd sit omnium præstantissima, seu, ut eius uerbo utar, honorabilissima, quod emphasim habet, honor enim, si propriè loquendum est, ijs tantùm rebus tribuitur, quæ maximæ sunt, & propter se expetuntur, ut patet ex 1. Ethicorum libro. Quòd autem ea sit maximè honorabilis ex eo probat Arist. quia est maximè diuina. Esse autem maximè diuinam duabus rationibus confirmat, una, quia maximè à Deo habetur (solus enim se ipse comprehendit, & ea omnia, quæ ad hanc scientiam spectãt) altera, quia in rebus maximè diuinis uersatur, in ipsa uidelicet diuina natura cognoscenda, quæ est omnium rerum causa, & principium. Quo argumento obiter hic probat Alex. eam merito appellari Theologiam, quasi scientiam de Deo, ut ipse interpretatur; tametsi ab alijs dicitur Theologia, quasi scientia de diuinis rebus.

Quibus rebꝰ deferẽdus honor.

Cur hæc scientia maximè diuina sit.

Cur Theologia dicatur.

s Principium quoddam esse uideatur] Cõsueuit Arist. antequàm de re quapiam ex instituto disserat, uti uerbis, quæ dubitationem significẽt, id quod hoc loco facit, quia disputatio de hac re in librũ 12. differtur.

Mos Aristotelicus.

t Ea igitur magis necessariæ sunt cæteræ) Ad uitæ nimirum conseruationem, & ciuile regimen, ut exponit Albert. Nam ad uitæ perfectionem non dubium est, quin hæc sit magis necessaria, quàm aliæ complures.

Huius scientiæ utilitas.

u Oportet autem) Hæc est quarta, atque extrema præfationis pars, in qua Arist. tradit scopum, siue terminum, in quem dirigenda est intentio eius, qui huic disciplinæ dat operam. Ait igitur terminum, in quẽ tendit Metaphysicæ inquisitio, oportere esse contrarium ei, à quo incipit. Nã cum hæc scientia non sit hominibus congenita, ut substantijs separatis, sed quodam motu ac discursu intellectus acquiratur; in omni autem motu terminus ad quem sit contrarius termino à quo; necesse est, ut omnis Philosophorum inquisitio, quæ incipit ab ignoratione causarum, ex qua nascitur admiratio effectorum, terminetur ad causarum notitiam, ex qua nascatur admiratio eorum, quæ effectibus opponuntur. V.g. miratur quis cur sol attingens solstitium boreale continuò reuertatur ad Austrum, & attingens Australe, mox reuertatur ad Boream. Verùm cùm nouerit causam esse, quia ijs punctis finitur

Huius scientiæ scopus.

τὸ θεῖον φθονερὸν ἐνδέχεται εἶ), ἀλλὰ κ᾽ τλὼ παροιμίαν, πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοὶ, ἔτε ᵗ τῆς τοιαύτης ἄλλως χρὴ νομίζειν τιμιωτέραν. ἡ γὰρ θειοτάτη, καὶ τιμιωτάτη. τοιαύτη δὲ διχῶς ἂν εἴη μόνη. ἥ τε γὰρ μάλις᾽ ἂν ὁ θεὸς ἔχοι, θεία τῶν ὅπισθ᾽ μῶν ὄσι, καὶ εἴ τις τῶν θείων εἴη. μόνη δ᾽ αὐτὴ τούτων ἀμφοτέρων τετύχηκεν. ὅ τε γὰρ θεὸς, δοκεῖ τὸ αἴτιον πᾶσιν εἶ) ℂ ᵘ ἀρχή τις, ℂ τ᾽ τοιαύτην ἢ μόνος, ἢ μάλις᾽. ἂν ἔχοι ὁ θεός. καὶ αγκαιότεραι μῶν ἔν πᾶσαι αὐτ᾽, ἀμείνων δ᾽ ἀδεμία.

Cap. 12.

Δεῖ ᵘ μῶν τί πως κατασῆναι τλὼ τάξιν αὐτῆς εἰς τοὐναντίον ἡμῖν τῶν ἐξ ἀρχῆς ζητήσεων. ἄρχονται μῶν γὰρ, ὥσπερ εἴπομῶν, ὑπὸ τῦ θαυμάζειν πάντες εἰ οὕτως ἔχ, καθάπερ ˣ τῶν θαυμάτων ταυτόματα τοῖς μὴ τεθεωρηκόσι τλὼ αἰτίαν, ἢ ὡς εἰ τὰς τοῦ ἡλίου τροπὰς, ἢ τλὼ τῆς διαμέτρυ ἀσυμμετρίαν. θαυμαστὸν γὰρ εἶναι δοκεῖ πᾶσιν, εἴ τι τῶν οὐκ ἐλαχίστων μὴ μετρεῖται. δεῖ δὲ εἰς τοὐναντίον, ἢ

tract. 2. c. 9.

Digitized by Google

finitur circulus Zodiaci, in quo sol mouetur, nihil magis mirabitur, quàm si quis dicat, non esse, cur Sol ex ijs punctis reuertatur. Præterea miratur quis, cur diameter quadrati non sit commensurabilis lateri, hoc est, cur nulla reperiatur mensura diametri, quæ illi cum mensura lateris cõmunis sit, ut dicunt Geometræ, præsertim cùm non detur minima linea, sed omnes quotquot sunt partes aliqua sua mensurari possint, quo pacto omnis numerus mensuratur unitate. Verùm cùm Geometrarum demõstratione intellexerit causam eius rei esse, quia proportio quadrati, quod fit ex diametro, ad quadratum, quod fit ex latere, non est ut proportio numeri ad numerũ, quo pacto duntaxat cõmensurari possent; sed ut proportio numeri ad unitatem, quæ cùm mensuram nõ habeat, cum nulla re communem mensuram habere potest; potiùs mirabitur, siquis sibi persuaserit diametrũ & latus quadrati esse commẽsurabilia inter se. Aliter sic. Si quis miretur cur diameter quadrati non commensuretur lateri, & omnino quæuis linea cuiuis lineæ; tum demum mirari desinet, cùm intellexerit non dari minimum in partibus lineæ, ut datur in partibus numeri. hac enim ratione duntaxat necesse esset cõcedere, omnes lineas esse commensurabiles inter se quemadmodũ omnes numeri sunt inuicem cõmensurabiles. Cùm ergo Metaphysica indagatio incipiat ab ignoratione causarũ totius entis, ex qua admiratio maximorũ effectorũ nascitur; efficitur ut tũ demum finienda sit, cùm cognitis primis causis, ac principijs totius uniuersi, illud è cõtrario Metaphysicus miretur, si quis sibi persuadeat opposita effectorũ, quę antè mirabatur. Aduerte autẽ ignorationẽ, à qua incipit discursus philosophicus, non esse ignorationẽ purę priuationis, sed quodãmodo inchoatę formę. Qui.n. nouit effectũ, quodãmodo incipit causam cognoscere, alioqui nõ illã quæreret, nec inuentã, ut causam cognosceret, ut supra dictũ est.

A qua ignoratione incipiat Philosophicus discursus.

x Quemadmodum accidit] Bessario eundem sensum exprimit hoc pacto; sicut de præstigiosis, quæ per se ipsa mouentur. quẽ locum sic exponit Alex. [Amirabilia esse dicit pegmata, quæ per se ac sponte moueri uidentur, dum à rerũ admirandarum artificibus ostentantur.] Crediderim exẽplum hoc ideo in rebus artefactis allatũ esse ab Arist. ut naturale, & Mathematicum, quæ proposita sunt, faciliùs intelligerentur. Nam ut is, qui miratur ligneos homunculos depugnantes, aut saltantes, detectis præstigiatorum machinis, nihil iam effecta illa miratur, sed potiùs eos, quibus illa mirabilia uidentur; sic in propositis exemplis sese res habet. Ita, uerba illa [Per se mouentur] idem ualent, ac per se ipsa moueri uidentur; nempe iudicio spectatorum.

*diuinitas inuida esse potest; multaq; (ut est in prouerbio) mentiuntur Poetæ; neque tali scientia præstantior alia existimanda est. Quæ enim maximè diuina est, eadem & præstantissima. Atque hæc sola duobus modis talis esse potest. Nam & ea maximè diuina scientia est, quam Deum maximè habere par est; & , si qua est, quę in rebus diuinis uersetur. Hęc autem sola utrunque sibi uendicat; quippe cùm Deus & rerum omnium causa, ac principium quoddam esse uideatur; & eam aut solus ipse, aut maximè habeat. Ea igitur magis necessariæ sunt cęteræ omnes; sed tamen nulla melior.*

*Oportet autẽ quodammodo eius ordinem contrà, quàm initio quærimus, constituere. Omnes enim, uti diximus, ab admiratione incipiunt, num ita res se habeat; quemadmodum accidit in rebus quibusdam mirandis, quæ per se mouentur, causa nondum perspecta, aut in solstitijs, aut in diametri incommensurabilitate. Mirum.n. uidetur omnibus, si quid eorum, quæ minima non sunt, mensurã non admittat. Sed opus est in*

Aliorsi interpretatio.

Alij tamen intelligunt hoc loco nomine ταυτομάτων ea, quæ casu aut eueniunt, aut euenire uidentur (quæ est prima huius uerbi significatio) cuius generis,

Mirabilis stella, seu uera, seu earũ, quæ crinitę dicuntur.

præcipuè sunt ea, quę præter communem ordinẽ cõtingunt; ut nouus ille cometes, siue stella, ut quidam putant, quæ anno Domini 1572. sub initium Nouembris in Cassiopëia uisa est, nec ante mensem Februarium anni 1574. aut omnino euanuit, aut se prorsus oculis mortalium subtraxit; mirabile sanè ostentum, quodque & ratione situs, & loci ad aspectum relati, & æquabilitatis motus, & figurę, & fulgoris, & diuturnitatis multorum adhuc uexat ingenia; cùm interim nõdum constet, quid de eius natura dicendum sit.

καὶ τὸ ἄμεινον (κατὰ τὴν [γ] παροιμίαν) ὑστερολογῆσαι, καθάπερ καὶ ἐν τούτοις, ὅταν μάθωσιν. οὐδὲν γὰρ ἂν θαυμάσειεν οὕτως ἀνὴρ γεωμετρικὸς, ὡς εἰ γένοιτο ἡ [δ] διάμετρος μετρητή. τίς [ε] μὲν οὖν ἡ φύσις τῆς ζητουμένης ἐπιστήμης, εἴρηται, καὶ τίς ὁ σκοπὸς, οὗ δεῖ τυγχάνειν τὴν ζήτησιν, καὶ τὴν ἄλλην μέθοδον.

Posteriora melliora.

[γ] Vt prouerbio dicitur] Alludere uidetur ad prouerbiũ illud, Secundis melioribus, ut ait Alex. seu ut alij loquuntur, Posterioribus melioribus; quo significatur, ea, quæ prima experientia parum bene succedunt, secunda nonnunquam corrigi, & emendari. Eodem utitur Plato quarto de legib.

[Quare,

## PERTINEAT NE AD METAPHYSICVM naturarum omnium, quiditatum'ue distincta cognitio? QVÆSTIO I.

### *Argumenta pro parte affirmatiua.* SECTIO I.

Metaphysicũ scire omnia, quæ intelligere.

NON vocauimus in dubium, pertineat'ne ad Metaphysicum res omnes ratione aliqua intelligere, quia id certius est, quàm vt de eo disputari debeat. agit enim de ente, quatenus ens est; quare aliquo etiam modo de omnibus entibus. Sed quæsitum est, vtrum intelligat omnium entium naturas, siue essentias sub proprijs & distinctis conceptibus; quod etsi Arist. negat, cùm

Quid dẽ hac quæstione sẽserit Aristoteles.

ait [Primùm existimamus sapientem maximè scire omnia, non ita tamen vt ea singulatim scientia teneat] his tamen argumentis abundè videtur probari.

1 Primùm, quia si Metaphysicus non aliter cognosceret omnes rerum naturas, nisi sub quibusdam conceptibus generalibus, vt entis, substantiæ, accidentis, & similium, imperfectiùs haud dubiè intelligeret ea, quę ad se pertinent, quàm cæteri artifices ea, de quibus agunt; siquidem alij intelligunt sua proprijs, & peculiaribus cuiusque rei conceptibus. At cognitio, quam Metaphysicus habet de rebus, est perfectior, & accuratior,

Digitized by Google

[Quare, iterū, inquit, ut ludentes aiunt, meliora à principio secunda resumamus] & Cicero in Philippicis, Posteriores cogitationes, ut aiunt, sapientiores esse solent, Philip. 12.

*in contrarium, atque (ut [y] prouerbio dicitur) in id, quod melius est, desinere, quemadmodum & in ijs, quę dicta sunt, cùm quisque didicerit. Nihil enim tam mirabitur uir Geometra, quàm si diameter fiat commensurabilis. Quæ [z] nam igitur natura sit eius scientiæ, quam quærimus, quæ'que sit res proposita, quam disputatio hæc, tota'que tractatio assequi debet, hactenus dictum est.*

Horat. in Art. Poet.

Hoc loco uerbum ἀποτελευτῆσαι non potuit unico reddi melius, quam Definendi uerbo, tametsi ne hoc quidē planè uim Græci assequitur. Huiusmodi dici posset [Re confecta, siue absoluta definere.] Verti quoque posset [Rem absoluere, aut perficere] nisi obstaret præpositio, In, quæ hoc loco motū, & progressum quendam significat. Itaque dicimus [In id, quod melius est definere] eadem penè significatione, qua Poëta scribit, Desinat in piscem &c.

z Quænam igitur natura] Colligit in summā, quę in hac prefatione dixerat. Cùm autem quatuor in ea explicata sint, ideo forsitan Aristoteles in hoc epilogo nō meminit primi, quia breuiter, & insinuationis more illud transegit. Tertium uerò, quod in tradenda dignitate huius scientiæ positum erat, ad secundum reuocari potest, siquidem tota dignitas huius artis ex eo nascitur, quòd uersetur in primarum causarum, & principiorum consideratione. Totius præfationis summa.

tior, quàm cæterorum, vt patet ex tertia conditione sapientis in hoc cap. posita.

Secundò, quia tam latè patet subiectum Metaphysicæ, quàm obiectū intellectus, vtrumque enim est ens, qua ratione est ens; Intellectus autem intelligit omne ens speciatim, & distinctè; non est igitur negandum cognoscere Metaphysicum distinctè omnium rerum naturas. Id quod ex eo etiam confirmatur, quia ita se habet scientia ad subiectum, vt potentia ad obiectum; potentia autem non solùm versatur circa obiectum in genere, sed etiam secundum speciem, vt visus non tantùm circa colorem, sed etiam circa album, nigrum, & alios speciales colores. 2

Tertiò, quia vt de rebus naturalibus potissimùm loquamur, si qua esset ratio, ob quam earum distincta cognitio huic scientiæ negaretur, ea esset maximè, quia res naturales non possunt concipi absque mobilitate, quæ est ratio formalis, sub qua à naturali Philosopho considerantur (hac enim maximè ratione vtuntur negatiuæ partis auctores) atqui res naturales possunt considerari sine mobilitate, cùm mobilitas sit propria affectio, siue passio rerum naturalium, atque iccirco posterior, tum natura, tum etiam cognitione, quàm rerum naturalium essentiæ; ergo non est neganda huic scientiæ distincta cognitio rerum naturalium. 3

Quartò, quia intellectus per habitum alicuius scientię demonstrat hominem distingui à magnitudine mathematica; non potest autem id facere per habitum vllius scientiæ particularis (siquidem homo pertinet ad Philosophiam naturalem, magnitudo autem Mathematica ad Geometriam, cùm tamen scientia, quæ id demonstrat, vtrunque conclusionis 4



Digitized by Google

extremum distinctè cognoscere debeat) ergo per habitum alicuius generalis scientiæ id demonstrat, quæ sanè nulla esse potest, nisi Metaphysica. Quòd si Metaphysica distinctè intelligit hominis, ac magnitudinis Mathematicæ naturas; non est cur negetur speciatim, ac distinctè intelligere cæteratum rerum essentias.

5 Quintò, quia Arist. adeo sibi videtur persuadere omnes rerũ essentias ad distinctam Metaphysici considerationem pertinere, vt eam 4. libro cap. 2. vsque ad indiuidua materialia extendat. [Ipsius, inquit, Philosophi (hoc est Metaphysici) est, posse de omnibus contemplari.] Deinde adiungit [Nam si non ad Philosophum id ipsum pertineat, quis nam erit quæso, qui considerabit, num idem sit Socrates, & Socrates sedens.] tex. 5.

6 Sextò, quia Methaphysica differit de quacumque re proposita: qua in re sæpe illam æquat Aristoteles Dialecticæ, nisi quòd Dialectica ex probabilibus, Metaphysica ex necessarijs agit. cùm igitur omnes disputationes, quibus res tractantur necessarijs argumentis, sint demonstratiuæ, demonstrationes autem procedant ex definitionibus rerum, de quibus agitur, definitionibus verò distinctè explicentur essentiæ eorum, quæ definiuntur; efficitur, vt Metaphysicus distinctè intelligat omnes rerum naturas, & essentias. Loco proximè citato & alibi.

7 Postremò, non est negandum scientiæ superiori comparatione inferioris, quod conceditur potentiæ superiori respectu inferioris, potentia autem superior cognoscit omnia, quæ cognoscuntur ab inferiori, & aliquid vltra, quo pacto se habet phantasia respectu visus, & intellectus respectu phantasiæ; ergo quidquid cognoscunt scientiæ particulares, cognoscit etiam Metaphysica, & aliquid vltra; quare cùm scientiæ particulares intelligant quiditates rerum speciales, efficitur vt easdem intelligat Metaphysica.

## *Approbatio negatiuæ partis.* SECTIO II.

DICENDVM est tamen negatiuam partem huius quæstionis, quam Arist. amplexus est, veram esse, atque approbandam, id quod nonnullis conclusionibus explicandum est.

Prima cõclusio, quæ directò quæstioni respondet huiusmodi sit; Non pertinere ad Metaphysicum distinctam naturarum omnium cognitionem. Hæc conclusio probatur primùm ex ijs quę de hac scientia scripta reperiuntur. Nec enim videmus Metaphysicos in suis libris persequi naturas rerum materialium speciatim, veluti animalium, plantarum, & similium, vt fieri solet apud Physicos, & alios artifices, sed totum huius scientiæ negotium consumere in explicanda natura entis, substantiæ, accidentis, & aliorum omnium attributorum, causarumq; De quibus Metaphysici differant.

Digitized by Google

ſarumque,& proprietatum generalium; niſi quòd deſcenditur ad explicandam naturam primæ cauſæ, & aliarum ſubſtantiarum corporis expertium. Ex his autē non habetur diſtincta cognitio naturarū omnium.

Deinde probatur ex ratione formali, ſub qua ſubiectum huius ſcientiæ diſtinguitur à ſubiectis aliarum. Diſtinguitur enim quatenus non includit vllam materiam in ſuo conceptu, vnde cùm multę ſint ſpecies rerum, in quarum conceptu includitur materia; neceſſariò dicendum eſt eas non cognoſci ſpeciatim à Metaphyſico,ac multò etiam minùs, diſtinctè. Nullus enim artifex cognoſcit ea, quę ſub rationem formalem ſui ſubiecti non cadunt. quemadmodum nulla potentia attingit rem,quæ non induit rationem formalem ſui obiecti. Ratio formalis ſubiecti huius ſcientiæ.

Tertiò probatur ex ſcientiarum multitudine: Nam ſi Metaphyſicus cognoſceret ſpeciatim, ac diſtinctè omnes rerum naturas, ſuperuacaneę forent reliquæ omnes ſcientiæ, hoc autem eſt contra omnium Philoſophorum ſententiam (ponitur enim ab omnibus diſtinctio ſcientiarum quemadmodum & virtutum,vt alia circa hāc materiam, alia circa illam verſetur) non intelligit ergo diſtinctè Metaphyſicus omnium rerum eſſentias. Nec occurras,ſcientias ſolere diſtingui inter ſe, non tam vt diuerſas, quàm vt partes vnius,hoc eſt Metaphyſicæ. Nam præterquam quòd non idem dices de virtutibus, in quibus tamen par eſt ratio (vt nimirum omnes ſint partes vnius virtutis) neceſsariò cogeris dicere aliquid eſſe proprium eius partis,quam nos Metaphyſicam vocamus: neq; enim cæteræ partes de eiſdem agunt. Quòd ſi dederis,nihil aliud volumus:id enim nihil erit aliud,quàm vt conſideret rerum immaterialium, & communium prædicatorum eſſentias,& relinquat cęteras ſpeciales;ex quo fit, vt ea pars non cognoſcat omnes rerum naturas, quod nos contendimus oſtendere de Metaphyſica, vt de ſcientia quadam per ſe. Obiectionis dilutio.

Poſtremò probatur concluſio ex inuentione Metaphyſicæ. Etenim antequàm ea eſſet inuenta, iam aliæ ſcientiæ in particularibus quibuſdā naturis cognoſcendis verſabantur: non eſt igitur inuenta Metaphyſica, vt omnes rerum eſſentias ſpeciatim intelligeret; ſed eas tantùm, ad quarum intelligentiam cæterarum facultas non ſatis erat. Vltimo loco fuiſſe inuentā Metaphyſicam.

Reſpondebit fortaſſe aliquis, nunquam ante Metaphyſicæ inuentionem,cognitam fuiſſe vllius rei eſſentiam,proinde diſtinctam naturarum cognitionem propriam eſſe Metaphyſicæ. Sed quid? nunquid non eſſent hoc pacto ſuperuacaneæ cæteræ ſcientiæ, vt paulò antè dicebatur? Negant nonnulli conſequentiam, quòd credant ſolum Metaphyſicū rerum eſſentias conſiderare, cæteros autem artifices demonſtrare earum proprietates,id quod Ariſt. planè videtur docere initio lib. 6.cap. 1.cùm ait à nulla alia ſcientia conſiderari quod quid eſt rerum (hoc eſt eſſentias earum) ſed eo partim facto dilucido per ſenſum, partim ſuppoſitione ſumpto, ea, quæ per ſe ſuis ſubiectis conueniunt,aut accuratiùs, aut leuiùs à cæteris demonſtrari. Eorum tamen ſententia non eſt audienda. Occurritur reſponſioni. Alia reſponſio.

Nam

Refutatio. Nam si Metaphysicus cognosceret distinctè omnes rerum essentias, non dubium est, quin solus ipse posset demonstrare omnes rerũ proprietates.

Alia responsio. Sunt qui respondeant dicentes proprietates rerum aliter demonstrari à Metaphysico, aliter ab ijs artificibus, ad quos ipsę res propriè pertinent; à Metaphysico enim demonstrantur per principia communia; à proprijs autem artificibus per principia propria. Nec esse incommodum alio, atque alio medio eandem conclusionem demonstrari à diuersis artificibus: sic enim demonstrant Physicus, & Mathematicus terram esse rotundam, hic ex rotunditate vmbræ, quæ fit in Luna obiectu terræ, ille ex æquali motu grauium ad centrum. Sed nec huiusmodi responsio satisfacit. Refutatio. Nam præter quàm quòd ad demonstrandas proprietates non satis sunt principia communia, sed necesse est, vt propria adhibeantur; illud profectò negari nullo modo potest, cùm definitiones, quibus essentiæ declarantur, sint propria demonstrationum principia, fore vt si Metaphysicus omnium rerum essentias distinctè cognoscat, possit ex proprijs etiam principijs omnium rerum proprietates demonstrare; quo fit vt cęteræ scientiæ sint omnino superuacaneę. Explicatur Aristotelis locus. Locus verò adductus ex lib. 6. sic intelligendus est, Nullam aliam scientiam agere de essentia, vt essentia est, quemadmodũ nulla alia differit de ente, vt ens est, sed vnamquamque artem declaratis vtcunque essentijs rerũ, de quibus agit (neq; enim essentię, quatenus essentiæ sunt, demonstrari possunt, vt ex 2. Post. c. 3. & sequentib. perspicuum est) per eas demonstrare accidentia, quę per se rebus conueniunt. Quibus sanè verbis non negat Arist. particulares scientias cognoscere essentias rerum, de quibus aliquid demonstrant: sed potiùs id planè concedit, cùm nemo possit demonstrare proprietates per definitiones subiectorum, quin subiectorum essentias distinctè intelligat.

Secunda conclusio sit, Omnes, ac solas essentias, quæ in suis conceptibus nullam includunt materiam, distinctè intelligi à Metaphysico, quatenus est particularis quidam artifex. Quę conclusio prętерquam quòd inductione satis liquet, hac vna ratione apertè confirmatur. Quia ea omnia, ac sola distinctè intelliguntur ab vno quoque artifice, quibus accommodatur ratio formalis, sub qua eius subiectum à subiectis aliarum scientiarum distinguitur: ratio autem formalis, sub qua subiectum Metaphysicæ distinguitur à subiectis aliarum sciẽtiarum, est esse abstractum ab omni materia, si non re ipsa, saltem ratione, & cõsideratione. Cur autem in conclusione dixerim, Quatenus est particularis quidam artifex, ex tertia conclusione patebit.

Quæ sit formalis ratio subiecti Metaphysicæ.

Interim ex hac conclusione perspicuum est entia, quæ re ipsa sunt immaterialia, vt substantiæ separatæ, intelligi distinctè à Metaphysico secundum omnes conceptus, tam generales, quàm speciales; quę autem sunt re ipsa materialia, vt entia naturalia, non intelligi distinctè à Metaphysico, nisi quoad conceptus generales, quibus cum immaterialibus conueniunt, vt quoad conceptum entis, substantiæ, & similium. Metaphysicus

Digitized by Google

eus enim nõ intelligit distinctè, nisi abstracta ab omni materia; ergo quo pacto entia sunt abstracta ab omni materia, sic etiam ab illo distinctè intelliguntur; at immaterialia sunt abstracta non solùm secundum conceptus generales, sed etiam speciales, materialia autem secundũ quosdã generales duntaxat; ergo illa quoad omnes, hæc quoad cõmunes vtrisq; tantùm distinctè intelliguntur à Metaphysico, quatenus est particularis artifex.

Obiectionis dilutio.

Quòd si quis contra hanc conclusionem obijciat, substantias separatas non posse à nobis quiditatiuè cognosci in hac vita, vt lib. 2. patebit, ergo earum essentias non intelligi distinctè à Metaphysico: occurrendũ est, aliud esse loqui de Metaphysica absolutè; aliud quatenus in hac vita haberi potest. Quamuis ergo substantiarum separatarum essentię non possint à nobis distinctè intelligi in hac vita, possunt tamen à Metaphysico, siue sapiente. Possumus tamen nos, etiam dum in hac vita sumus, substantias separatas, atque adeo Deum Opt. Max. intelligere proprijs conceptibus, quique alijs rebus accommodari non possint, quo pacto concipimus Deum conceptu entis infiniti, actus puri, summi boni, & similibus.

Discrimen inter nostram, & absolutè sumptã Metaphysicam.

Tertia conclusio sit, Metaphysicum, quatenus est communis artifex, cæterisque artificibus præsidet, multa non solùm posse, sed etiam debere intelligere, quæ in suis conceptibus materiam includunt.

Quàm latè pateat cognitio Metaphysici, vt communis artifex est.

Quam cõclusionem ut intelligas, aduerte, inter omnes artifices solum Metaphysicum, & Dialecticum hoc sibi uendicare, ut non solùm sint particulares artifices, sed etiam communes. Sunt enim particulares, quatenus circa propriam, peculiaremque sibi materiam uersantur, quẽadmodum cæteri: communes uerò, quatenus modo aliquo possunt de rebus omnibus disserere, quod alijs artificibus nõ est concessum. Potest enim Dialecticus id præstare ex probabilibus, propter facultatẽ, quam habet utramque in partem diserendi; Metaphysicus autem ex necessarijs, ex primis inquam causis, ac principijs, quorum tractatio ipsi est propria, & peculiaris. Qua ratione Arist. primo Post. cap. 7. uocat Metaphysicam omnium scientiarum dominam, Dialecticam uero 1. Phys. cap. 2. communem omnium facultatem, quia vt ex probabilius disserit, ita possit vtramque in partem de quauis re proposita disputare; hinc patet, etsi Dialecticus, quemadmodum & Metaphysicus, dici potest communis artifex; solum tamen Metaphysicum præsidere cæteris artificibus, cùm demonstratiuè in rebus aliarum omnium scientiarum versari non solùm possit, sed etiam debeat necessariò; quæ est ipsa conclusio à nobis iam probanda.

Quo pacto Metaphysicus, & Dialecticus de omnibus rebus disserant.

text. 23.

text. 8.

Cur solus Metaphysicus cæteris artificibus præsit.

Quòd igitur ea sit uera, his argumentis ostenditur. Aliquis artifex præscribere debet vnicuique scientię proprium ac peculiare subiectum; is autem nullus alius esse potest, nisi Metaphysicus, tum quia solus ipse est sapiens simpliciter, tum quia solus versatur circa ea, ex quorum diuisione

Cur solus Metaphysicus cæteris scientijs subiecta distribuat.

Digitized by Google

sione distinctio subiectorũ colligitur, (quod etiam Aristoteles facit sexto libro, vt subiectum Metaphysicæ à subiectis aliarum scientiarum distinguat) subiectum autem naturalis Philosophiæ includit materiam sensibilem, Mathematicæ autem materiam intelligibilem; ergo Metaphysicus, quatenus cæteris artificibus præsidet, non solùm versari potest, sed etiam debet circa res, quæ in suis rationibus materiam includunt.

Cur definitiones subiectorum à cæteris artificib⁹ colligi nequeãt.

Præterea, subiecta aliarum scientiarum intelliguntur distinctè à proprijs earum scientiarũ artificibus, vt patet: siquidem illi per definitiones suorum subiectorum demonstrant proprias illorum affectiones: ergo eorum subiectorum definitiones ab aliquo artifice colliguntur; non possunt autem colligi à proprijs illarum artificibus, quia illi non possunt ascendere supra subiecta suarum scientiarum, vt per diuisionem superiorum generum eorum definitiones nanciscantur; neque verò à Dialectico, nisi verisimiliter; ergo solus Metaphysicus est, qui vt communis artifex per diuisiones superiorum generum eorum definitiones certò colligere non solùm possit, sed etiam debeat. quo fit vt necessariò eorum essentias distinctè intelligat, etiam si illa in suis rationibus materiam includant.

Ad hæc, cùm particulares scientiæ de proprijs quasi finibus, & omnino de re quauis inter se contendunt, ad superiorem aliquam scientiam tanquam ad iudicem deferenda est disceptatio; nulla autem ex humanis est superior, & quæ iudex esse possit earum causarum, nisi Metaphysica, siquidem Dialectica, quatenus est communis facultas, potiùs ministræ munus gerit, quàm præsidis; ad Metaphysicam igitur deferendæ sunt earum controuersiæ, vt dirimantur: iudex autem non potest controuersiam dirimere, nisi probè intelligat res, de quibus est disceptatio: necesse igitur est vt Metaphysica intelligat ea, de quibus scientiæ particulares inter se contendunt, atque adeo res materiæ participes. Simili argumento probat Aristoteles 3. lib. de anima sensum communem percipere sensibilia omnia exteriorum sensuum, quippe ad quem pertineat iudicare de eorum discrimine, quod nullus sensus exterior facere potest.

Metaphysica reliquarum scientiarum iudex.

Dialectica ministra.

3. lib. de Anima cap. 2. vel li. 2. tex. 145. & 146.

Postremò, Metaphysicus, vt est communis artifex, debet cognoscere perfectè potentiam passiuam, alioqui non nosset primum eius significatum, neque inter omnia potentiarum genera posset discrimen constituere: at primum, præcipuumque potentiæ passiuæ significatum est pura potentia, quemadmodum id, quod præcipuè significatur nomine actus, est actus purus: cognoscere igitur debet Metaphysicus, vt communis artifex, puram potentiam, seu (quod idem est) materiam ipsam, nedum ea, quæ materiam includunt.

Obiectio 1.

Sed cõtra hanc conclusionem sic licet obijcere; Nihil intelligitur distinctè ab artifice, nisi cui accommodatur ratio formalis, sub qua subiectum propriæ artis à subiectis aliarum distinguitur, vt paulò antè dictum est; ratio autem formalis subiecti Metaphysicæ non potest subiectis

aliarum

Digitized by Google

aliarum scientiarum accommodari; non possunt igitur illa distinctè cognosci à Metaphysico. Præterea si illa distinctè cognoscerentur à Metaphysico, pari ratione possent ab eo distinctè cognosci omnia, quæ sub illis continentur, neq; enim plus hoc repugnat, quàm illud: at iam probatum est, non omnia distinctè à Metaphysico intelligi. Postremò ad inuestiganda, & distinguenda subiecta cæterarum scientiarum, earumque controuersias dirimendas, satis est ipsa facultas intellectus; ergo nō opus est ad eam rem, vt Metaphysicus transiliat fines sui subiecti, & in tractandis rebus materialibus aliarum scientiarum officium usurpet; præsertim cùm constitutio subiecti Metaphysicæ, et si quæ sunt controuersiæ, quæ inter eam, & particulares scientias oriantur, necessariò ad facultatem intellectus, quæ omnibus humanis scientijs præest, deferri debeant, cùm non sit æquum, vt vlla scientia suum subiectum constituat, & quæ cum alia contendit, in propria causa sit iudex.

Non est tamen propter hæc à proposita conclusione recedendum, sed potiùs occurrendum primæ obiectioni pronunciatum, quod assumitur, cum sola moderatione secundæ conclusionis concedendum esse, nempè si intelligatur de artifice, quatenus est particularis artifex, non communis. Ad secundam dicendum est, non esse parem rationem. Constituto enim subiecto vniuscuiusque scientiæ à Metaphysico, ac tradito proprio artifici, nihil est, cur Metaphysicus ampliùs circa illud versari debeat, siue demonstrando, siue diuidendo, & partium subiectarum definitiones colligendo, cùm hæc omnia proprius artifex præstare possit. Ad tertiam dicendum est, facultatem intellectus posse ex se, & sine habitu efficere, quidquid efficit instructa habitibus scientiarum, cùm ipsi habitus gignantur per actus similes ijs, ad quos exercendos sunt idonei; nō tamen æquè facilè, atque postquàm habitum sciendi comparauit. Hinc fit, vt quidquid facilè fit ab homine intellectus opera, id totum alicui scientiæ tribuendum sit, & (quod hinc sequitur) facilis, ac perfecta constitutio, & defensio particularium scientiarum, controuersiarumque, quæ inter eas oriuntur, compositio. Ita patet solutio argumenti. De confirmatione maior est dubitatio, eo quòd iniustum uideatur, ut hæc scientia sibi proprium subiectum, suæque quasi regionis fines præscribat, & suis in causis sit iudex. Dicendum est tamen, id non esse iniustum, cùm prima Philosophia non habeat in actibus humanis superiorem. Dialectica enim, vt iam dictum est, etsi est altera communis ars; non habet tamen hac ratione firmum, & irrefragabile iudicium, vt eo primæ Philosophiæ standum sit. Quo fit, vt ipsa tandem sibi debeat esse lex: quod idem accidit in eo, qui in Republica supremam habet potestatem. Quòd si quis vrgeat, fieri non posse, vt ipsa sibi constituat subiectum, cùm antequàm subiectum habeat, scientia non sit; occurrendum est, semper Metaphysicam habere subiectum, circa quòd versari possit, cùm ex natura suæ sibi proprium uendicet; sed tamen illud, nec semper, nec ab omnibus cognosci.

Diluitur 1.

Diluitur 2.

Diluitur 3.

Quid habitus intellectui cōferat.

Metaphysica sibi subiectū constituere.

Obiectio.

Diluitio.



Digitized by Google

gnosci. Quapropter intellectus opera exquiri oportere, & postquam quæsitum est, & inuentum, atque habitu firmæ cognitionis perspectum, eam cognitionem, quoniam ab habitu proficiscitur, habitui ipsius Metaphysicæ tribuendam.

## *Dissoluuntur argumenta initio proposita.* SECTIO III.

AD primum igitur argumentũ, quo pars affirmatiua quæstionis concludi videbatur, dicendum est falsum esse id, quod in maiori propositione supponitur, eos, qui negatiuam partẽ tuentur, existimare Metaphysicum nõ aliter agere de naturis rerum, nisi sub cõceptibus generalibus. Existimãt enim, quod & verissimum est, agere illum de omnibus immaterialibus sub specialibus cõceptibus; de materialibus verò sub generalibus, vt dictum est. In vtrisque autẽ intelligendis perfectiori modo cognoscendi vtitur Metaphysicus, quàm cæteri artifices in ijs, de quibus differunt. Nullus enim cæterorum artificum intelligit omnino distinctè naturas rerum, de quibus agit, siquidem nullus eorum resoluit definitiones suas vsque ad suprema prædicata, quod tamen facit Metaphysicus in omnibus essentijs rerum, quas considerat. Est etiam cognitio Metaphysici hac ratione præstantior, quia complectitur res omnes etiam quoad conceptus specificos, saltem confusè, cùm tamen aliorum cognitio nec distinctè, nec confusè se extendat ad omnia, sed sola ea cõplectatur, quę ad certum aliquod genus rerum pertinent.

Quo pacto res à Metaphysico intelligantur.

Quàm latè pateat subiectum Metaphysicæ.

Quàm latè obiectum intellectus.

Ad secundum dicendum est, tam latè patere subiectum Metaphysicę, vt res est, quàm patet obiectum intellectus, nõ tamen ut subiectum est, hoc est, vt cadit sub considerationem Metaphysicæ. obiectum enim intellectus complectitur omnia entia, sub quauis ratione entis, at subiectũ Metaphysicæ, vt subiectum est, non complectitur omnia entia, nisi quatenus absque omni materia concipiuntur. Nec mirũ. id enim, circa quod uersatur habitus, limitatius esse debet, quàm id, circa quod versatur potentia. alioqui unus tantum habitus sufficeret vni potẽtiæ. Atque ex his dissolui potest confirmatio argumenti. Quod enim dici solet, ita se habere scientiam ad subiectum, vt potentiam ad obiectum, intelligendum est de subiecto, & obiecto, non vt res sunt, sed de subiecto, vt subiectum est, & de obiecto, ut obiectum est, hoc est, quatenus hoc à potentia, & illud à scientia attingitur. Quare quemadmodum potentia uersatur circa omnia, quæ cadunt sub rationem formalẽ sui obiecti, ut tale est, quantumcunque illa sint specialia secundum rationem rei, ueluti visus circa omnes qualitates visibiles, ita scientia hæc uersatur circa omnia entia, quatenus sine materia intelligi possunt, quantumcunque secundum speciales rationes sumantur, cùm ens, quatenus sine materia intelligitur, tractetur à Metaphysico.

Exponitur cõe quoddã pronunciatũ.

Ad

Ad tertium dicendũ eſt, mobilitatis nomen duobus modis ſumi poſſe, uno pro conſtitutione ex primis principijs motus, quæ ſunt materia, & forma, vt mobile nihil aliud ſit, quàm conſtans naturis; altero pro aptitudine ad motum, quæ eſt proprietas rerum naturalium: vtrouis autem modo mobilitas in argumento ſumatur, nihil conficitur. Nam ſi ſumatur priori modo, neganda eſt minor; ſi autem poſteriori, maior. Duplex mobilitas.

Ad quartum dicendum eſt, intellectum diſtinguere hominem à magnitudine mathematica per habitum Metaphyſicæ: diſtinctio enim ex ratione propria non includit materiam in ſuo conceptu, cùm in rebus etiam materiæ expertibus reperiatur. Quocirca animaduertendum eſt, ſiue extrema concluſionis propoſitæ pertineant ad ſcientias remotas, vt homo, & magnitudo mathematica; ſiue ad propinquas, vt numerus, & magnitudo, veluti ſi quis quęrat ſit ne numerus à magnitudine diſtinctus; ſiue ad vnam, & eandem, vt ſi quis roget, ſit ne lupus ſpecie diſtinctus à cane; ſemper demonſtrationem, quæ ad eam probandam affertur, pertinere ad eam ſcientiam, ex qua ſumitur medium ad demonſtrandum, quemadmodum ſi media ſint diuerſa, & ex diuerſis ſcientijs deſumpta, demonſtrationes, quæ ex ijs procedent, pertinebunt ad diuerſas ſcientias, licet concluſio ſit vna, & eadem; veluti terram eſſe in medio mundi, quam Phyſicus demonſtrat ex ſumma eius grauitate, Mathematicus verò, ex eo quòd vbique dimidium cœli apparet ſupra horizontẽ. Quare parum refert, pertineat ne diſtincta cognitio extremorum ad vnã, & eandem ſcientiam, an verò ad diuerſas; itemque ad eam, ex qua deſumitur probatio, an ad aliam, aut alias. Si enim non pertinuerint ad eam, ex qua ſumitur probatio, ſatis erit ſi demonſtrator mutuetur cognitionẽ eorum ab alijs artificibus, in eiſque cognoſcendis illorum perſonam induat. Ad argumentum igitur vt in forma reſpondeatur, concedenda eſt vtraque propoſitio, ſed tamen dicendum, poſteriorem non rectè probari. Nec enim ob id ſcientiæ particulares non poſſunt demonſtrare diſtingui hominem à magnitudine mathematica, quia quæ diſtinctè cognoſcit vnum extremum, nõ cognoſcit alterum (poſſet enim vna mutuò accipere ab altera cognitionem alterius) ſed quia ratio diſtinctionis non traditur ab vlla ſcientia particulari, ſed à ſola Metaphyſica. Ad eam ſcientiam pertinere demonſtrationẽ, ex qua medium ad demonſtrandũ ſumitur. Ad quẽ pertineat demonſtratio diſtinctionis rerũ.

Ad quintum dicendum eſt, ex eo loco non eſſe colligendum Ariſt. credidiſſe cognitionem omnium rerum, etiam ſingularium, ad Metaphyſicum ſpectare, cùm paulò antè dixerit, contemplari ſpecies entis eſſe ſpecierum Philoſophiæ, hoc eſt, naturas rerum, quæ habent ſpecialem cognoſcibilitatis modum, ad ſpeciales Philoſophiæ partes ſpectare, & ſæpiſſimè docuerit, nullam ſcientiam de ſingularibus diſſerere. Senſus ergo eius loci eſt, agere de identitate, & diuerſitate rerum non ad alium, quàm ad Metaphyſicum pertinere. id enim ſignificant verba illa [Quis enim quæſo erit, qui conſiderabit, ſi idẽ ſit Socrates, & Socrates ſedens.] Ratio vero eſt, quia identitas, & diuerſitas, quemadmodum in ſuperioris

Bodem lib. & cap. tex. 4.

Vt 1. Poſt. c. 7. tex. 19. & 20. & 7. Met. c. 15. tex. 35. & alibi.

Exponitur locus Ariſtotelis.



Digitized by Google

argumenti ſolutione de diſtinctione diximus, ſunt affectiones communes rerum materialium, & immaterialium, & ideo in ſuis conceptibus nullam includunt materiam. accepit autem Ariſt. Socratem, & Socratem ſedentem gratia exempli pro extremis vniuerſalibus, vel certè pro ſingularibus vagè, quo etiam pacto ſcientiæ diſſerunt de ſingularibus.

Qua ratione differat Metaphyſicus à Dialectico.

Ad ſextum concedendum quidem eſt, Metaphyſicum hoc differre à Dialectico in diſſerendo de quacumque re propoſita extra propriam materiam, quòd Dialecticus diſſerat ex veriſimilibus, Metaphyſicus autem ex neceſſarijs, ſiue demonſtratiuè; ſed tamen addendum, demonſtrationes Metaphyſicas, cùm alienæ materiæ applicantur, non inniti definitionibus rerum, de quibus diſſeritur: neque enim procedunt ex proprijs particularium ſcientiarum, ſed ex communibus, quæ ſunt Metaphyſici propria.

Ad vltimum argumentum ſunt qui dent manus, fateanturque eo vel maximè oſtendi, Metaphyſicã diſtinctè intelligere omnes ſpeciales quidditates rerum, in quorum numero eſt Ægidius Romanus hoc loco, & initio librorum de poſteriori reſolutione. Dicendum eſt tamen, longè maiorem eſſe vim potentiarum, quàm habituum. Omnes enim potentiæ cognitiuæ ſuperiores, quæ nimirum poſſunt cognoſcere altiora, & communiora obiecta, poſſunt cognoſcere inferiora, magisque particularia, eo quòd ad totum genus ſui obiecti propenſæ ſint: habitus autem, cùm ſint propenſi ad eos tantũ actus, qui ſunt ſimiles ijs, ex quibus ſunt geniti, quandocumque generantur ex actibus, qui verſantur circa ſuperiora, & vniuerſaliora, non poſſunt eſſe idonei ad plenã cognitionẽ inferiorũ. vnde accidit, vt ſæpe ſciamus rem in vniuerſali, quam tamen in particulari per eandem ſcientiam ſcire non poſſimus. Poteſt quoque hoc modo reſponderi; Quidquid cognoſcitur à potentia inferiori, cognoſci etiam à ſuperiori, ſed tamen alio modo, quo pacto obiecta ſenſibilia, quę cognoſcuntur intuitiuè à ſenſibus exterioribus, non intuitiuè (vt eſt quorundam ſententia) ſed abſtractiuè cognoſcuntur ab interioribus. Hac igitur ratione concedi poteſt, quidquid cognoſcitur habitibus particularium ſcientiarum, cognoſci habitu Metaphyſicæ, non tamen materiali modo, ſed immateriali, hoc eſt, ſecundum prædicata, quæ materiam non includunt. Quòd ſi quis obijciat, intellectum non ſolùm cognoſcere res vniuerſaliter, ſed etiam ſingulariter, quo pacto à ſenſibus percipiuntur, ergo & Metaphyſicam non ſolùm cognoſcere res materiales in genere, ſed etiam in ſpecie, quo pacto à particularibus ſcientijs cognoſcuntur; occurrendum eſt, ſimilitudinem, quæ conceditur inter Metaphyſicã, & intellectum comparatione aliarum ſcientiarum, & ſenſuum, non eſſe in omnibus quærendam (iam enim idem eſſent) ſed in eo poſitam eſſe, vt quemadmodũ intellectus plura intelligit, quàm omnes ſenſus ſimul, ita Metaphyſica plura cognoſcat ſub cõceptu aliquo, quàm omnes ſcientiæ particulares ſimul iunctæ.

q. 22.

Cur maior ſit potentiarum, quàm habituum uis.

Altera ſolutio argumenti.

Obiectio.

Diuiſio.

SINT

Digitized by Google

# SINT NE MAXIME VNIVERSALIA cognitu difficillima? QVÆST. II.

## *De quo genere vniuersalium sit sermo, & de duplici cognitione, siue notitia.* SECT. I.

NOn sumimus in hac quæstione nomen maximè vniuersaliũ pro maximè vniuersalibus causis, sed pro maximè vniuersalibus prædicatis, tametsi Arist. in hoc cap. de illo etiam priori genere vniuersalium intelligi potest. Id quod duabus de causis facimus; vna, quia vniuersales causæ, cùm res singulares sint, non simpliciter dicuntur res vniuersales, vt diximus in expositione contextus: altera, quia in causis maximè vniuersalibus nulla est huius quæstionis difficultas, vt eius explicandę gratia disputatio instituí debeat. Itaque de solis vniuersalibus, quæ dicuntur in prædicando, disserendum est hoc loco.

*Cur de solis Vniuersalib. in prædicando hoc loco disseratur.*

Vt igitur pateat qua in re præcipuè posita sit huius disputationis ambiguitas, animaduertendum est, duplicem esse cognitionem, siue notitiã; confusam vnam, alteram distinctam. Nolumus autem hoc loco agere de ea cognitione confusa, qua res vna dicitur cognosci, cùm alia percipitur, in qua ipsa modo aliquo continetur, quo pacto dicimus causam confusè cognosci in effectu, & vicissim effectum in causa, & genus in specie, & speciem in genere, & alia alijs modis; cui confusæ cognitioni opponitur ea distincta, qua res in se ipsa concipitur, etiam si partium eius distinctio non perspiciatur, quo pacto dicimus hominem confusè concipi, cùm animal concipitur, distinctè autem, cùm ipse proprio conceptu apprehenditur, etiam non distinctè perceptis eius partibus: sed agimus de ea sola cognitione, qua res in se ipsa concipitur, siue particulatim concipiantur ea, quæ continet, siue non concipiantur.

*Duplex cognitio.*

*Confusa.*

Cognitio igitur distincta sit ea, qua totum aliquid cognoscitur perspectis particulatim omnibus, quæ in eo continentur, vt cùm videmus totum ędificium lustratis omnibus eius partibus, non solùm exterioribus, sed etiam interiorib. Confusa verò, qua cognoscitur non perspectis particulatim omnibus, quæ in eo continentur, vt si ædificium à longè videamus. Quo loco aduerte, non opus esse, vt distincta cognitio fiat per plures conceptus, potest enim totum aliquid, omnesque eius partes vno intuitu à nobis perspici, si partes non multę sint, nec admodum inter se distent, vt ternarius columnarum parum distantium, aut hominum propè sedentium; quod quemadmodũ in sensu accidit, ita & in intellectu, magisq; in Angelico, quã in humano, & in hoc magis, cùm est perspicacior.

*Distincta.*

Cum

Digitized by Google

Duplex totum.

Cùm autem totum, quod ad præsentem disputationem attinet, duplex sit, vnum essentiale, quod refertur ad partes essentiales, cùm illas habet, alterũ vniuersale, quod semper refertur ad partes subiectas; duplex quoque erit cognitio distincta rei vniuersalis, altera vt totius essentialis, altera vt totius vniuersalis, totidemq; modis dicetur cognitio confusa eiusdem. Dixi [cùm illas habet] quia genera summa, & differentiæ non habent partes essentiales, & tamen dicuntur tota quędam essentialia, vt hoc loco totum essentiale sumimus. Volumus enim vt sumatur pro integro, siue perfecto in sua natura, cui opponitur mutilum, siue imperfectum, vt 5. libro dicitur.

Duplex cognitio distincta, & confusa.

Cap. 16. tex. 21.

Distincta totius essentialis.

Cognitio distincta totius essentialis est, cùm omnia essentialia illius particulatim cognoscuntur, seu (quod idem esse volumus) cùm nihil est essentię illius, quod particulatim non perspiciatur, veluti cùm species intelligitur cognito genere summo illius, & omnibus differentijs, quibus constat. Quanquam verò hæc explicatio pertinet ad cognitionem omnino distinctam; dicere tamen consueuimus quamlibet speciem distinctè cognosci, cùm proximum illius genus, & proxima differentia percipiuntur. Hinc colliges naturas simpliciter simplices, vt à Scoto appellantur, cuiusmodi sunt Deus Opt. Max. genera summa, & differẽtiæ omnes, siue specificę, siue indiuiduãtes, et si quę sunt alia, quę ex diuersis entitatibus non cõstent, posse hoc pacto distinctè cognosci, vt tota quædã essentialia: tunc enim vt tota essentialia distinctè cognoscẽtur, cùm eorũ simplices essentię fuerint apprehensę. Nam qui simplex aliquid apprehẽdit, nihil essentiale in eo relinquit, quod particulatim nõ cognoscat, id quod ex eo etiam confirmare poteris, quod attinet ad genera summa, & differentias, quia nemo dicitur omnino distinctè speciem cognoscere, nisi distinctè teneat omnia essentialia illius prædicata. Si ergo illa distinctè percipienda est, necesse est, vt genus summum, & differentiæ interiectę distinctè cognoscantur.

Etiam naturas simplices distinctè percipi posse.

Confusa totius essentialis.

Cognitio confusa totius essentialis est, cùm totum ipsum essentiale secundum se apprehenditur, sed tamen ea, quę ad illius essentiam pertinent, non particulatim percipiuntur, veluti cùm species secundum se apprehenditur, sed tamen genus, aut differentia illius ignoratur. Hoc tamen modo non cognoscuntur genera suprema, nec differentiæ, nec denique naturæ vllæ simpliciter simplices, vt patet ex dictis; nisi velis huiusmodi entia distinctè percipi, vt tota essentialia, cùm percipitur ens, & modus essendi peculiaris eorum per modum generis, & differentiæ, confusè autem, cùm sine hac distinctione concipiuntur; tametsi ens, & modus essendi, quo illud ad prima membra diuidentia contrahitur, longè dissimilia sunt generi, & differentiæ, eo quòd non sint distinctæ entitates, vt patebit lib. 4. Atque hunc improprium modum confusè intelligendi genera summa vsurpabimus paulò pòst, cùm genera omnia eiusdem seriei, vt sunt tota essentialia, penes cognitionem confusam inter se conferentur.

Numa simplices naturæ hac ratione confuse concipi possint.

Digitized by Google

In 1. sent. d. 3. q. 1. & dist. 8. q. 2.

ferentur. Quòd si ens vniuocum esset, vt Scotus existimat, cùm illud etiam sit simpliciter simplex, hoc est ex diuersis entitatibus non constitutum, nec verò quicquam eo sit superius, nullo iam modo confusè concipi posset, vt totum essentiale. Nunc autem cùm re vera sit analogum, tam dices illud modo aliquo confusè concipi, vt totum essentiale, cùm eius conceptus adeo imperfectus erit, vt per illum nulla certa entitas ex ijs, quæ immediatè nomine entis significantur, percipiatur; tum verò distinctè, cùm percipientur omnia. Quare solus Deus habere potest distinctam cognitionem entis, cùm nomen entis infinitas rerum differentias immediatè significet, vt eodem libro patebit. Quanquam ens completũ, finitum, quod sola prima decem genera significat, distinctè à nobis percipi potest.

Quæ sit confusa entis cognitio.

Quæ distincta.

Cognitio distincta totius vniuersalis tunc habetur, cùm eius communitas, & amplitudo per omnia illius inferiora cognoscitur, vt si quis intelligeret communitatem animalis per omnes illius species, & indiuidua. Quo loco aduerte, etsi homo potest viribus suis omnino distinctè intelligere rem vniuersalem, vt totum essentiale est, (neque enim essentialia prædicata sunt infinita) non posse tamen illam distinctè intelligere, vt est totum vniuersale. Nam etsi species finitæ sint (eæ saltem, quæ per solas causas naturales in rerum natura esse possunt) indiuidua tamen sunt infinita. Potest nihilominus illam intelligere distinctè, quoad membra diuidentia immediata, si sint finita; aut quoad actu existentia in rerum natura, quæ nunquam infinita erunt; & omnino quoad ea, quæ cadunt sub artem. respuit enim ars infinitatem.

Cognitio distincta totius vniuersalis.

Num totum Vniuersale possit à nobis hoc cognitionis genere percipi.

Cognitio confusa totius vniuersalis tunc habetur, cùm illud quidem in se concipitur, sed tamen eius inferiora ignorantur, veluti si quis colorem cognoscat, & species colorum non teneat.

Confusa totius Vniuersalis.

Animaduertendũ est aũt hoc loco, etsi nulla res vniuersalis potest eodẽ conceptu distinctè simul, & confusè cognosci sub eadẽ ratione totius; posse tamen distinctè cognosci, vt totũ essentiale, & confusè, vt totũ vniuersale, aut contrà confusè, vt totum essentiale, & distinctè, vt totum vniuersale. Si quis enim animalis definitionem teneat, eiusque species ignoret, cognoscet illud distinctè, vt totum essentiale, & cõfusè, vt totum vniuersale; si autem species animalis, saltem immediatas, cognoscat, & illius definitionem non teneat, cognoscet illud distinctè, vt totum vniuersale, & confusè, vt totum essentiale.

Illud etiam animaduertẽdum est, totum essentiale appellari à plerisq; in hac controuersia totum actuale, quia actu constat partibus essentialibus; totum autem vniuersale, totum potentiale, quia non constat actu partibus subiectis, sed eas continet potentia duntaxat, nec multò secus ad illas se habet, atque materia se habet ad omnia, quæ ex ipsa fieri possunt. Vocant quoque ijdem cognitionem totius actualis, notitiam actualem, & totius potentialis, potentialem. Tribus tamen de causis diffun-

Variè utrumque totum appellari.

est

Digitized by Google

Abstinẽdum, à nominibus totius actualis, & potentialis.

est nobis abstinendum hoc loco ab huiusmodi vocabulis. Primùm, quia sunt aliquantò obscuriora, & minùs familiaria, quàm ea, quibus vsi sumus. Deinde, quia nomina totius actualis, & potentialis latiùs patent, quàm totius essentialis, & vniuersalis, vt perspicuum est. Postremò, quia impropriè vocari solet cognitio totius potẽtialis notitia potentialis, cùm re vera sit actualis, & exercita notitia, præsertim cùm est distincta. Hæc de generibus cognitionum, siue notitiarum, quod ad præsentem difficultatem attinet, sint satis.

*Qua in re præcipuè posita sit huius quæstionis difficultas.*

## SECTIO SECVNDA.

Quorum magis vniuersalium cũ minus vniuersalibus fiat cõparatio hoc loco.

VM igitur in hac quæstione vniuersalia cum minùs vniuersalibus conferuntur, illud in primis perspicuum sit, non conferri magis vniuersalia vnius seriei cum minùs vniuersalibus alterius, veluti genus summum vnius prædicamenti cum genere subalterno alterius prędicamenti; aut genus subalternum vnius cum specie infima eiusdem, quæ tamen eidem subalterno generi subiecta non sit. Satis enim patet aliquando vniuersaliora isto pacto esse notiora, aliquando minùs vniuersalia, quod exemplis facillimum est intelligere. Itaque collatio, quam Aristoteles hoc loco facit, in ijs est intelligenda, quorum alia sunt superiora, alia inferiora in eadem serie: voco autem seriem, rectum ordinem superiorum, & inferiorum. Quanquam in differentijs etiam magis vniuersalium, & minus vniuersalium, etsi alię non sunt alijs essentialiter subiectæ, vt lib. 7. patebit, eadem quæstio reductitiè intelligi potest.

Iam si quæstio in eo sensu sumatur, vt dubitetur sint ne magis vniuersalia minùs nota nobis cognitione distincta; nihil est in ea difficultatis. Nam cùm distincta cognitio habentis partes per partes ipsas haberi debeat; satis apertum est si vniuersalia sumantur, vt tota essentialia, vniuersaliora esse nobis notiora; si verò sumantur, vt tota vniuersalia, notiora esse minùs vniuersalia. Vt enim magis vniuersalia sunt partes essentiales minùs vniuersalium, ita minùs vniuersalia sunt partes subiectę magis vniuersalium; quo fit, vt si minùs vniuersalium essentia distinctè intelligenda est, necesse sit illam per distinctam magis vniuersalium cognitionem comparare; contraque si magis vniuersalium ambitus percipiẽdus est, opus sit illum per distinctam minùs vniuersalium explicationem patefacere, neque contrà vnquam accidet. quæ tamen dicta intellige de cognitione omnino distincta: alioqui fieri potest, vt minùs vniuersalia notiora sint, quatenus tota essentialia, & è cõtrario magis vniuersalia sint notiora, quatenus tota vniuersalia. Nec enim definitiones solùm colliguntur ex diuisione superiorum, sed etiam ex comparatione inferiorum inter se, vt Aristoteles docet 2. post. cap. 14. quod posterius cùm sit, priùs intelligimus

Vniuersaliora cognitione distincta totius essentialis esse notiora.

Distincta verò totius vniuersalis minus nota.

Duplex modus definitiones colligendi.

tex. 19. 20. & 21.

Digitized by Google

intelligimus quid sit homo, quàm quid animal, & ita in cæteris: nonnunquam etiam intelliget quis adæquatam diuisionem alicuius generis summi in species immediatas, qui ignorabit adæquatam diuisionem specierum eius generis in sua inferiora. Satis autem patet, has cognitiones non esse omnino distinctas.

Quæstionis difficultas.

Est igitur tota difficultas in eo posita, sint ne magis vniuersalia cognitione confusa minùs nota nobis, quàm minùs vniuersalia, quæ comparatio est prior ea, qua magis uniuersalia cum minùs uniuersalibus conferuntur quoad cognitionem distinctam. Vnaquæque enim res, si more nostro in ea cognoscenda procedamus, priùs concipitur confusè, quã distinctè, vt Arist. initio Physicorum luculenter docet, quo pacto Anatomici priùs cognouerunt corpus humanum, quàm membra omnia, & partes membrorũ notarent; & incolæ Occidentalis Indiæ, cùm primùm viderunt equitem ex equo pugnantem, priùs vtrumque esse vnum animal more centauri putauerunt, quàm alterum ab altero, vt diuersa animalia, distinguerent; & apud Philosophos multis antè annis creditum est materiam primam, & formam substantialem esse vnum quid, quàm earum distinctio intelligeretur. Quanquam autem res vniuersales, & vt tota quædam essentialia, & vt tota uniuersalia confusè cognosci possunt, satis tamen erit, si de sola priori cõsideratione disseramus. cognitio enim confusa totius uniuersalis semper incidit in alteram cognitionem totius essentialis, confusam scilicet, aut distinctam, nisi quòd eatenus hę dicentur confusæ totius uniuersalis, quatenus coniunctæ erunt cum ignoratione partium subiectarum.

Rem eãdem priùs confusè, quàm distinctè cognosci.

Cap. 1. tex. 2.

## *Sententiæ D. Thomæ, & Scoti.* SECTIO III.

VANTVM autem in hoc sensu sit difficultatis; declarant oppositæ, ut dici, ac credi solent, Scoti & D. Tho. sententiæ. Diuus enim Tho. in libello de ente & essentia, in 1. parte summæ Theologiæ, & alijs plerisque locis asserit, primum cognitum ab intellectu hoc genere cognitionis esse ens, cæteraque deinde prædicata minùs uniuersalia, quò sunt uniuersaliora, eò nobis esse eodem genere cognitionis notiora.

Sententia D. Thomæ.

In libell. de ente & essẽtia in præfatione 1. p. q. 85. ar. 3. & hoc loco lect. 2. & alibi.

Id quod primùm ipse, eiusq; sectatores ex eo probant, quia in ijs, quæ reducuntur ex potentia in actum, semper natura progreditur ab imperfectioribus ad perfectiora, quo pacto fœtus in utero matris primò uiuit uita stirpis, deinde animalis, postremo hominis, ut Arist. docet 2. de generatione animalium; intellectus uerò noster, ut intelligat, progreditur à nuda potentia ad actum perfectum: est enim à principio tanquam tabula, in qua nihil est depictum, ut idem docet 3. lib. de Anima. cùm igitur cõceptus entis sit omnium imperfectissimus, & ex cæteris quò quisq; est uniuersalior, eò sit imperfectior, non dubium est, quin uniuersaliora sint priora cognitu, atque adeo cognitu faciliora.

Cap. 3.

Cap. 4. tex. 14.

Q Deinde

Deinde, quia eo ordine progreditur intellectus in cognitione vniuersalium, quo sensus in cognitione singularium; sensus autem priùs cognoscit singularia magis vniuersalium, quàm minùs vniuersalium; priùs enim cognoscimus Socratem à longe venientem esse hoc corpus, quàm hoc animal; & hoc animal, quàm hũc hominem (vt Auicenna primo suę Metaphysicæ annotauit) igitur priùs, ac faciliùs intelligimus res sub conceptibus magis vniuersalium, quàm minùs vniuersalium. Cap. 5.

Tertio, quia notitia, quam potentia primò elicit, est sui adæquati obiecti, quo pacto prima notitia aspectus est coloris. Cùm igitur adæquatum obiectum intellectus sit ens, vt Aristoteles innuit nono libro huius operis; efficitur vt ens primo cognoscatur ab intellectu, ac proinde sit cognitu facillimum, & (quod hinc pari ratione sequitur) quò cætera sunt vniuersaliora, eò sint notiora. Cap. 11. tex. 20.

Scoti sententia. Scotus verò 1. Sent. dist. 3. q. 2. asserit, primum cognitum ab intellectu esse speciem infimam, atque adeo quò vniuersalia communiora sunt, eò esse cognitu difficiliora. Probat autem id primùm hac ratione. Causa naturalis non impedita efficit perfectissimum effectum eorum, quæ efficere potest; agit enim secundum ultimum potentiæ, vt dici solet; omnia autem, quæ concurrunt ad primum actum intelligendi, cùm præcedant omnem actum uoluntatis, sunt causę naturales; igitur si non impediantur, producent effectum perfectissimum; is autem est conceptus speciei infimæ, cùm sit notitia perfectissimæ naturæ in sua serie; igitur primus, ac facillimus conceptus rei vniuersalis est conceptus speciei infimę, & (quod hinc sequitur) quò res fuerint vniuersaliores, eò erunt cognitu difficiliores.

Deinde hunc in modum; Metaphysica ordine doctrinę est ultima scię tia, vt aduertit Auicenna primo suę Metaphysicę; ergo principia, ac termini ceterarum scientiarum possunt percipi, antequàm percipiantur principia, ac termini Metaphysices: sunt igitur minùs vniuersalia cognitu priora, atque adeo faciliora. Cap. 3.

Tertiò, hac ratione; Si magis vniuersalia essent cognitu priora, non possent minùs vniuersalia concipi, nisi priùs illa conciperentur; quare proposito singulari, quod actu moueret sensum, & intellectu existẽte soluto, ac nõ impedito, longo admodum tẽpore opus esset, vt species infima conciperetur. oporteret enim omnia magis vniuersalia antè percipere. hoc autem pugnat cum experientia; non igitur uniuersaliora, sed minùs vniuersalia sunt nobis notiora.

Quartò confirmari potest Scoti assertio ex ijs, quę ille eo loco scribit, hunc in modum; Illud vniuersale est nobis notius, cuius indiuiduum fortiùs mouet sensum; indiuiduum autem speciei infimæ fortiùs mouet sensum, quàm indiuidua cæterorum vniuersalium, & inter indiuidua cæterorum ea, quæ sunt minùs vniuersalium, quàm quæ sunt magis vniuersalium (sunt enim magis sensibilia, vt hic homo, quàm hoc animal, & hoc animal,

Digitized by Google

animal, quàm hoc uiuens, & sic cætera deinceps) igitur inter omnia vniuersalia species infima est nobis notissima, & quò cętera vniuersalia sunt communiora, eò sunt cognitu difficiliora.

*Qua ratione minùs uniuersalia sint nobis notiora.*

## SECTIO IIII.

QVID igitur in hac difficultate dicendum uideatur, nonnullis assertionibus exponendum est; in quibus sanè non videntur dissentire prædicti auctores, si rectè eorum sententiæ expendantur, vt ostendimus, cùm proœmium Physicorum exponeremus; quod idem nobis eò magis nunc placet, quò plures videmus in eandem sententiam iuisse.

Scotum à D. Thoma non dissentire.

Prima igitur conclusio sit, Positis aptè ijs omnibus, quæ ad cognitionem conferunt, remotisque impedimentis, species infima est cognitu facillima, & quò res sunt vniuersaliores, eò sunt cognitu difficiliores. In qua conclusione iccirco non est nobis sermo de cognitione intellectiua singularium, quia hoc loco non fit comparatio, nisi inter vniuersalia: hęc enim sola per se cadunt sub scientiam, nisi sit singulare, quod omnia vniuersalia eminenter complectitur, cuiusmodi est solus Deus Opt. Max. tametsi propter rerum affinitatem absoluta hac quæst. de comparatione singularium cũ vniuersalibus agemus. Probatur autem conclusio hunc in modum; Ea vniuersalia, quorum species intelligibiles priùs imprimuntur in intellectum, sunt nobis cognitu faciliora; positis autem aptè ijs omnibus, quæ ad cognitionẽ requiruntur, remotisq; impedimentis, prima species intelligibilis, quæ imprimitur, est speciei infimæ, & quò necessaria minùs aptè ponuntur, aut impedimenta minùs remouentur, eò magis vniuersalis naturæ species imprimitur: igitur species infima est cognitu facillima, si nihil necessariorum desit, aut impedientium obsit, & quò res vniuersaliores sunt, eò sunt cognitu difficiliores. Maior propositio perspicua est. ponimus enim nihil à nobis cognosci in hac vita, nisi per speciem aliquam, similitudinem ue. loquimur item de speciebus intelligibilibus, quatenus primò, & immediate repræsentant naturas vniuersales: neque enim species intelligibilis naturæ humanæ cẽsetur hoc loco species intelligibilis animalis, aut vllius superioris generis, eo quòd superiora per illam non repræsententur primò, & immediatè, sed quatenus includuntur in natura humana, quæ primò, & immediatè repræsentatur. Dixi [Ea vniuersalia] & non, Ea, absolutè, quia etsi in intellectum nostrum nõ imprimatur species rei singularis, tamen singularia faciliùs à nobis intelliguntur, quàm quæuis vniuersalia, cuius rei ratio sequenti quæstione patebit. Prior pars minoris primo argumento Scoti aliquantùm immutato probari potest. concludit enim rectè primam speciem intelligibilẽ, quæ eo pacto generatur, esse speciei infimæ, si in intellectu nostro

Quo pacto species infima sit omniũ cognitu facillima.

Cuius rei speciẽ primò intellectus recipiat.

Sect. 9.

ſtro non datur ſpecies intelligibilis rerum ſingularium, vt ille ſupponit eo loco. Poſterior autem pars ex eo probatur, quia qua ratione poſitis omnibus neceſſarijs, & remotis omnibus impedimentis gignitur perfectiſſima ſpecies, eadem, ſi illa minùs aptè ponantur, & hæc minùs remoueantur, minùs perfecta ſpecies gignetur: ſi enim affirmatio eſt cauſa affirmationis, & negatio negationis erit.

Minùs uniuerſalia faciliùs abſtrahi.

Præterea, Vniuerſalia, quæ faciliùs abſtrahũtur, faciliùs quoq; cognoſcuntur. cognitio enim vniuerſaliũ non fit niſi per abſtractionẽ à particularibus. at minùs vniuerſalia faciliùs abſtrahuntur poſitis aptè omnibus neceſſarijs, & remotis impedimentis, tum quia à paucioribus differentijs liberãtur, & quaſi exuuntur, tum quia maiorẽ vnitatẽ habent, cùm magis accedant ad indiuidua, quibus vnitas primò, & præcipuè cõuenit; ergo faciliùs cognoſcuntur minùs vniuerſalia.

Cõprobatur experimento.

Conſentit autem mirificè cum hac ratione experientia. Si enim ante oculos ponatur indiuiduum, vt verbi gratia, hic equus, aut hæc albedo; nullam ſanè naturam vniuerſalem faciliùs ab eo abſtrahes, & cognitione ſeparabis, quàm ſpeciem infimam. Id quod accidit, tum quia hic equus ſolam vnam differentiam addit naturæ equi, cùm plures addat animali, & ſuperioribus generibus; tum etiam quia ipſa natura equi magis eſt vna, quàm animalis, ſuperiorumq; generum, vt in eam meliùs defigi poſſit acies intellectus: idemq; euenit in abſtrahendis ab hac albedine naturis communibus, quæ in ea continentur. Atq; ad hanc rationẽ reuocari poteſt ſecundum argumentũ Scoti. Cauſa enim, cur Metaphyſica ſit vltima ordine doctrinæ, eſt, quia ea, quæ per ſe cadũt ſub inferiores ſciẽtias, minori abſtractione indigẽt, vt cognoſcãtur. Vnde factũ eſt, vt Metaphyſica poſt cæteras oẽs ſciẽtias inuẽta ſit, & tũc primùm cœperit diſtingui à Philoſophia naturali, cùm inuẽtæ ſint ſubſtãtię corporis expertes, & ab eis, atq; à corporatis abſtrahi potuit cõis ratio entis, & ſubſtãtię materiã nõ includẽtis, vt initio dixim⁹.

Cur Metaphyſica ultima ſit doctrinæ ordine.

Adhæc; Si poſitis aptè omnibus ijs, quę ad cognitionẽ requiruntur, & remotis impedimentis, ideo faciliora ſunt cognitu magis vniuerſalia, q⁹ neceſſariò intelligantur, ante minùs vniuerſalia, vt aduerſæ partis auctores exiſtimant; certè poſita re ante oculos, exempli cauſa, hoc equo, & intellectu exiſtente libero, nullaq; ratione impedito, vt Scotus tertio loco argumẽtabatur; longo admodũ tempore opus eſſet, vt ſpecies infima apprehenderetur; oporteret enim omnia magis vniuerſalia antè percipere: hoc autem pugnat cum ipſa experientia; non ſunt igitur magis vniuerſalia notiora, ſi omnia ſint rectè diſpoſita, nec quidquam impediat.

Quorundam reſponſio.

Reſpondent eorũ nonnulli, ſolum ens antè percipiendũ eſſe neceſſariò; reliqua inferiora poſſe præteriri, vt veniatur ad ſpeciẽ infimã; atq; id breuiſſimo tẽporis ſpatio, & vix perceptibili fieri poſſe. Sed inprimis nõ uident, ſe hoc pacto non ſolùm reſpuere primum, & ſecundum argumẽtum ſui auctoris (faciunt. n. argumenta illa quælibet vniuerſaliora minùs vniuerſalibus notiora) ſed etiã relinquere quæſtionẽ ambiguã in omnib⁹ vniuer-

Refutatio.

Caietanus in lib. de Ente et Eſſ. q. 1. & alij nonnulli.

Digitized by Google

vniuersalibus, quæ sub ente continentur, quæ tamen multò ueriùs sunt vniuersalia, quàm ens. neque enim constat ex hac responsione, quenam eorum sint cognitu faciliora, quod tamen maximè quærimus. Non est item cur dicant necessariò conceptum entis antecedere debere quemlibet alium conceptum. Primùm enim non videmur hoc in nobis experiri. Deinde si id necessarium est, quia ens est adæquatum obiectum intellectus, cur posita hac albedine ante oculos, non priùs aspectus percipit, eam esse hunc colorem, quàm hanc albedinem, cùm color sit adæquatũ obiectum aspectus, de quo non dubitamus, quin possit priùs percipere singularia generum, quàm singularia specierum, vt cùm animalia ex remotis locis ad nos paulatim appropinquant? quod idem dici potest de cæteris potentijs cognitiuis. Cur etiam isto modo non fatebuntur contra experientiam, priùs nos velle cibum ut bonum, quàm vt bonum gustatũ? cùm bonum sit adæquatũ voluntatis obiectum? immo etiam contra rationem, cùm inde sequatur non posse voluntatem in eo momento, quo res obijcitur, eam vt talis est amplecti, aut reijcere? Iam si idcirco id necessarium est, quia proprietates entis sunt omniũ patentissimæ, ut quidam aiunt, id planè negamus. Vix enim à Metaphysicis intelliguntur, & explicantur. Quin etiam D. Tho. cuius illi doctrinam profitentur, planè credit hoc loco, proprietates superiorum colligi ex proprietatibus inferiorum. Sin autem dicant, satis esse percipere sensibus quelibet accidentia Entis, vt Ens continuò percipiatur, cur nõ item satis erit percipere quæuis accidentia equi, vt continuò eliciatur conceptus equi? Si verò id necessarium est, quia conceptus entis est imperfectissimus; sanè quo inferiorum conceptus imperfectiores fuerint in eadem serie, eo erunt necessariò priores origine: &, vt similitudini quorundam eorum insistamus, quemadmodũ forma perfectissima introduci nequit, nisi priùs imperfectiores omnes, quæ illi subordinatæ sunt, introducantur; ita non poterit elici conceptus speciei infimæ, qui est perfectissimus eorum, quibus naturæ vniuersales percipiuntur, nisi priùs eliciantur conceptus superiorum omnium, quæ illam speciem constituunt. Si denique id est necessarium, quia ens est maximè uniuersale, quò cætera inferiora vniuersalia communiora fuerint, eò priùs necessariò concipientur: sicque longo admodum tempore opus erit, vt species infima apprehendatur, quemadmodum colligebamus.

Hoc loco Leg. 2.

Quòd si quis eandem argumentationem cõuersis verbis in nos retorqueat, dicatque, eodẽ modo apud nos opus fore longo tẽpore, vt posito ante oculos equo, intellectuq; nequaquam impedito cõceptus entis, aut substãtiæ ab equo eliciatur; in promptu est, quod respõdeamus. Primùm, experientiam esse testem, quantum tẽporis intercedere soleat inter cõceptũ speciei, quem dicimus positis eo pacto rebus esse facillimũ, & cõceptũ alicuius remoti generis, si modo tũc primùm superiorũ generũ notitiã cõparemus, quoq; gradus pretierierint, antequã cõceptus substãtiæ nõ includens

Occurritur obiectioni.

Digitized by Google

includens materiã, atque adeo entis cõmunissimè accepti eliceretur. Deinde, non ideo à nobis dici speciem infimam esse facillimam cognitu, & omnino minùs uniuersalia faciliora, quòd putemus omnia minùs uniuersalia, ante magis uniuersalia necessariò percipienda esse, aut eorũ aliqua. Nam ne cõceptum quidem speciei infimæ dicimus necessariò præcedere conceptum superiorum generum; sed ea ratione asserimus infimam speciem esse cognitu facillimam, quia species intelligibilis, quę rebus ita constitutis, uti diximus, primò in intellectum imprimitur, est speciei infimę: per speciem autem propriam, & peculiarem speciei infimę multò faciliùs concipitur ipsa natura specifica, quàm ulla ex genericis, quę implicitè per eandem speciem representantur. Hoc tamen dato integrum adhuc est intellectui, quamcunque aliam superiorem naturam per eandem speciem concipere. Itaque & si ob hanc rationem, & alias, quæ sequuntur, credimus minùs uniuersalia esse cognitu faciliora, non tamen putamus ea omnia, aut eorum aliqua necessariò ante magis uniuersalia percipienda esse.

Notanda conclusionis expositio.

Præterea; Quæ sunt sensibus propinquiora, ea omnia sunt intellectui nostro cognitu faciliora, cùm intellectus noster nihil percipiat, nisi quod modo aliquo fuerit in sensu, quod pronunciatum quo pacto intelligendum sit, superiori capite explicatũ est: atqui minùs uniuersalia sunt sensibus propinquiora, cùm magis accedant ad indiuidua, quæ primò, & per se percipiuntur sensu; idque non solùm propinquitate cõstitutionis, sed etiam perfectionis (hinc enim fit tandem, ut Aristot. in Prædicamentis dicat, species substantiæ esse magis substantias, quàm genera) sunt igitur minùs uniuersalia cognitu faciliora. Ad hanc rationem reuocari potest quartum argumentum, quod ex Scoto elicuimus. Nam quòd hic homo sit magis sensibile quiddã, quàm hoc animal, & hoc animal, quàm hoc uiuens, & hoc, quàm cætera superiorum indiuidua, ex eo patet, quia etsi omnia hæc nihil differunt inter sese quoad differentiam indiuiduantem, quæ significatur pronomine demonstratiuo præfixo; tamen homo differt ab animali, vt magis sensibile à minùs sensibili, cùm sit cõpositior, pluresque sibi vendicet sensibiles qualitates; eodemque modo se habet animal respectu viuentis, & ita cætera deinceps: immò etiam ueniendũ est ad substantiam, quæ iam non numeratur in sensibilibus.

q. 4. Sect. 3.

Cur species substãtiæ sint magis substãtiæ, quàm genera.

Cap. de Substant.

Sect. 2.

*Diluitur obiectio, confirmatur conclusio ex Aristotele, & agitur de modo abstrahendi uniuersalia.* SECTIO V.

Obiectio.

AT obijciunt; Indiuidua magis uniuersalium uidentur ex loco remotiori, vt animaduertit Auicenna; sunt igitur magis sensibilia. Huic obiectioni occurrendum est, indiuidua, quæ agunt in aspectum nostrum, cùm à longè uidentur, non esse sola indiuidua magis uniuersalium; sed semper id, quod agit ex quouis loco, esse totum indiuiduum specificũ; quod

1. Suæ Met. cap. 5.

Dilutio.

Digitized by Google

quod tamen cùm adhuc est in loco remoto, nec potest ex eo perfectam sui similitudinem producere, producit imperfectam, & qua res imperfectè cognoscatur; atque iccirco Socratem ex remotiori cognosci tantùm ut animal; ex propinquiori, vt hominẽ; denique ex propinquo, vt hunc designatum hominẽ; non autẽ, quia non totus Socrates agat in aspectũ videntis. Simile quid accidit in actione ignis, qui ex loco remoto unum tantùm, exempli causa, gradum caloris introducit; ex minùs remoto, duos, deinde uerò plures, quousque veniat ad locum immediatum, in quo tantum inducit, quantum habet; cùm interim luce sit clarius, illum non agere ex loco remoto per unum tantùm caloris gradum, & ex minùs remoto per duos, & sic deinceps, sed ex omnibus locis per omnes gradus, quos habet. Vnus enim gradus caloris non est aptus ad producendum vnum integrum, nisi ex loco immediato, quemadmodũ nec totus calor ignis alium æqualem calorem introducit, nisi ex proximo. Ita fit, vt non concludat obiectio, indiuidua superiorum esse magis sensibilia, quia ex distantiori loco videantur.

Hæc porrò Conclusio planè est Aristotelis hoc loco, cùm ait, maximè vniuersalia esse cognitu difficillima; quam ex eo probat, quia longissimè distant à sensibus; quo nihil apertius. Eandem sententiam scribit, probationemque innuit 1. Post. cap. 2. his verbis [voco ad nos priora, & notiora, quæ sunt propinquiora sensui; simpliciter autem priora, & notiora, quæ remotiora, suntque remotissima, quæ maximè vniuersalia sunt; proxima verò, quæ singularia] Et cap. 15. lib. 2. ait facilius esse singulare, idest infimam speciem, quàm vniuersale; hoc est subalternam definire; definitione videlicet per proximum genus tradita; atque iccirco à singularibus ad vniuersalia progrediendum esse. Et cap. 18. his penè uerbis; Cùm indifferentium unum constiterit (hoc est una ex infimis speciebus) tum primum uniuersale in anima habetur. Rursus uerò in his statur, donec ad ea ueniatur, quę partibus uacant, hoc est ad uniuersalia prima, & simplicissima in hoc uel illo rerum genere, ueluti ab homine ad animal commune, quod est primum uniuersale in genere animalium; uel ad substantiam communem, quę est simpliciter primum, supremumque uniuersale in genere substantiarum. Eandem hanc esse Aristotelis sententiam planè asserunt Ammonius in Porphyrium, Philoponus, & Themistius in 1. Physicorum, & in libros Posteriorum. Quibus assentitur Auerroes xij. huius operis libro, &, quod magis mirari aliquis possit, D. Thom. ad finem 2. Post. ubi docet cum Aristotele, in concipiendis naturis communibus à singularibus ad uniuersalia, & à minùs uniuersalibus ad magis uniuersalia progrediendum.

Eandem esse Aristotelis sententiam.

tex. 5.

tex. 24.

tex. 27.

Ammon. præfat. in Porphy. Philop. & Themist. ad fin. Post. & initiũ Phys. Auer. 12. metaph. co. 4.

Vt tamen conclusio nostra meliùs intelligatur, animaduertendum est, duobus modis abstrahi posse uniuersalia à singularibus, & magis uniuersalia à minùs vniuersalibus. Vno, comparatis inter se partibus subiectis; altero, absque earum comparatione. Absque compatatione quidẽ, cùm

Duplex modus abstrahẽdi Vniuersalia.

conceptus

conceptus superioris ab vno duntaxat inferiori elicitur, vt à solo Socrate conceptus hominis, relicta eius differentia indiuiduante, peculiaribusq; accidentibus; & ex homine sic concepto, conceptus animalis, relicta vltima differentia constitutiua hominis; atque ita deinceps, quoad ueniatur ad conceptum simplicem, qui in alios resolui non possit. Comparatis autem inter se partibus subiectis, tum fit, cùm in pluribus inferioribus relinquuntur ea, in quibus differunt, & formatur conceptus eorum, in quibus conueniunt, vt si ex Socrate, & Platone relinquantur ea, quibus Socrates est hic, & Plato ille, ac formetur conceptus naturæ humanæ, in qua non differunt; aut ex homine, & equo relinquantur differentiæ, quibus inter se distinguuntur, & formetur conceptus animalis, in quo conueniunt, atque ita deinceps.

Qua ratione inter se ambo conueniãt.

Hi verò modi abstrahendi partim conueniunt inter se, partim differunt. Conueniunt quidem, quatenus in vtroque vel propter incuriam abstrahentium, vel quia proprietates immediatorum generum nonnunquam minùs perspicuæ sunt, quàm mediatorum, aliquando mediata pro immediatis abstrahũtur; quo pacto: Veteres à corpore animato, & inanimato abstrahebant corpus, siue substantiam corpoream, quæ tamen mediatum genus est corporis animati: diuiditur enim necessariò corpus in corruptibile, & incorruptibile, tum corruptibile in simplex, & mixtum, quod proximè diuiditur in animatum, & inanimatum. Eodemque modo si sola pyrus ex omnibus plantis apud nos esset, & in exquirendis eius generibus primùm incideremus in conceptum viuentis (quod facile esset non cognitis alijs stirpium generibus) crederemus forsitan viuens, seu corpus animatum esse proximum genus pyri, quemadmodum & animalis, cùm tamen arbor, & planta sint interiecta inter pyrum, & corpus animatum. Vnde fit vt sæpe species, & genera remota nominata sint, immediata verò nomine careant, quemadmodum immediatũ genus equi, & asini, vt Aristoteles ait 7. libro huius operis cap. 8. tex. 28.

Qua ratione differant.

Differunt autem duabus potissimùm rationibus. Vna, quatenus abstractio ab vna tantùm parte subiecta est prior, quàm abstractio à pluribus. Nunquam enim colligimus naturam superiorem ex comparatione inferiorum inter se, nisi cùm de qualibet natura inferiori duos saltem conceptus formauimus, quorum alter re uera latiùs, alter minùs latè pateat: hoc enim pacto possumus alterum assumere, alterum relinquere. Altera, quatenus abstractio, quæ fit ex comparatione inferiorum inter se, satis est vt intelligamus, naturam, quam abstrahimus, esse superiorem; quæ autem fit ex vno duntaxat, non est satis. Nam si ex omnibus plantis solam pyrum cognosceremus, vti diximus, notatisque eius proprietatibus, & quatenus arbor est, & quatenus planta, eandem tum vt arborem præcisè, tum etiam vt plantam conciperemus; crederemus sanè ea attributa cum pyro reciprocari. Quo pacto Veteres ij, qui nullam substantiã corporis expertè esse putauerũt, etsi forsitan formabãt purum conceptũ entis

Veterum error in substãtia abstrahen.

entis per se existentis, quod re vera genus est substantiæ corporeæ; tamen putabant ens per se subsistens, & substantiam corpoream prorsus idem esse, aut certè corporeum esse proprietatem entis per se. Vnde efficitur, vt is solùm abstrahendi modus, qui comparatione partium subiectarum completur, perfectus sit, & quem penè unum Philosophi agnoscant, ac scriptis suis commendent. Modum abstrahendi per comparationē perfectiorem esse.

Atque hæc ideo adiecta sint hoc loco, vt planiùs intelligatur, quo pacto omnibus ad cognitionem aptè dispositis, remotisq; impedimentis, minùs vniuersalia sint faciliora cognitu; & qua ratione eorum cognitio magis vniuersalium cognitionem antecedat.

## *Qua ratione vniuersaliora sint notiora nobis; & vtra sint nobis simpliciter, & absolutè notiora, magis'ne, an minùs vniuersalia?*

## SECTIO VI.

SECVNDA conclusio hæc esto; Cùm res non sunt in debita distantia, aut in potentia, medio'ue est aliquod impedimentū, notiora nobis sunt magis vniuersalia, quàm minùs vniuersalia. Hæc conclusio probatur aptè rationibus adductis pro sententia Diui Thomæ; proinde dubium non est, quin ipse eam in hoc sensu asseruerit. In eadem quoque conclusione apertè conuenit Scotus in loco superiùs citato. Postquam enim suam proposuit conclusionem, quæ fuit prima huius quæstionis, mox adiecit hæc verba [Et hoc supposito, quòd singulare sit in debita proportione præsens sensui: vnde si ponas aliquē casum, in quo sensus nō primò sentit naturam specificam (hoc est indiuiduum speciei infimæ) ibi non statim patet, si est rubeus, uel uiridis color, & per consequens intellectus per illam sensationem non statim apprehendet naturam specificam, propter indebitam proportionem singularis ad sensum] additque hanc improportionem accidere, vel propter imperfectionem virtutis potentiæ, quam excedit visibilitas naturæ obiectæ, vel propter defectum luminis in medio, aut aliquid huiusmodi, vel propter nimiam distantiam. Ex qua additione, quam dicunt Scotum ipsum adhibuisse, vt suum originale corrigeret, satis patet non solùm expositio primæ nostræ conclusionis, sed etiam assertio secundæ ex sententia Scoti.

Conclusio 2.

Sect. 3.

Consentiunt sententiæ D. Thomę, & Scoti.

Citato in eadē sectione.

Scotus suum prototypum emendat.

Prima igitur ratio D. Thomæ rectè probat, vniuersaliora esse notiora nobis, cùm propter distantiam obiecti, aut aliud impedimentum necesse est paulatim procedere à pura negatione cognitionis rei propositæ ad perfectam eius notitiam. Oportet enim priùs rem eiusmodi imperfectè apprehendere, hoc est secundum aliquam imperfectā entitatem, quàm tota eius natura percipiatur; alioqui nec argumentatio quidquam colligit, nec propositio illa, quæ initio sumitur, vera est, Semper naturam ab imperfectioribus ad perfectiora procedere. Nam etsi sol ab ortu ad me-

Primæ rationis D. Thomæ explicatio.



Digitized by Google

ridiem paulatim intendit apud nos lumen; propterea quòd paulatim appropinquat ad noſtrum meridianum; tamen ſemper æquale producit prope ſe, producit enim tam perfectum, quàm poteſt. Præterea; etſi agentia naturalia in diſponenda materia per qualitates paulatim ab imperfectis ad perfectiora pergunt, propter reſiſtentiam contrariarum; cùm primùm tamen materia diſpoſita eſt, tantum abeſt, vt ſeruent ordinem illum procedendi ab imperfectioribus ad perfectiora, vt potiùs progrediantur à perfectioribus ad imperfectiora, priùs enim natura introducunt ſubſtantiales formas, quàm accidentia, quæ illas comitantur. Eſt etiam natura comparatum in demonſtrando, vt quemadmodum propter imperfectionem intellectus noſtri per effectus oſtẽdimus cauſas, ita cùm intellectus maiores habet vires, per cauſas effecta demonſtremus. Ità igitur intellectus ſe habet in rebus percipiẽdis, vt quanquam propter diſtantiam obiecti, aut infirmitatem ſenſus, aut indiſpoſitionem medij, faciliùs percipiat colorem, quàm hanc vel illam ſpeciem coloris; tamen cùm res conuenienti diſtãtia præſens eſt, nec quidquam aliud aut deeſt, aut obeſt, nihil procliuiùs percipiat, quàm ſpeciem infimam.

Secunda. Secunda quoque ratio, quam ex D. Tho. eliciunt Thomiſtæ, adeo perſpicuè probat noſtram concluſionem, vt explicatione non egeat. Eſt enim perſpicuum non eſſe veram aſſumptionem, niſi propter diſtantiam obiecti, aut imperfectionem potentiæ, aut indiſpoſitionem medij.

Tertia. Tertia denique ratio, quæ pro D. Tho. proponi ſolet, vel accommodatè ad noſtram concluſionem intelligenda eſt, vel nihil efficit. Si enim ſenſus propoſitionis eſt; nonnunquam, quia aliquid deeſt, aut obeſt, nihil priùs, ac faciliùs percipi à potentia quàm quòd res propoſita cadat ſub eius obiectum, quemadmodum nonnunquam accidit in ſenſibus, vt ob aliquam eiuſmodi cauſam, nihil faciliùs percipiat aſpectus, quàm quòd res obiecta colorem habeat, non percepta interim certa coloris ſpecie; perſpicuè noſtram concluſionem confirmat. Si verò propoſitio ſignificat, neceſſariò quamlibet potentiam cognoſcentem priùs elicere actum cognoſcendi rem ſub communi ratione obiecti adæquati, quàm cognoſcat actu partes ſubiectas illius ſub rationibus ſpecialibus; falſa eſt. neque enim opus eſt, vt aſpectus priùs cognoſcat, rem ob oculos poſitã colorem habere, quàm habere colorem cæruleum, vt ſi cæruleus color ſit indebita diſtantia, nihilq; aliud deſit, aut obſtet ad expediè videndũ.

Concluſio 3. Tertia concluſio ſit huiuſmodi. Poſtquam acquiſiuimus ſpecies, quibus habitu cognoſcimus multa vniuerſalia eiuſdem feriei, neque quicquam obeſt; æquè facile nobis eſt quodlibet eorum actu cognoſcere, niſi quòd ea facilius concipiemus, ad quæ concipienda magis aſſueti fuerimus, ſiue illa ſuperiora ſint, ſiue inferiora. Hæc concluſio ex eo patet, quia ſpecies intelligibiles ſunt habitus quidam; omnis autem habitus confert potentiæ, cui ineſt, facilitatem ad uſum, ſiue actum, & eò maiorem, quò eſt intenſior: at ſpecies intenditur vſu, ergo & cęt.

Omnis habitus potentiam faciliorẽ reddit.

Hinc

Digitized by Google

Hinc patet quoad vsum specierum, quas iam impressas in mente habemus, notiora nobis dici posse magis vniuersalia, quàm minùs vniuersalia. Ad ea enim magis assueti sumus, quæ in pluribus rebus inuenimus, & sæpius tractamus; huiusmodi autem esse magis vniuersalia, nemo dubitauerit. Nam quòd vniuersaliora in pluribus rebus inueniantur, vel ipsum vniuersalioris nomen declarat. Quòd autem ea sæpius à nobis tractentur, ex eo patet, quia passim & docti, & indocti reddunt rationem minùs communium ex magis communibus, quòd ex consuetudine ratiocinandi tum Philosophorum, tum etiam vulgi perspicuum est. Quò enim prædicata communiora sunt, eò sæpius in illa incidimus, eorumque nomina usurpamus. Sed hoc interest inter Philosophos, & nõ philosophos, quòd Philosophi (si modò verè philosophentur) intelligunt auditis his nominibus naturas vniuersales, ut distinctas à particularibus; cæteri uerò sola particularia, quasi nomine animalis nihil aliud immediatè significetur, quàm singula animalia, & nomine hominis singuli homines. Neque enim abstrahit uulgus naturas communes à particularibus, quemadmodum neque ij Philosophi, qui Nominales appellantur, sed ea ratione distinguunt nomina uniuersaliora à minùs uniuersalibus, quòd uniuersaliora significent immediatè omnia singularia, quæ significantur nominibus omnium minùs uniuersalium, ut nomen animalis non solùm omnes homines particulares, sed etiam omnes equos, boues, & cætera animalium individua.

Ad uniuersaliora concipienda esse nos magis assuetos.

Quid Philosophi, & Philosophæ ignari concipiant auditis nominibus cõmunibus.

Alio quoque modo dici potest, vniuersaliora, postquam eorum notitiam assecuti sumus, notiora nobis esse, quàm minùs vniuersalia, nempe quoad affirmationem de rebus propositis. Cùm enim à superioribus ad inferiora non reciprocetur essendi consequentia (neque enim vt ex specie proposita colligitur genus, sic vicissim ex genere colligitur species) sæpissime fit, vt affirmemus superiora de pleriſque rebus, de quibus non continuò inferiora affirmare possumus. id quod nõ solùm ex dictis perspicuum est, sed etiam hac ratione patet. Nam cùm omnia accidentia propria inferiorum sint etiam propria superiorum, non autem vice versa, quo pacto risus, qui soli homini accidit, in solo etiam animali cernitur, sensus autem, qui soli animali conuenit, non in solo homine reperitur (sumimus enim hoc loco proprium pro eo, quod soli conuenit) hinc fit, ut ex quocunque accidente colligimus naturam inferiorem, ex eodem intrepidè colligamus superiorem, quam nouimus; non contrà, ex quo superiorem, continuò inferiorem. Ita fit, vt certiores simus de re proposita, quòd sit ens, quàm quòd substantia, aut accidens determinatè; quòd substantia, quàm quòd corpus; quòd corpus, quàm quòd interitus capax; & ita deorsum versus. Atque his duobus modis sæpe dicunt Philosophi, vniuersaliora esse nobis notiora.

Quo alio modo uniuersaliora notiora nobis sint.

Quæ accidentia propria sunt inferiorum, superiorum quoque esse propria, non contra.

Verùm hęc conclusio obiter proposita sit, cùm supponat comparatam iam à nobis esse cognitionem superiorum, nosque directò in hac quæ-



Digitized by Google

ſtione loquamur de ordine, quo primùm cognitionem rerum vniuerſalium acquirimus.

Concluſio 4. Quarta concluſio hæc eſto; Simpliciter, & abſolutè faciliora cognitu nobis ſunt minùs vniuerſalia. Hæc concluſio ex eo patet, quia vnaquęque res facilior cognitu nobis eſt cognitione confuſa, quàm diſtincta, vt ſuprà diximus; confuſa autem cognitione, ſimpliciter, & abſolutè faciliora nobis ſunt cognitu minùs vniuerſalia, cùm ea poſitis ijs omnibus, quæ ad cognitionem requiruntur, & remotis impedimentis faciliùs percipiamus, vt patet ex prima cõcluſione. Semper.n.hę particulę more Philoſophorũ intelliguntur in diſciplinis, cùm ſimpliciter, & abſolutè de re propoſita eſt ſermo. Atque hac de cauſa credendũ eſt, Ariſt. hoc loco ſimpliciter, & abſolutè dixiſſe, maximè vniuerſalia eſſe cognitu difficillima. Sectio. 2.

## *Argumenta tria contra quartam concluſionem, & reſponſio quorundam ad primum.* SECTIO VII.

Primum argumentũ contra quartam concluſionẽ. SED contra hanc concluſionem, locumque citatum tria potiſſimùm occurrunt argumenta. Primum eſt, quòd Ariſtoteles initio Phyſicorum ſimpliciter, & abſolutè dixerit, vniuerſaliora eſſe nobis notiora, idque non leuibus argumentis confirmauerit.

2 Alterum, quòd docuerit eodem loco, & alijs pleriſque, non eadem eſſe nobis nota, & ſimpliciter, ſiue natura nota, ſeu (quod inde ſequitur) non eadem eſſe notiora nobis, & natura notiora, cùm interim cõſtet minùs vniuerſalia, vt ſunt perfectiora, ita quoque eſſe natura notiora. nec enim legendum eſt in loco citato, Naturæ, vt quidam vertunt, ſed Natura. Cùm ergo ſimpliciter, & abſolutè dicendum ſit, ea, quæ ſunt minùs vniuerſalia, eſſe notiora natura; ſatis apertum relinquitur, vniuerſaliora ſimpliciter, & abſolutè eſſe nobis notiora. Vtr. poſt. c. 2. tex. 5. & 1. Eth. c. 4.

3 Tertium eſt, quòd prima, & vniuerſaliſſima principia (hoc eſt, quæ ex maximè vniuerſalibus attributis conſtant) ſint ſimpliciter, & abſolutè nobis notiſſima: iccirco enim eorum cognitio antecedit omnem demonſtrationem, vt Ariſt. docet priori libro de Poſteriori reſolutione cap. 2. qua de cauſa, vt multi eliciunt ex ijs, quæ dicuntur initio ſecundi libri huius operis, idem auctor cenſet, eſſe ea ueluti oſtia domorum, quæ ab omnibus cernuntur, & per quæ neceſſe eſt tranſeat quiſquis ad interiora penetrare velit. tex. 5. D. Thom. Auerr. Alb. Mag. Ianduns q. 2. & alij.

Non idẽ eſſe ſimpliciter notius, quod cognitu faciliùs. Adhæc omnia, ſi nihil aliud obſtaret, breuiſſimè reſponderi poſſet, aliud eſſe aſſerere, vniuerſaliora eſſe nobis ſimpliciter, & abſolutè notiora, idque probari propoſitis argumentis; aliud, cognitu faciliora, quod quarta concluſione refutatum eſt. Multa enim difficilè cognoſcimus, quæ tamen poſtquàm didicimus, notiora nobis ſunt, quàm quæ faciliùs nouimus, vt patet in cognitione cauſarum, quas longa inueſtigatione quæſiui-

Digitized by Google

quæsiuimus. Nã etsi faciliùs effecta, quàm causas nouimus; postquam tamen causarũ cognitionẽ assecuti sumus, notiores nobis sunt causæ, quàm effecta, cùm effecta per causas demõstremus. Sed obstat, quòd Aristoteles in locis citatis non solùm ait, vniuersaliora esse nobis notiora, sed etiam priùs nota: ex quibus verbis perspicuum est, illum sensisse, vniuersaliora esse nobis nõ modò notiora, sed etiã cognitu faciliora. quæ enim priùs cognoscere possumus, ea nobis faciliora cognitu iudicanda sunt.

Sunt, qui ad primum argumentum respondeant, Aristotelem initio Physicorum agere de vniuersalibus in prædicando, hoc autem loco de vniuersalibus in causando, atque vtrunque verum esse, & quòd vniuersaliora prædicata sint nobis notiora, & quòd causæ maximè vniuersales sint nobis cognitu difficillimæ. Verùm hæc responsio, quæ conclusionẽ propositã labefactaret, si vitio careret, ex ijs, quæ dicta sunt, facilè refutari potest. Primùm, quia nomine vniuersalium simpliciter, & absolutè intelliguntur vniuersalia in prædicando, non in causando, vt initio quæstionis diximus. Deinde, quia id ipsum, quod hic ait Aristoteles, ex ijs, quæ alijs plerisque locis asserit, planè concluditur de vniuersalibus in prædicando, vt patet ex ijs, quæ ad primæ conclusionis confirmationem adducta sunt.

Responsio quorundam.

Refutatio.

Quidam recentiores.

Non desunt, qui velint Aristotelem vtroque loco intelligendum esse de Vniuersalibus in prædicando, quatenus sunt tota vniuersalia; atque initio Physicorum docuisse, Vniuersaliora, vt tota vniuersalia sunt, esse notiora nobis cognitione confusa; hoc autem loco, esse minùs nota nobis cognitione distincta; quorum vtrunq; verissimum est. Faciliùs enim nouimus animal, vt cõfusè cõplectitur omnes species animalium, quàm vt distinctè, atque ita res habet in cæteris. Sed horum sententia nullo negotio refellitur. Nam, vt priorem locum mittamus, illud luce clarius est, Aristotelem in hoc capite non agere de distincta cognitione vniuersalium, quatenus tota vniuersalia sunt, cùm disertis verbis neget, Sapientis esse scire omnia singulatim, siue speciatim, quod tamen necesse foret, si ad eum pertineret distincta cognitio maximè vniuersalium, quatenus tota vniuersalia sunt. Accedit, quòd maximè vniuersalium cognitio, non ideo dicitur hoc loco difficillima, quia difficillimum sit partes omnes subiectas eorum percurrere (tametsi verissimum id sit) sed quia sunt à sensibus remotissima; quod haud dubiè de ipsa natura maximè vniuersalium in se spectata intelligitur, non vt est in suis partibus subiectis: neque enim ea hoc pacto est à sensibus remotissima. Necesse ariò igitur intelligendus est locus de naturis rerum vniuersalium in se spectatis, seu vt sunt tota quædam essentialia, quo pacto in hac quæstione de vniuersalium cognitione disserendum diximus.

Sect. 4.

Aliorum responsio.

Refutatio.

D. Thomas hoc loco alia distinctione vtitur. Ait enim uniuersaliora, quoad simplicem quidem apprehensionem, esse notiora nobis, idque doceri initio Physicorum: at verò quoad causarũ, & proprietatum inuestigationem

Digitized by Google

Cur non placeat distinctio.

stigationem esse cognitu difficiliora, quod ait significari hoc loco. Sed neque ista videntur bene cohærere. Nam si magis vniuersalia sunt faciliora cognitu, quoad eam simplicem apprehensionem, qua eorum natura concipitur; ergo & quoad causarum, & proprietatum inuestigationem. Nam cuius natura faciliùs concipitur, eius quoque causę, & proprietates faciliùs inuestigantur. Si uerò causæ, & proprietates magis uniuersalium difficiliùs cognoscuntur; ergo & naturæ; præsertim cùm cognitio naturæ cuiusque rei ex proprietatibus colligi soleat. Quòd si quis

Occurritur interpretationi sententiæ D. Thomæ.

respondeat, D. Thomam nomine simplicis apprehensionis non intellexisse apprehensionem naturæ rei, sed rudem quendam eius conceptum, quem uel idiotæ habent (quis enim est, qui non utcumque concipiat maximè uniuersalia, cùm de ijs sermo incidit?) faciet ille quidem, ut magis uniuersalia quoad simplicem apprehensionem notiora nobis esse concedamus, quàm quoad ipsam ueram, & intimam naturæ notionem: sed tamen non efficiet, ut admittamus esse illa eo pacto cognitu faciliora, quàm minus uniuersalia. Nam cùm facilius sit pauciora, quàm plura intelligere; Vulgus autem ut intelligat significationem nominum magis uniuersalium, plura necessariò intelligere debeat, quàm ut teneat significationem minùs uniuersalium; planè concluditur, simplici etiam ipsa, siue rudi nominum significatione spectata, faciliora nobis cognitu esse minùs uniuersalia, quàm magis uniuersalia.

Aliorum responsio.

Alij denique uolunt, Aristotelem intelligendum esse initio Physicorũ de uniuersalioribus, quatenus de suis particularibus dicuntur, quo pacto illa notiora nobis esse dicunt, quàm minùs uniuersalia, cùm in pluribus reperiantur; hoc autem loco de uniuersalioribus, quatenus abstracta sunt, & præcisa à suis particularibus, qua ratione fatentur nemini dubium esse, quin difficiliora sint cognitu, cùm à pluribus abstrahantur:

Plerique recentiores.

Refutatio.

Verùm nec responsio hæc satisfacit. Primùm, quia Physicus, & Metaphysicus agunt de rebus absolutè sumptis, non quatenus de particularibus dicuntur, siue in eis insunt, aut quatenus ab illis abstrahuntur; nisi forsitan secundaria consideratione, quo pacto non est credendum loqui Aristotelem de cognitione vniuersaliũ in ijs locis. Deinde, quia si apud eos idem est, naturas communes cõsiderari, ut dicuntur de suis particularibus, atque absolutè spectari, prętereà quòd locutio impropria est, eandem considerationẽ utroque loco intelligere debuerant; quæ tamen falsa erit, si priori loco accommodetur. Neque enim absoluta consideratio magis uniuersalium facilior est, quemadmodum nec prior, ut patet ex prima cõclusione, adiuncta quarta. Postremò, quia nunquam naturę communes absolutè considerantur, nisi cùm abstrahuntur à particularibus. nam si animal exempli causa consideretur ut hoc animal, aut ut rationale animal, alia'ue adiuncta differentia; iam non absolutè considerabitur, sed contractè; eodemque modo res habet in cæteris. Quare si magis uniuersalia difficiliùs abstrahuntur, ut ipsi etiam fatentur, difficiliùs quoque

Digitized by Google

quoque absoluta consideratione cognoscentur. Quo fit, ut non solùm Aristoteli, sed sibi etiam eiusmodi explicatione repugnent.

## *Solutio argumentorum, quæ contra quartam conclusionem proposita sunt.* SECT. VIII.

DVOBVS igitur modis ex ijs, quæ dicta sunt, intelligi potest, qua ratione Arist. initio Physicorum dixerit, uniuersaliora esse nobis cognitu faciliora, salua, ac inconcussa conclusione nostra, seu potiùs Aristotelica: uno, quoad usum specierum, quas iam comparauimus iuxta præscriptum tertiæ conclusionis: altero, iuxta ordinem doctrinæ auscultatoriæ, de qua eo loco sermo est. Quod ut intelligas aduerte, duplicem esse ordinem in disciplinis; unum inuentionis, quem artium inuctores sequuntur, incipientes ab ijs, quæ sunt sensibus propinquiora, & magis familiaria; altero auscultationis, siue accuratæ doctrinæ, quæ cùm tradatur à præceptore, ut ab eo, qui iam omnia, quę docet, perfectè assecutus est, sem per procedit ab ijs, à quibus cętera pendent, ut ex principijs, & causis demonstret effecta. Ita fit, ut ordine inuentionis procedatur à compositis ad simplicia, & à minùs vniuersalibus ad magis vniuersalia, qui modi procedendi dicuntur resolutionis, & collectionis; contrà verò ordine auscultationis, perfectęque doctrinę à simplicibus ad composita, & à magis vniuersalibus ad minùs vniuersalia, quos procedendi modos vocant compositionis, & diuisionis, accepto proprijssimè diuisionis nomine, quo pacto sola diuisio totius vniuersalis, diuisio appellatur: de qua re, Cap. 39. fusiùs egimus septimo libro Dialecticarum Institutionum. Aristoteles igitur cùm initio librorum de Physica auscultatione tradat ordinem procedendi auscultatorium, accuratæque doctrinæ, sapienter docet progrediendum esse à principijs ad ea, quę ex principijs pendent, & à magis vniuersalibus ad minùs vniuersalia, tanquam ab ijs, quæ iuxta eum procedendi modum sunt priùs nota nobis. Verùm quia totus ordo auscultatorię doctrinę posterior est ordine inuentionis (inde enim incipit accurata præceptoris doctrina, vbi eius inuentio desijt) firma adhuc stat nostra conclusio, qua asseruimus, minùs vniuersalia simpliciter, & absolutè esse nobis notiora, siue priùs nota. intelligenda est enim iuxta ordinem inuentionis, vt patet ex ijs, quæ in tota quæstione dicta sunt: difficultas autem, & facilitas cognitionis penes inuentionem simpliciter, & absolutè spectanda est, cùm inuętio auscultationem origine pręcedat. Itaque Aristoteles initio Physicorum, quia de peculiari modo procedendi auscultatorię doctrinę loquebatur, non simpliciter, sed secundum materiam subiectam, ut dici solet, intelligendus est: hoc autem loco, cùm de certo procedendi modo non agat, simpliciter, & absolutè intelligi debet. Atque hunc sensum forsitan innuit D. Thomas, cùm dixit minùs vniuer-

Duplex in nostro sensu expositio Aristotelis.

Duplex ordo in disciplinis.

De quo ordine intelligenda sit proposita conclusio.

Exponitur D. Thomæ sententia.

Digitized by Google

vniuersalia esse notiora nobis quoad proprietatum, & causarum inuestigationem, quę haud dubiè ad inuentionem essentię rei pertinet; minùs autem nota quoad simplicem apprehensionem; si nomine simplicis apprehensionis intellexit puram, & distinctam essentię cognitionem; vt simplicitas non excludat complexionem conceptus, sed adiunctionem cuiusuis accidentarij attributi.

Occurritur obiectioni.

Si quis autem obijciat, cùm ordo ascultatorius seruatur, oportere procedere à superioribus distinctè cognitis ad inferiora distinctè cognoscenda, alioqui nõ esset is ordo accuratæ disciplinæ; Aristotelem autem planè docere in loco citato, procedendũ esse à magis uniuersalibus confusè cognitis, vt patet ex similitudine totius tum sensibilis, tum definibilis, & ex modo cognoscendi puerorũ, quibus argumẽtis eam conclusionẽ confirmat; ergo non propterea illum dixisse, progrediendum esse à magis uniuersalibus, quia sint notiora ordine auscultationis: occurrendum

Exponitur locus Aristotelis ex proœmio Physicorum.

est, utrunque verum esse, & ab Aristotele assertum. Nam quòd procedendum sit eo doctrinæ ordine ab uniuersalioribus distinctè cognitis ad minùs vniuersalia distinctè intelligenda; & uerum est sumptis uniuersalioribus, ut sunt tota essentialia; & ab Arist. proximè traditum erat, cùm dixit, à principijs ad ea, quæ ex principijs pendent, procedendum esse: tunc enim vniuersaliora distinctè cognoscuntur, cùm eorum intrinseca principia, si illa habent, percipiuntur, ut patet exijs, quæ suprà diximus. Quod item procedendum sit ab uniuersalioribus confusè cognitis ad eadem distinctè cognoscenda, & uerum est sumptis uniuersalibus, vt sunt tota quædam uniuersalia; & ab Aristot. perspicuè dicitur, & confirmatur, ut obiectio concludit. Qua in re ingeniosè docuit Arist. ad duplicem cognitionem distinctam procedere eum, qui ab uniuersalioribus ad minùs uniuersalia descendit; ad distinctam inferiorum, quatenus sunt tota essentialia; & ad distinctam ipsorum superiorũ, quatenus sunt tota uniuersalia; simulque sapienter explicauit, quot modis à notioribus nobis procedamus, cùm auscultatorium, accuratumq; ordinem sequimur.

Sect. 1.

Qui ab vniuersalioribus progreditur, duplicem cognitionem distinctam asse qui.

Dupliciter aliquid dici notius, & prius natura.

Ad secundum argumentum ut respondeamus, animaduertendum est, duobus modis aliquid dici natura notius, quemadmodum & prius natura. Vno, generationis ordine; altero, perfectionis, siue intentionis. Priora, & notiora natura ordine generationis ea sunt, quæ ab alijs supponuntur, & à quibus alia pendent, quo pacto initia, & partes priores, & notiores sunt toto (hac enim ratione dici solet, Naturã progredi ab imperfectioribus ad perfectiora) & causæ item suis effectis. Priora, & notiora naturà ordine perfectionis, siue intentionis sunt ea, quæ magis intenduntur à natura; quo pacto perfectiora sunt priora, & notiora minùs perfectis, & fines ijs, quæ suapte natura diriguntur in finem. Qua ratione effecta dici possunt priora, & notiora non solum suis causis materialibus, & formalibus, ut totum uiuens anima, & corpore; sed etiam efficien-

Digitized by Google

efficientibus instrumentarijs, quo pacto scriptura est prior, ac notior stylo, quo scribitur, & species intelligibilis sensibili, à qua vt instrumento gignitur, vt est multorum grauium Auctorum sententia. Atque hoc pacto intelleximus id, quod citato Institutionum Dialecticarum loco diximus, eum, qui ab effectis ad causas progreditur, ordinem perfectionis, siue intentionis sequi.

Hinc patet solutio argumenti. Nam cùm Arist. docet, non eadem esse nobis, & natura notiora (quod ordine accuratæ disciplinæ intelligendum diximus) non est id exponendum de notioribus natura ordine generationis, siquidem vniuersaliora, vt sunt hoc pacto natura priora, ita etiam sunt natura notiora; sed ordine perfectionis, & intentionis. Etenim minùs vniuersalia quemadmodum perfectiora sunt, vt quæ vniuersaliora continent, & aliquid amplius perfectionis; ita sunt magis intenta à natura. Locus Aristotelis eiusdem proœmij explicatus.

Verùm pro explicatione citati loci aduerte, si absolutè loquendũ est, non esse verum vniuersè id, quod Arist. ait, non eadem esse nobis, & natura notiora, etiam modo exposito. Plerçque enim causæ sunt notiores natura ordine perfectionis, quàm effecta, vt qualitates sensibiles, quàm species, quas in sensus nostros imprimunt; & tamen eædem sunt nobis notiores accuratæ doctrinæ ordine, vt perspicuum est. Quod etsi multos malè vexat, atque eò adducit, vt credant Arist. non vti hoc loco vniuersali propositione, sed particulari; dicendum est tamen propositionẽ esse vniuersalem, alioqui non esset ad rem: cæterum non esse vniuersalẽ absolutè, sed tantùm in materia subiecta, hoc est in magis, & minùs vniuersalibus, de quorum comparatione ibi agitur. Fusior eiusdẽ loci expositio.

Ad tertium dicendum est, prima, & maximè vniuersalia illa principia, Quodlibet est, aut non est; Impossibile est idem simul esse, & non esse; nõ ideo dici omnium notissima, quia ordine inuentionis, de quo nobis sermo est, sint cognitu faciliora ijs omnibus, quæ sub illis directò continentur, quale est hoc, Socrates aut ambulat, aut non ambulat, Impossibile est Socratem ambulare, & nõ ambulare, cùm illa ex his, & alijs similibus procedente ætate à nobis colligantur: sed dici omnium notissima, quia continent notissimã veritatẽ, & in quam amplectendam magis inclinat intellectus, quàm in veritatẽ aliorũ omniũ, quę sub eis non continentur, qualia sunt, Totum esse maius sua parte, Ex nihilo nihil gigni, & similia. Vnde fit, vt nihil absurdius nos colligere posse putemus cõtra eos, qui veri quicquam negant, quàm si ex eorũ negatione ostẽdamus effici aliquid, quod primis illis duobus principijs repugnet. Quod autem Arist. docet, eorum cognitionem antecedere omnem demonstrationem, non ita intelligendum est, quasi illa, quatenus communissimis illis verbis concipiuntur, nota esse debeant ante omnẽ demonstrationem; sed quia priùs cognita esse debent, quatenus constant verbis ijs, quæ ad propositam demonstrationem conficiendam assumuntur: vt si demonstrandum sit, ho- Cur maximè uniuersalia principia dicantur omnium notissima. Quomodo eorum cognitio omnem demonstrationẽ antecedat.



Digitized by Google

minem esse disciplinæ capacem, ex eo, quia sit animal rationale, necesse est antè nosse hominem aut esse animal rationale, aut non esse; item, non posse simul esse animal rationale, & non esse; eodemque modo res habet in propositione, & conclusione; alioqui, neque quid sumatur ad demonstrandum, neque quid demonstrandum sit, certò intelligetur. Atque hac de causa ait Arist. 1. Poster. cap. 8. principiũ illud, Necesse esse vt quidlibet aut sit, aut non sit, seu vt ipse accommodatè ad Logicam scribit, In quacunque re affirmationem aut negationem veram esse, non assumi in demonstratione ducente ad incommodum sub his generalibus verbis, sed quatenus ad id genus, in quo demonstratio facienda est, traducitur. Eademque ratione dici solet, prima hæc principia ingredi omnem demonstrationem, aut formaliter, aut virtute, hoc est, aut per se ipsa, aut per ea, quæ illis sunt directò, & essentialiter suppositа. Quanquá hoc ea etiam ratione dictum esse intelligi potest, quia veritas cæterorum omnium pronunciatorum veritati horum, tanquam omnium suapte natura notissimę innititur & in eam resoluitur demonstratione ducente ad impossibile: ex quo tamen non colligitur, esse ea priùs nota nobis inuentionis ordine, sed tantũ accuratæ disciplinæ. Videntur tamen hæc duo principia priùs inueniri per ea, quæ sub illis directò continentur, quàm reliqua omnia principia; eo quòd intellectus, quemadmodum diximus, propensior est vt illis assentiatur, quàm cæterorum vlli. tex. 26.

Quomodo ingrediantur omnem demonstrationem.

## AN SINGVLARIA FACILIVS A NOBIS, quàm vniuersalia intelligantur.

## QVÆST. III.

*Quòd singularia sensibilia non solùm non videantur faciliùs intelligi à nobis, sed ne intelligi quidem.* SECT. I.

DISPVTATIONEM hanc non solùm propter rerũ affinitatẽ, sed etiã vt ea, quæ superiori quæstione dicta sunt, planiora fiant, adiungendam putauimus. In qua illud primùm occurrit, singularia sensibilia (hęc enim sunt de quibus præcipuè dubitant Philosophi) non solùm non faciliùs intelligi à nobis, sed ne intelligi quidem.

1 Primùm, quia quo pacto Aristoteles 1. Physicorum c. 5. & quinto huius operis c. 11. ait vniuersalia esse notiora ratione, eodẽ asserit singularia esse notiora sensu; non ideo autẽ docet vniuersalia esse notiora ratione, quasi credat ea sensu etiã cognosci (est enim id planè falsum, & contra eius sententiã) igitur non ea ratione ait singularia esse notiora sensu, quasi existimet, illa intellectu etiam cognosci. 1. Phys. tex. 49. & 5. Met. tex. 16.

Deinde,

Digitized by Google

Deinde, quia priori loco cùm reddit rationem eorum; quæ dixerat, 2
ita scribit [Ratio enim ipsius vniuersalis est; sensus autem, singularis.]
quasi dicat; Obiectum enim rationis, siue intellectus, vniuersale est;
sensus autem, singulare. Vnde iam licet hunc in modum argumentari;
Vt vniuersale est obiectum intellectus, ita singulare est obiectum sensus;
at sensus non percipit uniuersale; ergo nec intellectus singulare: vel sic;
Vt se habet intellectus ad uniuersalia, ita sensus ad singularia; ergo à
commutata proportione, quo pacto se habet ad vniuersalia sensus, eodē
se habet ad singularia intellectus; atqui sensus non percipit vniuersalia;
ergo nec intellectus singularia.

Tertiò, quia inter potentiam, & obiectum debet esse proportio: hac 3
enim de causa non quæuis potentia quoduis obiectum attingit: cùm
igitur intellectus sit omnino immaterialis, vt qui nullam materiam siue
sensibilem, siue intelligibilem includit; singularia autem sensibilia sint
omnino materialia, vt perspicuum est; efficitur, vt ea ab intellectu non
percipiantur. Alia ratio est de vniuersalibus, quæ ea ex parte numerari
possunt inter immaterialia, quòd loco, & tempori subiecta non sint.

Quartò, quia id nequaquam intellectu percipitur, quod est in causa, 4
vt vniuersalia ipsa non intelligantur, iuxta illud commune proloquium,
Illud est magis tale, propter quod vnumquodque tale est: at singularia
sensibilia sunt in causa, vt vniuersalia, quandiu ab eis abstracta non sunt,
non intelligantur (sunt enim eo pacto vniuersalia intelligibilia potestate
tex. 16. tantùm, non actu, vt Arist. ait tertio de Anima cap. 4.) non percipiuntur
ergo singularia intellectu. Nec occurras, ea tū percipi posse, cùm abstra-
hentur à materia singulari, quemadmodum de vniuersalibus dicitur.
Est enim luce clarius, singularia sensibilia à singulari materia nulla ratio-
ne abstrahi posse.

Quintò, quia si singularia sensibilia intelligerentur à nobis, non esset 5
cur sensibus indigeremus, quemadmodum illis non indigent substantiæ
separatæ: cùm igitur sensus natura nobis tributi sint; non videtur du-
bitandū ea ratione esse datos, vt perciperemus singularia sensibilia, quæ
alioqui non cognoscceremus.

Sextò, quia si intelligeremus singularia sensibilia, non nobis esset opus 6
intellectu agente, quippe cùm ea ratione solà dicant Philosophi intelle-
ctum agentem esse necessarium, vt abstrahat species rerum vniuersalium
à phantasmatibus. Nam si à nobis singularia sensibilia intelligi possent,
quid iam opus esset agente intellectu ad huiusmodi species à phantas-
matibus abstrahendas? Ipse enim intellectus possibilis, cuius solius est
intelligendi munus, abstrahere posset species uniuersalium ab speciebus
singularium, quas in se haberet. At Aristotelem ea de causa, quam di-
tex. 18. ximus, induxisse intellectum agentem ex tertio de anima cap. 5. perspi-
cuum est, ubi ea ratione censet illum esse necessarium, ut naturas rerum,
quæ in singularibus sunt potentia intelligibiles, faciat actu intelligibiles,



Digitized by Google

ideſt, earum ſpecies, per quas intelligi poſſint, in intellectum poſſibilem imprimat.

Septimò, quia non alia ratione colligit Ariſt. eodem libro, opus eſſe uno quodam ſenſu communi, qui obiecta omnia externorum ſenſuum percipiat, niſi quia illa ſunt ſenſibilia (ut ipſe planè ait) nec omnia ab vllo ex quinque ſenſibus externis percipi poſſunt. Quòd ſi intellectus noſter ſenſibilia percipere poſſet, nihil profectò ea ratio concluderet. Ita videtur perſpicuum, non intelligi à nobis ſingularia ſenſibilia, niſi fortè per accidens, hoc eſt, quatenus in vniuerſalibus quodammodo continentur; quo etiam pacto, & forſitan uerius, uniuerſalia dici poſſent percipi ſenſibus, quòd actu, ac propriè contineantur in ſingularibus; ut hac ratione ſit intelligendum id, quod primo loco citatum eſt ex Ariſtotele, Vniuerſalia eſſe notiora intellectu; ſingularia autem, ſenſu. 3. de Anima cap. 2. uel 2. lib. tex. 145.

*Singularia non per accidens ſolùm, & ut in uniuerſalibus continentur, ſed per ſe etiam percipi à nobis ipſa potentia intellectiua.*

## SECTIO SECVNDA.

Totius quæſtionis ſumma.

IT igitur id, quod præcipuè quæritur, totaque materia hæc intelligatur, quatuor à nobis explicanda ſunt. Primùm, ſingularia uerè, ac per ſe à nobis intelligi. Deinde, id fieri per proprios eorum conceptus. Tertio loco, nõ dari in intellectu proprias eorum ſpecies intelligibiles. Poſtremo, id nõ obſtare quo minùs ſingularia faciliùs à nobis percipiantur per intellectum, quàm vniuerſalia.

Quòd igitur ſingularia verè, ac per ſe à nobis intelligantur, nec ea ratione duntaxat, qua in vniuerſalibus continentur, his rationibus oſtenditur. Primùm, quia ſingularia ipſa, ſiue ſenſibilia ſint, ſiue intelligibilia, apta ſunt vt per ſe intelligantur, alioqui non intelligerentur per ſe à Deo Optimo Maximo, cæterisque ſubſtantijs ſeparatis. In nobis autem, etſi aliquid impedit, quominùs eorum aliqua poſſimus quidditatiuè cognoſcere, vt patebit libro ſequenti, nihil tamen impedit, quominùs omnia intelligamus eſſe. Omnia enim per diſcurſum cognoſci poſſunt, ſaltem ex effectis, cùm hoc pacto Deum quoque ipſum, qui maximè ſingularis eſt, intelligamus.

Oſtenditur concluſio ex ipſa ſingularium natura.

Secundò, quia intellectus noſter fertur per ſe in ens; quare in omne, quod ſub ente continetur. Nec reſpondeas, conſequentiam hanc eſſe vitioſam, quòd ſæpenumero perfectio rei obiectæ ſit in cauſa, vt quanquam illa cõtineatur ſub obiecto, nõ percipiatur tamen à potentia; quo pacto lux ſolis non poteſt à nobis directò cerni. Reſponſio enim non habet in hac re locum, cùm non loquamur de perfecta cognitione ſingularium, quam negamus de quibuſdam in hac uita haberi poſſe; ſed de

Ex obiecto intellectus noſtri.

Digitized by Google

de cognitione an est, quam non impedit maior perfectio rei. Accedit, quòd rationes, ob quas singularia quædam videri possunt non percipi à nobis, nisi per accidens, & in suis vniuersalibus, non desumuntur ex eorum perfectione, sed potiùs ex imperfectione, siue ut ita dicam maiori materialitate, vt patet ex ijs, quæ paulò antè dicta sunt.

Sectione 1.

Tertiò, quia si intellectus noster non intelligeret singularia per se, nõ illis imponeret propria, & distincta nomina; hoc enim non pertinet ad sensum sed ad intellectum.

Ex impositione nominũ.

Quartò, quia vniuersalia, vt vniuersalia sunt, non intelliguntur à nobis, nisi per abstractionem à singularibus: quo autem pacto potest intellectus abstrahere vnum ab altero, nisi id cognoscat, à quo alterum abstrahit, & quasi separat, nec tantùm id intelligat, quatenus est idem cum illo, sed quatenus distinctum, & propria ratione circunscriptum? Atq; hoc argumentum euidentius est in speciebus infimis, quàm in generibus; tametsi eandem vim habet in vtrisque, cùm genera mediatè abstrahantur ab indiuiduis.

Ex vniuersalium abstractione.

Quintò ex secunda operatione intellectus, quę apud Arist. dicitur cõpositio, & diuisio, siue affirmatio, & negatio unius de altero. Affirmamus enim passim, & negamus pleraque de rebus singularibus, nec id temerè facimus; nemo autẽ sine temeritate affirmat vnum de altero, nisi vtrunque cognoscat: quanquam ne temere quidem alterum de altero affirmare, aut negare possumus, nisi ambo cognoscamus, quatenus inter se distincta sunt; alioqui non crederemus nos affirmare, aut negare alterũ de altero, sed idem de eodem, quod est contra hypothesim.

Ex secunda intellectus operatione.

Sextò, ex quibusdam argumentationum generibus, quæ ad tertiam intellectus operationem pertinent, veluti ex ijs inductionibus, & syllogismis expositorijs, quæ ex singularibus colligunt vniuersalia. Nam cùm vnaquæque argumentatio sit vnus quidam discursus, ac motus; necessariò efficitur, ut discurrens, siue quod mouetur, sit vnum quiddam, non duo: sensus autem non potest ex singularibus ad vniuersalia discurrere, cùm vniuersalia cognoscere non possit; ergo id facit intellectus, ac proinde intelligit singularia.

Ex inductione, & syllogismo expositorio.

Hac ratione utuntur Themist. Philop. Auer. Alber. D. Thom. & omnes penè inexplicatione tex. 9. lib. 3. de Anima.

Septimò, ex ipsa iudicandi ratione, quæ secundam, & tertiam operationem intellectus complectitur. Cùm enim intellectus aliquid affirmat, aut negat, nihil aliud, quàm iudicium fert de connexione prædicati cum subiecto. Eodemque modo cùm specie quauis, siue consequentiæ, siue argumentationis vtitur, nihil aliud iudicat, quàm de connexione consequentis cum antecedente. Cùm igitur iudex ea cognoscere debeat necessariò, de quibus fert iudicium; sæpe autem intellectus affirmet aliquid, aut neget de singularibus, & ex singularibus aliquid concludat; necessariò efficitur, vt intellectus intelligat singularia. Atque hac ratione vtitur Arist. 3. lib. de Anima cap. 2. vt probet dandum esse necessariò sensum cõmunem, vt de differentia sensibilium ad diuersos sensus pertinentium

Ex iudicandi ratione.

Vel lib. 2. tex. 145. & 146.

Digitized by Google

tinentium iudicet, quòd nullus ex quinque particularibus id facere possit.

Quorundam responsio.

Quòd si quis occurrat: Vt intellectus ferat iudicium de connexione prædicati cum subiecto singulari, & consequentis cum antecedente ex vna, aut pluribus singularibus propositionibus constituto, satis esse, si & subiectum singulare, & singularem propositionem confusè cognoscat; is

Refutatio.

primùm contradicentia admittet, videlicet propositionem externam singularem non esse singularem. Nam si intellectus non concipit rem singularem determinatè, iam mentalis propositio singularis non est. Quare cùm ea, quæ sunt in voce, & scripto signa sint eorum, quæ sunt in mente, non erit etiam singularis externa propositio. Potiùs igitur dicendum est, quemadmodum externa propositio singularis subiecto singulari constat, ita ab intellectu rem singularem percipi. Deinde concedet, posse consequens distinctè percipi, cuius antecedens confusè intelligatur, quod est absurdissimum.

Aliorum responsio.

Sunt, qui hoc pacto existiment, se vim propositæ rationis effugere. Dicunt, non intellectum, sed hominem ipsum esse eum, qui iudicat de huiusmodi connexionibus, & omnino de conuenientia, & discrimine singularium, & vniuersalium; & rectè quidem hactenus. Deinde addunt, optimè, illum id posse facere per duas potentias, quòd per cogitatiuam cognoscat singularia, per intellectum vniuersalia. Sed quo pacto eorum responsio eludenda sit, ipse Arist. docet loco citato [Fieri, inquit, non

In his videtur esse Capre. 1. sentēt. d. 35. q. 2. concluſ. 4. Planè autē id asseruit Ant. Mirand. lib. 32. de singul. certam. Sectio 7.

Refutatio.

potest, vt separatis discernatur, dulce diuersum esse ab albo; sed vni cuipiam ambo nota esse oportet: illo enim modo perspicuum esset, illa inter se differre, etiam si alterum ego, alterum tu sentires.] Præterea, aliud est, quòd per cogitatiuam cognoscantur singularia, & per intellectum vniuersalia, aliud, quòd homo per alteram huiusmodi potentiarum de eorum discrimine, & conuenientia iudicet. Quæro enim per vtram earum potentiarum fiat eiusmodi iudicium. neque enim iudicium de duobus est duplex actus, sed unus, neque item potentia iudicare potest de ijs, quæ non nouit. Aut igitur huiusmodi iudicium pertinebit ad cogitatiuam, aut ad intellectum. Si ad cogitatiuam; igitur sensitiua potentia, qualis est cogitatiua, percipit vniuersalia, quod omnes negant: si ad intellectum, iam intellectus per se percipit singularia, quod volumus. Ita patet, nihil esse ad rem dicere hominē ipsum esse eum, qui iudicat, cùm nulla potentia, siue facultas dari possit, per quam huiusmodi iudicium ferat, si intellectus singularia non percipit, non solùm confusè, & per accidens, sed etiam quatenus ab vniuersalibus distinguuntur.

Iudicium ab una tantùm potentia posse fieri.

Ex artium & virtutum actibus.

Eadem conclusio probari potest ex actibus artium, & virtutum siue pertinentium ad intellectum, siue ad appetitum. Artes enim, quæ propriè hoc nomine cēsentur, in singularibus quoad actionem versantur, cū in externam materiam transeant. Quo autem pacto artifex accommodare possit regulas vniuersales ad singularia, nisi singularia ipsa intelligat?

Artes ppriè dictæ.

Digitized by Google

gat? Prudentia quoque cùm sit de ijs, quæ sub consultationem cadunt, singularium intelligentiam necessariò continet. Sed & iustitia, & cæteræ virtutes, quæ ad appetitum pertinent, ad singularia terminantur: neque enim appetimus completè nisi singularia, vt quæ sola consequi possumus: versari autem non possunt virtutes in singularibus, nisi præeunte intellectu, siue ratione, quę est omnium humanarum virtutum dux, & quasi parens.

Cur sola singularia completè appetantur.

Præterea, nullus sensus reflectitur in se, nempe vt suum actum cognoscat, quæ est communis omnium Philosophorum sententia: igitur actus cogitatiuę nostrę non potest ab vllo sensu cognosci; at cognoscitur (sæpe enim aduertimus nos cogitare) & est singulare quiddam: cognoscit igitur intellectus singularia.

Ex reflexione potentiæ ad actum.

Item, Quidquid potest potentia inferior, potest & superior, & aliquid vltrà, quemadmodum sensus communis non solùm percipit obiectum visus, sed etiam aliorum particularium sensuum: sensus autem omnes versantur circa singularia, & sunt inferiores intellectu, eique subiecti, & subordinati: cognoscit igitur intellectus singularia.

Ex ordine ipsarum potentiarũ inter se.

Quòd si quis obijciat, non admodum firmam esse huiusmodi rationem, quia non necesse est, vt potentia superior percipiat ea, quę ab inferiori percipiuntur eodē modo, quo cognoscuntur ab inferiori; id, quod prima quæstione huius Capitis admisimus: proinde non rectè sequi, Intellectus cognoscit ea, quæ sensibus percipiuntur, ergo per se, & in particulari, quemadmodum percipiuntur à sensibus: occurrendum est, satis nobis esse ad propositum concludendum, si id, quod cognoscitur ab inferiori, possit cognosci à superiori, licet modus alioqui sit diuersus. Nam si sensus cognoscit discrimen Socratis à Platone, vel huius albedinis ab illa, necesse erit per rationem propositam, vt idem discrimen ab intellectu cognoscatur, quo autē pacto intellectus cognoscat discrimen huius rei ab illa, nisi vtranque per se & in particulari apprehendat? Alioqui si vt cognoscam discrimen huius rei ab illa, satis est si cognoscā discrimen in commune, hoc est quatenus discrimen est tantùm; is sanè dici poterit cognoscere discrimen rerum omnium, quæ sunt apud Indos, qui quid sit discrimen percipit, quod ridiculum planè est.

Obiectio.

Diluitur.

Ad hęc, vt sensibilia percipiuntur à sensu; ita phantasmata ab intellectu, quod Arist. docet 3. de Anima cap. 7. Phantasmata autem sunt singularia & in repræsentando, & in essendo; percipit igitur singularia intellectus.

Ex proportione sensus & intellectus.

tex. 30.

Philop. 3. de Anima in tex. 9.

Postremò, Intellectus sæpe sensum corrigit, velati in iudicio de magnitudine solis, quem oculi iudicant esse paruę admodum quantitatis: ponit item discrimen inter obiecta sensuum, & sensus ipsos: hęc autem facere non posset, nisi cognosceret obiecta sensuum, quæ sunt singularia: cognoscit igitur singularia.

Ex correctione sensus ab intellectu.

Atque hęc ratio, & omnes penè superiores ostendunt, intellectū ipsa etiam

etiam sensibilia singularia percipere, quod superiùs fieri non posse videbatur. Potest igitur intellectus percipere omnia singularia, non modò quatenus in vniuersalibus continentur, sed per se etiam, siue quatenus & inter se, & à suis vniuersalibus distinguuntur. Sectione 1.

*Refellitur quorundam sententia de conceptibus singularium.*

## SECTIO TERTIA.

Sententia Caietani, & Capreoli.

CAIETANVS tamen in primam partem Diui Thomæ, ad quæstionem octogesimam sextam, & Capreolus in primum sententiarum, ad distinctionē trigesimam quintam, existimant non dari in nobis vllum proprium, & peculiarem conceptum rerum singularium materialium, tametsi concedunt dari immaterialium. Ac Caietanus quidem ex eo suam sententiam probat, quia putat intellectum nostrum non alia ratione concipere rem singularem materialem, nisi quia intelligens naturam communem non existere separatam, colligit eam existere coniunctam cum aliqua differentia indiuiduante, tametsi certam differentiam indiuiduantem rei materialis non cognoscat. Capreolus verò, quia existimat satis esse cogitatiuam potentiam ad percipienda indiuidua materialia. Caiet. 1. p.q. 86. ar. 1. Capr. 1. Sent. d. 35. q. 1. conclus. 4.

Ratio Caietani.

Ratio Capreoli.

Refutatio propositę sententiæ.

Verùm hæc sententia nulla ratione admittenda est. Primùm, quia proprius conceptus rei nihil est aliud, quàm proprium verbum mentis; siue nomen mentale, quo intellectus ipse secum quasi loquitur, siue illud sit productū per actum intelligendi, vt D. Thom. existimat, siue sit ipse actus intelligendi, vt plerique volunt; intellectus autē non tantùm ratiocinatur de vniuersalibus, sed etiā de singularibus, tā materialibus, quàm immaterialibus; concipit igitur omnia singularia proprijs conceptibus.

Deinde, quia ea, quæ sunt in voce, sunt signa eorum, quæ sunt in mente, siue intellectu; in voce autem sunt nomina propria singularium materialium; ergo & in intellectu.

Tertiò, quia satis liquet ex ijs, quæ dicta sunt, singularia omnia percipi à nostro intellectu, non solùm vt continentur in suis vniuersalibus, sed etiam in se ipsis. vnde manifestè sequitur, ea percipi per proprios, & peculiares conceptus. Ex quo loco peculiari ratione refutata relinquitur opinio, seu potiùs commentum Capreoli. Sectione 2.

Caietanus priuatim refellitur.

Quod verò ad Caietani sententiam attinet, multis argumentis ea priuatim refelli potest. Primùm, quia nemo experitur se necessariò facere eum discursum, vt intelligat rem singularem; imò verò pauciſſimi erunt, quibus ea ratiocinatio mentem subeat.

Deinde, quia is discursus non est satis ad percipiendum determinatè hoc singulare, sed tantùm singulare vagum, negari autem non potest, intellectum percipere singularia determinatè, vt patet ex dictis.

Tertiò,

Digitized by Google

Tertiò, quia vt res quælibet proprio conceptu apprehendatur, non opus est, vt percipiatur vltima eius differentia, sed satis est si conceptus recurrat cum re, neque in aliam conueniat; alioqui non formaremus conceptus proprios earum omnium naturarum communium, quarum proprias differentias, siue vltimo loco constitutiuas ignoramus, quo penè nihil absurdius. Quartò, quia aliud est loqui de conceptu distincto, siue definitiuo, quem habere non possumus, nisi propriam, siue vltimã rei differentiam percipiamus; aliud de conceptu simplici, de quo nobis sermo est, quique definitiuum præcedit. Postremò, quærat aliquis ex Caietano, Quonam pacto intellectus noster animaduertat, naturam cõmunem non existere separatam, nisi quia intelligit eam non existere extra hoc, & illud, & alia similia indiuidua? Quo autem pacto intelligat, illam non existere extra hoc, & illud, si hoc, & illud non percipit? Itaque non solùm ex ijs, quæ dicta erant, antequàm Caietani sententiam expenderemus, sed ex ipsa etiam eius ratione perspicuè colligitur, posse à nobis singularia omnia percipi proprijs, & peculiaribus conceptibus. In qua assertione exceptis Caietano & Capreolo, alijsque perpaucis inferioris notæ, Scholastici omnes consentiunt. Lege Scotum 3. de Anima q. 22. & in 4. Sent d. 45. q. 3. art. 2. & Quodlib. 13. art. 2. Durand. in 2. d. 3. q. 7. Greg. in 1. d. 2. q. 1. Ochamum in eundem librum d. 3. q. 5. & Ferrariensem 1. contra gentes cap. 65. Nec D. Thom. oppositum sentit, vt quidam existimant, cùm 1. p. q. 86 art. 1. planè dicat, intellectũ nostrum formare hanc propositionem, Socrates est homo, quod certè non iudicaret posse fieri, nisi proprium conceptum Socratis ab intellectu formari posse existimaret. Idem planè senserunt D. Thomæ æquales, & antiquiores alij ex Scholasticis. Quod idem de Græcis, & Arabibus dicendum esse (quicquid nonnulli Recentiores sentiant) cùm ex dictis patet, tum magis etiam patebit inferiùs.

Quis distinctus.

Retorquetur ratio Caietani in suu auctorem.

Communis sententia.

*Quibus argumentis ostendi videatur, dari in nobis proprias species intelligibiles rerum singularium.* SECTIO IIII.

DE speciebus autem intelligibilibus, quæ sunt habituales rerum similitudines, maior dubitatio est. Missis enim ijs, qui species omnes tam intelligibiles, quàm sensibiles negandas esse censent; concessoque de communi grauiorũ Philosophorum sententia vtroque genere specierum; plerique Recentiores sunt, qui putent dari species intelligibiles rerum singularium; quorum sententia his argumentis probari potest.

De speciebus oppositæ sententiæ.

Primùm, quia, vt ex superiori sectione perspicuum est, intellectus noster elicit conceptus proprios, & peculiares rerum singularium; id autẽ facere non posset, nisi per species proprias, & peculiares singularium: species enim vniuersalium repræsentant præcisè naturas vniuersales, vti 1

T diximus,

Digitized by Google

diximus, conceptus autem non possunt excedere in exprimendo facultatem specierum in repræsentando, cùm sint partus quidam intellectus, quatenus informatus est hac vel illa specie intelligibili. Quòd si dicas, conceptum rei singularis elici ab intellectu possibili, concurrente non solùm specie intelligibili naturę vniuersalis, sed etiam phantasmate proprio eius singularis, quod concipitur; iam quæro quo pacto phantasma concurrat, vt causa ne exemplaris, an vt efficiens: neq; enim in alio genere causæ videtur posse concurrere. Si vt causa exemplaris; cùm hæc sit formalis remota, & extrinseca, oportebit dari in ipso intellectu inhærentem aliquam formalem proximam, hoc est, qua proximè repræsentetur res singularis; quæ certè alia esse non potest, nisi species intelligibilis rei singularis. Si verò vt causa efficiens; præterquàm quòd id non est satis, nisi detur formalis proxima in intellectu possibili; cur non etiam concurret cum intellectu agente, vt causa efficiens ad producendam speciem intelligibilem rei singularis?

2 Secundò, quia, vt superiori quæstione cum Scoto argumentabamur, applicatis aptè causis naturalibus, remotisque ijs omnibus, quæ impedire possunt, semper producitur effectus perfectissimus; intellectus verò agens, & phantasmata sunt causæ naturales; ergo ijs applicatis ad gignendam speciem intelligibilem, remotisque impedimentis, producetur species intelligibilis perfectissima; hæc autem est rei singularis; datur igitur in intellectu nostro species intelligibilis rei singularis. Quòd autem species intelligibilis rei singularis sit omniũ perfectissima, ex eo patet, quia perfectio speciei repræsentantis colligitur ex perfectione rei, quam repræsentat, quemadmodum præcipua, & absoluta perfectio scientiæ ex perfectione rei, quæ sub scientiam cadit, vt Arist. docet 11. huius operis libro; perfectior autem est res singularis, quàm vniuersalis, vt prima substantia, quàm secunda. Cap. 6.

3 Tertiò, quia cùm duæ causæ efficientes concurrunt ad eundem effectum, altera vniuersalis, altera particularis, semper effectus sequitur particularem, nisi quid impediat, vt cum Sol, & homo generant hominem: intellectus verò agens concurrit more causæ efficientis vniuersalis (concurrit enim cum omnibus phantasmatibus ad productionem earũ omnium specierum intelligibiliũ, quæ primò in intellectu possibili gignuntur) phantasmata autem concurrunt vt causæ particulares, cùm aliud sit causa huius speciei, aliud illius: igitur species ab vtrisque productæ sequentur conditionem phantasmatum. nihil enim impedit, quominus sequantur. Atqui phantasmata non aliter concurrere possunt cum intellectu agente, quàm quatenus singularia repræsentant: sunt igitur species intelligibiles, quæ ab intellectu agẽte, & phantasmatibus producuntur, propriæ similitudines singularium.

Responsio prior. At respondeat aliquis, phantasmata non concurrere cum intellectu agente, quatenus res singulares repræsentant; sed quatenus vniuersales tantùm;

Digitized by Google

tantùm; neque dubium esse, quin naturas quoque vniuersales repræsentent, cùm indiuidua, quę repręsentatur, nihil aliud sint, quàm naturę vniuersales cum differentijs indiuiduantibus.

Dicat etiã fortasse, aliquid impedire quo minus species intelligibilis genita sequatur phantasma, nempe materialitatem, vt ita dicam, quam habet phantasma, quatenus repræsentat rem singularem. hac enim ratione materiale quiddam est phantasma in repręsentando, quemadmodum & ipsum singulare in essendo; cùm tamen quatenus repręsentat naturam vniuersalem non sit materiale, quemadmodum nec ipsa natura vniuersalis, vt suprà ostensum est. Responsio altera.

Verùm hęc nihil videntur obstare. Namque priori responsioni non desunt, qui obijciant, phantasma non vna parte repręsentare naturam vniuersalem, altera differentiam indiuiduantem, sed qualibet sui particula repręsentare vtramque, idque confusè, & indistinctè; proinde non posse illud concurrere, vt repręsentat naturam vniuersalem, non concurrendo, vt repræsentat naturam indiuiduantem. Obiectio contra priorem responsionẽ.

Posteriori obijciunt, Quemadmodum singularia, quorum similitudines sunt in phantasia, materialia sunt, ita & eorũ esse vniuersalia; verbi causa, quemadmodum hic lapis, ita & lapidem communem. est enim res naturalis, ac proinde includens materiam. Quare, aut species intelligibiles talium naturarum vniuersalium non imprimi in intellectum; aut eadem ratione dicendum esse inprimi posse species intelligibiles singularium. Contra posteriorem.

Hinc iam quartum argumentum desumi potest hunc in modum; Aut repugnat dari in intellectu nostro species intelligibiles singulariũ, quia singularium, aut quia materialium; non repugnat autem, quia singularium, quippe cùm dentur singularium immaterialium, vt species intelligibiles superioris angeli in intellectu inferioris; nõ item quia materialium (nam & naturæ eorum vniuersales materiales sunt, vt dictum est) ergo nihil repugnat dari in intellectu species intelligibiles singularium. 4

Et quidem, si opinio hęc non videretur planè cum Aristotele pugnare, neq; oppositam sententiam amplecterentur omnes Veteres, & ex Recentioribus plurimi viri grauissimi; non nobis forsitan ea displiceret, re ipsa considerata, non quid hic, aut ille sentiat. Est enim expedita satis, & rationi non parum consentanea. Verùm, quia non facilè reijciendæ sunt communes, receptæque sententiæ, eæ præsertim, quæ grauioribus auctoribus probantur; simulque quia proposita argumenta non tantam vim habent, vt solui non possint; nec verò desunt pro parte opposita, si non necessarię rationes, certè quàm simillimæ vero; non est cur ab ea recedamus. Hãc opinionem, & si probabilẽ, ponendam tamen.



Digitized by Google

*Non dari in nobis ſpecies intelligibiles, quæ propriæ ſint rerum ſingularium.* SECTIO V.

Intellectus noſter quem locũ habeat inter potentias cognoſcentes.

IAM igitur veram eſſe hiſce rationibus confirmari poteſt. Intellectus noſter eſt medius inter ſenſum, & intellectum ſubſtantiarum ſeparatarum; at ſpecies, quæ ſunt in ſenſu ſola ſingularia repræſentant; quæ autem ſunt in intellectu ſubſtantiarum ſeparatarum eiuſmodi ſunt, vt earum quęque naturam aliquam vniuerſalem, & ſingularia illius repræſentet, vt libro duodecimo patebit; igitur rationi conſentaneum eſt, vt ſpecies, quæ ſunt in intellectu noſtro, ſolas vniuerſales naturas repræſentẽt. hac enim ratione ipſę quoque medię cuiuſdam naturę erunt.

Intellectus ſubſtantiarum ſeparatarum.

Item; Plus ſuperat ſenſum intellectus noſter naturæ præſtantia, quàm ſuperetur ab intellectu ſubſtantiarum ſeparatarum, vt eſt apertiſſimum; intellectus autem ſubſtantiarum ſeparatarum percipit diſtinctè per vnã, & eandem ſpeciem, quæ intellectus noſter percipit per multas, ut eſt cõmunis Theologorum ſententia; quin etiam inter ſubſtantias ſeparatas, quò aliæ alijs ſuperiores ſunt, eò paucioribus ſpeciebus indigent ad ea diſtinctè intelligenda, vt ijdem aſſerunt; igitur potiori ratione dicendum eſt, intellectum noſtrum intelligere diſtinctè per vnam, & eandem ſpeciem, quæ ſenſus per multas percipit: at hoc nullo pacto verum eſſet, ſi indigeremus ſingulis ſpeciebus intelligibilibus ad ſingula indiuidua diſtinctè, ſiue determinatè percipienda: non dantur igitur in intellectu noſtro ſpecies intelligibiles, quæ ſint propriæ rerum ſingularium, ſed per ſpecies naturarum cõmunium res ſingulares intelligimus, tametſi adiuti adminiculo phantaſmatum, vt patebit, quo non indigent ſubſtantiæ ſeparatæ.

Naturam abhorrere ſuperuacanea.

Præterea; Natura abhorret ſuperuacanea; ſpecies autem intelligibiles naturarum communium ſatis ſunt ad intelligenda ſingularia adiunctis eorum phantaſmatibus, vt patebit; non eſt igitur neceſſe ad ſingularia intelligenda ſpecies intelligibiles rerum ſingularium proprias inducere.

Quo pacto res materiales fiant intelligibiles actu

Adhæc; Res materiales eo modo, quo ſunt in rerum natura (quod dicunt, à parte rei) nõ ſunt intelligibiles, niſi potentia; fiunt autem actu intelligibiles, cùm à materia abſtrahuntur, vt docet Ariſtoteles 3. de Anima capite 4. eodemque loco approbant Peripatetici omnes; huiuſmodi autem res non poſſunt abſtrahi à materia propriè dicta, quæ eſt altera pars compoſiti; & tamen abſtrahi poſſunt à materia indiuiduali, ſi communes ſint; igitur hæc eſt abſtractio, quæ eo loco cenſetur neceſſaria, vt ſint actu intelligibiles, ſeu, quod eodem redit, repreſententur per ſpecies intelligibiles: at ſpecies, quæ non repreſentant materiam indiuidualem, non ſunt propriæ rerum ſingularium materialium: ergo &c. tex. 16.

Ex hac ratione naſcitur alia hunc in modum. Res ſenſibiles, vt dictũ eſt, de Peripateticorum communi ſententia non fiunt actu intelligibiles, niſi

nisi per abstractionem à materia indiuiduali; singularia verò sensibilia nullo modo possunt ab illa abstrahi; volunt igitur Peripatetici, ea neque actu, neque potentia esse intelligibilia: hoc autem non potest ita accipi, quasi velint de singularibus sensibilibus non haberi proprios cõceptus, vt patet ex ijs, quæ superiùs dicta, & ostensa sunt, moxq; apertiùs explicabuntur: igitur propterea censent ea non esse intelligibilia, quia non possunt determinatè percipi per solas species intelligibiles, seu, quod eodem redit, quia non dantur species intelligibiles eorum propriæ, & peculiares.

Quo modo singularia materialia non sint intelligibilia.

Sectione 3.

Postremò; Communis Peripateticorum sententia est, vniuersalia intelligi à nobis directè, singularia uerò reflexè, id, quod ex Aristotele accipiunt in loco citato; hoc autem uerum non esset, si in intellectu nostro darentur species intelligibiles rerum singularium propriæ; quicquid enim per propriam speciem percipitur, non dubiũ est, quin directè cognoscatur, vt omnes fatentur; non dantur igitur in intellectu nostro species intelligibiles, quæ sint propriæ rerum singularium.

De reflexa cognitione singularium.

3. de Anima cap. 4. tex. 10.

At dicunt nonnulli, Aristotelem non docere in loco citato singularia intelligi à nobis reflexè; sed potiùs directè. Aiunt enim Aristotelis sententiam hanc esse; Naturam vniuersalem rei sensibilis, & rem ipsam sensibilem percipi, uel diuersis potentijs, vel eadẽ sese habente ad se ipsam, vt linea flexa ad se ipsam extensam. Qua sententia, si verba hunc in modum disponenda sunt, & Aristoteles aliquid tradit de cognotione directa, & reflexa; potiùs docetur vniuersalia intelligi reflexè, & singularia directè. Verùm si quis vel mediocriter attendat, planè intelliget, malè ab eis coaptari verba contextus. Aristoteles enim non priùs loquitur de natura vniuersali, deinde de singulari, sed priùs de singulari sensibili, deinde de eius natura vniuersali, quam vocat esse, seu quiditatem illius; tum subdit, Animam nostram cognoscere eiusmodi rem singularem sensitiua potentia, alia autem facultate naturam vniuersalem, aut separabili, hoc est, diuersa ab ea, qua cognoscit singularem; aut perinde se habente ad seipsam, vt cùm extensa fuerit linea flexa, ideſt, quæ priùs flexa erat. Quibus verbis, cùm priùs faciat lineam flexã, deinde extensam, perspicuum est inflexionem referendam esse ad perceptionem rei singularis, cuius priori loco meminerat; extensionem autem ad cognitionem rei vniuersalis, cuius meminit posteriori. Ratio autem metaphoræ hinc sumitur; Quia cùm res singulares cognoscantur à nostro intellectu per species intelligibiles naturarum cõmunium concurrentibus simul phantasmatibus rerum singularium; atque in ea re intellectus quodammodo sese demittat ad opem poscendam à phantasia, quæ est inferior potentia; meritò sese quodammodo dicitur inflectere.

Responsio quorundã Recentiorum.

Impugnatio responsionis.

Ratio metaphoræ.

Themistius in Paraphrasi eius loci hoc idem sic explicat: [Ad aquã, inquit, vniuersam, quæ intellectui noscenda sit (hoc est, ad totum aquæ indiuiduum intelligendum) phantasmata, & imaginationem oportet adiungere;

Themistius.

Digitized by Google

iungere; ad essentiam uerò solam eius conspectandam nullas suppetias requirit, sed ipse sibi intellectus superesse potest. Quemadmodum igitur lineam attensam,& flexam dicere eãdem possis, quanquã aliter hoc, quàm illo modo se habet: ita & intellectus potest vnus, & idem statui, qui concreta, & composita, item qui formas, & species meras percipiat. Quamobrem & assimilis rebus fit,quas cognoscit; compositus, si compositas; simplex, si simplices formas, id est,à materia seorsum intelligit. Ita interdum lineæ directæ, interdũ arcuatę confertur. Sanè Plato actiones intellectus circulis primùm recto, mox circinato,recurrentiq́ue interiùs comparat;Arist. lineæ explicatæ, siue porrectæ, & curuatæ. Ac curuatę quidẽ iccirco,quia cùm intellectus materiã, & formam iunctim,id est,quod concretum, & conditum est, comprehendit, tum quasi geminari,& duplicari videtur accessu phantasmatum,& visorum,quorũ operam,usumque in una ea functione desiderat.] Idem docet Simplicius in hanc sententiam scribens; Aristotelem eo loco differẽtes intellectus nostri cognitiones exponere, quarum altera sit circa composita, siue indiui dua materialia; altera circa formas, siue species, qua similis sit intellectibus substantiarum separatarum,qui non inflectuntur à formis ad informata,& composita, ut nos facimus, cùm flectimus cognitionem ad singularia materialia; sed in ipsis formis intelligunt cætera, quæ ex formis pendent. Philoponus ibidem his uerbis rem eandem exponit. [Sed dices fortassis; Est absurdum, intellectum nosse ea,quæ extrà sunt. hæc enim scit sensus, eo quòd materialia, & particularia cognoscat: intellectus enim,quod est uniuersale, tantùm nouit.Est autem sensus, scire particularia, quæ quidem sunt materialia. Tibi autem ad hæc dicam,quòd intellectus, subiecto quidem unus est; ratione autem diuersus. Intellectus enim vel secundùm se solum operatur, & tũc vniuersalia solùm nouit; vel cum sensu operatur, eo vtens instrumento; & tunc materialia nouit,& particularia: sicut eadem recta subiecto quidem eadem, ratione autem diuersa. Si enim quæ nunc recta est, confringi potest, & inflecti; sic & intellectus subiecto idem existens, aliquando quidem cum recta habet cõuenientiam, quando per se ipsum operatur, & nouit immaterialia; aliquando uerò cum recta confracta, quando ad sensum inflectitur: & eo instrumento utitur, quando nouit materialia] Nec Græci modò, sed & Arabes, & Latini eodem pacto locum eundem explicãt. Auerroes enim, qui magis alienus ab hac sententia videri potest, exponens textum nonum planè docet, Animum, cùm percipit alietatem inter indiuiduum materiale, & formam, siue naturam specificam, vna & eadem uirtute vtrunque extremum alietatis percipere; sed diuerso modo, siue dispositione, vt appellat. tum addit [Et ista est dispositio intellectus in comprehendendo alietatem, quæ est inter formam, & indiuiduum. Comprehendit enim formam per se, & comprehendit indiuiduum mediante sensu] id est, adminiculo phantasmatis. Eandem omnino

Simplicius.

Philoponus.

Arabes, & Latini.

Auerr. 3. de Anima cõ. 9.

Digitized by Google

nino expositionem sequuntur eo loco Albertus Magnus, & post eum D. Thomas, & omnes alij eius ætatis Latini expositores. Consectariũ vnum.

Ex quibus duo perspicua esse arbitror. Vnum, cõtra ueterũ omniũ Peripateticorũ sententiã esse, ponere species intelligibiles rerum singulariũ proprias, potissimùm uerò materialiũ, quas nonnulli Recentiores inducunt. Alterum, non minùs esse contra eorum sententiam, negare intellectui nostro proprios, & peculiares earum rerum conceptus: quod alij minùs considerate faciunt. Ac ex prioribus quidem plerique sunt, qui ingenuè fateantur, se à Peripateticorum sententia discedere. At posteriores eò magis labuntur, quòd putent se eorum uestigijs inhærere; quasi quia Peripatetici negant proprias species rerum singularium, continuò proprios earum conceptus negare censeantur; quod planè falsum esse, ex ijs, quę dicta sunt, quiuis intelliget. Quòd si nobis obijciãt, apud bonos auctores sępe legi; Singularia materialia de Peripateticorum sententia, non esse intelligibilia, sed sola uniuersalia (quod scribit Magnus Albertus 2. libro de intellectu, & intelligibili, & alij alijs pleriſque locis) ex dictis apertum est, respondendum esse, propositum pronunciatum nihil aliud significare, quàm singularia materialia non esse à nobis intelligibilia per solum intellectum, sed concurrente sensu phantasmatũ adminiculo, solaque uniuersalia concipi ab homine non concurrente sensu. Quo autem pacto phantasmata concurrant cum intellectu possibili ad proprios conceptus rerum singularium, & quam ob causam concurrere non possint cum intellectu agente ad productionem specierum intelligibilium, quę sint illarum proprię, in solutione argumentorum aduersę partis explicare conabimur. Alterum. Collatio. Exponitur commune Peripateticorũ pronunciatũ. Cap. 2.

## *Dilutio argumentorum, quibus species intelligibiles rerum singularium asserebantur.* SECTIO VI.

VT igitur primum luculentiùs dissoluatur, attentè considerandum est, non eodem modo phantasmata concurrere cũ intellectu possibili ad productionẽ cõceptus rei singularis, quo cõcurrunt cum intellectu agente ad productionem speciei intelligibilis. Namque ad productionem speciei intelligibilis, aut concurrunt cum agente, vt eius instrumẽta, aut vt dispositiones possibilis; cum possibili autem concurrunt, tanquam eius formæ, & rationes concipiendi. Quæ obscuriùs simul dicta, planiùs seorsim explicanda sunt. De concursu phantasmatũ cum intellectu.

Quoniam intellectus agens est ex se indifferens ad productionem cuiuscunque speciei naturæ materialis; intellectus uerò possibilis est uelut materia prima ad quancunque earum accipiendam idoneus; uterq; autem determinatur ad hanc uel illam, siue producendam, siue recipiendam, per hoc uel illud phantasma; hinc fit, ut plerique doceant, phantasmata Cum agente ad species intelligibiles generandas.

Digitized by Google

Prior opinio. taſmata concurrere ad eam determinationem, vt inſtrumẽta intellectus agentis; neque eſſe incommodum aſſerere attingi ab eis productionem rei immaterialis, cùm ipſa ſint materialia, quia non id faciant ui ſua ſed virtute intellectus agentis, qui immaterialis eſt. Alij verò dicunt, potiùs Poſterior. ea concurrere vt diſpoſitiones intellectus poſſibilis, quòd res materiales ne virtute quidem immaterialium videantur poſſe attingere naturaliter productionem immaterialium; cùm interim agentia vniuerſalia ſæpe determinentur ad hunc vel illum effectum per diſpoſitionem patientis, vt ſol ad liquefactionem ceræ, & indurationẽ luti; neque nouum, aut inſuetum ſit, vt potentia ſuperior dicatur diſponi per ea, quæ ſunt in potentia inferiori. dicimus enim voluntatẽ diſponi ad bonam aut malam electionem per affectiones appetitus ſenſitiui; & intellectum ad rectum aut perA I quod ge- uerſum iudicium per diſpoſitionem voluntatis. Harum autem opinionis cauſæ p. tencat eorum concurſus. num ſi prior vera eſt, reducitur phãtaſmatum concurſus cum intellectu agente ad concurſum efficientis cauſæ: ſi poſterior, ad concurſum cauſæ materialis. reuocantur enim diſpoſitiones patientis ad materiam. Ac prior ſententia communior eſt; poſterior non caret ſua probabilitate. De quibus commodiori loco fuſiùs diſſerendum.

Duplex con- Quòd verò attinet ad concurſum phantaſmatum cum intellectu poſcurſus phan- taſmatũ cũ in t llectu poſſi b li. ſibili ad productionem cõceptus, duobus modis dicere poſſumus illum eſſe neceſſarium: vno, per ſe; altero, per accidens: per accidens, cùm con c ncurſus per cipimus vniuerſalia; per ſe, cùm ſingularia. Nam propter naturalẽ conaccidens. nexionem intellectus cum phantaſia dum animus eſt in corpore, quandocunque intellectus contemplatur vniuerſalia, ſimul etiam phantaſia quaſi obiter attẽdit ad aliqua ſingularia ſaltem indeterminatè; niſi quòd vehemens applicatio animi ad opus contemplationis imminuit phantaſiæ concurſum, & interdum (tametſi rarò) prorſus impedit, vt patet in hominibus ſublimium rerum contemplationi deditis; quod eſt immorExponitur lo talitatis animi noſtri non vulgare argumentum. Id quod non obſcurè Cap. 8. cus Ariſt. videtur elici ex illa Ariſtotelis ſententia in 3. libro de Anima [ὅταν τε text. 9. θεωρῇ, ἀνάγκη ἅμα φαντάσματι θεωρεῖν] hoc eſt [Cumque contemplatur, neceſſe eſt vnà cum phantaſmate contempletur] quę non de neceſſitate omnino per ſe, ſed de neceſſitate cuiuſdam ſocietatis naturalis, quæ impediri poteſt, intelligenda eſt. Proinde hic concurſus nihil eſt ad rem hoc loco, præſertim cùm loquamur de eo, quo vtitur intellectus cùm percipit ſingularia.

Cõcurſus per At cùm intellectus concipit ſingularia, non per accidens, ſed per ſe ſe phantaſm. opus eſt concurſu phantaſmatum, Nam, quia ſpecies intelligibiles nullum ſingulare determinatè repræſentant; neceſſe omnino eſt, vt ſingularium repræſentatio phantaſmatũ adminiculo ſuppleatur. Et quidem ea Vt exẽplatum. tum concurrere vt formas externas, ſiue exemplares conceptuum, ex eo apertum eſt, quia ſunt ſimilitudines quædam, & quaſi ſimulachra rerum ſingularium, quę conceptibus exprimuntur? Itaq; res ſingulares ſunt remota

mota exemplaria conceptuum, sed principalia; phantasmata verò, propinqua, sed minùs principalia. Verùm necesse præterea est fateri, phantasmata concurrere ad eiusmodi conceptus, vt formas intellectus possibilis suo modo illi vnitas, & coniunctas; quod & si difficile creditu videri potest, cùm phantasmata non inhæreant in intellectu, sed in organo corporeo; ratione tamen, & similium rerum consideratione haud difficilè percipitur.

Vt formarum suo modo informantium.

Primùm enim de ratione formę informantis, vt talis est (quod dictum sit ad distinctionem formæ exemplaris) non est quòd inhæreat ei, cuius est forma, vt patet in formis pertinentibus ad extrema sex prædicamenta (etenim neque ipsa passio, vt passio est, necessariò inhæret patienti, vt libro quinto docebimus) sed vt ex ea, & subiecto, aut quasi subiecto, proximè sequatur effectus formalis, veluti ex loco & locato existentia locati in loco: at ex phantasmatibus, & intellectu possibili proximè sequitur habitualis cognitio intellectiua singularium, quæ est effectus formalis phantasmatum, quatenus intellectui possibili ad illorum cognitionē subseruiunt. Id, quod ex eo patet, quia quorum singularium materialium habemus phantasmata, ea possumus intellectu percipere, cùm volumus; quorum autem non habemus, non possumus; neque id nobis per alias formas accidere potest, si vera sunt, quæ de speciebus intelligibilibus ex communi Peripateticorum sententia docuimus.

Quid de ratione formæ informantis.

Deinde, phantasmata etsi non inhærent intellectui possibili, sunt tamen eius dispositiones ad recipiendas has, vel illas species intelligibiles (vtrauis opinio de concursu phantasmatum cum intellectu agente sit uera) at dispositiones subiecti ad recipiendam formam, quatenus eiusmodi sunt, formæ sunt suo modo eius, quod disponunt, illudque ita formaliter afficiunt, vt possint cum eo ad agendum concurrere.

Phantasmata esse dispositiones intellectus possibilis.

Præterea, formæ intellectus possibilis non conferunt ei vim intelligendi, quemadmodum calor, qui in aquam inducitur, cōfert aquæ formaliter vim calefaciendi, quam aqua ex se non habet; sed solùm determinant, & specificant intelligendi actum, & ad eum (quod probabilius est) cum ipso intellectu effectiuè concurrunt, vt patebit libro nono; tametsi nō concurrunt veluti instrumenta, quemadmodum cum intellectu agēte, sed vt principia perficiētia, sicuti cæteri habitus cū potentis, quas perficiunt; tametsi inter concursum specierum, & reliquorum habituum non nihil sit discriminis: at phantasmata hæc præstare possunt, etiamsi intellectui possibili non inhęreāt. Nam quòd illum perficiant (hoc enim vnum probandum relinquitur) ex eo patet, quia complent specierum intelligibilium representationem, quæ sunt internæ, ac primæ eius perfectiones. Quòd si quis obijciat, intellectum possibilem comparari ab Aristotele cum materia prima; ergo omnem eius actiuitatem prouenire à formis, quibus intelligit, ac proinde necesse esse, vt eiusmodi formæ in eo inhæreant, vt dictum est de calore aquæ: respondendum est, non cō-

Phantasmata esse supplementa specierum intelligibilium.

3. de Anima cap. 4. tex. 5.



Digitized by Google

Expenitur locus Arist.

ferri ab Arist. intellectum possibilem cum materia prima quoad uim agendi, sed quoad naturalem, vt sic dicam, nuditatem. Vt enim materia nullam ex se habet formam realem; ita inquit Aristoteles, intellectum possibilem nullam ex se habere speciem, siue formam intelligibilem: qua in re Platoni contradicit.

Mun⁹ formæ intelligibilis.

Ad hæc. Proprium munus formæ intelligibilis est facere rem præsentem intellectui, eamque illi intelligibiliter, siue notionaliter vnire (sumimus autem latiùs nomen formæ, quàm speciei, vt phantasmata complectamur, tametsi vtrunque idem significat) hęc autem præstari possunt à phantasmatibus, etiam si non inhęreant intellectui: nō est igitur cur negentur esse formę intelligibiles, suoq; modo proprio, ac peculiari intellectum possibilem informantes. Assumptio, quæ sola probanda videbitur, ex enumeratione partium aperta fiet: neutram enim quicquam absurdi, aut incōmodi sequitur; cùm interim, si tota assumptio vera sit, omnia rectè cohæreant, nihilque iam sit difficilè, positis speciebus intelligibilibus, vt ponuntur à Peripateticis, intellectui nostro singularium cognitionem tribuere. Qua probandi ratione in rebus difficilibus vtuntur docti omnes.

Quo pacto essentia diuina concurrat cum intellectu beatorū.

Postremò, Si quo modo fas est ad infima hæc confirmanda ex summis argumentum ducere; illud certum est, diuinam essentiam vniri intellectui creato more speciei intelligibilis, vt Theologi docent. Cujus rei eam rationem reddunt, Quia cùm nulla dari possit forma creata, quæ diuinam naturam, vt ipsa in se est, repræsentare possit, ipsa seipsam intellectui creato intelligibiliter repręsentat. Si ergo diuina essentia supplet vicem speciei intelligibilis, quæ dari non potest, tametsi non inhæret intellectui, cui vnitur more speciei; cur phantasmata non suppleant nostrarum specierum intelligibilium defectum, subeūtes rationem formarum intellectus possibilis, etiam si in eo non inhæreant?

Patet igitur ex his, phantasmata concurrere cum intellectu possibili ad productionem conceptuum rerum singularium, vt eius formas, & (quod hinc sequitur) vt rationes concipiendi, quasi supplementa nostrarū specierū intelligibiliū. Quò fit, vt καταχρησικῶς à Philopono dicta sint instrumēta intellectus possibilis. Non est tamen accusanda natura, quòd imperfectas nobis species intelligibiles concesserit. Quod enim ea paucioribus perficere potest, id pluribus facere non consueuit. Quo circa cùm phantasmata per separationem animi à corpore deficiunt, tum primùm intellectui administrantur naturaliter species intelligibiles, quæ & naturas cōmunes, & earū singularia referāt, vt libro duodecimo patebit.

In loco superiùs citato.

Naturæ ingenium.

Num conceptus excedāt specierum repręsentationem.

Ad primum igitur argumentum eorum, quorum causa hęc præfati sumus, dicendum est, conceptus quidem rerum vniuersalium nunquam excedere repræsentationem specierum intelligibilium, cū ijs solis interuenientibus eliciantur; at conceptus singularium, excedere. eliciuntur enim non solùm interuenientibus speciebus intelligibilibus, sed etiam phantasma-

Digitized by Google

phantaſmatibus, ijſque concurrentibus, & vt exemplaribus; & vt formis ſuo modo, ſiue intelligibiliter informantibus; & vt rationibus eliciendi, ſiue producendi. Cur autem non concurrant cum intellectu agente ad productionem ſpecierum intelligibilium, quæ ſint propriæ ſingularium, & ſi difficile eſt ita docere, vt omnino ſatisfactum ſit, his tamen rationibus probari poteſt. Primùm ex ingenio naturæ, quam proximè diximus non conſueuiſſe facere pluribus, quod paucioribus perficere poteſt. Deinde ex præſtantia ipſarum ſpecierum intelligibilium, quas, vt ſuprà dixeramus, non eſt rationi conſentaneum tam limitatas, ac definitas eſſe, quam ſunt ſpecies ſenſibiles, ſingulas nimirum ad ſingula indiuidua. Tertiò ex nobilitate intellectus, cui non eſt æquum vt inſint per modum habitus formę non habentes ordinem perſe vllum inter ſeſe; quales eſſent ſpecies intelligibiles ſingulariũ eiuſdẽ ſpeciei, ſi darentur, vt re vera ſunt eorũ ſpecies ſenſibiles, quemadmodum & ipſa ſingularia. Dixi [per modum habitus] quia per modũ actus trãſeuntis nihil incõmodi ſequitur, vt patet in eorũ conceptibus. Vt enim hi ſuo modo ſubiecti ſunt tempori, ita nihil eſt incõmodi, ſi in eis ſolus ordo tẽporis cernatur, qui nõ eſt ordo per ſe, ſed per accidens. Itaque cùm natura non faciat, niſi quod rationi conſentaneum eſt fieri; hæc, & alia ſuperiùs dicta ſatis erunt pro cauſis, cur ſpecies intelligibiles ſingularium naturaliter dari nõ poſſint. Nobilitas intellectus.

Ad ſecundum negãt nonnulli Thomiſtæ ſpecies inferiorum eſſe perfectiores ſpeciebus ſuperiorum, eo quòd ſuperiorum ſpecies repræſentatione ſua plura complectantur. Sed non rectè ſentiunt. Nam etſi id verum eſt in ſpeciebus ſubſtantiarum ſeparatarum, quibus diſtinctè, ac determinatè repræſentantur inferiora; non eſt tamen verum in noſtris, quæ id non faciunt, niſi confusè, & indeterminatè. Quòd ſi vrgeant, ſpecies ſuperiorum, noſtra ſententia, difficiliùs acquiri; ergo eſſe perfectiores; neganda eſt cõſequentia, quia difficultas ea non prouenit ex perfectione rerũ, quæ repræſentantur; ſed potiùs ex imperfectione. Poterunt igitur ſpecies ſuperiorũ dici perfectiores ſecundum quid; ſimpliciter autẽ nõ poſſunt. Quòd ſi obijciant, Ergo phantaſmata eſſe ſimpliciter perfectiora ſpeciebus noſtris intelligibilibus, quòd determinatè perfectiora repręſentent; neganda eſt conſequentia, Nam etſi perfectiora repræſentant, nõ ſunt tamen paria cætera omnia, quippe cùm ſpecies intelligibiles ſint immateriales, phantaſmata vero materialia, & extenſa. Eadem ratione cognitiones duæ intuitiuæ eiuſdem numero candoris, altera elicita ab aſpectu, altera ab intellectu, quas ſimul habemus, cùm rem cãdidam intuemur, non ſunt æquè perfectæ, ſed longè altera alteram perfectione ſuperat. Itaque concedimus, ſi darentur ſpecies intelligibiles rerum ſingularium propriæ, futurum vt eſſent perfectiores ſimpliciter cæteris ſuperiorum ſpeciebus: at cùm illæ dari nequeant, nihil omnino concluditur. Quorundam ſententia de ſpeciebus intelligib. Refutatio. Diluitur obiectio.

Ad tertium dicendum eſt, ſpeciem intelligibilem rei materialis ſequi conditionem phantaſmatis, quatenus poteſt. Quemadmodum autem Diluitur altera.



Digitized by Google

illud sequi non potest in extensione, quam phantasma habet in subiecto corporeo, cùm impedimento sit natura ipsa subiecti incorporei; ita nec in repræsentatione rei singularis, sed solius naturæ specificæ, idque propter causas iam dictas.

Refutatur impugnatio prioris responsionis.

Ei autem responsioni, qua occurrebatur argumento, phantasma non concurrere ad generationem speciei intelligibilis, quatenus repræsentat rem singularem, sed quatenus naturam vniuersalem, parum aptè obijciebatur, id fieri non posse, quòd phantasma non vna parte sua repræsentaret naturam vniuersalem, altera differentiam indiuiduantem, sed qualibet particula vtramque indistinctè. Nihil enim hæc sunt ad rem. Nam etiã apud illos species intelligibilis rei singularis nõ alia, & alia particula repræsentat naturam vniuersalem, & differentiam indiuiduantem, sed se tota vtramque indistinctè, atque adeo genera omnia, & differẽtias constitutiuas rerum singularium; & tamen fatentur, intellectum per eiusmodi speciem posse elicere conceptus, quibus sola superiora apprehendantur, concurrẽte illa cum intellectu, non quatenus repræsentat differentiã indiuiduantem, sed quatenus naturas communes. Potiùs ergo dicendũ est, ea ratione non rectè occursum fuisse argumento, quia phãtasma concurrit cum intellectu agente, quatenus repręsentat & naturam communem, & differentiam indiuiduantem. tametsi non inde sequitur speciem intelligibilem, quam phantasma sic imprimit in intellectũ, sequi totam phantasmatis repręsentationem, quia subiectum non admittit speciem limitatam ad vnum indiuiduum, propter nobilitatem naturæ intellectuę, vt dictum est.

Altera impugnatio.

Approbatur posterior responsio.

Rectè tamen occurrebatur secundo loco, materialitatem phantasmatis esse in causa, cur phantasma non possit concurrere ad generationem eiusmodi speciei; nec ea responsio benè refutabatur. In hac enim controuersia non habetur ratio materiæ, vt est altera pars compositi, sed solùm vt est suo modo principium indiuiduationis, & multiplicationis indiuiduorum sub eadem specie; quo pacto naturę vniuersales non includunt materiam.

Ne immaterialia quidem eiusdem speciei repręsentari per eandem speciem intelligibilẽ.

Ad quartum dicendum est, repugnantiam in vtroque positam esse, & in eo, quòd singularia sint, & in eo, quòd materialia, vt modò exposuimus; tametsi vtrumque in idem redit. Nam neque singularium immaterialium, si modo sint purè singularia, dantur species intelligibiles; sed omnia, quæ sunt eiusdem naturæ, repræsentantur per eandem speciem. Itaque si substantiæ omnes separatæ differunt specie, nec possunt in plures solo numero differentes multiplicari; iam species earum intelligibiles non repræsentabunt purè singularia: si verò plures aut sunt, aut esse possunt eiusdem speciei (quod verius esse crediderim) verisimilius est, nullam speciem intelligibilem earum repræsentare præcisè vnum indiuiduum, sed quamlibet totam speciem.

*Facilius*

Digitized by Google

*Faciliùs à nobis singularia, quàm uniuersalia intelligi.*

## SECTIO VII.

RELIQVVM est, ut illud discutiamus, de quo quæstio instituta est, Faciliùs ne singularia, quàm vniuersalia intelligamus, an contrà. Ac si ex ijs, quæ hactenus tractata sunt, colligenda est huius dubitationis explicatio, planè respõdendum videbitur, faciliùs intelligi à nobis vniuersalia, quàm singularia.

Primùm, quia dictum est proximè, non dari in nobis species intelligibiles singularium proprias, sed tantùm vniuersalium. 1

Deinde, quia dictum quoque est, Vniuersalia intelligi à nobis directè, singularia reflexè; at reflexa cognitio, ut est posterior directa, ita & difficilior. Reflexam uerò esse posteriorem directa, & illam supponere, perspicuum videtur, tum ex similitudine aliarum actionũ, in quibus datur reflexio, tum etiam ex ijs modis, quibus dici solet reflexè à nobis intelligi singularia. Motus enim reflexus supponit directum, & radius luminis reflexus, radium directum, & sic res habet in cæteris. Reflexam uerò cognitionem singularium alij dicunt fieri hoc pacto. Postquam, natura uniuersalis per speciem intelligibilẽ cognita est, tum intellectus, considerans eiusmodi naturã non existere, nisi in aliquo singulari, discurrit, & arguitiuè, vt aiunt, scrutatur eiusmodi singulare; tametsi illud nõ inuenit, nisi sub conceptu quodam uago; quæ fuit consideratio Caietani à nobis paulò superiùs adducta. Alij hoc modo. Postquam natura vniuersalis per speciem intelligibilem percepta est, tum intellectum attendere ad actum, quo illam percepit; deinde ex cognitione illius actus procedere ad cognitionem speciei intelligibilis, à qua elicitus est actus; ac demum cùm disquirit causas efficientes speciei infra intellectum, inuenire primò phantasma, à quo proximè genita est species, deinde rem singularem, à qua impressum est phantasma. Atque huiusmodi reflexæ cognitionis meminit D. Thomas in quæstione vnica de anima ar. 20. Et in quæst. secunda de veritate art. 6. Cùm igitur vterque modus faciat priorem, & longè faciliorem cognitionem directam, quàm reflexam; non est cur negandum sit, difficiliùs singularia, quàm vniuersalia intelligi.

Quo pacto singularia quorundã sententia reflexè cognoscatur.

Sect. 3.

In disputatis.

Tertiò, quia Arist. 1. Phys. cap. 5. ait, singularia esse notiora sensu, & vniuersalia notiora ratione, quo argumento initio huius quæst. vsi sumus. Et ne locus dubitationi relinquatur, docet 5. lib. huius operis cap. 11. uniuersalia esse priora ratione, siue intellectu, singularia uerò sensu; loquiturque de prioribus cognitione. Ita non videtur vlla ratione dubitandum, quin singularia sint cognitu difficiliora, si de cognitione per intellectum sermo sit, & ea, quæ dicta sunt, uera esse ponantur. 3

text. 49.

text. 16.

Dicendum est tamen, & planè asserendum, singularia faciliùs à nobis intelligi,

Digitized by Google

Probatur assertio experientia.

intelligi, quàm vniuersalia. Primùm, quia id haud obscurè docet experientia: si quis enim petat non solùm ab idiotis, sed etiam à peritis multarum artium, quid apud eos nomine communi hominis, aut equi intelligatur; nihil aliud respondebunt, quàm intelligi nomine hominis singulos homines, & vocabulo equi singulos equos, nisi quis eorum in abstrahendis naturis communibus à rebus singularibus sit exercitatus, quod rarum est. Quocirca Aristoteles in Problematis sectione 18. hac in re po- 9. 5.

Discrimen Philosophi ab Oratore.

nit discrimen Philosophi ab Oratore, quòd Orator mente concipiat eum, qui iustus est, hoc est, hunc aut illum hominem iustum, nec altiùs ascendat (loquitur enim de Oratore, qui causas agit, quem certum est versari in singularibus) Philosophus autem ipsam per se iustitiam speciet, & de ea quasi separata, & seiuncta à singulis hominibus differat.

Ex modo operandi causarum naturalium.

Deinde, quia cùm primæ operationes intellectus sint in nobis naturales, vt quæ antecedunt omnem voluntatis operationem; non dubium est, quin positis causis earum sufficientibus, & remotis impedimentis cõtinuò perfectissimus effectus earum eliciatur: in puncto autem illo temporis, quo phantasma Socratis ope intellectus agentis imprimit speciẽ intelligibilem in intellectu Platonis, dantur causæ sufficientes ad productionem conceptus Socratis (nec enim phantasma Socratis postea magis applicari potest, & coniungi cum intellectu possibili Platonis, vt cum illo concurrere possit ad generationem conceptus Socratis) is autem cõceptus est perfectissimus omnium simplicium, qui de Socrate haberi possunt: nec uerò quidquam est, quod eius productionem impediat: continuò igitur illum Plato eliciet. Quare primus, ac facillimus omniũ conceptuum est conceptus rei singularis.

Alia probatio ex eodem capite.

Tertiò, quia cùm multæ causæ naturales sufficientes ad diuersa effecta sese impedientia simul ponuntur, semper effectus omnium simul concurrentium impedit peculiarem effectum cuiuslibet earum, quo pacto illuminatio à multis lucernis simul positis impedit illuminationem præcisam singularum. Cùm enim singulæ per se possint peculiare quoddam luminis indiuiduum producere; coniunctæ tamen vnum tantùm producunt diuersum ab omnibus, quæ à singulis producerentur; idemque in calore, & alijs qualitatibus habentibus contrarium clariùs videbunt ij, qui solas huiusmodi qualitates negant plures numero esse posse in eodẽ subiecto. Atqui in eo temporis momento, in quo phantasma rei singularis concurrit cum intellectu agente ad productionem speciei intelligibilis, dantur in anima nostra causæ naturales sufficientes non solùm ad cõceptum naturæ specificę, sed etiã rei singularis: igitur si conceptus naturæ specificę, & conceptus rei singularis ita se impediant, vt simul aut difficilè, aut minùs facilè dari queant in eodem intellectu; non dubium erit, quin conceptus, qui produci potest ab intellectu cum specie intelligibili, & phantasmate simul concurrentibus, modo aliquo impediturus sit naturaliter conceptum, qui produci potest ab intellectu cum sola specie

Digitized by Google

cie intelligibili; niſi voluntas intellectum determinet, vt ad ſolam naturam ſpecificam attendat, aut vt ſimul ſpeciem, & indiuiduum vtcumque concipiat. Conceptus autem, ad quem concurrit phantaſma, eſt conceptus rei ſingularis; isq; aut difficilè, aut minùs facilè ſimul elicitur cum conceptu naturæ ſpecificę, ut experientia, & ratio limitatę applicationis potentiarum nos docet: eſt igitur is omnium primus, ac facillimus.

Ex conditione ipſius effectus.

Poſtremò, quia natura comparatum eſt, ut effectus magis ſequatur cõditionem cauſę particularis, quàm vniuerſalis, ut eſt inductione perſpicuum: atqui phantaſma eſt cauſa omnino particularis, intellectus autẽ, & ſpecies intelligibilis habent ſe ut cauſæ uniuerſales, quod ex ſupradictis patet: igitur cùm hęc tria ita iunguntur, & applicantur ad agendũ, ut poſſint conceptum producere; magis ſequetur conceptus conditionem phantaſmatis, quàm intellectus cum ſola ſpecie intelligibili concurrentis: cum igitur phantaſma ſit rei purè ſingularis; erit vtique naturaliter is conceptus, rei potiùs ſingularis, quàm naturę ſpecificę. Quo fit, ut conceptus rei ſingularis ſit primus, & facillimus omnium.

ſect. 4. & 5.

Ex Arift.

Addi poteſt confirmatio huius concluſionis ex Ariſtotele, tertio lib. de Anima. Eam enim videtur ſignificaſſe loco illo capitis quarti ſuperiùs citato, cùm docuit, naturam vniuerſalem cognoſci eadem potentia, qua cognoſcitur res ſingularis, habente tamen ſe, ut ſe habet linea extenſa ad ſe ipſam priùs inflexam. Planè enim docuit his uerbis, priùs intellectum noſtrum intelligere res ſingulares adiumento phantaſmatis, quàm ſpecie ſola intelligibili quaſi extendatur, & rectà pergat ad naturã communem, quę præcisè per ſpeciem repreſentatur, eamque per ſe, ac directò percipiat. Ita patet faciliùs ſingularia ab intellectu percipi, quàm uniuerſalia.

tex. 10.

Obiectio.

At dicet aliquis. Pueri propter ſenſuum imbecillitatem priùs cognoſcunt patrem vt uirum, quàm ut hunc virum, & matrem ut mulierem, quàm ut hanc mulierem; idcirco enim viros omnes appellant patres, & mulieres matres, ut ait Ariſt. initio Phyſicorum. eademque ratione videntur priùs cognoſcere equum, mulum, & cętera iumenta, ut iumenta, quàm ut talia iumenta, cùm ij, qui primò nouerunt equum, iumenta omnia equos appellent. Non eſt igitur perpetuò uerum, ſingularia priùs, ac faciliùs concipi à nobis, quàm uniuerſalia.

tex. 5.

Dilucidatio.

Huic obiectioni reſpondendum eſt, non ideo pueros appellare viros omnes patres, & mulieres matres, quòd concipiant præciſe naturam cõmunem viri, vt diſtinguitur ab hoc & illo viro, aut naturam mulieris, vt diſtinguitur ab hac & illa; ſed ideo id accidere, quia ita imperfectè cognoſcunt ſingularia, vt ea, quæ ſunt parum diſſimilia inter ſe, planè diſtinguere nõ poſſint, propter ſenſuum imbecillitatem; quod idem accidit in dignoſcendis cæteris rebus, quæ inter ſe aliquam habent ſimilitudinem. Non cognoſci autẽ à pueris vniuerſalia, etiam ſi viros omnes apprehendant, vt patres, & mulieres, vt matres, vel ex eo confirmabis, quia ſimile

quid

Confirmatur ex cognitione brutorũ animalium.

quid faciunt brutæ animantes, quæ tamen vniuersalia apprehendere nõ possunt. Cernimus enim agnum recèns natum quamlibet ouem sequi quasi matrem; quod non alia de causa euenit, nisi quia nondum potest distinguere matrem à cæteris. Vnde fit, vt paulò pòst roborato magis sensu, solam matrem comitetur. Quare exemplũ puerorum, quo Arist. probat in physicis vniuersaliora esse nobis notiora, non alia ratione ad rẽ propositam confirmandam valet, nisi quatenus indiuiduum vagum est simile quodam modo naturæ vniuersali; pueriq́ue, ac brutæ animantes propter sensuum imbecillitatem, qua initio laborant, priùs apprehendunt singularia sub notitia vaga, quàm determinata, quemadmodum roborato etiam sensu fit, cùm animalia è loco remoto venientia cernuntur.

Corollarium.

Colligi tamen ex hac solutione potest, quãdocunque sensu ob impedimentum aliquod priùs percipimus indiuiduũ vagum, quàm determinatum, idem quoque accidere in intellectu. sat autẽ est ad perceptionem indiuidui vagi per intellectum species intelligibilis naturæ communis, & imperfectum phantasma rei singularis, quẽadmodum ad perceptionem eiusdem per sensum sufficit idem phantasma imperfectum.

Explicatur magis conclusio.

Hæc cùm ostensa sint in ijs singularibus, quæ phantasmata sui in nos imprimunt, ferè etiam intelligenda sunt in ijs, quæ sensibus non percipiuntur. Nam etsi hæc longo admodum discursu cognoscuntur à nobis, maiori tamen vt plurimum intelliguntur eorum vniuersalia. Dico autẽ vt plurimum, quia fieri potest, vt aliquando hæc ex vniuersalibus attributis simul iunctis colligantur, quo pacto colligimus singularẽ Dei conceptum, ex conceptibus entis, & independentis, vel actus, & puri.

## *Quo pacto species intelligibiles, & conceptus in nobis gignantur; itemq́, solutio argumentorum partis oppositæ.* SECTIO VIII.

Quo pacto species intelligibiles, & conceptus in nobis naturaliter gignantur.

VERVM antequàm dissoluamus argumenta partis oppositæ, operæpretium erit paucis exponere, quo pacto intellectus noster & species intelligibiles accipiat à rebus, & rerum ipsarum conceptus eliciat.

Ac primæ quidẽ species intelligibiles semper gignuntur actione intellectus agentis, & phantasmatis simul concurrentium, vt dictum est; possuntq́ue eiusmodi species esse vel specierum infimarũ, vt hominis; vel generum, vt animalis, aut viuentis. Nam si phantasma sit Socratis occurrentis, siue vt est hic homo, siue vt est aliquis homo, quem nondum planè à cæteris hominibus discernamus; species, quæ gignetur, erit naturæ specificæ hominis; si verò, vt singulare animal, species erit animalis; si vt singulare viuens, species erit viuentis, atque ita sursum versus. Iam enim patet ex superiori quæstione, multis modis rẽ eandem singularẽ posse occurrere sensibus nostris, & internis, & externis; tametsi hoc interest inter occursum rei, vt est indiuiduũ speciei infimæ, & vt est indiui-

Digitized by Google

ſndiuiduum cuiuſuis generis, quòd cùm priori modo illa cognoſcitur à nobis, aut cognoſcitur vt indiuiduum vagum, aut vt determinatum, quēadmodum diximus de Socrate; at poſteriori modo ſemper cognoſcitur vt vagum. Qui enim nondum diſcernit, cuius ſpeciei infimæ ſit res obiecta, minùs diſcernere poterit, quodnam ſit indiuiduum determinatè, hoc eſt, vt à cęteris omnibus diſtinguitur, etiam eiuſdem ſpeciei infimæ. Eo autem temporis momento, quo gignitur ſpecies intelligibilis, ſimul elicit intellectus poſſibilis conceptum eius indiuidui, quod tunc occurrit, niſi mens ita ſit aliò intenta, vt ab ea operatione impediatur. Quod eodem modo accidit in ſenſibus externis, qui ſæpe res commodiſſimè obiectas non percipiunt, quia anima vehementi aliqua applicatione in alia re occupata eſt. Itaque generatio hæc ſiue ſpecierum intelligibilium, ſiue conceptuum merè naturalis eſt.

Indiuidua generū ſemper cognoſci vage.

Sed contra hæc ſic obijciat aliquis; Species ſenſibiles, per quas Socrates cernitur à Platone nunc ex loco remoto, nunc ex propinquo, ſunt eiuſdem ſpeciei; tum quia non differunt inter ſe, niſi claritate repræſentandi; tum etiam, quia ex eodem loco remoto, ex quo Socrates à Platone cernitur, vt quoddam animal, cerni poteſt ab Alcibiade acutiùs vidente, vt quidam homo, & ab alio etiam, vt Socrates: igitur phantaſmata omnia impreſſa ab huiuſmodi ſpectebus ſenſibilibus ſunt eiuſdē ſpeciei, totumque Socratem repræſentant: at phantaſmata generant in intellectu ſpecies intelligibiles ſecundum vltimum potentię, cùm ad earum generationem naturaliter concurrant: igitur omnes ſpecies intelligibiles, quæ gignuntur à phantaſmatibus Socratis, ſunt eiuſdem ſpeciei, totamq; naturam communem Socratis repræſentant, ipſamque etiam differentiā indiuiduātem repræſentarent, ſi ſpecies intelligibiles ſingularium in intellectu imprimi poſſent, imò verò ſunt vna, & eadem ſpecies intelligibilis, quia fieri non poteſt, vt in eadem potentia dentur ſimul duæ ſpecies numero eiuſdem omnino rei, quæ ſola maiori, & minori claritate repræſentationis inter ſe differant. Non rectè igitur dictum eſt, à phantaſmate Socratis, & intellectu agente nunc gigni naturaliter ſpeciem intelligibilem hominis, nunc verò animalis pręcisè, aliàs etiam viuentis, & cæt.

Obiectio.

Huic obiectioni reſpondendum eſt; Primùm quidem non eſſe improbabile, ſpecies ſenſibiles, quibus Socrates cernitur vt quoddam animal, & vt quidam homo, & vt Socrates, eſſe diuerſarum ſpecierum. Nam quemadmodum cognitiones animalis, hominis, & Socratis differūt ſpecie, vt patebit libro ſexto; ita & ſpecies, quibus cognoſcuntur; differre poſſunt. Quare, non differre huiuſmodi ſpecies inter ſe ſola peſpicuitate repręſentationis, ſed repreſentatione etiam ipſa; ſiquidem ſpecies cuiuſdam animalis ſolùm repræſentat animal, & eius ſingularitatem indeterminatam; ſpecies autem cuiuſdam hominis hominem tantùm, & indefinitam eius ſingularitatem; ac denique ſpecies Socratis Socratem determinatè, ac definitè, totum inquam hominem, & certam eius differentiam

Dilutio notanda.

Num ſpecies ſenſibiles eiuſdem obiecti poſſint ſpecie differre.



Digitized by Google

ferentiam indiuiduantem. Nec verò referre quicquam, quòd ex eodem loco Socrates cernatur à diuersis, vt quoddam animal, vt quidam homo, & vt Socrates. possunt enim ex eadem distantia obiecti diuersarum specierum species sensibiles in oculis diuersorum imprimi iuxta diuersam organorum dispositionem. Vnde fit, vt productio huiusmodi specierũ ab obiectis non habeat eandem sphæram (vt dicitur) actiuitatis respectu omnium siue oculorum, siue mediorũ, sed respectu eodem modo dispositorum. Deinde verò, posita identitate specifica eiusmodi sensibilium specierum, dicendum est, aliam esse rationem in ijs speciebus, quæ imprimuntur in sensus externos; aliã in ijs, quæ in phantasiam. Intelligemus autem nomine phantasiæ in tota hac quæstione, quemadmodum & in superiori, quemlibet ex sensibus interioribus, quemadmodum nomine phantasmatis, quamlibet eorum speciem impressam, dicturi aliàs de interiorum sensuum distinctione, & num eorum omnium species cõcurrere possint cum intellectu agente ad productionẽ speciei intelligibilis; est enim res, quæ longiori discussione indiget, & cuius definitio nihil facit ad institutã disputationẽ. Quòd verò alia sit ratio, ex eo patet, quia productio specierũ in sensus exteriores tota est ab obiecto perfectiùs, aut minùs perfectè imprimente sui similitudinem; per quam, etiam si eiusdem speciei sit, potest sensus externus diuersas specie cognitiones habere, & qui acutior fuerit perfectiorem ex eodem loco, ex quo obtusior minùs perfectam habet. quamquam enim omnes species ab obiecto productæ totum illud representẽt; ea tamen quæ imperfectiùs id præstabunt, non satis erunt, vt cum obtusiori sensu perfectã sensationẽ efficiant; quã nihilominus efficient cũ acuto & perfecto. At productio phantasmatum non fit immediatè ab obiecto, nec etiã ab specie sensibili impressa in sensum exteriorem, cuius rei argumento est, quòd impressa in oculis speciem hominis coràm stantis, sæpe nullũ eius in nobis relinquitur phantasma, si illum non videamus, impedito aspectu à vehementi alia applicatione animi: sed fit ab actu sensus externi aut (quod eodem redit) ab specie in illum impressa, quatenus per eam sentimus, quo fit vt quamquam species, per quam videmus Socratem, vt quoddam animal, & vt quẽdam hominẽ, & vt Socratem, sint eiusdem speciei; tamen quia videndi actus specie differunt, phantasmata quoque ab eis genita differant specie. Vnde obiter colliges, phantasma uagum, & determinatum differre specie. Quare cùm phantasmata Socratis, vt est quoddam animal, & vt est quidam homo, & vt est hic designatus homo differant specie, nihil mirum est, si diuersas specie formas intelligibiles in intellectum imprimant, nisi quòd duo posteriora phantasmata solam speciem intelligibilem hominis producere possunt, quòd propria Socratis produci nequeat. Quin etiam, cùm phantasmata non concurrant cum intellectu agente, nisi quatenus per ea phantasia actu operatur; etsi prędicta phãtasmata essent eiusdem speciei, totumque Socratem repræsentarent; tamen apprehenso à phanta-

Quid intelligatur in hac disputatione nominibus Phantasiæ, & Phantasmatũ.

Quo pacto species sensibiles imprimãtur in sensum externũ.

Quo pacto phantasmata in sensum internum.

Phantasmata vaga, & determinata differre specie.

Quo pacto phantasmata concurrãt ad productionẽ speciei intelligibilium.

Digitized by Google

à phantasia Socrate, vt quodam animali tantùm, sola species intelligibilis animalis produceretur; atque ita sursum versus. Non est igitur quòd de prędicta specierum intelligibilium naturali productione ob argumentum propositum dubitemus.

De libera specierum intelligib. & conceptuum productione.

Alia uerò est, & specierum intelligibilium, & conceptuum non naturalis, sed libera productio; tametsi productio specierum naturaliter cõsequitur liberam conceptuum productionem. Cùm enim in intellectu plures species intelligibiles diuersarum specierum infimarum illo priori modo impressæ sunt, iam libere quisque concipere potest, tum indiui dua, quorũ habet phantasmata, tum etiã quaslibet naturas communes per eas species, siue primò, siue secundaria ratione representatas. Verbi causa, per speciem intelligibilem hominis potest intelligere, tum hominem, cuius illa est prima, & adæquata similitudo, tum etiam genera omnia, & differentias, quas secundaria ratione, ac implicitè representat; tametsi facillimè omnium intelliget naturam humanam, quæ primò representatur, & ex generibus, & differentijs, quæ in illa includuntur, ea, quæ ad illius complementum propiùs accedunt, vt superiori quoque quæstione dictum est. Id autem cùm facere possit intellectus, sæpe euenit, vt conferat non solùm indiuidua eiusdem speciei inter ipsa, veluti Socratem cum Platone, sed etiam diuersarum, vt Socratem cum Bucephalo, atque adeo ipsas diuersas species, ut hominem cum equo: in qua collatione multa inuenire potest, in quibus illa differant, multa etiã in quibus conueniant. Si ergo consideret ea, in quibus differunt indiuidua sub eadem specie; adhuc eiusmodi conceptus erunt singularium entitatum. Si uerò consideret ea, in quibus proximè conueniunt; iam habebit conceptum præcisum naturæ specificæ. Sin autem cõsideret ea, in quibus diuersæ species infimæ inter se differunt; eliciet conceptus abstractos à differentijs indiuiduantibus, quibus illarum differentiæ exprimantur; per quos conceptus non gignentur nouæ species intelligibiles differentiarum, si uera est sententia eorum, qui volunt, differentias non habere peculiares species intelligibiles, quibus represententur, sed per eas tantùm representari, per quas representantur ipsæ naturæ specificæ. Si deniq; consideret ea, in quibus conueniunt, iam habebitur conceptus generis; proximi quidem, si consideret id, in quo proximè conueniunt; remoti uerò si id, in quo remotè: nisi conuenientia sit adeo remota, ut conceptus, non sit uniuocus, sed analogicus, ut si concipiatur conuenientia omnium rerum in ente, aut omnium accidentium in accidente; quo pacto conferri possunt, non solùm species cum speciebus, sed etiam genera summa inter sese. Hoc autem cùm fiet, non dubium esse debet; quin ex eiusmodi conceptibus, gignantur nouæ species intelligibiles generum, ad quarum productionem, iam nõ concurrent phantasmata, nec item intellectus agens, vt est cõmunior Philosophorum sententia; tametsi eiusmodi species non gignentur, si iam fuerint genitæ ex phantas-

Quo pacto ex collatione rerum.

Dari in intellectu species quæ naturas generícas præcisè repræsentent.



Digitized by Google.

mate alicuius indiuidui occurrentis sub ratione indiuidui illius generis duntaxat; quod fieri posse iam dictum est.

Obiicitur id ex actu concipiendi naturã abstractè.

Quòd autem id dubium esse non debeat, ex eo primùm patet, quia cõceptus est actualis similitudo rei; ex similitudine autem actuali, aliqua habitualis relinqui debet in intellectu, nondum informato similitudine naturæ, quæ concipitur. Quòd si dicas, naturam genericam iam antea representatam fuisse in specie intelligibili naturæ specificæ; ea ratione non satisfacies, quia representatio illa erat implicita, & secundaria.

Ex ipsa facilitate abstractè concipiendi.

Deinde, quia postquam communem conceptum genericæ naturæ eli cuimus, experimur multò nos facilius, cùm volumus, eandem naturam sincerè, siue abstractè concipere; quod vtique non accideret, si in intellectu non relinqueretur nouus habitus, qui abstractè eam naturam representaret. Nec enim ad id satis videtur esse affectio ea relicta, qua intellectus disponitur ad faciliorem vsum specierum, sed opus est præterea, vt ex parte specierum detur præcisa quædam, & abstractiua representatio eiusdem naturæ, quippe cùm experiamur relinqui in nobis non solùm propensionem, & facilitatem ad vsum specierum intelligibilium, quas antè habebamus, sed etiam tam præcisam representationem habitualem naturæ genericæ, quàm habebamus specificarum.

Notanda dilutio tacitæ obiectionis.

Ex communi quodam pronunciato.

Tertiò, quia qui censent generari in nobis, primò species intelligibiles rerum singularium, fatentur non amplius esse opus intellectu agente ad generationem specierum, quibus naturæ superiorum represententur, eo quòd ipse intellectus possibilis elicere possit species superiorũ ex speciebus inferiorum; id quod etiam fatentur omnes facta eadem hypothesi: ergo si iam ponantur genitæ species intelligibiles specierum infimarum, par ratio erit, vt dicamus, intellectum possibilem posse ab eis abstrahere species intelligibiles generum: at intellectus possibilis, non potest eas alia ratione abstrahere, quàm formando conceptus præcisos generum, vt animalis, aut viuentis, per quos gignantur eiusmodi species: ergo & cæt.

Ex perplexitate, quæ alioqui daretur.

Postremò, quia nisi ea species relinqueretur, daretur postea in intellectu quædam, vt ita dicam, perplexitas, cùm quis vellet naturam eandem abstractè, & nulla habita ratione naturarum specialium concipere. Postquam enim ex collatione hominis, & equi abstractè concepisti naturam animalis, si postea eandem audito animalis vocabulo, nulloque modo ad hominẽ, aut equum, aliam'ue speciem attendens mente concipis, qua quæso specie intelligibili illam percipis? aut enim omnibus intelligibilibus speciebus specialium animalium, aut nulla? Nec enim potior ratio in vna specie est, quàm in cæteris. Vt ergo iterentur huiusmodi conceptus generum, sine vlla perplexitate, quo pacto illum iterari experimur; dicendũ potiùs est, relinqui ex primis illis actibus concipiendi naturas genericas, similes quasdam species, & quasi vestigia impressa, quibus facilè intellectus postea eiusmodi naturas præcisè concipiat, sine

vlla,

Digitized by Google

vlla consideratione inferiorum. Quod magis etiam aduertere debuissent nonnulli ex Recētioribus, qui usqueadeò diuerterunt à cōmuni Veterū sententia, vt solas species intelligibiles rerū singularium esse censeant. In maiori enim numero specierum intelligibilium, maiorem perplexitatem dari necesse est. Hac eadem, & alijs de causis videntur ponendæ in substantijs separatis præter species intelligibiles naturarum specialiū, siue latiùs patentiū, siue minùs latè (pro dignitate nimirum cuiusque) species omnium superiorum generum proprias.

De speciebus intelligibilibus generū in substantijs separatis.

Non tamen latet nos, argumentum hoc suspectum videri posse, quòd multa certa, & per se nota videatur impugnare, vt intensionem, & remissionem formarum, omnesque omnino generationes, siue substantiales, siue accidentales. Cur enim potiùs hic numero gradus caloris ab hoc agente introducatur, aut expellatur, quàm ille; cur item potiùs hic numero equus, aut hic radius luminis gignatur, quàm ille, si causæ secundę quærantur, nulla prorsus est: proinde aut negandæ sunt intensio, remissio, & omnes generationes; aut dicendum, propositum argumentū nullam vim habere; recurrendumque esse in huiusmodi perplexitatibus ad determinationem diuinæ voluntatis. Sed hæc nihil obstant, quo minùs proposito argumento innitamur. Quanquam enim in quibusdam euentis (vt in ijs quæ dicta sunt) oportet recurrere ad diuinæ voluntatis determinationem, præfinitionemque, ut quinto libro docebimus; non est tamen id faciendum, vbi ratio ex causis secundis reddi potest. Redditur autem ea optimè in re proposita ex speciebus intelligibilibus generum relictis ex eorum conceptibus pręcisis.

Qua ratione vtēdum proposito argumento.

Atque hæc obiter de generatione specierum intelligibilium, & conceptuum dicta sint hoc loco. Ex quibus manifestum relinquitur, primum cognitum ab intellectu nostro esse rem singularem. Qua ex parte rectè sentiunt Durandus. 2. Sent. d. 3. q. 7. Burlæus 1. Phys. libro ad caput. 2. & Nominales omnes, vt Ochamus 1. sent. d. 3. q. 5. & Gregorius ibidem q. 3. tametsi in alijs plerisque labuntur. Num autem species intelligibiles sint ex genere earum formarum, quæ non intenduntur actibus nostris, veluti species sensibiles, quæ ab obiectis in sensus externos imprimuntur, & species intelligibiles, quæ angelis more proprietatum inditæ sunt, & in animos nostros, cùm à corporibus separantur, naturaliter influunt; an uerò intendantur ijs actibus concipiendi, qui per eas eliciuntur; & quo pacto; num quoad representationem plurium rerum, entitatum'ue, an potiùs quoad perspicuitatem representandi; libro octauo explicabimus, cùm de intensione, & extensione formarum disseremus.

Dubia differta in librum 8.

Ad primum igitur argumentum eorum, quibus suadebatur, faciliùs vniuersalia, quàm singularia intelligi, dicendum est, nihil referre, quòd in intellectu non sint species intelligibiles rerum singularium propriæ.

Responsio ad argumenta partis oppositæ.

Satis

Satis est enim concursus phantasmatis, vt suppleat id, quod deest speciebus intelligibilibus naturarum communium.

Responsio ad argumenta partis oppositæ.

Ad secundum dicendum est, cõceptus rerum singulariũ non propriè dici reflexos, sed translatitiè, ut dictum est. Est autem & naturæ,& dignitatis ordini conuenientius,ut primùm intellectus noster se quodammodo inflectat inferiori potentiæ, à qua iuuatur, deinde ipse per se suas operationes exerceat, quàm contrà. Ad eam uerò commentationem Caietani satis iam responsum est suprà, nec quenquam experiri, necessarium sibi esse eum discursum, ut rem singularem concipiat; nec uerò illum satis esse ad res singulares determinatè percipendas: proinde nihil esse ad rem eum modum reflexę cognitionis. Denique modus ille, quem D. Thom. in locis citatis exponit, & paucissimis contigit, & longiori discursu indiget, quàm in nobis fieri experiamur ad singularia concipienda; præter quàm, quòd ille non satis est ad intelligenda singularia secundum proprias,& peculiares eorum rationes, veluti Socratem, ut Socratem, & Platonem, vt Platonem; sed tantùm,ut remotas causas specierũ intelligibilium, actuumque intelligendi. Quare necesse est ponere alium modum, quo singularia,ut talia sunt, tam facilè à nobis concipiantur, quàm experimur; qui quidem alius non uidetur esse posse, nisi is, qui à nobis explicatus est. Nec Diuus Thomas eum modum negauit unquam, sed potiùs significasse uidetur 1. p. q. 86. ar. primo, amplexus tandem illum extremo opere, tanquam omnium optimum,& omnibus familiarissimum,ac facillimum.

Quid de modo cognitionis reflexę à D. Thoma traditæ.

Exponitur locus Aristotelis.

Ad tertium dici posset, Vniuersalia appellari ab Arist. notiora ratione, & singularia notiora sensu, quoad habitualem cognitionem, si uerisimile esset, illum non de actuali, sed de sola habituali cognitione esse intelligendum eo loco. Vt enim similitudines habituales, quæ sunt in intellectu,non representant per se, & determinatè, nisi uniuersalia; ita quæ in sensus interiores imprimuntur, non representant per se nisi singularia: quò fit, ut hoc pacto notiora sint intellectui uniuersalia, quàm singularia; & sensui singularia, quàm uniuersalia. Notius est enim id, quod per se, quàm quod per accidens representatur. Verùm,quia Arist. non uidetur actualem cognitionem excludere, sed potiùs de ea præcipuè agere; crediderim dicendum, ea pronunciata intelligenda esse de cognitione,quę methodo aliqua, seu, ut latini loquuntur, uia, & ratione comparatur. Hęc enim habetur de uniuersalibus per scientiam; de singularibus per experientiam: constat autem scientiam uersari per se in uniuersalibus, per accidens in singularibus; experientiam econtrariò, per se in singularibus, per accidens in vniuersalibus, ut egregiè ex positum habes ab ipso Auctore cap. 1. huius libri. & forsitan ob hanc causam non usus est ille in priori loco nomine intellectus, sed rationis, quod vsitatius est in significanda cognitione per causam, quam omnes

scientiam

Digitized by Google

ſcientiam appellamus, quemadmodum in poſteriori cum ſic ait [Quinetiã expertos magis, quàm eos qui rationem ſine experientia tenent, &c.] Et paulò pòſt cum ita ſcribit [Si quis igitur, ſine experientia rationem teneat, &c.]

## *Diſſoluuntur argumenta initio propoſita.* SECTIO VI.

sect. 3.

RELIQVVM eſt igitur, ut ea argumenta diſſoluamus, quibus initio oſtendi uidebatur, ſingularia ſenſibilia non intelligi à nobis, ſed ſenſu duntaxat percipi. Ad quorum primum iuxta ea, quę proximè dicta ſunt, reſpõdendum eſt, ideo uniuerſalia dici ab Ariſt. notiora ratione, quòd ea ſola per ſe ſciantur; contrà uerò ſingularia eſſe notiora ſenſu, quòd ea ſola per ſe cadant ſub experientiam ſenſus; quidquid dicendum ſit de ea cognitione intellectiua, quæ non eſt ſcientia.

Cur vniuerſalia dicantur ratione notiora, & ſenſu ſingularia.

Ex his patet reſponſio ad ſecundum. Nec enim eo loco videtur eſſe ſermo de obiectis intellectus, & ſenſus, ſed de ijs, quæ per ſe cadunt ſub cognitionem ſiue actualem, ſiue habitualem, quæ via, & ratione comparatur. Aut dicito, diſtingui eo loco obiectum intellectus, & ſenſus per exceſſum, quem habet intellectus ſupra ſenſum. Nam etſi intellectus poteſt per ſe percipere ſingularia, quemadmodum & ſenſus; tamen id, in quo ille excedit ſentiẽdi vim in rebus ſenſibilibus, eſt cognitio vniuerſalium. Hæc enim à ſolo intellectu per ſe cognoſci poſſunt, & in his ſolis per ſe verſatur ſcientia. Nec nouum eſt, aut præter rationẽm deſignari obiecta potentiarum per ea, in quibus aliæ alias excedunt, cùm id doceat text. 116. Ariſt. 1. de Cælo cap. 11. vt ſi equus portare poſſit decem talenta, homo verò vnum tantum, vis portandi, quam equus habet, rectè definietur per decem talenta, & ſi equus minora quoque pondera portare poſſit. Quapropter ad duas illas argumentationes, quæ ex 1. Phyſico. extruebantur, negandum eſt, eodem modo vniuerſale eſſe obiectum intellectus, quo ſingulare eſt obiectum ſenſus. Neque enim vniuerſale eſt adæquatum obiectum intellectus, quemadmodum ſingulare eſt adæquatum ſenſus, quippe cùm ſingularia cadant per ſe ſub intellectum, non item vniuerſalia ſub ſenſum.

Qua ratione ſenſum excedat intellectus.

Potentias ſuperiores definiẽdas eſſe per exceſſum.

Quorundam reſponſio.

Ad tertium non deſunt, qui dicant intellectum noſtrum ideo percipere ſingularia materialia, quia anima intellectiua eſt quodãmodo materialis propter naturalem propenſionem, ad informandum corpus, & quandam dependentiam à ſenſibus quam intellectus habet dum eſt in corpore. Sed non animaduertunt abſurdiſſimum illud ex ea reſponſione effici, fore vt ſubſtantiæ ſeparatæ, quæ omnino immateriales ſunt, non intelligant eadem ſingularia, immò neque eorum vniuerſalia, quæ materiam includunt. Potiùs igitur dicendum eſt ad argumentum, pro-

Refutatio.

pot-

Q. 5 proportio inter potentiã & obiectum requiratur.

portionem, quæ inter potentiam,& obiectum requiritur,eam esse debere, vt potentia non sit inæqualis obiecto ob defectum,quam vocant proportionem minoris inæqualitatis. Nemo enim vnquam negauit, posse dari proportionem maioris inæqualitatis in potentijs, hoc est,maiorem posse vim esse in potentia,quàm obiecto percipiendo sit satis; sed omnes fatentur non debere esse minorem, vt est in sensibus respectu rerum materiæ expertiũ. Cùm igitur potentiæ immateriales maiorem vim habeant, quàm materiales, nihil impedit, quo minùs materialia possint attingere, siue ea sint aliqua ex parte materialia, vt naturæ vniuersales,siue omnino, vt res singulares.

Singularia apud nos cau sam esse, cur vniuersalia intelligãtur.

Ad quartum dicendum est, etsi vniuersalia syncere à nobis intelligi non possunt, quandiu à singularibus non abstrahuntur, seu (quod idem est) quandiu in nobis non dantur earum species intelligibiles; non ideo tamen rectè dici singularia esse in causa, cur vniuersalia non intelligantur; imò verò, cùm singularia per sensus externos imprimant sui species in sensum interiorem, à quibus intelligibiles species gignuntur; potiùs dicendum est, illa in causa esse, cur à nobis vniuersalia intelligantur.

Ad quintum sic respondendum; Si singularia sensibilia intelligerentur à nobis per species congenitas, vt intelliguntur à substantijs separatis,tum demum non esset cur sensibus indigeremus, quemadmodum illæ non indigent. Nunc autem, cùm omnis nostra cognitio à sensibus ortum habeat;inde fit, vt non solùm propter cognitionem singularium, sed ipsorum etiam vniuersalium,indigeamus sensibus.

Vnde Aristoteles necessitatẽ colligat intellectus agentis.

Sextum argumentum supponit,singularia sensibilia non posse intelligi à nobis,nisi per proprias eorum species intelligibiles,quo pacto rectè concludit,si ea tantùm causa spectetur,ob quam Aristoteles intellectum agentem perspicuè induxit. Neque enim ille alia ratione necessarium esse dixit,nisi propter abstractionem naturarum communium à singularibus materialibus, quam primò fieri voluit per species præcisas naturarum communium. Quòd si primò species intelligibiles singularium in intellectum nostrum imprimerentur, iam prima abstractio communium naturarum posset fieri per conceptus earum præcisos ex consideratione,& collatione singularium elicitos, ex quibus conceptibus resultarent species intelligibiles quæ naturas communes præcisè repræsentarẽt quod sæpe accidere paulò superiùs dictum est. Ita non esset necessarius intellectus agens. Vnde patet non rectè sentire eos, qui adhuc Aristotelis opinione putant illum esse necessarium,vt faciat res vniuersales tam quam præcipua obiecta intellectus possibilis. Nam cùm intellectus possibilis speciebus intelligibilibus singularium informatus possit abstractè communes eorum naturas concipere; non dubium est, quin possit facere vniuersalia non modò per conceptus, sed etiam per species relictas. Adde,non rectè ab eis dici vniuersalia præcipua obiecta intellectus possibilis,

Refellitur quorundã de eadem re opinio.

Digitized by Google

sibilis. Quanquam enim pura appellari posſunt, vt in quibus cognoscendis non miscetur sensus; præcipua tamen dici nequeunt, cùm sint minùs perfecta singularibus, neque in natura diuina dari possint. Potiùs ergo dicendum est cum alijs, etsi species intelligibiles singularium ponantur, non ideò tamen superuacaneum fore intellectum agentem, quia phantasmata, cùm materialia sint, & extensa in corpore, non possunt per se, ac vi sua agere in intellectum possibilẽ, qui immaterialis est, ad gignendas species intelligibiles, etiam singularium, sed vi alicuius agentis immaterialis, quod nos dicimus intellectum agentem. Quanquam verò Aristoteles huic rationi non est innixus expressè, eam tamen fortasse suppoſuit; vt dici possit, duplici de causa inductum ab eo esse intellectum agentem; vna expressa, altera, quæ facilè subintelligi potuit. Nam & perspicua erat, & ipse fortasse eam innuit eodem capite, cùm dixit, Omne agens esse præstantius patiente. Quanquam enim hoc pronunciatum ad præstantiam intellectus agentis confirmandam inductum est; tamen ad eius quoque existentiam ostendendam valet. Verùm de hac re alibi accuratiùs.

Vera sententia.

text. 19.

Ad septimum dicendum est, Aristotelem in loco citato, nomine sensibilium, intellexisse sensibilia, quatenus sensibilia sunt, hoc est, quatenus immutatione sensuum percipiuntur, vt D. Tho. exponit. Colligebat enim sensum communem, vt est in omnibus animalibus, satisque patet, in bestijs, præter sensitiuas potentias nullam esse superiorem, cuius immutatione sensibilia percipiantur. Ita nihil refert, quòd homo per intellectum quoque singularia sensibilia percipiat. Oportet enim illum adhuc habere vnam aliquam potentiã sensitiuam, qua possit de differentijs omnium sensibilium iudicare, ne natura eius sensitiua inferior sit aliorum sensitiuorum natura. Atque hæc de cognitione vniuersalium, & singularium, etsi aliquantò fusiùs pro ratione loci; non inutiliter tamen dicta esse videbuntur.

Explicatur locus Aristotelis.



Digitized by Google

## Capitis tertij Explanatio.

CVM [a] autem conſtet] Abſoluta præfatione aggreditur tractationem. Quoniã uerò dixerat hanc ſcientiã circa cauſas primas uerſari, adductis breuiter iam tio huius ca. 4. generib. cauſarũ ex 2. lib. Phy. refert ad finem uſque 6. cap. Veterum Philoſophorum opiniones de cauſis, ut ſi quid dictum ab eis reperiat, quod à ſe fuerit omiſsũ id amplectatur, ſin minùs maiorem aſſtruat fidem ijs, quæ de cauſis docuit. Tum denique in ſeptimo capite eorũ opiniones ea ex parte refutat, qua à uero uidentur aberrare.

[a] Quarũ unã dicimus] Quę hic Ariſt. repetit de quatuor cauſarũ generibus, quia fuſiùs ab eò tractantur 2. libro Phyſic. cap. 3. & 5. libro huius operis capite 2. non eſt cur hoc loco explicentur. Id enim à nobis deinceps obſeruãdum erit, ut quæ alibi explicatiùs ab Auctore traduntur, aut minùs habent utilitatis, aut certè in publicis prælectionibus explicari non ſolent, omiſſis longioribꝰ cõmentarijs, breuibus tãtùm ſcholijs, cũ opus fuerit, exponamus. Itaque ea tantùm, quæ in huiuſmodi rebus ſtudioſus, ac diligens lector deſiderare poterit, carptim, breuiterq; explanabimus. Quod ad uerba attinet, illud ἐξ ἀρχῆς, hoc eſt [ex principio] pro [primarum] dictum eſt, ut Alexander interpretatur, idq; patet ex ſubiecta ab Ariſtotele ratione.

Modus deinceps in expoſitione tenendus.

### Κεφ. Γ'.

ca. 3. tex. 28. & 29.

ΠΕΡΙ [a] δὲ φανερὸν, ὅτι τῆς ἐξ ἀρχῆς αἰτίων δεῖ λαβεῖν ἐπιστήμην (τότε γὰρ εἰδέναι φαμὲν ἕκαστον, ὅταν τὴν πρώτην αἰτίαν οἰώμεθα γνωρίζειν) τὰ δ' αἴτια λέγεται τετραχῶς, ὧν [b] μίαν μὲν αἰτίαν φαμὲν εἶναι τὴν οὐσίαν, καὶ τὸ τί ἦν εἶναι (ἀνάγεται γὰρ τὸ διὰ τί πρότερον εἰς τὸν λόγον ἔσχατον, αἴτιον δὲ καὶ ἀρχή, τὸ διὰ τί πρῶτον) μίαν δὲ τὴν ὕλην καὶ τὸ ὑποκείμενον, τρίτην δὲ ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως, τετάρτην δὲ τὴν ἀντικειμένην αἰτίαν ταύτῃ τὸ οὗ ἕνεκεν, καὶ τὸ ἀγαθὸν (τέλος γὰρ γένεσις καὶ κινήσεως πάσης τοῦτ' ἔστι) τεθεωρημένων ἱκανῶς περὶ αὐτῶν ἐν τοῖς περὶ φύσεως, ὅμως [c] προσαπορήσωμεν καὶ τοῖς πρότερον ἡμῶν εἰς ὑπόνοιαν ἦλθον τῶν ὄντων ἡμῖν ἰόντας, καὶ φιλοσοφήσαντας περὶ τῆς ἀληθείας. δῆλον γὰρ ὅτι κἀκεῖνοι λέγουσιν ἀρχάς τινας καὶ αἰτίας. ἐπελθοῦσι γοῦν ἔστιν τισὶ τῇ μεθόδῳ τῇ νῦν. ἢ γὰρ ἕτερόν τι γένος ἀρήσομεν αἰτίας, ἢ τούτων λεγομένας μᾶλλον πιστώσομεν.

Τῶν δὴ [d] πρώτων φιλοσοφησάντων, οἱ πλεῖστοι τὰς ἐν ὕλης εἴδει μόνον ὠήθησαν ἀρχὰς εἶναι πάντων. ἐξ ὧν γάρ ἐστιν ἅπαντα τὰ ὄντα καὶ ἐξ ὧν γίγνεται πρώτων, καὶ εἰς ὃ φθείρεται τελευταῖον, τῆς μὲν οὐσίας ὑπομενούσης, τοῖς δὲ πάθεσι μεταβαλλούσης, τοῦτο στοιχεῖον καὶ ταύτην τὴν ἀρχήν φασιν εἶναι τῶν ὄντων, καὶ διὰ τοῦτο, ὅτε γίνεσθαι οὐθὲν οἴονται, ὅτε ἀπόλλυσθαι, ὡς τῆς τοιαύτης φύσεως ἀεὶ σωζομένης, ὥσπερ δὲ τὸν Σωκράτη φαμὲν ὅτε γίγνεσθαι ἁπλῶς, ὅταν γίγνηται καλὸς ἢ μουσικὸς, οὔτε ἀπόλλυσθαι, ὅταν ἀποβάλλῃ ταύτας τὰς ἕξεις, διὰ τὸ ὑπομένειν τὸ ὑποκείμενον, τὴν

e Tamen eos quoque] Consuetudo Aristotelis, est ab opinionibus aliorum ordiri disputationē, quę ſanè optima est philosophādi ratio: facile enim est inuentis addere, ut est in prouerbio. Pro qua re lege primū caput libri sequentis, & ultimum Elenchorum.

d Plurimi igitur eorū] In enumerandis opinionibus de causis hunc ordinē sequitur Aristoteles, ut primùm referat sententias eorū, qui materialem causam posuerunt; deinde eorum, qui addiderūt efficientem; tertio loco eorum, qui formalem. Non refert autem placita eorum, qui posuerūt finalem, quia ut ipse cap. 6. docebit, nemo apertè, ac p se hoc genus causę attulit. Docet igitur fuisse plurimos, qui cū rerum omnium principia inquirerent (neque enim de uno tātum genere disputabant, sed de tota rerū universitate) solam materialem causam tradiderint; tametsi alij unum, alij plura esse materialia principia existimauerint, ut in progressu apertum erit. Cur autem solam materiam causam esse putauerint, hęc ratio fuit, quia cætera omnia, quę in materia sibi inuicem succedunt, accidentia esse existimarūt, ac indigna causæ nomine, præsertim interne, & essentialis, quā solā reuerà inquirebāt. Primùm igitur docet, hos omnes in eo conuenisse, ut dicerent, materiam esse totam rerū substantiam. Quoniā uerò nihil potest simpliciter generari, aut corrūpi, nisi substātia mutata; docet deinde eos omnes coactos fuisse, ut omnem generationem, ac corruptionem simpliciter, negarent. Si enim omnium rerum substantia eadem est; nihil omnino mutatur secundum substantiam; quare nec generatur quicquam, nec corrumpitur

Quo ordine Arist. enumeret Veterum opiniones de causis.

Cur solam materiā causam esse dixerint.

Quatenus cō uenerint omnes ueteres Naturales.

## CAPVT III.



VM [a] *autem cōstet, primarum causarum scientiam capessendam esse (tunc enim rem quanque nos scire dicimus, cùm primam causam nos cognoscere arbitramur) causæ uero quadrifariam dicātur, quarum* [b] *unam dicimus substantiam, quidita temq; rei (id enim primum, quod in quæstione, Propter quid est, quæritur, ad rationē ultimā reuocatur; est autem id causa, & principium, quod primum in quæstione, Propter quid est, quæritur) alteram uerò materiam, & subiectum; tertiam, undè principium motus existit; quartam eam, quæ huic oppositæ est, & id, cuius gratia, ac bonum ipsum (hoc enim omnis motus, generationisq; finis est) de his quidem etsi satis disputatū est in libris de Natura; tamen* [c] *eos quoque qui ante nos in eorum, quæ sunt, disputationē descenderunt, et de ueritate philosophati sunt, adsciscamus. nā & illos principia quædā, causasq; posuisse perspicuū est, quas si exposuerimus, aliquid huic tractationi adiumēti afferetur. Aut enim aliud causæ genus inueniemus, aut certè ijs, quæ nunc expositæ sunt, magis credemus.*

ucr. 9.

*Plurimi* [d] *igitur eorum, qui primi philosophati sunt, eas solas, quæ sunt in specie materiæ, principia rerum omnium esse crediderunt. Ex quo enim sunt omnia, quæ sunt, & ex quo primo fiunt, et in quod ultimum, substantia quidem permanente, sed affectionibus mutata dissoluuntur, id elementū, ac principium rerum omnium esse asserunt; ob eamq; causam, nec generari quicquam existimant, nec corrumpi, quòd eiusmodi natūra semper salua permaneat. Vt autem Socratem dicimus, nec fieri simpliciter, cùm fit bonus, aut musicus, nec uerò corrumpi, cùm hos habitus amittit, quòd subiectum idem permaneat, ipse*



Digitized by Google

simpliciter, sed tantùm mutatur secundum alias, atque alias substantię affectiones. Horum autem uarias sententias ita refert Arist. ut primo loco meminerit eorum, qui dixerunt unum aliquid esse rerum omnium materiale principium, deinde eorum, qui quatuor, postremò eorum, qui infinita.

Thales Milesius.

e Sed Thales] Thales Milesius uir nobilissimus, primusque ex septem Græciæ sapientibus iccirco dicitur huius primę Philosophię princeps, siue primus auctor (utrunque enim significat uerbum ἀρχηγὸς) quia relictis torensibus negotijs prim⁹ se ad totam rerum naturam contemplandā contulit. Quanquam enim de solis rebus corporeis differuit, putauit tamen se de uniuersō entium genere disputare, quia nullam esse rem corporis expertem, ut alij plerique posteriores, existimauit. Eius uerò opinio apertiùs hìc ab Aristotele ponitur, quàm ut explicatione indigeat. Floruit autem Thales ætate Ezechielis, & Danielis Prophetarum, cùm populus Israeliticus esset in captiuitate Babylonica; quo tempore apud Romanos regnarunt ex ordine Tarquinius Priscus, & Seruius Tullus.

Veterum de Mundo sententia.

f Quamobrē, & terrā] Omnes penè ueteres Naturales, ut notat Albertus, existimarūt mundum esse animal, proinde cùm Thales humidum censuerit esse rerum omnium principium, quasi earum omnium nutrimentū, atque adeo astrorum, ut plerique existimabant, consequens fuit, ut illud in medio mundi collocaret, & & quod hinc sequitur, maxima ex parte sub terra, ut æquè distaret ab omnibus, quæ ab eo alerentur, cuius rei similitudinem cernimus in animali, quod 8. Phy. minor mundus appellatur. uidemus enim in eo medium locum nutrimento deputatum esse.

Orpheus, Musæus, & Linus cur Theologi appellati. Cur dicti antiquissimi.

g Qui antiquissimos illos] D. Thomas credit hos fuisse antiquissimos poëtas Orpheū, Musæum, & Linum, qui propterea Theologi appellati sunt, quòd res diuinas carmine tractauerint. Merito autem ij dicuntur antiquissimi, quòd floruerint tempore Hebræorū Iudicū, idque ante Samsonem, in cuius ætatem incidit Troiæ excidium, quod Tha-

Tract. 3. ca. 3.

Cap. 2. tex. 17.

Lect. 3. Euseb. 10. de præp. Euang. c. 3. & Chrō.

* Alias διαλαβεῖν.

Vide Eusebiū in Chron. & alios.

Alex.cō. 23. ad finē. Alb. tract.3.c.4.

Thaletis obitū sexcentis triginta annis antecessit. Alex. & Albert. putant his uerbis significari Homerum, & Hesiodum, sed prior expositio magis placet, quòd illi superiores Theologorum nomen magis assecuti uideantur.

6. Aeneidos.

*ipse inquam Socrates, ita nec quicquam aliud. Oportere enim aliquam esse naturam, uel unam, uel plures una, ex quibus, salua illa, cætera gignantur: multitudinem uerò, speciemq; eiusmodi principij non eandem omnes asserunt.*

*Sed* [e] *Thales, qui huiusmodi philosophiæ princeps fuit, aquam esse dcit. Quamobrem* [f] *& terram super aquam esse asserebat, concepta forsitan hac opinione ex eo, quòd alimentum omnium humidum esse, calorem'que ipsum ex eo gigni, & animal hoc ipso uiuere animaduerteret. Id autem, ex quo aliquid fit, principium est omnium. Atque hac de causa ille in hanc opinionem inductus est, et quòd omnium semina humidam naturam habeant, aqua uerò humidis principium sit. Sunt etiam nonnulli, qui* [g] *antiquissimos illos, & multis seculis hac ætate superiores, qui'que primi Theologiam tractauerunt, sic arbitrentur de natura sensisse. Oceanum enim, & Thetin parentes generationis fecerunt, Deorum'que iusiurandum eam aquam esse, quam Poetæ ipsi stygem appellant. honore enim dignissimum, quod antiquissimum; iusiurandum* [h] *autem honore dignissimum est. Num igitur antiqua, uetusq; sit opinio hæc de natura, obscurum* [i] *forsitan fuerit; certè Thales hunc* [k] *in modum fertur de prima causa censuisse. Hipponem. n. nemo dignum putabit, quem cum his numeret, propter mentis* [l] *eius uilem, & abiectã conditionem. Anaximenes* [m] *autem, & Diogenes aerem*

Alex.cō.14. Simpl.cō. 3.

**h Iusiurandum autem** } Ideſt, fieri per eā rem, quæ honore est dignissima. Vnde illud Virgilij, Stygiamq; paludē, Dij cuius iurare timēt, & fallere numē. Ita patet apud eos, qui hæc fabulati sunt, eā fuisse opinionē, ut putarēt Deos esse corporeos, atque ideo posteriores aqua, ex qua cūcta, atq; adeo ipsi existerent.

**i Obscurum forsitan** } Meritò ait, nō satis constare, nū antiquissimi illi poëtæ Theologi putauerint, aquā esse rerum omniū principiū. Nam cùm illi multa Naturæ secreta fabularū inuolucro cōtexerint; timendū est, ne sepe de rebus multò aliter senserint, quàm prima specie sensisse uideantur.

**k Hunc in modum** } Propterea utiē uerbo, Fertur, quia eius ætate nullum Thaletis scriptū extabat, ut testatē Alex. Quinetiā existimat Simplicius 1. Phy. nihil illū scripsisse præter nauticam Astrologiam.

De scriptis Thaletis.

**l Propter mentis** } Hippon dixit, aquam esse principiū omniū rerū, quēadmodum Thales,

Hippon.

tex. 32.

atque adeo asseruit animam ipsam esse aquam, ut patet 1. de Anima cap. 2. Ideo tamen ait Arist. illum indignū esse, qui numeretur inter Philosophos, quia impius fuit, ac longè abhorrens à Dei cognitione, ut affirmat Alex. hoc loco, & Simplicius in 1. Physicorū, ubi hominē appellat ἄθεον. Quanquam εὐτέλειαν τῆς διανοίας significare potest hoc loco ingenij tenuitatem, aut iudicij leuitatem, quæ in eundem æquè conueniunt; nam neque sententiam suam, quæ tandem esset, satis explicauit, neque graue quicquam dicere potuit, qui supra humana hęc nihil agnouit.

Indignus Philosophi nomine.

Com. 24. Com. 3.

**m Anaximenes autem** } Anaximenes Milesius, qui fuit tertius à Thalete (audiuit enim Anaximandrum Thaletis discipulum) & Diogenes Apolloniates eius auditor, posuerunt aërem omnium rerum principium.

Anaximenes. Diogenes Apolloniates.

Hippasus

Digitized by Google

n Hippasus uerò] Prefert hos superioribus Aristoteles paulò pòst initiũ capitis septimi, φ ignis sit omniũ elementorum subtilissimus. Horũ longè clarior fuit Heraclitus Ephesius tempore Darij Persarum Regis, cuius consuetudini, & muneribus humanissimè, ac liberalissimè oblatis Philosophiæ otium, & modestiam Herachtus anteposuit. Fuit autem is posterior Thalete annis ferè septuaginta. tex. 13. Laërtius in Heraclito.

Empedocles.

o Empedocles autem] Empedocles quatuor elementa prima principia esse censuit omnium, quæ gignuntur, & intereunt, atque in his quatuor totã substantiam cæterarum rerum consistere, quemadmodũ superiores in uno tantùm, nihilque aliud esse reliqua entia, quàm horum uariã inter se coniunctionem, ut in alijs plus existat ignis, in alijs plus aëris, & sic in reliquis. Floruit porrò Empedocles haud multò ante Socratem. Docuit enim Gorgiã Sophistam, cũ quo iam seniore sæpe disputauit Socrates.

πρότερον ὕδατος, καὶ μάλιστ' ἀρχὴν πιθέσθαι τῶν ἁπλῶν σωμάτων. Ἵππασος ⁿ δὲ πῦρ ὁ μέλαπον τίνος, καὶ Ἡράκλειτος ὁ Ἐφέσιος.

Ἐμπεδοκλῆς ° δὲ τὰ τέτταρα, πρὸς τοῖς εἰρημένοις γῆν προσθεὶς τέταρτον. ταῦτα γὰρ ἀεὶ ὑπομένειν, καὶ οὐ ᵖ γίγνεσθαι, ἀλλὰ πλήθει καὶ ὀλιγότητι συγκεινόμενα ἐξ ἑνὸς ἐξ ἑνός. Ἀναξαγόρας ᵠ δ' ὁ Κλαζομένιος τῇ μὲν ἡλικίᾳ πρότερος ὢν τούτοις, τοῖς δ' ἔργοις ὕστερος, ἀπείρους εἶναί φησι τὰς ἀρχάς. σχεδὸν γὰρ ἅπαντα ὁμοιομερῆ, καθάπερ ὕδωρ, ἢ πῦρ ἅττα γίγνεσθαι, καὶ ἀπόλλυσθαι φησι συγκρίσει καὶ διακρίσει μόνον, ἄλλως δ' οὔτε γίγνεσθαι, οὔτε ἀπόλλυσθαι, ἀλλὰ διαμένειν ἀΐδια. ἐκ μὲν οὖν τούτων, μόνων τις αἰτίαν νομίσειεν ἂν τὴν ἐν ὕλης εἴδει λεγομένην.

Περιόντων δ' ἔτι, αὐτὸ τὸ πρᾶγμα ὠδοποίησεν αὐτοῖς, καὶ συνεπάγκασε ζητεῖν. εἰ γὰρ ὅτι μάλιστα πᾶσα φθορὰ καὶ γένεσις ἔκ τινος, ὡς ἑνὸς ἢ καὶ πλόνων ὄντων, διὰ τί ποτε συμβαίνει, καὶ τί τὸ αἴτιον; οὐ γὰρ δὴ τόγε ὑποκείμενον αὐτὸ ποιεῖ μεταβάλλειν ἑαυτό. λέγω δ' οἷον, οὔτε τὸ ξύλον, ὅτε ὁ χαλκὸς αἴτιον τοῦ μεταβάλλειν ἑκάτερον αὐτῶν. οὐδὲ ποιεῖ

Anaxagoras. Prior expositio.

q Anaxagoras autem Clazomenius] Sententia quorundam est, ideo Anaxagoram dici operibus, hoc est philosophandi ratione posteriorem Empedocle, uel quia posteriùs philosophari cœpit, uel quia infinita principia posuit, quæ opinio longè minùs probabilis est, quàm sententia Empedoclis. Nam ut ipse Arist. docet 1. Phys. cap. 6. absurdius est ponere infinita principia, quàm quatuor, tum quia id, quod ex ipsis efficeretur, sub scientiam non caderet, tum etiam quia cùm generatio ex finitis fieri possit, satius est, eam ex finitis fieri existimare. Fortasse tamen hoc loco ea de causa ait Aristoteles, Anaxagoram philosophandi ratione Empedocle posteriorem esse, quia meliùs philosophatus est in indaganda natura materiæ, de qua nunc agitur; siquidem profundiùs eam adumbrauit inuolucro illo mixtionis omnium rerũ in Chao: scribit enim Arist. septimo capite, eum, qui illius dicta subtiliùs interpretetur, forsitan iudicaturum, pulchriùs illum cæteris superioribus philosophatum. Iccirco autem meliorem philosophandi rationem significare potuit Aristoteles uerbis illis [operibus autem posterior] quia doctrina Philosophiæ temporum successione incrementum, & perfectionem

Vt Alexandri com. 26. D. Tho. lect. 4. & aliorum. tex. 42.

Posterior.

tex. 16.

Digitized by Google

mem accepit. Floruit Anaxagoras post captiuitatem Babylonicam sub Xerxe, & Longimano Artaxerxe Persarum regibus, hoc est, annis fermè centum post Thaletem, cuius Artaxersis tempore Esdras, & Neemias missi sunt ex Perside, ut muros, ac templum Hierosolymæ restituerent.

Esdræ lib. 1. c. 7. & lib. 2. cap. 2. Com. 16.

r Pene enim omnia } Alexander existimat dictum esse, penè omnia, quia Anaxagoras non censuit quatuor uulgata elementa esse principia materialia, sed mixturas quasdã. Quorsum tamen hæc dicta sint, non satis uideo. Namque idem dici potest de cęteris omnib⁹ similium partium, ut de carne, osse, lapide, & huiusmodi alijs, nõ esse inquã principia, sed misturas quasdam. Aut igitur nulla similaria dicenda erant generari ex infinitis minimis, aut omnia. Nam si sumãtur, ut integra corpora, & diuisibilia, omnia gignuntur ex minimis secundum Anaxagoram. Si uerò, ut minima, nulla eorũ ex minimis gignuntur, quia non datur minùs minimo. An Anaxagoras putauit, esse aliqua similaria ingenita, ac proinde quæ ex minimis nõ gignerẽtur, sed simplici actione producerentur à mente separata, hoc est à Deo, ueluti corpora cœlestia? fortè enim dicat aliquis, chaos illud, quod ab Anaxag. positum est, ad solas res inferioris mundi pertinere. Verùm obstat, quòd Aristoteles putat, illum de toto genere rerum sensibilium loquutum. Item genus mortis, quo sublatus est: fuit enim supplicio affectus, quia Solem ignitam laminã esse dixisset, quò fit ut illum generabilem, & corruptibilem posuerit. Aut igitur dicendum est, uerbum, ὁμοιομερῆ, quod latinè dicimus, similium partium, siue similaria, ante Alexandrum errore insertum esse, ut Arist. propter solum intellectum addiderit uerbum, penè; aut, si admittendum est uerbum ὁμοιομερῆ, Aristotelem addidisse uerbum, penè, propter materiam primam, quę similaris dici potest, nec tamen generatur, aut corrumpitur, etiam Anaxagoræ sententia, si eam ille adumbrauit, atque innuit nomine Chaos, ut Aristoteles cap. 7. significat.

Alexandri ea positio non placet.

Alia itẽ reijcitur.

Anaxagoræ mors.

Vide Laẽr. in Anaxag.

Aliæ interpretationes.

*aërem aqua priorem, & maximè principium simplicium corporum statuunt. Hippasus* [a] *uerò Metapontinus, & Heraclitus Ephesius ignem.*

*Empedocles* [b] *aũt elementa quatuor, terrã ijs, quæ dicta sunt, quartũ adiungens. Hæc n. semper permanere, nec* [r] *fieri, nisi multitudine, aut paucitate, cõiuncta, & disiuncta in unum, & ex uno. Anaxagoras* [q] *autem Clazomenius ætate quidem hoc prior, operibus autem posterior, infinita dicit esse principia. Penè* [r] *enim omnia, quæ sunt similium partium, ut aquam, aut ignem hoc pacto gigni, & corrumpi asserit, sola coniunctione, ac disiunctione: alioqui, nec generari, nec corrumpi, sed perpetua permanere. Ac ex his quidem eam solam quis causam esse existimauerit, quæ ad speciem materiæ pertinet.*

*Cum* [s] *autem hoc pacto progrederẽtur, res ipsa illis uiam fecit, eosq; coegit quærere. Si. n. quàm maximè omnis corruptio, et generatio ex aliquo, ut ex uno, aut etiam pluribus existit; cur id euenit, & quæ nam eius rei causa est? Neque. n. id, quod subijcitur, suam ipsius mutationem efficit; neq; lignum, uerbi gratia, neque æs suæ utrunque mutationis est causa, nec lignum*

s Cùm autem hoc pacto progrederentur } Docet primam causam materialem induxisse Philosophos, ut quærerent primam efficientem, eo quòd naturalis materia non possit à se ipsa mutari, quemadmodum similitudine quadam uidemus in arte factis. Neque enim ita intelligẽdus est Aristoteles, quasi credat Veteres nõ agnouisse causas

Quid Philosophos ad primum efficiẽs inuestigandũ induxerit.

Digitized by Google

sas efficiētes particulares, cùm plerę que uel sensu ipso sint per se notę, quēadmodum & actiones sensibiles, ex quibus materia prima cognita est; sed eo pacto, ut doceat, illos simulatque primam materiā se inuenisse ratu sunt, mox primum efficiens quærere cœpisse. Quęrebant enim omnium rerum causas, non huius tantùm, aut illius. De eorum tamen opinionibus paulò pòst agendum est.

Generationē substantialē ex ueteribus cognouisse nemine.

Quod autem ad uerba attinet, aduerte, non esse hoc loco sermonem de generatione, & corruptione propriè dicta, quæ sine forma substantiali nō perficitur: hanc enim neminem ex Veteribus cognouisse paulò inferiùs affirmat Aristoteles: sed de generatione, & corruptione accidentaria, ut cùm album fit ex non albo, aut album in non albū dissoluitur. Nam cùm illi substantialem formam non agnouerint, hoc illis cōmune fuit, ut nullam substantialem mutationem esse putauerint.

ποιεῖ τὸ μὲν ξύλον κλίνλω, ὁ δὲ χαλκὸς ἀνδριάντα. ἀλλ' ἕτερόν τι τῆς μεταβολῆς αἴτιον. τὸ δὲ τοῦτο ζητεῖν ὅτι τὸ τὴν ἑτέραν ἀρχὴν ζητεῖν, ὡς οὐχ ἡμεῖς φαίνομεν ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως. οἱ μὲν οὖν πάμπαν ἐξ ἀρχῆς ἀφάμενοι τῆς μεθόδου τῆς τοιαύτης, καὶ ἓν φάσκοντες εἶναι τὸ ὑποκείμενον, οὐδὲν ἐδυσχέραναν ἑαυτοῖς. ἀλλ' ἔνιοί γε τῶν ἓν λεγόντων, ὥσπερ ἡττηθέντες ὑπὸ ταύτης τῆς ζητήσεως, τὸ ἓν ἀκίνητον φασιν εἶναι, καὶ τὴν φύσιν ὅλην οὐ μόνον κατὰ γένεσιν καὶ φθοράν (τοῦτο μὲν γὰρ ἀρχαῖόν τε, καὶ πάντες ὡμολόγησαν) ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν ἄλλην μεταβολὴν πᾶσαν, καὶ τοῦτο αὐτῶν ἴδιόν ἐστι. τῶν μὲν οὖν ἓν μόνον φασκόντων εἶναι τὸ πᾶν, οὐδενὶ συνέβη τοιαύτην συνιδεῖν αἰτίαν, πλὴν εἰ ἄρα Παρμενίδῃ καὶ τούτῳ κατὰ τοσοῦτον ὅσον οὐ μόνον ἓν, ἀλλὰ καὶ δύο πως τιθῆσιν αἰτίας εἶναι. τοῖς δὲ πλείω ποιοῦσι μᾶλλον ἐνδέχεται λέγειν, οἷον τὸ θερμὸν καὶ ψυχρὸν, ἢ πῦρ καὶ γῆν. χρῶνται γὰρ ὡς κινητικῷ ἔχοντι τὴν περὶ τὴν φύσιν, ὕδατι ἢ καὶ γῇ καὶ τοῖς τοιούτοις τοιωδὶ αντίον.

Μετὰ δὲ τούτους, καὶ τὰς τοιαύτας ἀρχὰς, ὡς οὐχ ἱκανῶν οὐσῶν γνωρίσαι τὴν τῶν ὄντων φύσιν, πάλιν

t Qui igitur hanc uiā] Significat priscos Naturales, qui cùm primas, & maximè uniuersales rerum causas primi omnium quærerent, solius tamen materialis meminerunt. Ideo autem ait hos nihil sibi negotij exhibuisse; uel quia nihil soliciti fuerunt de colligenda efficiēte ex materiali; uel quia posita distinctione rerum (neque enim negandam esse censebant) non sibi aditum præcluserunt ad tradendam efficientem, ut ij fecerunt, qui omnia unum esse existimarūt, quorum sententiam mox subijciet.

Xenophanes, Parmenides, & Melissus omnia unum faciunt.

u Sed quidam eorum, qui unum] Significat Xenophanem, Parmenidem, & Melissum, qui dicebant omnia esse unum. Quorum opinionem non retulit inter sententias eorum, qui unum principium materiale posuerunt, quia cùm ab uno illo omnem prorsus mutationem tollerent, consequens fuit, ut illud non posuerint, quasi materiale principium. Floruit Xenophanes post Babylonicam captiuitatem, sed tamen ante Anaxagoram. Xenophanem uerò præceptorem fuisse Parmenidis ipse Aristoteles scribit capite 5. huius lib. Melissum denique auditorem Parmenidis fuisse, satis constat.

Vt apud Laert. in Meliss.

Cur dicant esse immobile.

x A quæstione hac superati] Cùm enim cogerentur fateri, si unum illud mouetur, tradendam ab eis fuisse causam efficientem, à qua moueatur; & tamen uiderent se causam efficientem admittere non posse, si tueri uellent omnia esse eiusdem omnino rationis,

Digitized by Google

tionis, ut ponebant (agens enim diuersę rationis est à patiente) eò potiùs confugerunt, ut dicerent, unum illud omnino esse immobile, non solùm mutatione substantiali, quam cæteri quoque negabant, sed accidentaria etiam, quæ fuit propria ipsorum opinio

y Nisi forsitan Parmenidi] Etsi Parmenides ponebat omnia esse unum ratione, & natura; quia tamen nō negabat esse plura secundum sensum, ut inferiùs patebit; hac ratione ait Arist. fieri potuisse, ut ille causam efficientem concesserit, quemadmodum & ij, qui cùm plura principia posuissent, addiderunt, ignem habere efficiendi uim, aquā uerò, terrā, aërem, & alia, si quæ interiecta sunt, patiendi Hoc loco exemplaria omnia, quæ uiderim, habent θερμὸν ἢ ψυχρόν, sed cùm legendum uideatur, καὶ pro ἢ, maximè cùm sequatur ἢ πῦρ καὶ γῆν, quod idem Alexandri enarratio innuit, eò libentiùs lectionem correximus, quòd similitudine particulariū ἢ, & κ, cum non bene exprimuntur, facilè librarij hallucinari potuerunt. Legit etiam Alexander, & aliud quoddam exemplar manu scriptum pro εἰ ἄρα παρμενίδῃ [ἴσως παρμενίδῃ] hoc est, uni Parmenidi; sed parum id refert.

Non omnino sustulit causam efficientem Parmenides.

*lignum quidem lectum, æs uerò statuam efficit, sed aliquid aliud mutationis causa est. Hoc autem quærere, aliud principium quærere est, quod nos dicamus licet, undè est principium motus. Qui* z *igitur omnino hanc uiam, & rationem à principio attigerunt, unumq; subiectum esse asserunt, nihil sibi negotij, difficultatis'que exhibuerunt, sed quidam* a *eorum, qui unum statuunt, quasi à quæstione* b *hac superati ipsum unum immobile esse inquiunt, uniuersæ'que naturæ non solùm ortum, & interitum negant (hæc enim & uetus opinio est, & in qua omnes consenserunt) sed omnem quoque aliam mutationem, quod est illorum proprium. Nemini igitur eorum, qui totam rerum uniuersitatem unum tantùm esse asserunt, talem causam uidere contigit, nisi* y *forsitan Parmenidi, atque huic, quatenus non unam tantùm, uerùm etiam duas quodammodo causas esse statuit. Ii autem, qui plura faciunt, magis eam afferre possunt, ueluti calidum, & frigidum, aut ignem, & terram, utuntur enim igne, ut habente naturam ad mouendum apta; contrà uerò aqua, terra, & alijs eiusmodi.*

*Post* z *hos, & huiuscemodi principia, ut quæ non satis essent ad rerum naturam gignendam, rursus*

Qua ratione Veteres causam finalē intelligerunt.

z Post hos, & huiuscemodi] Post hos ipsos, qui materiali causę efficientem addiderūt, alij ab ij ſi ueritate compulsi cœperunt quærere finalem, non tamen eam quæsiuerunt sub ratione finalis, sed sub ratione benè, rectéque efficientis, ideſt, alicuius boni gratia. Cùm enim uiderent causam absolutè efficientem, ut ignem, aut aliquam aliam, quæ non intendit bonum per se ipsam, sed per aliam superiorem, à qua dirigitur, non satis esse ad efficiendum Mundum, ordinemque uniuersi constituendum, tum quoad conseruationem rerum, tum quoad earum generationem (est enim hic ordo rerum optimum quid in toto uniuerso) nec rursus equum esset, ut tanta res temeritati casus, ac fortunæ ascriberetur; necessariò compulsi sunt tradere aliquod principium benè, rectéque efficiendi, seu gratia boni cogniti, ut Anaxagoras Mentē, & Hesiodus, ac Parmenides amorem, seu cupiditatem. Atque hoc etiam loco planè cernis non loqui Aristotelem de agente gratia boni, seu finis particularis duntaxat,



Digitized by Google

sed gratia finis totius Vniuersi, quemadmodum de efficiente diximus. Quanquam eadem ratio est, si spectentur fines particulares, præsertim uiuentium. Ordo enim, & dispositio partium cuiusque uiuentis, ita congruunt cum operationibus uiuentium, ut ab alia causa, quàm inteligente, & ordinante, ac denique gratia boni cogniti agente, constitui non potuerint. lege hoc loco D. Thomam.

aa Quemadmodum in animantibus.] Id dicebat Anaxagoras Mentẽ facere in tota rerũ natura, quod mens nostra in nobis efficit. agimus enim gratia boni, siue finis cogniti.

πάλιν ὑπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας, ὥσπερ εἴπομεν, ἀναγκαζόμενοι, τὴν ἐχομένην ἐζήτησαν ἀρχήν. τὸ μὲν οὖν καλῶς τὰ μὲν ἔχειν, τὰ δὲ γίγνεσθαι τῶν ὄντων, ἴσως ἔστι πῦρ, ἔστι γῆν, ἔστ' ἄλλο τῶν τοιούτων οὐθέν, ἔστ' εἰκὸς ἄριον εἶναι, οὐδ' αὖ τῷ αὐτομάτῳ, καὶ τύχῃ τοσοῦτον ὑπάρξαι θαῦμα καλῶς ἔχει. νοῦν δή τις εἰπὼν ἔσται, καθάπερ [aa] ἐν τοῖς ζώοις, καὶ ἐν τῇ φύσει τὸ αἴτιον καὶ τὸ κόσμου, καὶ τῆς τάξεως πάσης, οἷον νήφων ἐφάνη παρ' εἰκῆ λέγοντας τοὺς πρότερον. φανερῶς μὲν οὖν Ἀναξαγόραν ἴσμεν ἁψάμενον τούτων τῶν λόγων, αἰτίαν δ' ἔχει πρότερον [bb] Ἑρμότιμος ὁ Κλαζομένιος εἰπεῖν. οἱ μὲν οὖν ὅτως ὑπολαμβάνοντες, οὐκ ἄμα τὸ καλῶς τὴν αἰτίαν ἀρχὴν ἔθεσαν, καὶ τὸ τοιαύτην, ὅθεν ἡ κίνησις ὑπάρχει τοῖς οὖσιν.

## Κεφ. Δ'.

Ποπτεύσας δ' ἄν τις Ἡσίοδον πρῶτον ζητῆσαι τοιοῦτο, καὶ εἴτις ἄλλος ἔρωτα, ἢ ἐπιθυμίαν ἐν τοῖς οὖσιν ἔθηκεν ὡς ἀρχήν, οἷον καὶ Παρμενίδης. καὶ γὰρ ἐκεῖνος καταπλάζων τὴν τῶν πάντων γένεσιν, πρῶτον μὲν φησὶν

Prior sensus. Quæ omnes interpretationes eò spectant, ut doceat Aristot. Anaxagoram quidem dixisse, intellectũ illum immistum primã esse causam benè rectèque efficiendi; sed tamen Hermotimum eius ciuem aliquid aliud, aut dixisse, aut etiam docuisse, undè Anaxagoras in eã sententiam uenire potuit. At Argyropylus aliũ reddit sensum hoc modo: Hermotimum autem Clazomenium hoc priùs dixisse ferunt] quibus uerbis non causam sententiæ duntaxat, sed ipsam sententiam ad Hermotimum refert ex traditione quadam. Cui interpretationi astipulatur explanatio Alexandri. Imò & ipse Aristoteles initio cap. sequentis idem sentire uidetur, cùm allatis Hesiodi, & Parmenidis carminibus hunc in modum concludit [Atque hi quo pacto distinguendi sint, ut quis eorum primus huiusce causę auctor fuerit intelligatur, pòst licebit iudicare] Quæ uerba ad omnes, quorum in hoc causæ genere tradendo facta est mentio, uidentur referenda. Hæc posterior interpretatio cùm omnino placeret, & tamen obstarent Græci codices, omnem nobis scrupulum euulsit, quemadmodum sæpe aliàs in hoc opere,

Posterior sensus.

Præfertur posterior.

bb Sed tamen Herm.] Hoc loco Græci codices excusi, quotquot uidim', & nõnulli manuscripti habẽt αἴτιον δ' ἔχει πρότερον Ἑρμότιμος ὁ Κλαζομένιος εἰπεῖν, qd' uetus Interpres sic uertit [Attamẽ habet priùs Hermotimus Clazomenius causam dicendi] Bessario hunc in modũ [Attamẽ Hermotimus Clazomenius dicit causam priùs dixisse] Perionius hoc pacto [Sed tamẽ Hermotimũ Clazomenium anteà causam attulisse ferunt]

Digitized by Google

opere, uetus quoddam exemplar manuscriptum Illustriss. Cardina. Syrleti, uiri non uirtutum modò splendore, sed optimarum etiam disciplinarum cognitione clarissimi; qui ut est uaria, & recondita eruditione præditus, ita libris abundat & genere ipso, & fide, ac uetustate exquisitis. Habet enim exemplar pro, αἰτίον ἔχει, [αἰτίαν ἔχει] quod aliud est, & sensum posteriorem planè continet. Namque αἰτίαν ἔχειν, idem est, atque auctorem haberi; quod etsi sæpius in malam partem accipitur, non nunquàm tamen in bonam usurpatur, ut apud Isocratem, cùm ait, ὑμεῖς τούτων τῶν ἀγαθῶν τῷ ἀιτίαν ἔχομεν, id est, nobis bona hæc accepta referentur; qua significatione hoc loco utitur Aristoteles. De hoc Hermotimo, ita scribit Plinius lib. 7. Natura. histo. [ Reperimus inter exempla, Hermotimi Clazomenij animâ relicto corpore errare solitam, uagamque è longinquo multa annunciare, quæ nisi à præsenti nosci non possent, corpore interim semianimi &c.] Num autē is Hermotimus fuerit paulò superior Anaxagora; an uerò multò antiquior ille, cuius animū Pythagorici fabulantur priùs fuisse in Aethalide, ac Euphorbo, post a uero in Pirrho Delio piscatore, & in suo Pythagora, eundemq; cōcessu Mercurij ppetuò memoré extitisse corū, quę in superioribꝰ corporibꝰ gessisset; nihil ad præsentē locū attinet disquirere. Hermotimus.

*rursus ab ipsa ueritate, uti diximus, coacti Philosophi principium, quod sequitur, quæsiuerunt. Cur enim res benè, rectèq; partim habeāt, partim fiant, neque ignem forsitan, neque terram, neque aliud quicquam tale ueri simile est causam esse, aut illos ita sensisse; nec rursus æquum est tantam rem casui, & fortunæ tribuere. Itaque, qui mentem quemadmodum* Cap. 52. [a a] *in animantibus, sic in natura causam cùm Mundi, tum etiā totius ordinis esse dixit, is præ superioribus temerè loquentibus, quasi sobrius uisus est. Atque Anaxagoram quidem hos sermones palàm tetigisse scimus; sed tamen* [b b] *Hermotimus Clazomenius id prius dixisse fertur. Qui igitur ita existimarunt, simul causam cur benè res habeant, & eam, unde motus in eis insit, principium esse statuerunt.*

## CAP. IIII.

Laërtius in Pythagora hæc reiert.

ONICIAT [a] *uerò aliquis, Hesiodum primum id quæsiuisse, & si quis alius amorem, aut cupiditatem ijs, quæ sunt, uti principium posuit, uelut Parmenides. Is enim, cùm uniuersi generationem molitur, sic ait;*

*Cuncto-*

### *Capitis quarti Explanatio.*

ONICIAT [a] *uerò aliquis*] Docet initio huius Capitis causam benè, rectèque efficientem forsitan profectam primùm esse ab Hesiodo Poeta, aut à Parmenide, qui uidētur dicere in suis carminibus, amorem, siue cupiditatem esse rerum principium. amor enim rei, quæ expetitur, est principium effectiuum cum cognitione, quod solum benè rectèq; efficiendi principium dici potest. Loquitur autem de Parmenide, quatenus differebat de rebus, ut sunt plures sensu, non autem

Amor principium rerum.



Digitized by Google

autem quatenus credebat omnia esse unum ratione.

b Cunctorum ille Deum} Quantum ex his uerbis apparet, non posuit Parmenides amorem primam omnino causam efficientem; nisi forsitan productionem accepit, ut nostri Theologi diuinarum personarum productionem intelligunt, quod parum uerisimile est. Sensus ergo uidetur esse, Iouem, siue primâ simpliciter causam, produxisse amorẽ, omniũ Deorũ primũ, ideſt ante omnes Deos, quorũ nomine cælestia corpora uidetur intellexisse. Si tamen intellexisset ipsam diuini amoris productionẽ, sensus esset; Primam causam efficientẽ uniuersi, antequàm extra se quicquam produceret, produxisse in se atque ab omni æternitate amorem diuinum. Vtrouis tamen modo eius uerba exponantur, significat Parmenides, Deum produxisse Mundũ, præsertim cœlestia corpora, consilio, & affectu boni.

ἔρρετα θεῶν μητήσατο πάντων. Ἡσίοδος δὲ, πάντων μὲν πρώτιστα χάος γένετ', αὐτὰρ ἔπειτα γαῖ' εὐρύστερνος, ἕδος ἔμπεδον αἰεὶ πάντων, ὅσσα τε μακρὸν ἔχει κάρη Οὐρανὸς ἀστερόεις, ὅσσα τε πόντος ἐρυσσάμενος κόλποισι τρέφει ἀθανάτοισιν, ὡς δεῖον ἐν τοῖς ἔσιν ὑπάρχειν πρώτην αἰτίαν, ἥτις κινήσασα συνέξει τὰ πράγματα. Τούτους μὲν οὖν πῶς χρὴ δεχώμεθα περὶ τῆς πρώτης, ἐξέστω κρίνειν ὕστερον.

Heſiodi ſententia.

c Exitit ante} Non solum primâ simpliciter causam posuit Heſiod⁹ ante terram, quam dixit esse principium materiale, sed etiam ante amorem, quem à prima simpliciter causa productum esse censet, quasi boni gratia efficiẽtem. Dicitur autem amor primæ causæ afferre decus rebus immortalibus, quæ in eis tantum cernitur constans ordo, & perfectio. Si quis autẽ quærat, utri causam efficientem meliùs attigerint, iij ne, qui intellectum, an qui amorem principium effectiuũ materiali addiderunt; occurrendum est, utrosq; unam efficientẽ causam quasi integrasse, intellectus enim artificis nihil agit, nisi determinetur ab appetitu ad hoc uel illud efficiendum.

Εἰ δὲ καὶ ταναντία τοῖς ἀγαθοῖς ἐνόντα ἐφαίνετο ἐν τῇ φύσει, καὶ οὐ μόνον τάξις, καὶ τὸ καλὸν, ἀλλ' ἀταξία καὶ τὸ αἰσχρὸν, καὶ πλείω τὰ κακὰ τῶν ἀγαθῶν, καὶ τὰ φαῦλα τῶν καλῶν, οὕτως ἄλλος τις φιλίαν εἰσήνεγκε, καὶ τὸ νεῖκος, ἑκάτερον ἑκατέρων ἄιτιον τούτων. εἰ γάρ τις ἀκολουθοίη, καὶ λαμβάνοι πρὸς τὴν διάνοιαν, καὶ μὴ πρὸς ἀψελλίζεται λέγων Ἐμπεδοκλῆς, εὑρήσει τὴν μὲν φιλίαν αἰτίαν οὖσαν τῶν ἀγαθῶν, τὸ δὲ νεῖκος τῶν κακῶν. ὥστ' εἴ τις φαίη ξόπον τινὰ καὶ λέγειν, καὶ πρῶτον λέγειν τὸ κακὸν, καὶ τὰ ἀγαθὸν ἀρχὰς Ἐμπεδοκλέα τάχ' ἂν λέγοι καλῶς. εἴπερ τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων ἄιτιον, αὐτὸ τὸ ἀγαθόν ἐστι, καὶ τῶν κακῶν, τὸ κακόν.

d Vt quis eorum} Anaxagoras ne, an Hermotimus, an uerò Parmenides, an denique Heſiodus, de quo hæc scribit Gellius; Homerũ, & Heſiodũ inter omnes ferè scriptores cõstare, ætatẽ egisse, uel ijsdem ferè tẽporibus, uel Homerũ aliquãtò antiquiorẽ fuisse; utrũque tamen ante Romã conditã uixisse, Syluijs Albæ regnantibus, annis post bellũ Troianũ (teste Caſsio in primo annalium) plus centũ quadraginta; ante Romam uerò conditam (ut Cornelius Nepos in primo Chronicorum de Homero scripsit) annis quin-

Quo ſeculo fuerit Heſiodus.

Lib. 17. c. 21.

Οὗτοι μὲν οὖν, ὥσπερ λέγομεν, καὶ μέχρι τούτου εὑρεῖν αἰτίαν ἐφήψαντο, ὡς ἡμεῖς διωρίσαμεν ἐν τοῖς περὶ φύσεως, τ' τε ὕλης, καὶ τοῦ ὅθεν ἡ κίνησις, ἀμυδρῶς μέν

Digitized by Google

quinquaginta. Ex qua re patet, Hesiodum floruisse circa tempore Isaiæ Prophetæ.

e Quoniam autem ea, quæ sunt] Hactenus meminit eorum, qui unam tantùm efficientem causam attigerunt. Nunc docet Empedoclem posuisse duas, alteram efficientem bonorum, quam uocauit amicitiam, siue concordiam, & alteram malorum, quam litem, siue contentionẽ, siue discordiã appellauit. Nam cùm in rebus reperiantur multa mala, ac turpia, atq; adeò plura, quam bona, & honesta, præsertim apud nos; & ideo mala non uideantur effici per accidens, siue casu, & præter intentionem naturæ; necessarium illi uisũ est, ponere aliquã per se causam efficientẽ malorũ, quemadmodũ ponitur bonorũ. Quia uerò causa per se bonorũ est bona, malorũ autẽ mala, colligit Arist. dici posse primum Emped. posuisse bonum, ac malum esse principia rerũ, nempe efficientia.

Duas efficientes causas positas esse ab Empedocle.

***Cunctorum [b] ille Deũm primum produxit amorem. Hesiodus autem. Extitit [c] antè chaos, post hoc uastissima tellus; Exin amor cunctis decus immortalibus affert; quòd nimirum oporteat in ijs, quæ sunt, causam quandam inesse, quæ res ipsas moueat, atque contineat. Atque hi quo pacto distinguendi sint, ut [d] quis eorum primus auctor fuerit intelligatur, pòst licebit iudicare.***

***Quoniam [e] autem, & bonis contraria in natura inesse conspiciebantur, nec solùm ordo, & pulchrum, sed inordinatio etiam, & turpe, plura'que mala, quàm bona, & turpia quàm pulchra, iccirco alius quidam amicitiam, & contentionem inuexit, ut utrunque [f] utriusque horum causa esset. Si quis enim rem ipsam persequatur, mentemq́, Empedoclis obseruet, nõ uerba, quæ balbutit; inueniet profecto, amicitiam bonorum, contentionem uerò malorum causam esse. Quare si quis dicat, Empedoclem quodammodo & tradere, & primum tradere bonum, ac malum principia esse, rectè [g] fortasse dixerit, siquidem bonorum omnium causa ipsum bonum est, & malorum malum.***

f Vtrumque utriusque] Sensus est, amicitiã bonorum, contentionem malorum, ut ipse mox exponet.

g Recte fortasse] Addit particulam, fortasse, quia Empedocles non satis in hac re sibi constat, ut paulò inferiùs docebit. Nam etsi amicitia est causa boni in generatione mixtorũ, fiunt enim mista per unionẽ, cõfusionemq́; elementorũ; est tamen causa mali in efficiendo chao, quod nisi confusis partibus uniuersi, earumq́; distinctione sublata fieri nequit. Eodemq́; modo etsi cõtentio, ac pugna est malum quoddã in dissolutione mixtorũ (dissoluuntur enim pugnantibus, & dissidentibus à se inuicẽ elemẽtis) est tamen bonũ quid in gignẽdo uniuerso, quod apud Empedoclẽ nõ fit, nisi pugnãtibus, & dissidẽtibus in chao rebus omnibus, quæ in eo cõfusę latebãt, ut queq́; distinctũ locũ à loco alterius obtineat. Est & alia ratio, cur sibi nõ constiterit Empedocles. Cùm.n. res per contentionẽ separantur à se inuicẽ, ut elementa à misto, tum partes cuiusq; earum in unũ conueniunt, nec iã cum partibus aliarũ cõfusæ sunt, contraq; accidit, cum in unum mistũ coëunt. Ita fit, ut hac etiã ratione amicitia disiungat quædam, & contentio coniungat. Qua ratione Arist. inferiùs utitur.

Non satis sibi constare Empedoclẽ.

h Atq; hi quidem, uti diximus] Empedoclem, & Anaxagoram significat, ac reliquos

quos modo quodam meminisse dixit causæ finalis. Ait autem illos posuisse tantùm causam materialem, & efficientem, quia etsi finalem ponebant, tamen non illam distinguebant ab efficiente gratia boni cogniti, siue affectu boni, uti diximus. Cap. præced.

Empedoclem & alios Veteres finalé causam ab efficiente non distinxisse.

i Sed quemadmodum inexercitati} Pulcherrimis similitudinibus docet hos non ex arte, sed quasi casu, & ipsa ueritate impellente has efficientes causas posuisse, cùm non semper, & continuata rerum, tractatione illis utantur, sed interdum, ac rarò, seu potiùs quasi per transennam: id enim forsitan magis significant uerba illa κατὰ μικρὸν.

μὴν δοι μὴ οὐδὲν σαφῶς, ἀλλ' οἷον ἐν τ μάχαις οἱ ἀγύμναστοι ποιοῦσι. ☾ γὰρ ἐκεῖνοι περιφερόμενοι τύπτουσι πολλάκις καλὰς πληγάς, ἀλλ' οὔτε ἐκεῖνοι διὰ ἐπιστήμης, οὔτε οὗτοι ἔοικασιν εἰδόσι λέγειν ἃ λέγουσι. χεδὸν γὰρ οὐδὲν χερόμενοι φαίνονται τούτοις, ἀλλ' ἢ μὴ μικρόν. Ἀναξαγόρας τε γὰρ μηχανὴ χρῆται πρὸς τὴν κοσμοποιΐαν. μὴ ὅταν ἀπορήσῃ ὁτὲ τίν' αἰτίαν ἐξ ἀνάγκης ἔστι, τότε ἕτερα αὖ τὸν. ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις πάντα μᾶλλον αἰτιᾶται τ γιγνομένων ἢ νοῦν. ☾ Ἐμπεδοκλῆς ὅτι πλέον μὲν χρῆται τοῖς αἰτίοις, οὐ μὴν οὔτε ἱκανῶς, οὔτε ἐν τούτοις διέσωσε τὸ ὁμολογούμενον. πολλαχοῦ γοῦν αὐτὸν ἡ μὲν φιλία διακρίνει, τὸ δ' νεῖκος συγκρίνει. ὅταν μὲν γὰρ εἰς τὰ στοιχεῖα διΐστη τὸ πᾶν ὑπὸ τ νείκους, τότε τὸ πῦρ εἰς ἓν συγκρίνεται. ☾ τ ἄλλων στοιχείων ἕκαστον. ὅταν δ' πάντα ὑπὸ τ φιλίας συνίωσιν εἰς τὸ ἕν, ἀνάγκη ἐξ ἑκάστου τὰ μόρια διακρίνεσθαι πάλιν. Ἐμπεδοκλῆς μὲν οὖν ὥδε τοῖς ὡσαύτως ἔχουσι, ταύτην τ αἰτίαν διὰ τῶν εἰσήνεγκεν, οὐ μίαν ποιήσας τ τ κινήσεως ἀρχήν, ἀλλ' ἑτέρας τε καὶ ἐναντίας. ἔτι δὲ ☾ τὰς ὡς ἐν ὕλης εἴδεσι λεγόμενα στοιχεῖα, τέτταρα ἔφησεν. ἐ μὲν χρῆται

Plato quanti faciat finalē causam.

ii In cæteris autem} Hæc ferè loquitur Socrates, apud Platonem in Phædone [Cùm audissem, inquit, aliquādo ex lib. Anaxagoræ legentem quendā hanc Anaxagoræ sententiam, uidelicet, Mentē omnia exornare, omniumque causam esse, hoc utique causæ genere magnopere sum delectatus, existimans quodammodo consentaneum, mentē esse omnium causam, putabamque, si id ita esset, ut mēs omnia exornaret, singula per hanc ita esse disposita, ut optimè disponi potuerāt. Propterea, si quis uellet causam inuenire, qua singula fiant, atque pereāt, aut sint, hoc ipsum esse inueniendum, Sect. 2.

qua uidelicet ratione optimum sit unicuique, aut esse, aut quoduis aliud pati, uel agere] & post pauca. [Hæc utique mecum ipse reputans gaudebā, inuenisse ratus Anaxagoram magistrum, qui me id, quod tantopere cupiebam, causas rerum doceret, primùmque mihi diceret, utrum plana sit terra, uel rotunda, & cùm hæc dixisset, subiungeret mihi causam, atque necessitatem, afferens uidelicet id ipsum, quod melius est, meliusque fuisse eam esse talem. Proinde si terram diceret in mundo mediam esse, mox exponeret melius extitisse, ut media esset. Quòd si ille hęc ostenderet, ita me comparabam, quasi nullam ampliùs causarum speciem posituras. Præterea de Sole, & Luna, cæterisque stellis, earumque inter se uelocitate, conuersionibusque, & de huiusmodi omnibus me similiter quæsituram, auditurumq; comparaueram, quod uidelicet, & qua ratione hęc melius sit singula uel facere, uel pati, quodcunque agant, uel patiantur. Neque enim putabam, cùm ab initio dixisset à Mente omnia exornari, ipsum aliam postea causam rebus assignaturum, præterquàm quòd optimum sit eas ita se, ut habent, habere. Itaque arbitrabar eum in reddendis singulorum, tam cunctorum commu-

communiter causis singulis quidem assignare, quod unicuique optimum, cunctis uerò commune bonum. Neque uerò spes ipse meas paruifaciebam; sed summo quodã studio acceptos libros, quàm uelocissimè poteram, lectitaui, ut ocyssimè, quid optimũ, quidúe eius contrarium esset, cognoscerem. Hac igitur mirabili spe ductus cùm legere pergo, uideo hominem Mente quidem nullo modo utentem, nec causam ullam ad ipsum rerum ornatum referentem, sed aereas naturas, & ethereas, aqueasque, & talia multa incredibilia pro rerũ causis assignãtem. Qua quidem in re ille mihi perinde uisus est agere, ac si quis diceret, Socratem quæcunque facit, mente facere, deinde uolẽs singulorum, quę facio, causas explicare, dicat, primùm quidem nunc me hic propterea sedere, quoniã corpus meum ex ossibus, neruisque componitur, & ossa quidẽ solida sunt, & iuncturarum interualla inuicem habent, nerui autem sic instituti, ut extendi, & contrahi ualeant, complectantur ossa cum carnibus, atque cute, quæ res illa continet.] Hæc Socrates. Quo loco ille adeo magnifacit causam finalem, ut eam solam appellet causam. Cæteras enim uocat ea, sine quibus causa non potest esse causa, ut patet ex ijs, quæ paulò pòst subdit. [Verùm talia quædam, inquit, causas appellare à ratione est remotissimum. Si quis autem dixerit absque ossibus, & neruis, atque similibus non posse me, quæ mihi facienda uideantur, implere, uerè utique dicet. Attamen asserere propter hæc me facere, quæcunque facio, dum ipsa mente ago, non autem eius, quod optimum sit, optione, multa, magnaque sermonis negligentia esset. Nam qui sic est affectus nequit discernere aliam quidem esse ueram rei alicuius causam, aliud uerò illud, sine quo ipsa causa esse non potest causa. Quod quidem multi mihi uidentur quasi in tenebris attrectantes alieno appellare nomine, dum causam nuncupant.]

*tamen, & neutiquam dilucidè; sed* [l] *quemadmodum inexercitati in pugna faciunt: ij enim cùm in omnem partem feruntur, insignes plagas persæpe inferunt. uerùm neque illi ex arte faciunt, neque hi uidentur ea, quæ dicunt, scientia tenere. Ferè enim his non uidentur uti, nisi rarò. Nam & Anaxagoras ad Mundi opificium, quasi machina utitur Mente; cumq; dubitat, propter quam causam necessariò sit, tunc ipsam trahit; in* [k] *cæteris autem, quæuis alia potius, ut causas eorum, quæ fiunt, quàm Mentem adhibet. Et Empedocles sæpius ille quidem, quàm hic, causis utitur; uerùm nec quantum satis est, nec in his sibi ipse constat. multis enim locis apud eum amicitia disiungit, & contentio coniungit. Nam cùm uniuersum in elementa à lite dissoluitur, tum ignis in unum coalescit, & unumquodque cæterorum elementorum: cùm autem omnia in unum, regnante amicitia, conueniunt, tum partes ex unoquoque rursus secernantur necesse est. Itaque Empedocles præter priores hanc causam primus diuisam inuexit, nec unum fecit principium motus, sed diuersa, atque contraria. Præterea idem elementa ea, quæ ad speciem materiæ pertinere dicuntur, quatuor primus esse dixit: tametsi* [l] *non eis,*

Solam finem appellari causam apud Platonem loco citato.

Hoc loco ubi latinè diximus [nec in his &c.] græcè sic habetur οὔτ' ἐν τούτις εὑρίσκει τὸ ὁμολογούμενον, quod est ad uerbum [neque in his inuenit consensionem] Verùm idem omnino est, non inuenire consensionem in doctrinæ progressu, atque sibi in docendo non constare.

Quo pacto elementa materiales causas fecerit Empedocles.

l Tametsi non eis] Etsi Empedocles dixit, quatuor elementa esse causas materiales comparatione mixtorum, tamen comparatione ipsorum inter se dixit ignem habere uim

uim agendi, cætera autem tria patiendi, quasi sint una quædam materia respectu ignis. Aut certè id dixit, quia ignis, ut est omnium elementorum perfectissimus, ita est quasi forma & perfectio cæterorum.

Tres Veterū de principijs abstrusæ opiniones.

m Leucippus uerò, eiusq; ] Ex hoc loco ferè ad finem usque cap. 5. refert Arist. tres opiniones abstrusas, & parum fidei habentes, unam Democriti, & eius familiaris Leucippi; alteram Pythagoreorum, tertiam Xenophanis, eiusq; discipuli Parmenidis, & huius auditoris Melissi. Quorū primi dicebant, principia rerum esse plenū, ac uacuū; secundi par & impar; tertij omnia esse unum. Pro opinione Democriti, & Leucippi, lege, si placet, quę ab Aristot dicuntur in Phys. lib. 1. c. 5. & lib. 4. c. 6. & 1. de gener. c. 8.

Quo tempore fuerint Democritus, & Leucippus.

Quo tempore hi Philosophi extiterint, hinc intelligi potest. Leucippus Zenonis Eleatę auditor fuit, præceptor aliquando Democriti, aut ita illi familiaris, ut præceptoris loco ei esse uideretur. Democritū uerò tunc adolescētem fuisse refert Laërtius ex Herodoto, cùm Xerxes Persārū Rex apud eius patrem hospitatus est, eique Magos, & Chaldęos præceptores reliquit. Itaq; floruerunt ex ordine hi Philosophi, exactis aliquot antè annis Romanorum Regibus, sub Xerxe & Artaxerxe Regibus Persarum, qua ætate alij plerique insignes Philosophi extiterunt.

ταῦ γε τέτταρσιν, ἀλλ' ὡς δυσὶν οὖσι μόνοις. πυκὶ μὲν καθ' αὑτὸ. τοῖς δ' ἀντικειμένοις, ὡς μιᾷ φύσει γῆ τε καὶ ἀέρι, καὶ ὕδατι. λάβοι δ' ἄν τις αὐτὸ θεωρῶν ἐκ τῶν ἐπῶν, ὅτι μὲν οὐ, ὥσπερ λέγομεν, οὕτως τε καὶ τοσαύτας εἴρηκεν ἀρχάς.

Λεύκιππος [m] δὲ καὶ ὁ ἑταῖρος αὐτοῦ Δημόκριτος, στοιχεῖα μὲν τὸ πλῆρες, καὶ τὸ κενὸν εἶναί φασι λέγοντες. οἷον, τὸ μὲν ὄν, τὸ δὲ μὴ ὄν. τούτων δὲ τὸ μὲν πλῆρες, καὶ στερεὸν, τὸ ὄν, τὸ δὲ κενόν γε καὶ μανὸν, τὸ μὴ ὄν. διὸ καὶ οὐθὲν μᾶλλον τὸ ὂν τοῦ μὴ ὄντος εἶναί φασιν, ὅτι [n] οὐδὲ τὸ σῶμα τοῦ κενοῦ, ἅπαντα δὲ τὰ ὄντα ταῦτα. ὡς ὕλην. καὶ καθάπερ οἱ ἓν ποιοῦντες τὰ ὑποκείμενα οὐσίαν, τὰ ἄλλα τοῖς πάθεσιν αὐτῆς γιγνώσκουσι, τὸ μανὸν καὶ τὸ πυκνὸν ἀρχὰς τιθέμενοι τῶν παθημάτων, τὴν αὐτὴν τρόπον, ὅτι τὰς διαφορὰς, αἰτίας τὰ ἄλλων εἶναί φασι. ταύτας μὲν τοι τρεῖς εἶναί λέγουσι, σχῆμά τε καὶ τάξιν, καὶ θέσιν. διαφέρειν γάρ φασι τὸ ὂν ῥυσμῷ καὶ διαθιγῇ καὶ τροπῇ μόνον. τούτων δὲ ὁ μὲν ῥυσμὸς σχῆμά ἐστιν ἡ διαθιγὴ τάξις, ἡ δὲ τροπὴ θέσις. διαφέρει γὰρ τὸ μὲν Α΄ τοῦ Ν΄ σχήματι, τὸ δὲ ΑΝ, τοῦ ΝΑ΄ τάξει. τὸ δὲ Ζ΄ τοῦ Ν΄ θέσει. περὶ [o] δὲ κινήσεως, ὅθεν ἢ πῶς ὑπάρξει τοῖς οὖσι, καὶ ἔτοι παραπλησίως τοῖς ἄλλοις ῥαθύμως ἀφῆσαν. περὶ [p] μὲν οὖν τῶν δύο αἰτιῶν. ὥσπερ ἔφαμεν, ὅτι τοσοῦτον ἔοικεν ἐζητῆσθαι πρότερον.

1. Phy. tex. 41. & lib. 4. tex. 52. & 1. de gener. à tex. 57.

* Alias, τὸ κενὸν τοῦ σώματος.

n Quia nec corpus] Græca sic habent, ὅτι οὐδὲ τὸ κενὸν τοῦ σώματος. hoc est, quia nec uacuū, quàm corpus; subauditur autē planè inter uerba hæc, particula [magis est] quę præcesserat, ut sensus sit; Quia nec uacuū magis est, quàm corpus. Sed quia hic sensus nō respondet superiori membro (oporteret.n. cōmutatis uerbis dicere, Quia nec corpus magis est, quàm uacuū; ex hoc enim sequitur illud, quod antecesserat, Nō magis ens esse, quàm nō ens) Argyropylus, ut uerum sensum retineret, nec tamen uerba cōmutaret, inseruit particulā contrariæ significationis, ita uertens [quoniā nec uacuū minùs, quàm corpus, est] Nobis tamen, ne nouā dictionē, cōtrariamq; præcedenti aduerbio adsciscere mus, placuit magis ipsa tantùm uerba trāsponere ad uerū sensum retinendum, quia facillimè accidere potuit, ut Aristoteles docta quadā scribēdi incuria, seu

Cur cōmutata sint uerba sententiæ.

Digitized by Google

seu potiùs securitate, quæ magnis hominibus contingit (in rebus præsertim parui momenti) uerba commutarit. Eo autem libentiùs id fecimus, quòd explanatio Alexandri eundem omnino sensum exprimit.

o Atque ut ij qui unũ} Sensus huius loci (qui etiam pertinet ad explicationem sententiæ Thaletis, & aliorum Veterum ponentium unam rerum omnium materiam) huiusmodi est; Quemadmodum illi asserebant totã rerũ substantiã esse ipsam materiam, earũ uerò discrimen nasci ex uarietate accidentiũ, quorũ quasi capita dicebãt esse raritatẽ, & densitatẽ (quo pacto nos dicimꝰ calorẽ, frigus, humorẽ, & siccitatem esse principia cæterarũ qualitatũ sensibilium) sic Democritus dicebat, totam rerum substantiã esse ipsum plenum, ac uacuũ; uarietatẽ autẽ earũ nasci ex diuersorũ accidẽtiũ accessione, quorum principia dicebant esse figuram, ordinem, & positionem.

Democriti opinio de pleno, & uacuo explicatur.

*eis vt quatuor vtitur, sed vt duobus tantùm; igne quidem, per se; oppositis autem terra, aere, & aqua, vt vna quadam natura. Id quod ex eius carminibus, si res expendatur, intelligi potest. Atque hic quidem hunc in modum, vt diximus, & tot principia posuit.*

*Leucippus* m *verò, eius'que familiaris Democritus plenum, ac vacuum elementa esse dicunt, vt pote alterum ens, alterum non ens; plenum quidem, ac solidum ens, vacuum autem, & rarum non ens. Quocirca nihilo magis id, quod est, quàm quod non est, esse inquiunt, quia* n *nec corpus, quàm vacuum; hæc autem causæ rerum ponuntur, vt materia. Atque* o *vt ij, qui vnum quid substantiam subiectam faciunt, cætera eius affectionibus generant, rarum'que, & densum principia affectionum statuunt; sic & hi differentias causas cæterorum esse dicunt, easq; tres esse volunt, figuram, ordinem, & situm. Differre enim tantùm aiunt id quod est ῥυσμῷ, διαθιγῇ, τροπῇ, quorum* p *ῥυσμὸς figura est, διαθιγὴ ordo, τροπὴ verò situs, differunt enim A, & N figura; AN aut, & NA ordine; Z verò, & N situ. De motu* q *autem vndè, aut quo pacto rebus insit, hi etiam, quemadmodum cæteri, per inertiam dicere omiserunt. Ac* r *de duabus quidem causis, vt dicebamus, hactenus à prioribus quæsitum videtur.*

p Quorum ῥυσμὸς} Arist. ipse interpretatur uerba, quibꝰ Democritus suã sententiã significabat; affectabat.n. ille in ipsa dictione obscuritatẽ, unde & τῦ σκοτεινῦ nomen inuenit, ut in proœmio diximus. Significat aũt ῥυσμὸς græcè quidẽ fluxum, Abderitarũ autẽ lingua figuram. Itaq; Democritus, aut peregrina lingua significationẽ occultare uoluit, aut usus est nomine fluxus ad significandã figurã, quia fluida facilè in omnẽ figuram uerti possunt, pro ratione receptaculi, cui facillimè omniũ corporũ se cõformant. Nomine τῆς τροπῆς, quod est cõuersio, ideo significabat situm Democritus, quia situs partiũ sola cõuersione rei mutari potest, etsi locus non mutetur. Denique nomen τῆς διαθιγῆς, quod significat contactũ, iccirco accipiebat pro ordine prioris, & posterioris secundùm locum, quia quæ immediato ordine disposita sunt, sese mutuò contingunt.

Orationis Democriti obscuritas.

q De motu autem} Significat hos etiam causam efficientẽ, finemq;, à quo illa ad agendum impellitur, omisisse.

r Ac de duabus quidem} Retulit hactenus sententias eorum, qui duo tantùm causarum genera, materialem, uidelicet, & efficientem posuerunt. Deinceps aget de ijs, qui conati sunt addere formalem.



Digitized by Google

## Capitis quinti Explanatio.

Summa certi, quæ in hoc cap. explicantur.

ENTRA[a] hos autem] In prima parte huius cap. refertur Pythagoreorum opinio, in secunda Xenophanis, Parmenidisque, & Melissi. In tertia, ac postrema colliguntur in summam sententiæ Philosophorũ, quæ hactenus adductæ sunt. Quo loco aduerte uerba illa (inter hos, & ante hos) ut ait Alex. posse referri ad Leucippũ, & Democritum, quorum opinio de principijs proximè relata fuit. Quanquam enim ex Pythagorę familia alicui uideri possint (Pythagorę enim, ut initio diximus, successit Telauges filius, huic Xenophanes, cui Parmenides, huic uerò Zeno Eleates Leucippi præceptor, cuius auditorẽ nonnulli faciunt Democritum) non dicuntur tamẽ Pythagorici, quia Pythagoricæ doctrinæ non adhærẽtes propria in philosophando placita sectati sunt. Dicũtur igitur Pythagorici fuisse inter hos, & ante hos, quia quidã ex Pythagoricis fuerũt quales Leucippo, & Democrito, alij ętate superiores, modò nomine Pythagoricorum non intelligas quosuis sectatores Pythagorę, sed solos auditores Pythagoræ, quorum adhuc nõnulli tempore Leucippi, & Democriti erant superstites. Nam si ad omnes Pythagoræ sectatores ea uerba referrentur, oportuisset dicere non modo ante hos, sed etiã addere, & post hos, quandoquidẽ plurimi Pythagorici post Democritum, & Leucippum extiterunt. Addit Alexander, posse eadem uerba referri ad omnes Physicos hactenus commemoratos. Quod tamen ideo non placet, quia nulli Pythagorici extiterunt ante Thaletem.

Com. 31. ad finem.

Cur Leucippus, & Democritus à Pythagoreorum albo reijciantur.

Quo tempore Pythagoras floruerit.

Cæpit autem Pythagoras clarus haberi, aut sub finem imperij primi Persarum Regis Cyri, aut non multò pòst; floruitque, & doctrinæ fama, & discipulorum nobilitate ad finem ferme Darij primi, eius imperij Regis quarti, in quod tempus incidit extremus Romanorum Rex Tarquinius superbus, prophetantibus apud Hebræos Aggæo, Zacharia, & Malachia ultimis duodecim minorum Prophetarum, sub quibus posteriores

Laertius, Eusebius, & alij.

### Κεφ. Ε'.

ΕΝ[a] δὲ τούτοις, καὶ πρὸ τούτων οἱ καλούμενοι Πυθαγόρειοι τὰ μαθήματα ἀψάμενοι[b] πρῶτον ταῦτα προήγαγον, καὶ ἐν ἐξαφέντες ἐν αὐτοῖς τὰς τούτων ἀρχὰς τῶν ὄντων ἀρχὰς ᾠήθησαν εἶναι πάντων. ἐπεὶ δὲ τούτων οἱ ἀριθμοὶ φύσει πρῶτοι, ἐν δὲ τοῖς ἀριθμοῖς ἐδόκουν θεωρεῖν ὁμοιώματα πολλὰ τοῖς οὖσι, καὶ γιγνομένοις μᾶλλον ἢ ἐν πυρὶ καὶ γῇ καὶ ὕδατι (ὅπ τὸ μὲν τοιονδὶ τῶν ἀριθμῶν δικαιοσύνη, τὸ δὲ τοιονδὶ ψυχὴ καὶ νοῦς, ἕτερον δὲ καιρὸς ὧν τῶν ἄλλων, ὡς εἰπεῖν, ἕκαστον ὁμοίως) ἔτι δὲ καὶ τὰ τῶν ἁρμονιῶν ἐν ἀριθμοῖς ὁρῶντες, καὶ τὰ πάθη, καὶ τοὺς λόγους, ἐπειδὴ τὰ μὲν ἄλλα τοῖς ἀριθμοῖς ἐφαίνετο τὴν φύσιν ἀφωμοιωθῆναι πᾶσιν, οἱ δὲ ἀριθμοὶ πάσης τῆς φύσεως πρῶτοι, τὰ τῶν ἀριθμῶν στοιχεῖα τῶν ὄντων στοιχεῖα πάντων εἶναι ὑπέλαβον, καὶ τὸν ὅλον οὐρανὸν ἁρμονίαν εἶναι, καὶ ἀριθμόν, καὶ ὅσα εἶχον ὁμολογούμενα δεικνύναι ἔν τε τοῖς ἀριθμοῖς καὶ τῇ ἁρμονίᾳ πρὸς τὰ τοῦ οὐρανοῦ πάθη καὶ μέρη, καὶ πρὸς τὴν ὅλην διακόσμησιν, ταῦτα συνάγοντες ἐφήρμοττον, καὶ εἴ τί που πολὺ διέλιπε, προσεπλήρουν τὴν συναρμοσμένην πᾶσαν αὐτοῖς εἶναι τὴν πραγματείαν. λέγω

Digitized by Google

posteriorib templi Hierosolymitani structura absoluta est.

b Primum tractassent] Hoc est ante naturalem, & diuinam Philosophiam.

c Quoniam uerò] Exponit quo modo in hanc sententiã uenerint Pythagorici. Quapropter melius haberet contextus, si loco particulæ, δέ, poneretur, γάρ, ut Alex. ait; tametsi illa pro hac nonnunquam usurpatur. Causã igitur, qua inducti sunt, ut ita existimarent, duplex fuit; una, quia numeri eorum sententia sunt priores naturâ rebus omnibus corporeis, cùm abstracti ab omni corpore intelligi possint. Altera, quia affectiones rerum naturaliũ uidentur priùs reperiri in numeris, tanquam in causis, quàm in ipsis rebus, ut patet in proportione musica, quæ ex numeris desumitur. Dicimus enim proportionẽ eius concentus, qui appellatur diapason, esse proportionem duplã; eius autem, qui dicitur diapente, esse proportionẽ sesquialterã; eius uerò, q uocatur diatessaron, esse sesquitertiã: quæ sanè proportiones priùs cernuntur in numeris, quàm in uocibus. His ergo de causis id in primis curabant Pythagorici, ut omnes rerũ proprietates numeris, quoad fieri posset, tanquam rerum essentijs attribuerent, & uicissim quas in numeris cernebant, rebus conabantur accommodare. Verbi causã, quia proprium est iustitiæ æquabilis compensatio, iccirco numerum primum pariter parem, hoc est quaternariũ (est enim primus eorũ, qui diuiduntur in duos pares) iustitiæ essentiam esse dicebant. Eadem ratione asserebant, naturã animæ, siue mentis (quod uerbum explicationis causã addit Arist.) esse unitatẽ, q diuidi nequeat. Tempus uerò appellabãt septenariũ, quia septẽ diebus hebdomada contunetur, uel quia solem, cuius cursu præcipuè præscribuntur tempora, in septimo orbe, hoc est, prope Lunã situ putabant, uel si magis propriè uerbum καιρὸς pro opportuno tempore, siue occasione, tempestiuitateque interpreteris, ideo tempus septenario numero significabant, ut Alexander ait, quia res naturales multas tempestiuitates per septimanas habere cernuntur. Fœtus enim septimo mense uitalis editur, in primo septennio dentit, in altero pubescit, in tertio barbam emittit &c. Cùm autem uiderent, numerum denarium esse.

Pythagoreorum de numeris opinio explicatur.

## CAP. V.

*INter [a] hos autem, & ante hos ij, qui Pythagorici appellantur, cùm mathematica primùm [b] tractassent, ea anteposuerunt, atque in eis educati eorum principia omnium rerum principia esse crediderunt. Quoniam [c] uerò numeri his priores sunt natura; illi autem in numeris plures eorum, quæ sunt, ac fiunt, similitudines, quàm in igne, terra, & aqua se animaduertere existimabant (ueluti talem quandam numerorum affectionem iustitiam esse, talem uerò esse animam, ac mentem, aliam tempus, & in cæteris eodem penè modo) quoniam item affectiones, rationesq; concentuum in numeris obseruabant, & cætera numeris omnibus suapte natura similia esse uidebantur; numeri autem omni natura priores sunt; iccirco numerorum elementa omnium rerum esse elementa, totumq; cælum concentum, & numerũ esse existimabant; & quæcunque in numeris, & concentibus ostendere poterant cæli affectionibus, ac partibus, uniuersoq; ornatui esse consentanea, ea colligentes accommodabant. Si quid autem magni momenti uspiã deerat, id supplere curabãt, ut tota ipsis tractatio aptè connexa esset.*

Rerum omnium proprietates numeris tribuebãt Pythagorici.

Mens cur Vnitas dicta.

Tempus cur septenarium.



Digitized by Google

perfectissimum, eo quòd omnium numerorum naturam comprehenderet; ipsumque uniuersum esse perfectissimum, decem simplicia corpora danda esse in uniuerso, quę in orbe, motu nimirum perfectissimo mouerentur, asserebant. Verùm, quia non experiebantur, nisi nouę, utpotè cælos octo, & terram unā, quam nos incolimus, quam illi existimabāt uolui circa centrum mundi, in quo ignem constituebant; alium præterea terræ globum esse dicebant, quem ἀντίχθονα, quasi oppositam terram appellabant, & ex altera parte circa idē mundi centrum uolui existimabant. Quoniam uerò id sensui repugnare uidebatur, ea de causa illam à nobis non conspici asserebant, quòd nostris uestigijs esset opposita. Addebant; cælum, siue uniuersitatem hanc decem simpliciū corporum, quæ diuersis inter sese, & quibusdam penè contrarijs motib⁹ uoluerētur, efficere cōcētum suauissimū, quē admodum in uocibus accidit, cùm graues & acutæ rata quadam ratione temperantur, quē tamen concentum non exaudiremus, quòd ab ortu illi audiendo essemus assueti. Contra quos Arist. cùm alijs locis, tum uerò 2. de Cœlo, cap. 9. & 13. copiosè disputat.

Decem corpora simplicia à Pythagoricis asserta.

Duplicem terræ globū.

Vniuersi cōuersione concētum effici.

λέγω δ' οἷον ἐπειδὴ τέλειον ἡ δεκὰς εἶναι δοκεῖ, καὶ πᾶσαν τὴν τῶν ἀριθμῶν φύσιν συμπεφυκέναι τὴν δύναμιν, καὶ τὰ * φερόμενα καὶ τὸν οὐρανὸν, δέκα μὲν εἶναι φασιν, ὄντων δὲ ἐννέα μόνον τὰ φαινόμενα, διὰ τοῦτο δεκάτην τὴν ἀντίχθονα ποιοῦσι. διώρισται δὲ περὶ τούτων ἐν ἑτέροις ἡμῖν ἀκριβέστερον. ἀλλ' οὐδὲν ἧττον * ἐπιχωμεν. τοῦτο ἔσται, ὅπως λάβωμεν καὶ περὶ τούτων, τίνας εἶναι ἤδη τιθέασι τὰς ἀρχὰς, καὶ πῶς εἰς τὰς εἰρημένας ἐμπίπτουσιν αἰτίας.

* Alias φαινόμενα.

* Alias ἐπεγχώμεθα.

Φαίνονται δὲ καὶ ἔτοι τὸν ἀριθμὸν νομίζοντες ἀρχὴν εἶναι, καὶ ὡς ὕλην τοῖς οὖσι, καὶ ὡς [d] πάθη τε καὶ ἕξεις, τὰ δὲ ἀριθμοῦ στοιχεῖα τὸ ἄρτιον καὶ τὸ περιττὸν, τούτων [e] δὲ τὸ μὲν πεπερασμένον, τὸ δὲ ἄπειρον, τὸ δὲ [h] ἓν ἐκ ἀμφοτέρων εἶναι τούτων. καὶ γὰρ ἄρτιον εἶναι, ὃ περιττόν, τὸν δ' ἀριθμὸν ἐκ τοῦ ἑνός. ἀριθμοὺς δὲ καθάπερ εἴρηται, τὸν ὅλον [i] οὐρανόν. ἕτεροι δὲ [k] τῶν αὐτῶν τούτων τὰς ἀρχὰς δέκα λέγουσιν εἶναι καὶ συστοιχείας λεγομένας, πέρας, ἄπειρον, περιττὸν ἄρτιον, ἓν, πλῆθος, δεξιὸν, ἀριστερὸν, ἄρρεν, θῆλυ, ἠρεμοῦν, κινούμενον, εὐθὺ, καμπύλον, φῶς, σκότος, ἀγαθὸν, κακὸν, τετράγωνον, ἑτερόμηκες, ὅπερ τρόπον ἔοικε καὶ Ἀλκμαίων ὁ Κρο-

2. de Cœlo à tex. 52. & cap. 13. à tex. 72.

d Nunc tractemus ] Siue legendū sit ἐπιχώμεθα, ut excusi habent (quod est, Immoramur) siue ἐπεγχώμεθα (ideſt, Aggredimur) ut habetur in quibusdam manuscriptis, & apud Alexandrum; sensus idem est. Significat enim Aristoteles, se nunc ista tractare, ut [ab his etiam] hoc est, à Pythagoricis accipiat, quid de rerum causis dicendum sit.

e Videntur autem & hi] Quasi dicat, etsi Pythagorici nitantur ponere causam formalem, tamen quantùm ex dictis eorū licet colligere, non ponunt nisi materialē, quemadmodū superiores. Itaq; uidentur dicere, numeros esse uelut materiā rerū omnium, affectiones autem, siue accidentia numerorū, esse accidentia rerum. Quo autem pacto illi uiderentur dicere numeros esse materiā, mox declarat, cùm ait, elementa numerorū apud illos esse par, & impar, ideſt unitates. Nam quia unitas est par, & impar uirtute, cùm addita impari numero faciat parem, & addita pari faciat imparem; excogitauerunt nomen compositum, quo hāc eius uim significarent. ita uno uocabulo Parimparem appellabant. Quare cùm unitates sint partes materiales numerorum; efficitur ut numeri, eorum sententia, nihil aliud esse uideantur, quàm integra materia rerum.

Numeros materiam esse rerum omniū, si Pythagoreorum dicta expendantur.

Quamuis

Quamuis illi, ut probabile est, nitantur dicere, numeros esse totam quiditatem rerum compositam ex potentia, & actu, seu materia, & forma Ideo enim fortasse dicebant, essentias rerum constare pari, & impari, ut significarent materiam nomine paris, quod est aptū diuisioni, formā uerò imparis, quod est diuisioni minùs idoneū. Materia.n.est causa diuisionis, siue corruptionis, forma uerò indiuisionis, siue unionis, ac stabilitatis.

*Exempli causa, quoniam denarius numerus perfectum quid uidetur esse, omnem'que numerorum naturam complecti; ea etiam, quæ in cœlo feruntur, decem quidem esse inquiunt: at quia nouem duntaxat sunt, quæ perspicuè cernantur, ob id decimam oppositam terram faciunt. De quibus alijs in locis accuratiùs disputatum est à nobis. Sed cur ea nunc [d] tractemus, hæc est ratio, ut ab his etiam sumamus, quæ nam principia ponant, & quo pacto ea in causas expositas incidant.*

*Videntur [e] autem & hi numerum principium esse existimare, & ut materiam rerum, & ut [f] affectiones, atque habitus, numeri uerò elementa par & impar, horumq; [g] alterum finitum esse, alterum infinitum, unum [h] autem ex his utrisque esse: par enim esse, & impar; numerum porrò ex uno constare, totum'que [i] cœlum, ut dictum est, esse numeros. Horum autem [k] ipsorum alij decem principia esse dicunt, quæ coniugatione quadam efferuntur, finitum, infinitum; par, impar; unum, multitudinem; dextrum, sinistrum; marem, fœminam; quiescens, quod mouetur; rectum, obliquum; lumen, tenebras; bonum, malum; quadratum, altera parte longius; quemadmodum, & Alcmæo Croto-*

Vt 1. lib. de Cœlo c. 9. text. 93. & alijs locis.

f Et ut affectiones] Videtur aliquid subaudiēdum, ut hæc sit sententia [& affectiones numeri, ut affectiones, atque habitus rerum.]

g Horumq; alterum] Par appellabant finitum, quia aptius ad diuisionem, ut iam diximus: diuiditur enim in partes æquales, impar uerò infinitum, ratione contraria.

Par finitum.

Impar infinitum.

h Vnum autem] Id est unitatem, utrumque esse uirtute, ut paulò antè exposuimus.

i Totumq; cœlum] Nomine cœli intelligit totum uniuersum, ut sæpe alibi.

Cœlum pro uniuerso.

k Horum autem] Refert quorundam Pythagoricorum sententiam, qui non censebant duo tantùm illa, par, & impar, esse rerum principia, sed nouem insuper addebant contrarietates, ut decem essent cōplicationes principiorum, ex quibus omnia fierent. Placebat enim illis mirum in modum numerus denarius, atque ad illum totam rerum uniuersitatem redigere omni ratione conabantur. Ratio huius sentētiæ fuit, ut suspicatur D. Tho. quia non solùm loquebantur de primis principijs, sed etiam de proximis, quæ singulis rerum generibus attribuerentur. Crediderim illos decem contrarijs significasse uaria materię attributa, & totidē alijs propria attributa formę. Verùm in his ænigmatibus exponendis, quibus illi de industria utebantur, non est cur immoremur.

Nonnullos Pythagoricos decem contrarietates principijs attulisse.

Lect. 8.

*Pythagoreorum series.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Finitum. | Infinitum. | Quiescens. | Quod mouetur. |
| Impar. | Par. | Rectum. | Obliquum. |
| Vnum. | Multitudo. | Lumen. | Tenebræ. |
| Dextrum. | Sinistrum. | Bonum. | Malum. |
| Mas. | Fœmina. | Quadratum. | Altera parte longius. |

Ait

Quid contrariorum positiuorum nominibus intellexerint.

l Ait enim res humanas ] Hoc est, multas res sensibiles ex contrarijs effici. Fortè non dixit, Omnes, propter cælos; aut propter integra elementa, quæ non sic gignuntur, nec intereunt. Illud tamen aduerte nominibus albi, & nigri, cæterorũque contrariorum positiuorum fortasse significari apud illos formam, & priuationem, seu potius formam, & materiam priuatam, ex quibus, cùm in unum iunguntur, fiunt res naturales. Aristoteles tamen eorum sententiam ita interpretatur, quasi hęc omnia in causis materialibus numerauerint: nisi uelis uerba illa [ut insitis] referre ad solas unitates, quas à Pythagoricis parimpares appellatas diximus.

m Duplices esse ] Græcè est δύο, hoc est, duo: sed sensus est, eas coniugatione quadam contrarietatis efferri.

Opinio eorũ, qui omnia Vnũ esse asseuerunt.

n Sunt autem ] Refert opinionem Xenophanis, Parmenidis, ac Melissi, qui ita loquebãtur de rebus, ac si omnes essent unius tãtùm naturæ, & essentiæ. Quos ideo ait non eodem modo loquutos, quòd non omnes æquè aberrauerint à ueritate, neque item omnes æquè præter naturam loquuti sint. Quo loco aduerte, etsi Naturales ij, qui unum tantùm materiale principium ex internis ponebant, cogebantur dicere, omnia secũdùm substantiam esse eiusdẽ rationis; tamen quia res naturales ex illa materia, & quibusdam accidentibus componebant,

ὁ Κολοφωνιάτης ὑπολαβεῖν, ἢ ἦτοι οὐδὲ παρ' ἐκείνων, ἢ ἐκεῖνοι μὲν οὐδὲ τούτων παρέλαβον τὸν λόγον τοῦτον. καὶ γὰρ ἐγήρατο τὴν ἡλικίαν Ἀλκμαίων ὅτε γέροντι Πυθαγόρᾳ, ἀπεφήνατο δὲ οὐδὲ παπλησίως τούτοις. φησὶ γὰρ εἶναι [m] δύο τὰ πολλὰ τῶν ἀνθρωπίνων, λέγων τὰς ἐναντιότητας, οὐχ ὥσπερ οὗτοι διωρισμένας, ἀλλὰ τὰς τυχούσας, οἷον λευκὸν, μέλαν, γλυκὺ, πικρὸν, ἀγαθὸν, κακὸν, μικρὸν, μέγα. οὗτος μὲν οὖν ἀδιορίστως ἐπέρριψε περὶ τῶν λοιπῶν. οἱ δὲ Πυθαγόρειοι καὶ πόσας, καὶ τίνες αἱ ἐναντιώσεις ἀπεφήναντο.

Παρὰ μὲν ἓν τούτων ἀμφοῖν τοσοῦτόν ἐστι λαβεῖν ὅτι τἀναντία ἀρχαὶ τῶν ὄντων· τὸ δ' ὅσαι καθ' αὑτὰ ἕτεραι, καὶ τίνες αὗται εἰσι. πῶς μὲν τοι πρὸς τὰς εἰρημένας αἰτίας ἐνδέχεται συνάγειν, σαφῶς μὲν οὐ διώρθωται παρ' ἐκείνων. ἔοικασι δ' ὡς ἐν ὕλης εἴδει τὰ στοιχεῖα τάττειν. ἐκ τούτων γὰρ ὡς ἐνυπαρχόντων συνεστάναι καὶ πεπλάσθαι φασὶ τὴν οὐσίαν. τῷ μὲν οὖν παλαιῶν, καὶ πλείω τὰ στοιχεῖα λεγόντων τῆς φύσεως, ἐκ τούτων ἱκανόν ὅτι θεωρῆσαι τὴν διάνοιαν.

Opinio eorũ, qui omnia Vnũ esse asseuerunt.

Εἰσὶ δ' [n] τινες οἳ περὶ τοῦ παντὸς ὡς αὐ μιᾶς οὔσης φύσεως ἀπεφήναντο, τρόπον δὲ οὐ τὸν αὐτὸν πάντες, οὔτε τὸ καλῶς, οὔτε τὸ κατὰ φύσιν. εἰς μὲν οὖν τὸν νεωτάτων συέλθωμεν τὸν αἰτίων, ὑδαμῶς συναρμόττει περὶ αὐτῶν ὁ λόγος. οὐδὲ γὰρ ὥσπερ ἔνιοι τῶν φυσιολόγων ἓν ὑποθέμενοι τὸ ὂν, ὅμως γίνωσιν ὡς ἐξ ὕλης τοῦ ἑνὸς ἀλλ' ἕτερον τρόπον οὗτοι λέγουσιν. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ κατὰ μετάθεσιν κίνησιν, γίνωντές γε τὸ παῦ, οὗτοι δὲ ἀκίνητον εἶναί φασιν. ἀ μὲν ἀλλὰ [p] τοσοῦτόν γε οἰκεῖον ὅτι τῇ νεωτάτῃ συέλθωμεν. Παρμενίδης μὲν γὰρ ἔοικε τοῦ κατ' λόγον ἑνὸς ἅπτεσθαι, Μέλισσος δὲ τοῦ κατ' ὕλην. διὸ καὶ ὁ μὲν πεπερασμένον, ὁ δ' ἄπειρον φησιν εἶναι αὐτό. Ξενοφάνης δὲ πρῶτος τούτων ἐνίσας (ὁ γὰρ Παρμενίδης τούτου λέγεται μαθητὴς) οὐδὲν διεσαφήνισεν, οὐ

nebant, non fatebantur simpliciter omnia esse unum, ac idem ratione. At hi tres, cùm intelligerent accidentia non posse ingredi constitutionem rerum naturalium, quas rectè meras substantias esse docebant, sapientiùs se dictu ros rati sunt, si eas omnes eiusdē rationis esse dicerent; siquidē substantiæ ratio non uariatur per accidentia. Vtri que tamē errabāt ignoratione formæ substantialis.

*Crotoniates uidetur sensisse, atq; aut hic ab illis, aut ab hoc illi hanc sententiam acceperunt. Extitit enim Alcmæo sene Pythagora, eandemq; ferme, quā hi, sententiā induxit. Ait enim res humanas magna ex parte duplices esse, afferens contrarietates non (ut illi) definitas, ac certas, sed quasuis, ut album, nigrum; dulce, amarum; bonum, malum; paruum, magnum. Hic igitur indefinitè de reliquis sermonem effudit. Pythagorici uerò, & quot essent, & quæ contrarietates planè docuerunt.*

*Itaque ab utrisque horum hoc tantùm sumere licet, principia eorum, quæ sunt, esse contraria, quot autem, & quæ nam sint, ab alteris. Sed quo nam modo illa ad eas causas, quæ expositæ sunt, reuocari possint, perspicuè, ac distinctè non est ab illis traditum. Quanquam ea ratione uidentur in specie materiæ elementa ponere, quòd ex illis, ut insitis, constare, effictamq; substantiam asserant. Ac ueterum quidem, plura'que elementa naturæ asserentium, ex his satis licet mentem perspicere.*

*Sunt autem, qui de uniuerso perinde, ac si esset una natura, pronunciarint, non tamen omnes eodem modo, siue quid rectè dicatur spectes, siue quid secundum naturam. Nulla igitur ratione ad institutam disputationem de causis attinet, ut de ijs sermo habeatur. neque enim idem faciunt, quod quidam Naturales, qui cùm id, quod est, unū esse ponant, omnia tamen ex uno, ut ex materia generant: sed alio modo hi loquuntur. Illi enim cum uniuersum generent, motum adiungunt; hi uerò immobile esse dicunt. Hactenus tamen eorum sententia huius disputationis propria est, quòd Parmenides quidem unum secundum rationem uideatur attingere, Melissus uerò secundum materiam; qua etiam de causa ille finitum, hic uerò infinitum esse dixit. Xenophanes autem cùm ante hos unum fecisset (Parmenides enim huius discipulus fuisse fertur) nihil perspicuè dixit, neu-*

o Nulla igitur ratione] Ostendit horum opinionem simpliciter, & absolutè non pertinere ad hunc locum, in quo sermo institutus est de referendis causis rerum naturalium, quæ à Veteribus ponebantur. Si quidem hi tres dicebāt omnia esse unum, atq; adeo immobile; quod si uerum esset, nulla esset distinctio causæ, & effectus.

Cur ea simpliciter ad hunc locum nō pertineat.

p Hactenus tamen] Docet eatenus horum sententiam posse pertinere ad hunc locum, quatenus Parmenides uideri potest tetigisse conditionem formæ, cùm dixit omnia esse unum finitum; formæ enim est finire, ac terminare, cū sit actus, & perfectio: Melissus autem materiæ, cùm asseruit esse unum infinitū; siquidem infinitio ad materiam reducitur, quæ est pura potentia. Quò fit ut Xenophanes, q nec materiæ, nec formæ rationem uidetur considerasse, sed ad totum uniuersum attendisse,

Cur ptineat ex parte?

Cur Xenophanes omnino reijciendus.

quod quidem more aliorum quorundam uocauit Deum; tanquàm imperitior omnino

no ab hac disputatione excludendus sit. Cur autem Melissus etiam hoc loco rudior Parmenide dicatur, ex uerisimili argumento Parmenidis, quod hic ab Arist. refertur, & ex comparatione rationum utriusque, quæ fit 1. Phys. cap. 3. planè intelliges.

q Ex ijs igitur] Antequam referat opinionē Platonis, quod faciet cap. proximo, colligit in summam, quę hactenus relata sunt ex Veteribus.

r Huic disputationi] Græcè est τῷ λόγῳ, q^d uerbum cùm rationem quoque significet, nonnulli uertunt, Qui ratio ni incubuerunt. Nos Alexandri explicationē sequuti sumus, q^p hic nō sit sermo de ratione, ut à sensu distinguiē, quasi loquaē Aristoteles de ijs Philosophis, q^m posthabito sensu rationē ducē sequuti sunt, ut Parmenides, Melissus, & Xenophanes; sed de omnib^9, qui hactenus sunt commemorati.

s Ac usq; ad Italicos] Nō intelligit oēs Italicę familiæ Philosophos, sed eos tātùm, q^m Pythagoricæ doctrinæ adhæserunt. Cùm porrò ait, usq; ad Italicos, non significat ordinē tēporis, ut ait Alexander (quasi ij omnes, quorū sententiæ ꝓximè recitatæ sūt, ante Pythagoricos fuerint) sed ordinē cōmemorationis, quasi dictū sit [qui usque ad Pythagoricos à nobis recēsiti sunt &c.] Addit autē [& præter illos] ne Pythagoricos etiā eadem reprehēsione comprehendere uideatur.

t Angustiùs de eisdem] Quod Græcè est μετριώτερον, hoc est ad uerbū, Mediocriùs, siue

ἐδὲ τ̃ φύσεως τούτων οὐδετέρας ἔοικε διήκειν, ἀλλ' εἰς τ̃ ὅλον οὐρανὸν ἀποβλέψας, τὸ ἓν εἶναί φησι τὸν θεόν. οὗτοι μὲν οὖν, καθάπερ εἴπομεν, ἀφετέοι πρὸς τὴν νῦν ζήτησιν. οἱ μὲν δύο, καὶ πάμπαν ὡς ὄντες μικρὸν ἀρχοικότεροι, Ξενοφάνης καὶ Μέλισσος. Παρμενίδης δὲ μᾶλλον βλέπων, ἔοικέ που λέγειν. πρὸς μὲν γὰρ τὸ ὂν, τὸ μὴ ὂν οὐδὲν ἀξιῶν εἶναι, ἐξ ἀνάγκης ἓν οἴεται εἶναι τὸ ὂν καὶ ἄλλο οὐδέν. περὶ οὗ σαφέστερον ἐν τοῖς περὶ φύσεως εἰρήκαμεν. ἀναγκαζόμενος δ' ἀκολουθεῖν τοῖς φαινομένοις, καὶ τὸ ἓν μὲν κατὰ λόγον, πλείω δὲ κατὰ τὴν αἴσθησιν ὑπολαμβάνων εἶναι, δύο τὰς αἰτίας, καὶ δύο τὰς ἀρχὰς τίθησι πάλιν, θερμὸν, καὶ ψυχρὸν, οἷον, πῦρ καὶ γῆν λέγων, τούτων δὲ τὸ μὲν κατὰ τὸ ὂν τὸ θερμὸν τάττει, θάτερον δὲ κατὰ τὸ μὴ ὄν.

à tex. 22.

Textus 1.

Ἐκ μὲν οὖν τ̃ εἰρημένων καὶ ἐκ τ̃ σωπηθέντων ἱκανῶς ἤδη τῷ λόγῳ σοφῶν ταῦτα παρειλήφαμεν. ἐκ δὲ μὲν τ̃ θεόντων σωματικὴν τὴν ἀρχὴν (ὕδωρ γὰρ, καὶ πῦρ, καὶ τὰ τοιαῦτα, σώματά ἐστι) καὶ τ̃ μὲν μίαν, τ̃ δὲ πλείους ἀρχὰς τὰς σωματικὰς, ἀμφοτέρων μέν τοι ταύτας ὥσπερ ὕλης εἴδη τιθέντων. ἐκ δὲ τινων ταύτην τε αἰτίαν τιθέντων, καὶ πρὸς ταύτῃ τ̃ ὅθεν ἡ κίνησις, καὶ ταύτην ἐκ μὲν μίαν, ἐκ δὲ δύο.

Μέχρι μὲν ἓν τ̃ Ἰταλικῶν, καὶ χωρὶς ἐκείνων μεζιώτερον εἰρήκασιν οἱ ἄλλοι περὶ αὐτ̃, πλὴν, ὥσπερ εἴπομεν, δυοῖν τε αἰτίαιν τυγχάνουσι κεχρημένοι. καὶ τούτων τ̃ ἑτέραν, οἱ μὲν μίαν, οἱ δὲ δύο ποιοῦσι, τ̃ ὅθεν ἡ κίνησις. οἱ δὲ Πυθαγόρειοι, δύο μὲν τὰς ἀρχὰς κατὰ τ̃ αὐτ̃ εἰρήκασι τρόπον. τοσοῦτον δὲ προσετέθεσαν (ὃ καὶ ἴδιον αὐτ̃ δοκεῖν) ὅτι τὸ πεπερασμένον, καὶ τὸ ἄπειρον, καὶ τὸ ἓν οὐκ ἑτέρας τινὰς φήσαντες εἶναι φύσεις, οἷον, πῦρ ἢ γῆν, ἢ τι τοιοῦτον

Textus 2. Comm. 37. * Alias μελακώτερον.

Textus 3.

τὸν

siue Parchìs, nos ideo reddidimus, Anguſtiùs, quia ſignificat Ariſt. his uerbis (id quod capite 7. planiùs explicat) cæteros Philoſophos anguſtiùs fuiſſe locutos de principijs.

tex. 19. & 20.

ea enim tradiderũt, quę in ſola entia corporea cõueniunt: at Pythagorici ea cõſtituerũt, quæ rebus etiã corporis expertibus accommodari poſſunt. Alexander ait in quibuſdã exẽplaribꝰ legi μαλακώτερον. id eſt, mollius; Sed eadem eſt ſententia. Iccirco. n. molliùs dicuntur locuti cæteri, quia reſtrictiùs. Aut dictũ eſt Molliùs, quia cæteri Philoſophi Dialecticę expertes fuerunt, ut paulò pòſt docet Ariſtoteles, multò autẽ planiùs cap. ſequẽti. Non uſi ſumus tamẽ hac lectione, quia ſuperior eſt penè cõmunis.

Alia lectio.

*neutramq; horum naturam attigiſſe videtur, ſed in totum cœlũ reſpiciens, vnum ipſum ait Deum eſſe. Atq; hi quidem, vt diximus, ab hac diſputatione excludendi ſunt, duo quidem etiam omnino, vt paulò rudiores, Xenophanes, & Meliſſus. Parmenides autem plus videns nonnihil dicere videtur. Nam cùm præter ipſum ens, ipſum non ens nihil eſſe cenſeat; neceſſariò ipſum ens vnum eſſe putat, & nihil aliud. de quare in libris de Natura luculentiùs diximus. Cùm autem ea, quæ apparent, ſequi cogatur, & vnum quidem ratione, plura verò ſenſuum iudicio æſtimet; duas cauſas rurſus, duo'que principia conſtituit, calidum, & frigidum, ignem* tex. 4. *videlicet, ac terram ſignificans, quorum alterum* tex. 8. *(calidum inquam) in ordine entium; alterum in non entium collocat.*

Textus 1. *Ex ijs [t] igitur, quæ dicta ſunt, & ab ijs ſapientibus, qui olim huic [u] diſputationi incubuerunt, hæc accepimus; à primis quidem, corporeum eſſe principium (ſiquidem aqua, ignis, & ſimilia, corpora ſunt) atque ab eorum quibusdam vnum, ab alijs plura principia corporea, cùm interim vtrique hæc ipſa, vt materiæ ſpecies conſtituant; ab alijs verò hanc cauſam ponentibus, eam prætereà, vnde motus proficiſcitur, atque hanc ab alijs vnam eſſe, ab alijs duas.*

Textus 2. *Ac vſque [x] ad Italicos quidem, & præter illos, anguſtiùs [y] de eiſdem rebus cæteri diſſeruerunt, niſi* Comm. 3. *quòd, quemadmodum diximus, duabus cauſis vſi ſunt, & harum alteram alij vnam, alij duas fa-*

Textus 3. *ciunt eam vnde motus proficiſcitur. ¶ Pythagorici verò duo [z] quidem principia eodem modo eſſe dixerunt, ſed hoc tantùm addiderunt (quod etiam [a] proprium eſt ipſorum placitum) finitum, & infinitum, ac etiam vnum, non alias quaſdam eſſe naturas, vt ignem, aut terram, aut aliud*

t Duo quidem] Intelligit par, & impar, quorum alterum eos appellaſſe infinitum, alterum finitum ſuperiùs dictũ eſt. Quod autem addit [eodẽ modo] quantùm ad numerum intelligendum eſt, non quantùm ad genus cauſæ. Par. n. & impar, ſi mens Pythagoricorum explicanda eſt, materialem, & formalem cauſam ſignificant, ut paulò antè diximus, & Auerroes hoc loco aſſerit; ſi autem ad uerba eorũ tãtùm quis uelit attendere, ambo ad materialem cauſam pertinent, ut Ariſt. ſuperiùs dixit, notóque eo loco, quo pacto uerũ ſit, expoſuimus.

x Quod etiam] Hoc proprium eſt Pythagoreorum, ſi cum ſuperioribus cõferantur, quòd

Qua ratione Pythagorici à ſuperioribus differant.

putent, nec finitum, nec infinitum, nec unum eſſe accidentia rerum, ſed pertinere ad



Digitized by Google

ipsas earũ essentias, quas numeros appellant, quod cũ superioribus nõ placet, cùm dicant hæc potiùs esse accidentia ignis, terræ, & cæterarũ rerũ essentijs earũ adiuncta.

Quatenus rerum essentias definitione; cognouerint.

y Et de ipso quid est] De essentia rerum, ac definitione, qua essentia earum explicatur, cœperũt quidẽ Pythagorici agere, sed tamen rudi Minerua, ut cõtingit primis cuiusq; rei tractatoribus. Putabant. n. de quo primo definitio proposita dicebatur, id esse rei essentiam: quod tamen falsum est, cùm ex eo sequatur, unũ aliquid plura esse. Fieri. n. potest, ut definitiones diuersorũ accidentiũ dicantur primò de re proposita, ut definitio dupli, & paris de duobus; quare si de quo primò dr definitio, id esset essẽtia rei, sanè dualitas esset essẽtia duplicitatis, & paritatis, quod apertissimè falsum est, cùm hæc latiùs pateãt, quàm dualitas.

z Quod illis etiam] Dicebant enim, uerbi gratia, definitionẽ Iustitiæ dici primò de numero primo pariter pari, ideſt de quaternario, aliàs uerò de eodẽ numero. asserebant primò dici definitionem Amicitiæ, ut ait Alex. eo, q̃ amicitia in quadã equalitate cõsistat, unde sequebatur essentiã quaternarij esse essentiam Iustitiæ, & Amicitiæ.

aa Atque à primis] Ideſt, ab ijs, quos ante Pythagoricos commemorauimus, & ab ipsis Pythagoricis.

τον ἕτερον, ἀλλ' αὐτὸ τὸ ἄπειρον, ⁊ αὐτὸ τὸ ἓν οὐσίαν ἐπὶ τούτων, ὧν κατηγορεῖται· διὸ καὶ ἀριθμὸν ἐπὶ τῶν οὐσιῶν ἁπάντων.

Περί τε τούτων ἓν τέτον ἀπεφαίνατο τὸν τρόπον, καὶ πρῶτ[y] τί ὄντι ὥρξατο μὲν λέγειν ⁊ ὁρίζεσθαι, λίαν δ' ἁπλῶς ἐπραγματεύθησαν. ὡρίζοντό τε γὰρ ὑπερβολαίως, ⁊ ᾧ πρώτῳ ὑπάρχειεν ὁ λεχθεὶς ὅρος, τέτ' εἶναι τὴν οὐσίαν τοῦ πράγματος ἐνόμισαν, ὥσπερ εἴτις οἴοιτο ταυτὸν εἶναι διπλάσιον καὶ τὴν δυάδα, διότι πρῶτον ὑπάρχει τοῖς δυσὶ τὸ διπλάσιον. ἀλλ' ἐ ταυτὸν ἴσως ὄντι τὸ εἶναι διπλασίῳ καὶ δυάδι. εἰ δὲ μή, πολλὰ τὸ ἓν ἔσται, ὃ[z] καὶ ἐκείνοις συνέβαινε. πρὸς[aa] μὲν οὖν τὴν πρώτων καὶ τὴν ἄλλων τοσαύτα ὄντι λαβεῖν.

Textus 4.

Κεφ. ε'.

Μετὰ δὲ τὰς εἰρημένας φιλοσοφίας, ἣ Πλάτωνος ἐπεγένετο πραγματεία, τὰ μὲν πολλὰ τοῖς Πυθαγορείοις τούτοις ἀκολουθοῦσα, τὰ δὲ ⁊ ἴδια πρὸς τὴν Ἰταλικὴν ἔχουσα φιλοσοφίαν, ἐν[b] νέῳ τε γὰρ συγγεγύμνωτο πρῶτον Κρατύλλῳ, καὶ ταῖς Ἡρακλειτείοις δόξαις, ὡς ἁπάντων τῶν αἰσθητῶν ἀεὶ ῥεόντων, καὶ ὑπειλήφει οὕτ' ἐκ ὄντος, ταῦτα μὲν ὕστερον ἅπτως ὑπέλαβε. Σωκράτους[c] δὲ περὶ μὲν τὰ ἠθικὰ πραγματευομένου, περὶ δὲ ὅλης φύσεως οὐδέν, ¶ ἐν[c] μέντοι τούτοις τὸ καθόλου ζητοῦντος, ⁊ [c] περὶ ὁρισ-

Textus 5.

Com. 37. Textus 6.

Capitis sexti Explanatio.

Capitis distributio.

Platonem primam Ideas inuexisse.

Platonis autem] Refert in priori parte huius cap. opinionem Platonis, qui apertè causam, formalem inuexit: in altera colligit, quid commemorandis aliorum sententijs de rerum principijs, & causis sit consecutus. Ait ergo in primis Platonem magna ex parte Pythagoricos sequutum fuisse, sed tamen quædam addidisse propria, cuiusmodi fuit opinio de Ideis.

b Plato enim cùm] Docet qua ratione Plato ductus fuerit, ut ideas esse cẽseret. Cùm enim

Digitized by Google

eâim ille à puero cum Cratyllo Heracliti discipulo uersatus esset, & ab eo omnia sensibilia continenter fluere, nec unquam in eodem statu consistere audiuisset (quę fuit propria Heracliti sententia) atque eam opinionem matura ætate approbasset; contrà uerò à Socrate præceptore suo didicisset, definitiones, quarum ille studiosissimus erat, non esse de rebus singularibus, sed de uniuersalibus; eius sententia approbata, existimauit definitiones non esse de rebus sensibilibus, quia essent mutabiles, sed de naturis quibusdam communibus, quę à rebus sensibilibus separatę existerent, quas ideas appellant, easque à rebus singulis, quarū essent ideæ, participari affirmauit; uerbi gratia, ideam hominum à singulis hominibus, equorum ab equis, & cætera eodem modo. Hæc luculentiùs scribit Arist. 13. lib. huius operis initio capitis quarti, q̄ operæpretiū est legere.

Heraclitii sententia.

*huiusmodi, sed ipsum infinitum, & ipsum unum substantiam eorum esse, de quibus dicuntur; quare, & numerum substantiam esse rerum omnium.*

Textus 4. *De his igitur hunc in modum censuerunt, & de ipso [7] quid est dicere quidem, ac definire cœperunt, sed tamen ualde simpliciter susceptum negotium tractauerunt. Etenim quasi superficie tenus definiebant, & cui primo proposita definitio conuenisset, id rei substantiam esse existimabant, ut si quis duplum, ac dualitatem idem esse putaret, quòd duplum duobus primò insit. Attamen non idem est forsitan dupli, ac dualitatis esse, alioqui unum plura erit, quod illis [8] etiam accidebat. Atque [9] à primis quidem, ac cæteris hæc accipi possunt.*

## CAP. VI.

Textus 5. POst [a] *eas autem Philosophias, quas commemorauimus, disciplina Platonis accessit, quæ magna quidem ex parte horum Pythagoricorum doctrinam sequitur; sed quædam etiam propria continet, præter Italicorum Philosophiam. Plato [b] enim ab ineunte ætate Cratylli primùm consuetudine usus, & Heracliti opinionibus assuetus, quasi omnia sensibilia semper fluerent, nec ulla eorum esset scientia; hæc quidem postea ita habere existimauit. Sed [c] cùm Socrates ea, quæ ad mores pertinent,*

In Socrate.

Textus 6. *tractaret, de tota uerò natura nihil ageret, ¶ & [d] tamē in ijs rem uniuersalē quæreret, mentemq; [e] primus ad defi-*

Ethices auctor primus Socrates.

Sed cùm Socrates] Socrates, ut Laërtius ex Demetrio Byzantio refert, animaduertens naturalis speculationis fructum nullum existere, eamque ad officia uitæ nihil esse necessariam; primus inuexit Ethicē, deque illa in officinis, locisque publicis quotidie Philosophi more disputans, ea potiùs inquirenda hortabatur, quæ mores instruerent, & quorum usus domi esset necessarius. Non crediderim tamen, Socratem putasse nullum fructum ex contemplatione naturę rerum existere; sed exiguum, si cum fructu Moralium disciplinarum conferatur.

Et tamen in ijs] In moribus uidelicet. Quare, quia mores hominum sunt in hominibus ijs, quos sensibus percipimus, inde illud efficiebatur, ut Socrates quæreret uniuersalia in rebus sensibilibus, non autem extra res sensibiles, quemadmodum Plato. Quod Arist. lib 13. huius operis cap. 4 his uerbis docet, Socrates quidem uniuersalia non ponebat separata, quidam uerò separarunt, ac eiusmodi entia ideas appellauerunt

Cur in rebus sensibilibus Vniuersalia quæsierit?

Mentemq; primus] Idem scribit Aristoteles loco nunc citato. [Duo, inquit, sunt,



Digitized by Google

Definitio Vniuersalis, & inductiuæ orationes tribuũ tur Socrati.

quæ Socrati iure proprio quis attribuat, inductiuas orationes, & definitionem rei uniuersalis]Non pugnant autem hæc cum ijs, quæ dixerat ad finem superioris capitis, Pythagoricos cœpisse quærere ipsum, quid est, ac definitionibus uti. Id enim fecerunt Pythagorici perfunctoriè, & rudi admodum Minerua, ut ibi dictum est. Socrates autẽ diligenter, & accuratè in eam rem incubuit. cap. 4.

Quarum rerũ posuerit Plato Ideas.

f Pleraque uniuocorũ ] Docet qua ratione omnia secundum Platonẽ appellentur nominibus Idearũ, quod proximè dixerat, quodque hic uocat, esse ὁμώνυμα, siue æquiuoca formis; simulque corrigit uerbũ, Omnia, quo usus fuerat. Neque enim omnia indiuidua apud Platonẽ appellabantur nominibus idearum, sed sola uniuoca, ut homines, ut equi; quãdoquidem his tantùm cõmunes ideas tribuẽdas esse censuit. Nec uerò oía uniuoca, sed pleraque. nã, nec relationes, nec ea, quæ sunt præter naturam, nec item mala dicebat Plato habere ideas, ut Alex. annotauit. sed nec eorum, quæ pertinẽt ad diuersas species, tradebat ille communem ideam, ut Arist. plerisque locis asserit. Hac igitur de causa ait Arist. hoc loco, secundũ Platonem pleraque uniuocorũ, eiusdem nominis esse cũ formis. Ratio uerò, ob quam hæc secundum Platonem appellantur nominibus Idearum, docet Arist. esse participationẽ. Putauit enim Plato solam ideam hominis esse per se hominem, singulos autem homines non esse homines, nisi imitatione quadam, seu potiùs, ut ipse loquebatur, participatione, quo pacto hominem depictum in tabula appellamus hominem, quòd uerum hominem imitetur, & aliquatenus participet. Itaque ea, quæ dicta sunt putauit Plato appellari nominibus idearum, quia non sint ueræ res, sed quædam quasi imagines uerarum rerum, imò ne imagines quidem propriæ, sed quasi umbræ, ut ille philosophatur in dialogo septimo de Rep. Vmbræ enim solam figuram, atq; adeo imperfectissimè referunt.

ἐεισμὸν ὀπισήσαντος ωεφύτευλὼ διάνοιαν, ἐκεῖνον ἀποδεξάμενος διὰ τὸ ζητῆσαι ωερὶ τῆς καθόλου, τίς ἐστιν ὑπόληψις, ὡς ωερὶ ἑτέρων τοὺς ὁεισμοὺς τούτους γινομένους, καὶ ὐ ωερὶ τ αἰσθητῶν τινος. ἀδύνατον γὰρ ἦν τ κοινὸν ὅρον τ αἰσθητ τινος, ἀεί γε μεταβαλλόντων. διὸ τ οὖν τὰ μὲν τοιαῦτα τ ὄντων ἰδέας ωροσηγόρευσε, τὰ δ' αἰσθητὰ ωρὸς ταῦτα καὶ κ' ταῦτα λέγεσθαι πάντα. κ' μέθεξιν γὰρ ἦν τὰ πολλὰ τ ὁμωνύμων ὁμώνυμα τοῖς εἴδεσι, τὴν δὲ μέθεξιν τοὔνομα μόνον μετέβαλλε. οἱ μὲν γὰρ Πυθαγόρειοι μίμησιν τὰ ὄντα φασὶν εἶναι τῶν ἀριθμῶν, Πλάτων δὲ μέθεξιν, τοὔνομα μεταβαλών. τὴν μέν τοί γε μέθεξιν ἢ τὴ μίμησιν, ἥτις ἂν εἴη τ εἰδῶν, ἀφῆσαν ἐν κοινῷ ζητεῖν.

Ἔτι δὲ ωρὸς τὰ αἰσθητὰ καὶ τὰ εἴδη, τὰ μαθηματικὰ τῆς ωερογμένων ἐστὶ φησὶ μεταξύ, διαφέροντα τ μὲν αἰσθητῆς, τῷ ἀίδια καὶ ἀκίνητα εἶναι· τῆς δ' εἰδῶν, τῷ τὰ μὲν πολλ' ἄττα ὅμοια εἶναι, τὸ δὲ εἶδος αὐτὸ, ἓν ἕκαστον μόνον. ἐπεὶ δ' ἄτοπα τὰ εἴδη τοῖς ἄλλοις, τὰ ἐκείνων στοιχεῖα πάντων ὠήθη τῆς ὄντων εἶναι στοιχεῖα. ὡς μὲν οὖν ὕλην τὸ μέγα, καὶ τὸ μικρὸν εἶναι ἀρχάς, ὡς δ' οὐσίαν, τὸ ἕν. ¶ ἐξ ἐκείνων γὰρ κατὰ μέθεξιν τοῦ ἑνὸς Comm. 39. Textus 7.

Cur nomen participationis usurparit?

g Solo autem nomine] Forsitan Plato ea ratione mutauit nomen Imitationis, quo usi sunt Pythagorici, in Participationis, quia numeri concreti rebus naturalibus meliùs dicuntur participare numeros abstractos, siue abstractè sumptos, quàm imitari. Numeri

ueri enim concreti rebus addunt abstractis positionem in continuo, imo uerò continuitatem ipsam rerum numeratarum, quam non includunt numeri abstracti. Sicut igitur compositum potiùs dicitur participare ipsam formam, quàm imitari, cùm præter formam includat materiam; ita Plato censuit potiùs dicendũ esse, numeros concretos, hoc est res sensibiles (has enim concretorũ numerorũ nomine significabat) participare species separatas, quas appellabat numeros abstractos, quàm imitari. Est & alia ratio, quia participationis nomen magis conuenit materiæ respectu formæ, quàm imitationis: neq; enim materia imitatur formam, sed participat, nisi impropriè admodum loqui uelis. Cùm igitur individua sensibilia propter materiam multiplicentur, meliùs dicentur participare species separatas, quàm imitari.

*ad definitiones applicaret; eius doctrina ob eam causam probata, quòd de rebus uniuersalibus disputaret; id ita accepit, quasi de alijs rebus non de ulla earum, quæ sensibus percipiuntur, eiusmodi definitiones fierent. Neque enim fieri posse, ut communis definitio ullius rei sit earum, quæ sensibus subiectæ sunt, vt quæ semper mutentur. Itaque huiusmodi quidem entia ideas appellauit; quæ verò sensibus percipiuntur, præter hæc esse, & ab his omnia dici voluit. Participatione enim pleraque* [f] *vniuocorum, eiusdem nominis esse cum formis asseruit, solo* [g] *autem nomine participationem mutauit. Siquidem Pythagorici ea, quæ sunt, imitationem numerorum esse dicunt; Plato autem, nomine mutato, participationem. cæterum, quæ nam esset eiusmodi formarum, siue participatio, siue imitatio, in* [h] *communi disputatione expendere omiserunt.*

Reddítur alia eiusdem appellationis ratio.

h In communi] Græca uerba ἐν κοινῷ ζητεῖν, quod est ad uerbum [in cõmune quærere] nihil aliud significant, quàm in publica disputatione, & quę in cõmunem usum edita sit, rem discutere.

*Ad hæc,* [i] *præter sensibilia, & formas, mathematica rerum media esse ait, quæ hoc differant à sensibilibus, quòd sempiterna sint, ac immobilia: à formis autem, quòd pleraque eorum similia sint inter sese, forma autem ipsa unaquæque unum quiddam sit tantùm. Quoniam* [k] *verò formæ causæ sunt cæterorum, putauit ille earum elementa esse omnium rerum elementa; ac magnum quidem, et paruum esse principia, vt materiam; unum autem, vt substantiam.* ¶ *Ex illis enim formas participatione vnius*

i Adhęc, præter sensib.] Docet Platonem posuisse alterum genus rerum separatarum à sensibilibus, nempe res mathematicas, quas dicebat medias inter ideas, & res sensibiles, eo quòd essent perpetuæ,

Alterum genus rerum separatarum à Platone positum.

Textus 7.

quemadmodum ideæ (alioqui de illis non haberetur scientia) & tamen hoc conuenirent cum rebus sensibilibus, quòd darentur plures eiusdem speciei, ut plures trianguli æqualium laterum separati, plura quadrata separata, quemadmodum dantur plures res sensibiles, quæ ad eandem speciem pertineant. Alioqui non demonstrarent Mathematici, duas propositas figuras esse similes inter se, quod tamen persæpe faciunt.

k Quoniam verò formæ] Quæ hactenus retulit ex Platone, non explicant illius sententiam de primis principijs. Namque ideæ etsi sunt principia, ac causæ rerum sensibilium, non sunt tamen prima principia, cùm ipsa principijs constent. Ait ergo Platonem credidisse prima principia rerum sensibilium, esse ipsa principia idearum, & quia ille posuit magnum, & paruum esse principium quasi materiale idearum; unitatem autem, quasi formale; hæc ipsa dixit esse rerum omniũ prima principia.

Magnum, & paruum statuit Plato Idearum principia.

Quia

Digitized by Google

Quia uerò numerus unitate etiam constituitur, non dubitauit Plato ideas etiam ipsas numeros appellare. Quid autem Plato intellexerit nomine magni, & parui, itemque nomine unitatis, cùm hæc dicebat esse principia idearum, non satis constat. Crediderim tamen illum, cùm hæc ad ideas retulit, nomine magni, & parui intellexisse naturam generis, quæ est ueluti materia, nomine autem unitatis differentiam, quæ est indiuisibilis ꝓfectionis, alioqui esset etiam ipsa species quædam constituta ex genere, & differentia. Aut certè dic, nomine magni, & parui intellexisse limitationem, quam omnes, species rerum habent; nomine autem unitatis Deum, à quo omnes propriam perfectionē participāt: quasi dixerit, species rerum habere limitationē ex se ipsis (est enim limitatio negatio perfectionis infinitæ) perfectionem uerò à summo omnis perfectionis exēplari Deo.

Quid nomine magni, & parui, atque unitatis intellexerit?

ἐνὸς τὰ εἴδη εἶ) τοὺς ἀριθμούς, τὸ μὲν τοί γε ἓν ὡς οὐσίαν εἶ), καὶ μὴ ἕτερόν τι τῶν ὄντων λέγειν εἶ), ὥσπερ πλησίον τοῖς Πυθαγορείοις ἔοικε, καὶ τὸ τοὺς ἀριθμοὺς αἰτίους εἶ) τοῖς ἄλλοις τῆς οὐσίας, ὡσαύτως ἐκείνοις. ¶ τὸ δὲ αὐτὴ [m] τὴν ἀπειρίαν ὡς ἑνὸς δυάδα ποιῆσαι, τὸ δ' ἄπειρον ἐκ μεγάλου καὶ μικροῦ, τοῦτ' ἴδιον. καὶ ἔτι ὁ μὲν τοὺς ἀριθμοὺς παρὰ τὰ αἰσθητὰ, οἱ δ' ἀριθμοὺς εἶ) φασιν αὐτὰ τὰ πράγματα, καὶ τὰ μαθηματικὰ μεταξὺ τούτων καὶ πάθεσι. Textus 8.

In quibus ab Pythagoricis ideā senserit?

l Ipsum tamen unum] Tradit duo, in quibus Plato idem sensit, quod Pythagorici. Placuit enim Platoni, quemadmodū & illis, unitatem nō esse accidens, sed ipsam rerū substantiā, itemq; numeros esse causas rerum, quanquam aliter, atque illi. Siquidem illi ponebant numeros quasi causas materiales, Plato autem ueluti causas exemplares, quod genus causæ ad formalem spectat.

Τὸ μὲν οὖν τὸ ἓν, καὶ τοὺς ἀριθμοὺς ὡς ἀπὸ τὰ πράγματα ποιῆσαι, καὶ μὴ ὥσπερ οἱ Πυθαγόρειοι, καὶ ἡ τῶν εἰδῶν εἰσαγωγὴ διὰ τὸ ἐν τοῖς λόγοις ἐγγύεσθαι σκέψιν. οἱ γὰρ πρότεροι διαλεκτικῆς ἀμέτοχον. τὸ δὲ δυάδα ποιῆσαι τὴν ἑτέραν φύσιν, διὰ τὸ τοὺς ἀριθμοὺς ἔξω τῶν πραγμάτων μόνους εἶναι αὐτὴν ῥᾴδιον ὡς περ ἔκ τινος ἐκμαγείου. καί τοι συμβαίνει γ' ἐναντίως, ἀπὸ γὰρ μόνου ἔστω. νυνὶ μὲν γὰρ ἐκ τῆς ὕλης πολλὰ ποιοῦσιν, τὸ δὲ εἴδος ἅπαξ γίγνεται μόνον, ¶ φαίνεται δ' ἐκ μιᾶς ὕλης μία γραπτὸν. ὁ δὲ τὸ εἴδος ὑπερέχον ἓν ὄν, Textus 9.

m Pro infinito autem] Tradit tria, in quibus idem à Pythagoricis dissensit. Primum, quòd duo quædam fecerit materiale principium, magnum, & paruum, cùm illi unum tantùm posuerint, nempe par, siue infinitum. Alterum, quòd posuerit numeros separatos à rebus sensibilibus, quos uocauit ideas, cùm illi dixerint, numeros esse res ipsas sensibiles. Tertium, quòd separauerit etiam à rebus sensibilibus entia mathematica; quasi media inter ideas, & res sensibiles, quod Pythagorici minimè fecerant.

In quibus ab eis dissenserit?

n Ipsum igitur unum] Docet cur Plato posuerit formas separatas, non autem Pythagorici. Causam uerò esse ait, quia Plato Dialectica arte instructus perscrutabatur naturas rerum per definitionem, quæ, si rectè traditur, uidetur non esse, nisi rei perpetuæ, & immutabilis, ut supra dictum est. Pythagorici autem non erant imbuti arte Dialectica, nisi leuiter admodum, & rudi Minerua, quod etiam ex dictis patet.

Dissensionis ratio.

Cap. super.

o Dualitatem uerò] His uerbis exponit, qua ratione ductus fuerit Plato, ut duo quædam ex parte materiæ posuerit; eamque esse ait, quia omnes numeri pares, qui in pares diuiduntur, ut quaternarius, senarius, & alii huiusmodi (hi enim maximè referunt naturam materiæ) ex dualitate repetita quasi ex effigie, formaue sigilli sæpius applicata ceræ procreantur. Vocat autem more Mathematicorum cæteros numeros

Cur duo ex parte materiæ principia posuerit?

Digitized by Google

ros(ideſt,omnes impares,& ipſum etiam binarium)numeros primos,quia non gignũtur repetitione binarij, ut illi, ſed unitatis.

p Attamen contrà accidit} Oſtendit Platonem non rectè poſuiſſe duo principia ex parte materiæ, & unum ex parte formæ, cùm magis conſentaneum eſſet, ut poneret duo ex parte formæ, & unum ex parte materiæ. Siquidem & opifices (horum enim opera afferri ſolent à Philoſophis ad explicationem operũ naturæ) multa ex eadem materia ſucceſſiuè cõficiunt, ut ex eodem ære nunc ſphæram,pòſt uerò ſtatuam,& ipſa agentia naturalia,ut Sol,nunc herbam; nunc metallum. Itaque forma ſemel introducta, non ampliùs in aliam materiam introducitur. At eadem numero materia aliam formam poſt aliam accipit. Sed quoniam hoc argumentum ſumit formæ nomen pro forma coniuncta cum materia,non pro ſeparata, ut eã ponebat Plato, mox ipſe illud refutabit, dilata impugnatione Platonis in caput ſequens. Impugnatio.

*unius, eſſe numeros ; ipſum[1] tamen unum ſubſtantiam eſſe, neque ens aliud quicquam dici eſſe, ut Pythagorici ; numeros etiam, quemadmodum illi,*
Textus 8. *cæteris ſubſtantiæ cauſas eſſe aſſerebat. ¶ Pro[m] infinito autem, ut uno, dualitatem; infinitum uerò ex magno,& paruo feciſſe,hoc eius eſt proprium. Præterea hic ponit numeros præter ſenſibilia, illi uerò aiunt numeros eſſe res ipſas ; nec res mathematicas inter hæc collocant.*

*Ipſum[n] igitur unum, ac numeros contrà, atque Pythagorici exiſtimabant, à rebus ſeparaſſe, & formas induxiſſe, ex conſideratione, quæ in diſſerendo habetur,profecta ſunt. Priores enim Dialecticæ facultatis expertes erant. Dualitatem[o] uerò alteram naturam feciſſe propterea accidit, quòd ex ea, quaſi ex quadam effigie, numeri præter primos aptè generantur. Attamen[p] contrà accidit. neque enim ita fieri conſentaneum eſt rationi. nunc enim ex materia multa[q] faciunt, forma autem ſemel[r] tantùm genera. At[s] ex una materia menſa una cer-*
Textus 9. *nitur exiſtere ; ¶ qui[t] uerò formam infert, quæ una eſt,*

Ipſum igitur unum, ac numeros contrà, atque Pythagorici exiſtimabant, à rebus ſeparaſſe, & formas induxiſſe, ex conſideratione, quæ in diſſerendo habetur,profecta ſunt. Priores enim Dialecticæ facultatis expertes erant. Dualitatem uerò alteram naturam feciſſe propterea accidit, quòd ex ea, quaſi ex quadam effigie, numeri præter primos aptè generantur. Attamen contrà accidit. neque enim ita fieri conſentaneum eſt rationi. nunc enim ex materia multa faciunt, forma autem ſemel tantùm genera. At ex una materia menſa una cernitur exiſtere ; ¶ qui uerò formam infert, quæ una eſt,

q Multa faciunt} Ad agentia ipſa, ſiue quæ arte, ſiue quæ naturâ faciunt,referẽda ſunt hęc uerba,uti diximus, non ad ueteres Naturales, ut quidam exponunt: quanquàm illi accommodatè etiam ad opera artis,& naturæ locuti ſunt, ponentes unitatem ex parte materiæ, & multitudinem ex parte formæ.

r Semel tantùm generat} Catachreſis, ſiue abuſio eſt uerbi, Generat, pro, cauſat in generatione. Propriè enim ſola cauſa efficiens generat.

s At una ex materia} Quia hic locus non eſt deſtinatus refutationi,ſed ſolùm referendis aliorum dictis (refutatio enim in caput ſequens differtur) ipſe Ariſtot. pro Platone in hanc ſententiam reſpondet; Si Plato loqueretur de formis,quæ incipiunt eſſe per actionem, locum ſanè habiturum fuiſſe propoſitum argumentum. Namq; eadem numero materia per aliam atque aliam actionem,aliam atque aliam formam accipit. At illum non loqui de formis,quæ incipiunt eſſe per actionem, ſed de ijs,quarum ui illæ inferuntur in materiã; quarum hæc eſt cõditio,ut una numero multas, ac uarias materias ſui imitatione, participationeúe perficiat; cuiuſmodi eſt forma ſtatuæ,quam ſculptor imitatur,aut ſigilli,quam imprimit; & forma menſæ, quam faber, ſiue in mente inhærentem habet,ſiue ante oculos ſibi proponit, ut ſimilem faciat; ac denique naturalis forma generantis, ueluti animalis, cuius aliam, atque aliam ſimilitudinem idem mas introducit in aliam, atque aliam materiam, quæ à fœminis ſubminiſtratur. Reſpondet pro Platone Ariſtoteles.

t Qui uerò formam} Videntur uerba hæc pugnare cũ ijs,quæ diximus. Forma enim, quæ

quæ ab artifice infertur, ut multas mensas efficiat, non una est, sed multæ. Quòd si dicas, esse unam ratione; eadem ratione dicam ego, mensas multas, esse ratione unam; quò fiet, ut nihil ad rem loquatur Aristoteles, cùm hoc exemplo in defensionem Platonis utitur. Ac si uetus quidem interpres rectè uertit, nihil dubij est hoc loco. Neq; enim habet [quæ una est] ut referatur unitas ad formam, quæ infertur, sed [unus existens] ut referatur ad eum, qui formã infert. Verùm obstant uerba Græca in omnibus exẽplaribus, quæ quidem uiderimus. Sic enim habent, ὁ δὲ τὸ εἶδος ἐπιφέρων, ἓν ὄν, id est, [qui uero formã infert unã existentem] Quapropter aut dicendum est, deprauatum esse contextum, scriptumque fuisse ab Aristot. non, ἓν ὄν, sed, οἷς ὤν, ut sermo sit de unitate inferẽtis formam, non de unitate formæ illatæ, quẽ sensum reddidit uetus interpres: aut potiùs dicendum, uerba illa [quę una est] non sic accipiẽda esse, quasi dicat Aristoteles [quę una est ratione] sed [quę una est numero] ut sermo non sit de forma, quæ incipit esse in materia, sed de forma, cuius ui illa esse incipit, siue ea exemplaris sit, ut in agẽtibus per artem; siue naturalis, ut in agentibus per naturam. Quòd si quis obijciat, esse quidem huiusmodi formã unã numero, sed tamen eam non inferri in materiam, Aristotelem uerò apertè loqui de forma, quæ in materiã infertur; respondendũ est, etsi huiusmodi forma non infertur in materiam per seipsam, inferri tamen per sui similitudinem. Quo pacto dicimus, Phidiam cùm statuam Mineruæ ex ebore confecit, intulisse in ebur Mineruæ formam.

Lectio ueteris interpretis.

ἓν ὄν, πολλὰς ποιεῖ. ὁμοίως δ' ἔχει καὶ τὸ ἄρρεν πρὸς τὸ θῆλυ. τὸ μὲν γὰρ ὑπὸ μιᾶς περιέχεται οἰκείας, τὸ δ' ἄρρεν πολλὰ περιέχει. καί τοι ταῦτα μιμήματα τῆς αὐτῶν ἐκείνων ἐστί. Πλάτων μὲν οὖν περὶ τῶν ζητουμένων οὕτως διώρισται.

Φανερὸν δ' ἐκ τῶν εἰρημένων ὅτι δυοῖν αἰτίαιν ἐστὶ μόνον κεχρημένος, τῇ τε τί ἐστι, καὶ τῇ καθ' ὑπο- ὕλλου (τὰ γὰρ εἴδη τῶν τί ἐστιν ἄπαντα τοῖς ἄλλοις, τοῖς δ' εἴδεσι τὸ ἕν) καί τις ἡ ὕλη ἡ ὑποκειμένη, καθ' ἣς τὰ εἴδη, τὰ μὲν ὅτι τῆς αἰσθητῆς, τὸ δ' ἐν ἐν τοῖς εἴδεσι λέγεται, ὅτι αὐτῶν δυάς ἐστι, τὸ μέγα καὶ τὸ μικρόν. ἔτι δὲ τῷ αὐτῷ καὶ τὸ καλῶς αἰτίαν, τοῖς στοιχείοις ἀπέδωκεν ἑκατέροις ἑκατέραν, ὅπερ μᾶλλόν φαμεν, καὶ πρότερον ὑπῆρχόν τινες φιλοσόφοις, οἷον Ἐμπεδοκλέα καὶ Ἀναξαγόραν.

Quo pacto communis lectio intelligenda.

Σωτόμως μὲν οὖν καὶ κεφαλαιωδῶς ἐπελήλυθαμεν τίνές τε καὶ πῶς τυγχάνουσιν εἰρηκότες περί τε τῆς ἀρχῆν, καὶ τῆς ἀληθείας. ὅμως δὲ τοσοῦτον γ' ἔχομεν εἰπεῖν αὐτῆς, ὅτι τῆς λεγόντων περὶ ἀρχῆς καὶ αἰτίας, ἀθεὶς ἔξω τῆς ἐν τοῖς περὶ φύσεως ἡμῖν διωρισμένων εἴρηκεν, ἀλλὰ πάντες ἀμυδρῶς μὲν, ἐκείνων δέ πως φαίνονται θιγγάνοντες. οἱ μὲν γὰρ ὡς ὕλαν τινὰ ἀρχὴν λέγουσιν, αὖτε

Text. 10.

u Et tamen hæc] Hęc ait esse imitationes illorum principiorum ex sententia Platonis, quia credebat Plato causas singulares, tum artis, tum naturę, quæ in exemplum allatæ sunt, imitari ideas, quas ponebat, ut uera, ac præcipua rerum exemplaria.

x Perspicuum est autem] Exposita sententia Platonis, ostendit ex dictis, quæ nam genera causarum à Platone inuecta sint; aitque in primis, illum planè induxisse materialẽ, & formalem. Dixit enim ideas esse causas formales, ac quiditatiuas rerum sensibilium, ipsum uerò unũ esse causam formalẽ idearum, quod etiam ipsum ideam esse fateri cogitur Plato, si illud causam formalem idearum esse credit. Rursusque magnum, & paruum

Platonẽ apertè induxisse causam materialem, & formalem.

Digitized by Google

parium esse causam materialem, tum qua in rebus sensibilibus participantur ideæ, tum qua in ideis participatur unum. Deinde ait, illum addidisse eti. m causam tum boni, tum etiam mali. Dixit enim principium formale esse causam boni, materiale autem causam mali, quo pacto existimauit se tradere causam finalem. Ait tamen Aristoteles Empedoclem, & Anaxagoram magis quæsiuisse hoc genus causę, quia etsi uterque per accidens illud tetigit, ut paulò pòst docebit, tamen Empedocles, & Anaxagoras tradentes causas efficientes boni, magis accesserunt ad rationem causę finalis, quàm Plato, qui illã coniunxit, seu potiùs cõfudit cum causa formali. Causa enim efficiẽs confert esse gratia sui, forma autem non dat esse sui gratia, sed causa totius compositi, at esse id, gratia cuius aliquid efficitur, & quomodocumq; causatur, est ratio finis.

Empedoclẽ, & Anaxagorã ad causam finalẽ propius quàm Platonẽ accessisse.

*una est, multas efficit mensas. Eodem modo se habet mas ad fœminam. Hæc enim uno congressu fit grauida; mas autem multas grauidas facit; & [u] tamen hæc illorum principiorum sunt imitationes. Plato igitur de ijs, quæ quæruntur, hunc in modum definiuit.*

*Perspicuum [x] est autem ex ijs, quæ dicta sunt, illum duabus tantùm causis usum fuisse, & ea, quæ quid res sit, continet, & ea, quæ ad materiam pertinet (essentiæ enim cæteris quidem causæ sunt formæ, formis autem ipsum unũ), & quæ nam sit subiecta materia, de [y] qua dicuntur formæ, aliæ quidem in sensibilibus, in formis autẽ ipsum unum. est enim hæc dualitas, magnum uidelicet, ac paruum. Præterea boni, atq; mali causam utrisque [z] elementis utramq; attribuit, quod magis quosdam etiam Philosophos ex prioribus, ut Empedoclem, & Anaxagoram, quæsiuisse censemus.*

y De qua dicuntur] Alexãder ait, hũc quoq; in modum scriptũ reperiri, καθ' ἧς μὲν, τὰ εἴδη ὅτι τῶν &c. ut particula, μὲν, præcedat illud, τὰ εἴδη, nõ sequatur: quo pacto sic legendũ esset latinè [de qua quidem formæ in sensibilibus, in formis autem unum ipsum dicitur, siue, dicũtur.] Verùm idẽ sensus redit. Nam si unũ ipsum dicitur de Ideis, ut causa earum formalis, idea quoq; apud Platonem sit, necesse est, ut iam diximus, tametsi iuxta lectionem hanc non uocetur forma, sed idea.

Alia lectio.

Text. 10. *Paucis [aa] igitur, summatim'que percurrimus, qui nam, & quo pacto de principijs, ac [bb] ueritate disseruerint. sed tamen ab eis hoc tantùm habemus, neminem eorum, qui de principio, & causa disserunt, quicquam dixisse præter ea, quæ à nobis in libris de Natura definita sunt, sed omnes, etsi obscurè, illa tamen quodammodo uideri attigisse. Alij enim ut materiam principium dicunt, siue*

z Vtrisque elementis] Vocat materiam, & formam elementa, quorum alterum dixit Plato esse causam mali, alterum boni. Dicitur autẽ forma elementum, quia cùm sit essentiale principium, interimi quoque sit necesse est, si rectè de ea quis sentiat: tametsi, quia compositum non uniuersè dicitur resolui in formam, minùs propriè dicitur forma elementum, quàm materia, ut patebit lib. 5.

aa Paucis igitur] In hac posteriori capitis parte docet Arist. ex opinionibus antiquorum hactenus summatim enarratis satis perspici, nullum genus causæ ab eis traditum fuisse, quod ipse in lib. Phys. non multò apertiùs tradiderit. Id quod breuiter ostendit, discurrens per omnia genera causarum ab illis posita.

Multò apertiùs quàm Veteres de causis egisse Aristotelem.

bb Ac ueritate] Hoc addit, ut significet, eos solius ueritatis cognoscẽdę studio ductos.

Platonis de principio materiali sententia.

cc Siue incorporeum] Platonis sententia fuit, principiũ materiale (utpotè magnum, & paruum) esse incorporeum, quatenus constituit ideas, non autem qua ratione constituit substantias sensibiles.

dd Aut igne quidem] Hæc opinio, quæ suprà in referendis Veterum sententijs de causâ materiali omissa est ab Arist. fuit Anaximandri, ut ait Alex. fuit autem Anaximander Thaletis discipulus, & Anaximenis præceptor.

ee Atque hi hanc solâ] Nempè quorum sententiæ proximè recitatæ sũt. Nã superiores alia etiã causarum genera posuerunt.

ff Et quæ in formis] Hoc est formarum, siue idearum principia.

Ideas à Platone, ut causas immobilitatis fuisse inuectas.

gg Immobilitatis enim] Ratio huius rei ex ijs, quæ initio capitis dicta sunt, perspicua est, quo loco scriptum est, ut de rebus sensibilibus scientia haberi possit, inuectas esse ideas à Platone; scientia autem non habetur de rebus, nisi quatenus sunt immobiles, & inuariabiles, quod Platonis sententia res sensibiles nõ habẽt, nisi p ideas, seu in ideis. Cùm ergo ideæ positæ sint, ut causæ immobilitatis, & cuiusdam quasi quietis rerũ sensibiliũ; efficitur, ut nõ sint inductæ tanquã causæ mutationis earundẽ, ac proinde, nec ut causæ efficientes, per motum.

hh Sed quiditatem] Ideæ Platonis sententia præstant rebus sensibilibus quiditatem, per modũ causæ formalis exemplaris, unum autem præstat quiditatem ideis

ἄτε μίαν, ἄτε πλείους ὑποθεῖσι, καὶ ἐάν τε σῶμα, ἐάν cc τε ἀσώματον τιθῶσιν. οἷον Πλάτων μὲν τὸ μέγα, καὶ τὸ μικρὸν λέγων, οἱ δ' Ἰταλικοὶ τὸ ἄπειρον, Ἐμπεδοκλῆς δὲ πῦρ, καὶ γῆν, καὶ ὕδωρ, καὶ ἀέρα, Ἀναξαγόρας δὲ τὴν ὁμοιομερῆ ἀπειρίαν. οὗτοι δὲ δὴ πάντες τῆς τοιαύτης αἰτίας ἐνημμένοι εἰσὶ, καὶ ἔτι ὅσοι ἀέρα, ἢ πῦρ ἢ ὕδωρ ἢ dd πυρὸς μὲν πυκνότερον, ἀέρος δὲ λεπτότερον. καὶ γὰρ τοιοῦτόν τινες εἰρήκασιν εἶδος τὸ πρῶτον στοιχεῖον. οὗτοι ee μὲν οὖν ταύτης τῆς αἰτίας ἥψαντο μόνον. ἕτεροι δέ τινες, ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως, ὅσοι φιλίαν, καὶ νεῖκος, ἢ νοῦν, ἢ ἔρωτα ποιοῦσιν ἀρχήν. τὸ δὲ τί ἦν εἶναι, καὶ τὴν οὐσίαν, σαφῶς μὲν οὐδεὶς ἀποδέδωκε, μάλιστα δ' οἱ τὰ εἴδη, καὶ ff τὰ ἐν τοῖς εἴδεσι τιθέντες λέγουσιν. οὔτε γὰρ ὡς ὕλην τοῖς αἰσθητοῖς τὰ εἴδη, καὶ τὰ ἐν τοῖς εἴδεσιν, οὔθ' ὡς ἐντεῦθεν τὴν ἀρχὴν τῆς κινήσεως γινομένην ὑπολαμβάνουσιν (ἀκινησίας gg γὰρ αἰτίαν μᾶλλον, ἢ τὸ ἐν ἠρεμίᾳ εἶναί φασιν) ἀλλὰ hh τὸ τί ἦν εἶναι ἑκάστῳ τῆς ἄλλων τὰ εἴδη παρέχοντας, τοῖς δ' εἴδεσι, τὸ ἕν.

Τὸ δ' οὗ ἕνεκα αἱ πρᾶξεις, καὶ αἱ μεταβολαὶ, καὶ αἱ κινήσεις, τρόπον μέν τινα λέγουσιν αἴτιον, οὕτω δὲ οὐ λέγουσιν, οὐδ' ὅνπερ πέφυκεν. οἱ μὲν γὰρ νοῦν λέγοντες ἢ φιλίαν, ὡς ἀγαθὸν μέν τι ταύτας τὰς αἰτίας τιθέασιν, ἀλλ' οὐχ ὡς ἕνεκά γε τούτων, ἢ ὄν, ἢ γινόμενόν τι τῶν ὄντων, ἀλλ' ὡς ἀπὸ τούτων τὰς κινήσεις ἔσεσθαι τούτων λέγουσιν. ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ τὸ ἕν, ἢ τὸ ὂν φάσκοντες εἶναι τοιαύτην φύσιν, τῆς μὲν οὐσίας αἴτιόν φασιν εἶναι, οὐ μέντοι τούτου γε ἕνεκα, ἢ ἔστιν ἢ γίνεται. ὥστε λέγειν τε, καὶ μὴ λέγειν πῶς συμβαίνει αὐτοῖς ταὐτὸν τοιοῦτον αἴτιον. οὐ γὰρ ἁπλῶς, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκὸς λέγουσιν.

Οτι

ideis per modum causæ formalis constituentis, si modò tamen Plato nomine unitatis intelligit differentiam.

*siue unum, siue plura subijciant; siue etiam corpus, siue* ee *incorporeum ponant, veluti Plato, qui magnum, & paruum dicit; Italici, qui infinitum; Empedocles, qui ignem, terram, aquam, & aerem; Anaxagoras autem, qui similium partium infinitatem. Hi certè omnes huiusmodi causæ inhæserunt, & insuper quicunque aerem, aut ignem, aut aquam, aut* dd *igne quidem densius, aere verò tenuius posuerunt. sunt enim qui tale quiddam primum elementum esse dixerint. Atque* ee *hi hanc solùm causam tetigerunt. Alij verò quidam eam vnde est principium motus, quicunque amicitiam, & contentionẽ, aut Mentem, aut amorem principium faciunt. Quiditatem autem, & substantiam dilucidè quidem nemo tradidit; tametsi ij, qui formas ponunt, &* ff *quæ in formis insunt, eam maximè declarant. Nam neque ut materiam rebus sensibilibus, neque ut id, unde motus proficiscitur, formas, & quæ in formis insunt, esse existimant (immobilitatis* gg *enim causam potiùs, & cur res quiescant, esse dicunt) sec* hh *quiditatem unicuique cæterarum rerum formæ præbent, formis autem ipsum unum.*

*Id* ii *verò, cuius gratia actiones, mutationes, & motus existunt, quodammodo quidem causam esse dicunt, hoc autem pacto non dicunt, nec quemadmodum natura postulat. Qui enim Mentem, aut amicitiam dicunt, ij, ut bonum quiddam, has causas ponunt; non ita tamen, quasi eorum gratia, res ulla aut sit, aut fiat; sed quasi ab eis eorum, quæ apud nos sunt, motus extent. Eodem modo, & ij qui vnum, aut ens huiusmodi naturam esse asserunt, substantiæ quidem causam esse dicunt, non tamen eius gratia aut esse, aut fieri uolunt. Ita euenit eis, ut quodam modo & dicant, & non dicant ipsum bonum huiusmodi causam esse. Neque enim simpliciter, sed per accidens dicunt.*

Quòd

cutione, est tamen primum in intentione.

ii Id uerò cuius] Docet nullum ex Philosophis posuisse causã finalem per se, seu ut causam finalem, sed per accidens, siue ratione alterius causæ. Quanquã enim quidam eorũ posuerunt pro causa bonum, quod rę uera pertinet ad rationem causę finalis; non tamen illud posuerũt ut bonũ, atque appetibile, sed ut causam boni; alij quidem, ut efficientem, ueluti Anaxagoras mentem, & Empedocles concordiam; alij uerò, ut exemplarem, ceu Plato ideas, quas Aristoteles intelligit nomine unius, & entis. Nam & ea, quæ sunt boni causæ, bona etiam dicuntur, quemadmodum sana, quæ sanitatem efficiunt. Si quis autem quærat, cur Veteres nõ posuerint perspicuè, ac formaliter causam finalem, ut distinctam à cæteris, dicendum est id forsitan accidisse, quia finis, ut finis, uidetur opponi principio, ac proinde causę, cùm tamen re uera non opponat, quod postea uidit Aristot. finis enim, etsi non est primum in exe-

Nullum è Veteribus causam finalem, ut à cæteris distinctã tradidisse.

Cur ita senserit?

Quamobrem Philosophorum opiniones retulerit.

kk Quòd igitur recte] Duo colligit, quorum causa omnium superiorum Philosopho rum opiniones retulit. Vnum est, rectè se omnia causarum genera explicasse in libris Physicorum, cuius doctrinæ summam initio capitis tertij huius libri proposuit; siquidem nul lū superiorū aliud causæ genus inuenisse constat. Alterum est, cùm in traditis generib⁹ causarum cōtineantur omnia principia, à quibus res uerè, ac per se pendent; non alia principia quærenda, aut tractāda esse à Metaphysico, sed aut hoc pacto omnia, id est, iuxta totum causarū ambitum, qui expositus est; aut horū modorum aliquo, hoc est, assūpto aliquo uno, aut plurib⁹ causarū modis, siue generibus, nō autem omnibus. Quod membrū, ideo adiunxit Aristoteles, quia Metaphysicus, ut est particularis artifex, & in solis rebus materiæ expertib⁹ peculiari ratione uersatur, non agit de materia, alijsue causis causantibus cum motu, quatenus eo pacto causāt; tametsi quatenus est cōmunis artifex, ac cęteris præest, has etiam causis in commune discutiat, ut suprà ostensum est. cap. 2. q. 1.

Ὅτι [kk] μὲν οὖν ὀρθῶς διώρισαι περὶ τῶν αἰτίων, καὶ πόσα, καὶ ποῖα, μαρτυρεῖν ἐοίκασιν ἡμῖν καὶ οὗτοι πάντες, οὐ διαμφισβητοῦσι δῆλον ἄλλης αἰτίας. πρὸς δὲ τούτοις ὅτι ζητητέαι αἱ ἀρχαὶ ἢ ὕλης ἁπασαι, ἢ τινα τρόπον τοιοῦτον, δῆλον. § πῶς [ll] δὲ τούτων ἕκαστος εἴρηκε, καὶ πῶς ἔχει περὶ τῆς ἀρχῶν, τὰς ἐνδεχομένας ἀποφαίνεσθαι μᾶλλον περὶ αὐτῆς. Text. 11.

## Κεφ. Ζ'.

Ἔοικε μὲν οὖν ἔν τε τὸ πᾶν, καὶ μία τις φύσιν ὡς ὕλλη πάθεσι, καὶ ταύτῃ σωματικὴ, καὶ μέγεθος ἔχουσα, δῆλον ὅτι πολλαχῶς ἁμαρτάνουσι. τῆς μὲν γὰρ σωμάτων τὰ στοιχεῖα πάθεσι μόνον, τῆς δὲ ἀσωμάτων οὐ, ὄντων καὶ ἀσωμάτων, καὶ περὶ κίνησεως, καὶ φθορᾶς διαλεγομένους τὰς αἰτίας λέγειν, & περὶ πάντων φυσιολογοῦντας, τὸ τε κινήσεως αἴτιον ἀναιροῦσιν. ἔτι δὲ τὸ τε οὐσίαν μηδενὸς αἰτίαν πάθεσι, μηδὲ τὸ τί ὄστι. § καὶ πρὸς τούτοις, τὸ ῥᾳδίως τε ἁπλῶν σωμάτων λέγειν ἀρχὴν ὁποιῶν, πλὴν γῆς, οὐκ [b] ὀρθῶς ὑπολαμβάνουσι τὴν Text. 12.

11 Vt autem constet] Transitum facit ad materiam, disputationemq; sequētis capitis.

## *Capitis septimi* Explanatio.

Ac [a] eos quidem] Postquam retulit aliorum Philosophorum opiniones de causis, ac principijs rerum, eosque ostendit nullum aliud genus cāusæ attuliſse, præter quatuor illa à se in Physicis tradita; nunc tandem eorum placita refellit ea ex parte, qua à uero aberrarunt; primumq; eorum, qui unum tātum principium totius uniuersi, idq; materiale, corporeum, atque ens actu posuerunt.

Quæ non probentur Aristoteli in eorum opinione, qui unum tātum principiū sta tuerunt.

Quatuor autem sunt, quæ Aristoteli in eorum sententia displiceant. Primum, quòd cùm aggressi essent disputationem de principijs omnium rerum, omiserint principia rerum incorporearū, quæ tamen in rerum natura extant. Id enim, quod corporeū est, non potest esse principium rei incorporeæ. Secundum, quòd cùm differerent de omni motu, ipsum motus principium, ideſt causam efficientem prætermiserint. Tertium, quòd cùm conarentur dicere, quid unaquęque res esset, causam formalem substantialem,

Digitized by Google

lem, à quà res naturales habent certam essentiæ rationem, minimè attigerint. Quartũ, quòd facilè, hoc est, inconsideratè dixerint, Vnum ex quatuor uulgatis elementis, terra excepta, esse primum principium; idq; adeò incõstãter, ut alius ignẽ, alius aerem, alius aquã primum principium fecerit. Quod ostendit duobus argumentis ita complicatis, ut Vnum uideantur. Alterum est, quia considerare debuerãt mutuam eorũ ex se inuicem generationẽ, non quidem substantialem, quam nõ agnoscebant, sed accidentariã, qua concedebant, densiora fieri ex rarioribus per condensationẽ, & rariora ex dẽsioribus p rarefactionem. Hoc n. si cõsideassent, nullum eorũ fecissent primum principium. Pugnat. n. cum ratione primi principij, fieri ex alio. Alterum, quia cùm duo conuenire debeant primo principio simpliciter, & maxima simplicitas, & maxima pfectio (cõposita enim omnia à simplicibus pendẽt, & imperfecta à perfectis) illi autem cogantur fateri, loqui se de primo principio simpliciter, cùm unum tantùm faciant; si simplicitas quidem spectetur, solus ignis ponendus erat primum principium, propter maximam eius tenuitatem, ac raritatem: si uerò perfectio, sola terra, propter maximam illius concretionem, & densitatem. Quanquàm enim illi, & densa ex raris, & rara ex densis fieri concedebant; tamen quia credebant, densa magis habere entitatis, quemadmodum & materiæ (quam totam substantiam rerum esse putabant) eam mutationem, qua densa fiunt ex raris, propriè uocabant generationem, quasi uiam ad esse; contrariam uerò, corruptionem, ut uiam ad non esse; unde sequebatur, terram esse perfectissimam elementorum omnium. Itapatet, eos, cùm dixerunt primum principium esse unum ex elementis excepta terra, non tradidisse reuera primum principium simpliciter. At Aristot. cùm docuerit, primum ens esse purum actum, nihilque habens potentiæ admixtum; optimè potuit ostendere, esse illud primum principium simpliciter, ratione summæ simplicitatis, & perfectionis.

Conditiones duæ primi principij simpliciter.

12. lib. cap. 9. à tex. 51.

*Quòd [k] igitur rectè quot, & quæ sint causarum genera definierimus, hi etiam omnes testimonio nobis uidentur esse, cùm aliam causam attingere non possint. Adhæc, illud perspicuum est, principia aut hoc pacto omnia, aut horum modorum aliquo*

Text. 11. *quærenda esse. ¶ Vt [l] autem constet, quomodo eorum quisque rem explicauerit, quidque de principijs sentiendum sit; dubitationes eas, quæ de ijs proponi possunt, deinceps transigamus.*

## CAP. VII.

*A [a] eos quidem omnes, qui uniuersum unum esse, & unam quandam naturam, ut materiam ponunt, atque eam corpoream, & magnitudine præditam, perspicuum est multa peccare. Corporum enim tantùm elementa ponunt, non item eorum, quæ sunt corporis expertia, cũ incorporea etiam in rerum natura sint: cumq; causas generationis, & corruptionis exponere conentur, ac de omnibus Physicè differant, motus, causam è medio tollunt. Præterea id peccant, quòd substantiam,*

Text. 12. *& ipsum quid est, nullius rei causam statuant. ¶ Et insuper quòd facilè quoduis simplicium corporum (terra excepta) principiũ dicant, non [b] considerantes quo*

b Non considerantes ] In Græcis exemplaribus præcedunt hæc uerba μὴ δοξάζοντες γένεσιν ἐκ στοιχείων, ἢ μεταβολήν, hoc est [ Cùm non existiment dari generationem ex elementis, aut mutationem ] Quæ tamen libenter expunximus, quia & uetus

Alia lectio.

netus interpres, & Bessario diligentissimus obseruator uerborum Aristot. & Argyropylus nobilis auctor, ea prætermiserunt: tum etiam, quia nec cohærent cum sequentibus, nec quicquam sunt ad rem, uidenturque planè ascita ex margine alicuius parum probati codicis.

c Hoc autē ad rationē] Hæc addit, quia id, à quo incipit cōdensatio, & in quo desinit rarefactio, est apud illos prius generatione, & posterius perfectione, uti diximus: id autem, à quo incipit rarefactio, & in quod desinit condensatio, est prius perfectione, & posterius generatione; quod Arist. inferiùs exponit. Atque ex hoc loco inchoandum est posterius argumentum.

d Elementi rationem] Cùm usus esset nomine Principij, utitur hoc loco nomine Elementi, quia principium restringitur in hoc argumento ad principium internum rei naturalis, quod primum sit ordine generationis, quod quidem propriè uocatur elementum.

e Tale autem] Nam qui ponunt aërem principiū, putarunt illū esse tenuiorē igne: idque, quia forsitan non nouerant ignem illum, qui supra aërem est, sed hūc tantum usualem. Qui uerò posuerūt aquam, prætermisso etiā fortasse aere, quasi nihil esset, ac inane quippiā (quod rude uulgus putat) aquam credidērunt esse corpus omnium tenuissimum.

πλεῖω δὲ ἀλλήλων ῥηθήσεται πῶς ποιοῦνται, λέγω δὲ πῦρ, ἢ ὕδωρ, ἢ γῆν, ἢ ἀέρα, τὰ μὲν γὰρ συγκείσθαι, τὰ δὲ διακείσθαι δὲ ἀλλήλων γίγνεται. τοῦτο [c] δὲ πρὸς τὸ πρότερον ἔστι, ἢ ὕστερον, διαφέρει πλεῖστον. ¶ Τὸ μὲν γὰρ αὐ δόξειε στοιχωδέστατον [d] εἶναι πάντων, ἐξ οὗ γίγνεται συγκείσθαι πρῶτα. τοιοῦτο δὲ τὸ μικρομερέστατον καὶ λεπτότατον αὐ εἶναι τῆς σωμάτων. διόπερ ὅσοι πῦρ ἀρχὴν τιθέασι, μάλιστα ὁμολογουμένως αὐ τῷ λόγῳ τοῦτο λέγοιεν. τοιοῦτο [e] δὲ καὶ τῆς ἄλλων ἕκαστος ὁμολογεῖ τὸ στοιχεῖον εἶναι τὸ τῆς σωμάτων.

Text. 13.

Ad finem tex. 14.

Οὐδεὶς [f] γοῦν τῶν ὕστερον ἠξίωσε, καὶ ἓν λεγόντων, γῆν εἶναι στοιχεῖον, δῆλον ὅτι διὰ τὸ μεγαλομέρειαν. τῆς δὲ ξηρῶν ἕκαστον στοιχείων, εἴληφε κεκτῆσθαί τινα. οἱ μὲν γὰρ πῦρ, οἱ δ' ὕδωρ, οἱ δ' ἀέρα τοῦτ' εἶναί φασι. καίτοι [g] διὰ τί ποτ' οὐ καὶ τὴν γῆν λέγουσιν, ὥσπερ οἱ πολλοὶ τῆς ἀνθρώπων; πάντα γὰρ εἶναί φασι τὴν γῆν. φησὶ δὲ καὶ Ἡσίοδος τὴν γῆν πρῶτον γενέσθαι τῆς σωμάτων. οὕτως ἀρχαίαν, καὶ δημοτικὴν συμβέβηκεν εἶναι τὴν ὑπόληψιν. καὶ μὲν δὴ τοῦτον τὸν λόγον, ὅτι εἴπερ τέτταρα λέγει πλεῖω πυρός, ὅτι εἴπερ [h] ἀέρος μὲν πυκνότερον τοῦτο τίθησιν, ὕδατος δὲ λεπτότερον, οὐκ ὀρθῶς; ἂν λέγοι.

Text. 14.

Εἰ δ' [i] ὀξὺ τῇ ῥηθήσῃ ὕστερον τῇ φύσῃ πρότερον, τὸ δὲ συμπεπτεμμένον, καὶ συγκεκειμένον ὕστερον τῇ ῥηθήσῃ, τἀναντίον ἂν εἴη τούτων, ὕδωρ μὲν ἀέρος πρότερον, γῆ δ' ὕδατος. ¶ Περὶ μὲν οὖν τῶν μίαν παθημένων αἰτίαν, οἵαν εἴπομεν, ἔστω ταῦτ' εἰρημένα.

Text. 15.

Τὸ [k] δ' αὐτὸ, καὶ εἴ τις ταῦτα πλείω τίθησιν; οἷον

Hesiodū, terram primum principiū statuisse.

f Quamobrem nemo] Nempe ex Philosophis, qui post Thaletem, & Pythagorā extiterunt, ex quibus continuatæ, ac cohærentes Philosophorum familiæ ortæ sunt. Nam Hesiodus longè antiquior Philosophus, & Poeta, terram posuit principium, cuius carmina commune uulgus auctoritate antiquitatis facilè eadem opinione imbuerunt aut potiùs in gratiam uulgi, quod ita uideretur de rerum origine iudicare, in eum sensum scripta

scripta sunt. Quanquam Hesiodus nō dixit, terram esse primam simpliciter, sed primò ortam, ut patet ex eius uerbis hic citatis ab Aristotele.

g At enim cur] Sensus est; Cur enim non posuerunt terram principium iuxta sententiam adeo uulgatā, & antiquam, nisi quia est maximè concreta, neq; ei cōuenire potest simplicitas primi principij?

*quo pacto mutuam eorum generationem faciunt, ignis, inquam, aquæ, terræ, & aëris. Alia enim coniunctione, alia disiunctione ex sese mutuò fiunt; hoc [c] autem ad rationem prioris, & posterioris*

Text. 13. *plurimùm refert. ¶ Id enim omnium maximè elementi [d] rationem subire uidebitur, ex quo primo*

Cap. præced. *res coniunctione fiunt, cuiusmodi id fuerit, quod est minimarum partium, & tenuissimum corporum. Quocirca quicunque ignem principium faciunt, maximè conuenienter huic rationi loquentur. tale [e] autem, & cæterorum quisque corporum elementum*

Comm. 50. *esse fatetur.*

Text. 14. *Quamobrem [f] nemo ex posterioribus, qui'que unum asserunt, terram elementum esse censuit, propter partium uidelicet magnitudinem. Vnum quodque autem cæterorum trium patronum aliquem inuenit: nam alij ignem, alij aquam, alij aërem hoc ipsum esse uolunt. At enim [g] cur non etiam terram dicunt, ut uulgò homines opinantur? omnia enim terram esse aiunt. Hesiodus quoque primam ex corporibus terram esse genitam dicit, adeo uetus, & uulgata hæc opinio est. Hac igitur ratione si quis horum aliquod præter ignem ponat, aut [h] aere quidem densius, aqua uerò tenuius, non recte utique dixerit.*

*Sin [i] autem quod generatione posterius est, id natura prius est; quod uerò concoctum, atque concretum est, generatione posterius; contrà sanè accidet, erit'que aqua prior, quàm aer, & terra,*

Text. 15. *quàm aqua. ¶ Ac de iis quidem qui causam unam, qualem diximus, ponunt, hæc dicta sint.*

*Idem [k] porrò dici potest, siquis etiā hæc plura ponat, ueluti*

h Aut aëre quidem] Dubium est, an hæc opinio fuerit Anaximandri, quē supra diximus credidisse primum principium esse mediū quiddam inter ignem, & aërem. Vtrumq; enim memoria proditum est, ut inquit Alex. Nec ratione uacat, quòd quæsierint quidam materiale principium medium quid inter elemēta hęc sensibilia. Re enim uera principium materiale debet ex se expers esse sensibilis contrarietatis, ut omnes possit fusci pere, quale principium est materia prima, quā illi subodorari nonnunquam uidebantur. Dubitatio. Principiū materiale quale esse debeat.

i Sin autem quod] Hactenus ex simplicitate primi principij ostēdit, solum ignem ponendū fuisse principium; hunc breuiter ex perfectione probat, solum terrā.

k Idem porrò] Impugnat sententiā Emped. docetq; in primis posse contra illum obijci aliqua ex superioribus incommodis. Quorum illud est unū, non posse secundum Empedoclem elementa uulgata Refutatur Empedoclis opinio.

ex se mutuò generari, quod tamen fieri uidemus, & de qua re Aristoteles disputatum esse ait in libris de Natura, quorum nomine hoc loco intelligitur tota tractatio scientiæ Naturalis. actum est enim de hac re non in libris Physicorum, sed in 3. de Cœlo, & in 2. de Generatione. Ita fit, ut illa non possint esse principia; quandoquidē prin-

cap. 10. cipia non fiunt ex se mutuò, ut dictum est 1. Phys. cap. 5. Non repetit autem illud incommodum,

commodum, quòd non posuerit formam substantialem, eo quòd aliquo modo eam significauerit, ut ipse docebit in fine libri. Deinde docet aliqua etiam propria absurda illius opinionem cõsequi. Primùm enim non rectè posuit primas duas causas mouentes contrarias, concordiam, & discordiam. Id quod, uel ideo ait Arist. quia absurdum est, prima efficientia se inuicem impedire, uel quia Emped. non rectè distinxit earũ officia, siquidẽ concordia, ut suprà dictum est, sæpe etiam disiungit apud Empedo. & discordia coniungit. Deinde cùm constet Empedoclẽ nullam posuisse materiam, quæ quatuor elementis cõmunis esset, perspicuum est, illum fundit' fistuliſse alterationem, siquidẽ alteratio est mutatio eiusdẽ subiecti secundum cõtrarias qualitates, quæ ubi datur, necessariò datur ad corruptionem procliuitas. Quo fit, ut si non datur corruptio, nec eiusmodi alteratio cõcedi possit. De qua re latiùs prio ri libro de generatione.

Text. 15.

Empedoclis reprehensio.

Cap. 4.

ρίον Ἐμπεδοκλῆς τέτταρά φησιν εἶ) σώματα τὴν ὕλην. ℂ γὰρ τούτῳ τὰ μὲν δ' αὐτὰ, τὰ ἴδια συμβαίνειν, ἀνάγκη. γινόμενά τε γὰρ ἐξ ἀλλήλων ὁρῶμεν, ὡς οὐκ ἀεὶ διαμένοντος πυρὸς ℂ γῆς τῶν αὐτῶν σωμάτων. εἴρηται δὲ καὶ ἐν τοῖς περὶ φύσεως περὶ αὐτῶν. ℂ [1] περὶ τῆς τῶν κινούντων αἰτίας, πότερον ἓν, ἢ δύο θετέον, οὔτε ὀρθῶς ἔτι * ἀλόγως εἰπεῖν ἐστὶν ἁπλῶς, ὅλως τε ἀλλοίωσιν ἀναιρεῖσ ἀνάγκη τοῖς οὕτω λέγουσιν. ἐ γὰρ ἐν θερμῷ ψυχρὸν, οὐδὲ ἐν ψυχρῷ θερμόν ἐστι. τί γὰρ αὐτὰ αὖ πάθοι τἀναντία; καὶ τίς ἂν μία φύσις ἦν γιγνομένη πῦρ, ℂ ὕδωρ; ὃ ἐκεῖνος οὐ φησιν.

* Aliàs ἀλόγως.

Text. 16.

Quatuor primis Capitib.

* Aliàs λέγουσιν.

Ἀναξαγόραν δ' εἴπις ὑπολάβοι δύο λέγειν στοιχεῖα, μᾶλις ἂν ὑπολάβοι κ' λόγον, ὃν ἐκεῖνος αὐτὸς μὲν οὐ διήρθρωκεν, ἠκολούθησε μέν τ' ἂν ἐξ ἀνάγκης τοῖς * ἐπάγουσιν αὐτόν. ἀτόπου γὰρ ὄντος κ' ἄλλως φάσκειν μεμῖχθαι τὼ ἀρχὼ πάντα, ℂ δεῖ τὸ συμβαίνειν ἄμικτα εἶναι θατέρου πάρχειν, ℂ δεῖ τὸ μὴ πεφυκέναι τῆ τυχόντι μίγνυσθαι τὸ τυχόν, πρὸς δὲ τούτοις, ὅτι τὰ πάθη ℂ τὰ συμβεβηκότα χωρίζοιντ' ἂν τῆς οὐσιῶν (τῆς γὰρ αὐτῆς μίξις ὅστι ℂ χωρισμὸς) ὅμως εἴ τις ἀκολουθήσας σωσιλαρθεῖν ἃ βέλεται λέγειν, ἴσως κὰν φαίνειν καινοπρεπεστέρως λέγων. ¶ ὅτε γὰρ οὐθὲν ὠὸν ἀποκεκριμένον, δῆλον ὡς οὐδὲν ὠὸν ἀληθὲς εἰπεῖν κ' τῆς οὐσίας ἐκείνης. λέγω δ' ὅτι οὔτε λόγον,

Text. 17.

Argyropyli.

1 De causa quoque] Hoc est, de controuersia quoq; mouẽtiũ &c. Nam & controuersium significat nomen causę, tã apud Græcos, quàm Latinos. Quãquam eo etiã modo possunt uerba hæc accipi, ut sensus sit, De causa quoque suprema, seu prima in mouentibus, sit ne ponẽda unũ quid, an plura &c. Prior tamen interpretatio magis placet, quòd posterior duriuscula uideatur, propter generis mutationem. Iam uersio, quæ habet [De causa quoque eorum, quæ mouentur] & cum Græca lectione apertè pugnat, & nihil est ad rem, cum non solum causa efficiens, quam Aristoteles hoc loco intelligit, sed cætera quoque causarum genera sint causæ eorum, quæ mouentur.

m Quæ ignis, & aqua] Ideſt, quæ modo subsit qualitatibus ignis, modo aquæ.

Examinatur Anaxagoræ sententia.

n Anaxagoram uerò] Vocat in examen sententiam Anaxagoræ, aitque illum, si quis uerba eius ad ueram de rebus opinionem accommodare uelit (quam quidem ille etsi planè nõ expoſuit, haud dubiè tamen, ut suã approbasset si quis eam proposuisset) duas causas

causas, quæ effectum ordine temporis antecedunt, efficientem, inquam, & materialē melius, quàm cæteros posuisse: si autem quæ ille asseruit in plano uerborum sensu accipiat; absurdissima dixisse. Primùm, quia fieri non potest, ut omnia primùm fuerint inter se commista. quæ enim commista sunt, priùs seorsum existunt, quàm misceantur.

Tract. 5. c. 3. Quod non solùm inductione patet, sed etiam ex eo probat Albertus, quia quæ miscentur, priùs alterantur, ut ad quandam mediocritatē redacta uniri possint; quæ autem hoc pacto alterantur, dum alteratio durat (& potiori ratione antequàm fiat) separata sunt. Deinde, quia non quæuis res cū quibusuis misceri possunt. Quænā enim mistio candoris v. g. cum Grāmatica esse potest? Tertio, quia sequeretur, accidentia posse existere seiuncta à substantia. Ea enim, quę miscētur, eiusmodi sint necesse est, ut seorsim quoque existere ualeant, ut ex dictis patet. Quòd autē exposita eius sententia appareat illum admirabiliūs, quam cæteros philosophatum, ex eo ostendit, quia mistio illa, quam posuit, etsi satis obscurè, declarat tamen naturam materię, quæ per se nihil est actu cōpletum, ut alij ante Anaxagoram putauerāt, sed omnia potestate, ut ipse Aristoteles docet septimo huius operis lib. c. 3. & alijs plerisq; locis. unde est illud Philosophorū pronunciatū, In fundamento naturæ nihil est distinctū. Quod itē Anaxagoras de primo

*nat, ueluti Empedocles, qui quatuor corpora materiam esse tradit: & huic enim partim eadem, partim propria eueniant necesse est. cernimus enim ea ex se se uicissim generari, ut dici non possit, semper ignem, aut terram idem corpus manere. Sed de his in libris etiam de Natura dictum est. De*[1] *causa quoque mouentium, unum'ne, an plura ponendum; nec rectè, nec cum ratione dictum omnino esse, putandum est. Prorsusq; sententia eorum, qui ita dicunt, alteratio tollatur necesse est. neque enim ex calido frigidum, neque ex frigido calidum existit. Quid enim contraria ipsa patientur, & quæ nam erit natura illa una, quæ* [m] *ignis, & aqua fiat? quod ille non tradit.*

Text⁹ 16. *Anaxagoram*[n] *uerò si quis elementa duo dicere existimet, maxima cum ratione id sentiet, quam ille quidem ipse non explicauit, sed tamen necessariò approbasset, si qui eam attulissent. Nam etsi alioqui absurdum est asserere permixta à principio fuisse omnia, tum quia sequitur debuisse ea prius existere non permista; tum quia non est natura comparatum, ut quoduis cum quouis misceatur; tum etiam quia affectiones, & accidentia separarentur à substantijs (eorundem enim est permistio, & separatio) si quis tamen eius mentem unà cum illo explicare pergat, forsitan noua quædam, ac pulchriora dicere uidebitur.* ¶ *Nam cùm nihil separatum erat, perspicuum est, nihil* [o] *tum uerè de substantia illa dici potuisse, quoniam neq; album, exempli causa, neque nigrum,*

Meliùs cæteris philosophatum uideri in tradenda materia, si eius sententia explicetur.

tex 8.

mouente dixit, ipsum solum nō esse permistū in ea cōgerie, eò pertinet, ut significet, primam efficientem causam esse prorsus immaterialem, nihilq; habens, ut sic dicam, potentialitatis.

Hoc loco impropriè, & per Catachresin complectitur Arist. nomine elemēti causam efficientem, quod ideo nonnunquam facit, quia utitur nomine Elemēti pro Principij propter significationis affinitatem.

o Nihil tum uerè] Quia Anaxagoras asserebat, omnia fuisse permista in illa congene-

rie, seu ut Arist. interpretatur potestate, Ideo recte dicebat nihil tum, quod quidē actu esset, & completum ens, potuisse de illa prædicari, alioqui iam esset actu, & non potestate sola, quod est contra hypothesin. Secus res habet in uera, & propriè dicta mistione. Nā etsi in ligno v. g. non sint elementa actu, est tamen actu in illo natura ligni, & omnium superiorū generum, quæ sunt actualia entia, atque cōpleta.

p Aliquem enim ex his] Hæ cōsecutiones ex ea Regula uim habēt, quā Aristot. affert 2. Topicorum; De quo genus prædicatur, siue essentiali prædicatione, siue denominatiua, de eodem aliqua eius species eodem modo prædicetur, necesse est.

**Regula.**

q Si omnia erant] Id est, potestate tantùm, ut expositum iam est.

r Iam enim discreta] Hoc est, iam enim attributa ea, quæ de congerie illa dicerentur, actu essēt, nō potestate sola.

**Cur primum mouens dicatur ab Arist. unum ipsum.**

s Et unum ipsum] Primum mouēs uocat Aristot. unum ipsum, quia caret omni diuisione etiam in actū, & potētiā, qua tamē nulla creatura carere potest. Id ipsū autem uidetur significare Anaxagoras simplicitate, ac synceritate ipsius Mentis, quam ponebat primùm mouēs.

t Quale nos indefinitū] Cùm Arist. hoc loco, ait se ponere materiam principium indefinitū, antequàm habeat formam, illud [antequàm] nō ordinem temporis, sed naturæ significat.

**Opinionem de materia, & forma naturali esse Platoni cum Arist. cōmunem.**

Nunquam enim materia caret forma, sed tamen in eo gradu naturæ, quo suæ prioritatis ordine antecedit formam, informis omnino est, & indefinita.

u Quæ à posterioribus] Platonē, & se ipsum designat. Ex qua re patet, opinionē de materia, & forma naturali esse Platoni cū Arist. cōmunē, quod idē apertū est ex Timæo.

κὸν, οὔτε μέλαν, ἢ φαιὸν, ἢ ἄλλο χρῶμα, ἀλλὰ ἀχρώματον ἦν ἐξ ἀνάγκης. εἰχε γὰρ ἂν τι τούτων τῶν χρωμάτων. ὁμοίως δὲ & ἄχυμον τῷ αὐτῷ λόγῳ τούτῳ, οὐδὲ ἄλλο τῶν ὁμοίων οὐθέν. ὅτε γὰρ ποιόν τι οἷόν τε αὐτὸ εἶναι, οὔτε ποσὸν, οὔτέ τι. τῶν γὰρ ἐν μέρει τι λεγομένων εἰδῶν ὑπῆρχεν ἂν αὐτῷ. τοῦτο δὲ ἀδύνατον μεμιγμένων γε [q] πάντων. ἤδη γὰρ [r] ἂν ἀπεκέκειτο. ¶ φησὶ δ' εἶναι μεμιγμένα πάντα, πλὴν τοῦ νοῦ, τοῦτον δὲ ἀμιγῆ μόνον, καὶ καθαρόν. ἐκ δὴ τούτων συμβαίνει λέγειν αὐτὸν τὰς ἀρχὰς, τό, τε ἓν (τοῦτο γὰρ ἁπλοῦν καὶ ἀμιγὲς) & δεύτερον καθάπερ ὄν, οἷον [t] τὸ ἄπειρον πρὸν ὁρισθῆναι, καὶ μεταχεῖν εἴδους τινός. ὥστε λέγεται μὲν οὔτε ὀρθῶς, οὔτε σαφῶς, βούλεται μέν τι τί ἁπλούστερον τοῖς [u] ὕστερον λέγουσι καὶ τοῖς νῦν φαινομένοις μᾶλλον. ἀλλὰ [s] τὸ ἕτοι μὲν τοῖς πρὸ ἐμοῦ λόγοις, καὶ φθορᾶν, καὶ κίνησιν οἰκεῖοι συγχάνουσι μόνον. χρεὼν γὰρ πρός τε τὴν τοιαύτης οὐσίας, καὶ τὰς ἀρχὰς, καὶ τὰς αἰτίας ζητῆσι μόνον.

Text. 18. Cap. 4.

Text. 19.

Ὅσοι δὲ πρὸ μὲν ἁπάντων τῶν ὄντων ποιοῦσι τὴν θεωρίαν, τῶν δὲ ὄντων τὰ μὲν αἰσθητὰ, τὰ δ' οὐκ αἰσθητὰ πιθέσθαι, δῆλον ὡς πρὸ ἀμφοτέρων τῶν λόγων ποιοῦνται τὴν διάσκεψιν. διὸ μᾶλλον ἄν τις ἐνδοιάσειε πρὸ αὐτῶν, τί καλῶς, ἢ μὴ καλῶς λέγουσιν, εἰς τὴν τῶν νῦν ἡμῖν προκειμένων σκέψιν. ¶ οἱ [x] μὲν οὖν καλούμενοι Πυθαγόρειοι, τὰς μὲν ἀρχὰς καὶ τοῖς στοιχείοις ἐκτοπώτερόν [y] χρῶνται τῶν φυσιολόγων. τὸ δ' ἄτοπον, ὅτι παρέλαβον αὐτὰς οὐκ ἐξ αἰσθητῶν. τὰ γὰρ μαθη-

Hoc

Hoc loco pro illo, καὶ τοῖς νῦν φαινομένοις μᾶλλον, quod est ad uerbum [& ijs, quę nunc magis apparent] diximus [& ijs, quæ nunc magis probantur] quòd sensum eundem clariùs contineat.

*grum, aut fuscum, alius ue color; sed necessariò erat coloris expers. aliquem* p *enim ex his coloribus haberet. similiter nec saporem habebat hac eadem ratione, nec aliud quicquam similium. Nam nec quale quid, nec quantum, nec omnino aliquid esse potuit. aliqua enim specialium formarum illi inesset; quod sanè fieri non potuit, si* q *omnia erant*
Text. 18. *permixta, iam* r *enim discreta essent.* ¶ *Fit autem mixta esse omnia, præter Mentem, eam'que solam esse puram, & ab omni permixtione liberam. Ex quibus efficitur, asserere illum principia esse,* & s *vnum ipsum (hoc enim simplex est, & nequaquam mistum) & alterum tanquam ens, quale* t *nos indefinitum ponimus, antequam determinetur, & alicuius formæ sit particeps. Itaque dicit ille quidem nec rectè, nec perspicuè; vult tamen aliquid dicere simile & ijs, quæ* u *à posterioribus dicta sunt, & ijs, quæ nunc magis probantur. Verùm* x *hæc disputatio ad eam tantùm propriè pertinet, quæ in generatione, & interitu, motu'que uersatur. Ferè enim tantùm huiusmodi substantiæ principia, & causas exquirit.*

Comm. 53.

*Quicunque autem in omnium rerum consideratione uersantur, earumque alias sub sensum cádere, alias non cadere asserunt; non dubium est, quin de utroque genere disputent. Quocirca potiùs apud eos immoretur aliquis, exquirens quid rectè, quid non rectè dicant, ad eorum, quæ nobis proposita sunt,*
Text. 19. *considerationem.* ¶ *Ac ij* y *quidem, qui Pythagorici vocantur, remotioribus* z *vtuntur principijs, & elementis, quàm Naturales. Eius rei causa est, quòd ea non ex sensibilibus acceperint: res enim*

*mathe-*

x Verùm hæc disputatio] Ab ijs, qui penè de solis rebus sensibilib. philosophati sunt, transitũ facit ad eos, qui planè de omnibus entium generib. differuerũt, eaq; in sensibilia, & non sensibilia perspicuè distinxerunt. Qui quidem cùm magis accommodatè ad hanc scientiam loquantur, equum est, ut Aristot. hoc loco in eorũ examinandis sententijs diutius immoretur. Sunt autem hi Pythagorici, & Platonici.

y Ac ij quidem] Docet, Pythagoricos partim à Naturalibus dissentire, partim cum illis conuenire. Dissentiũt enim quatenus tradunt principia à rebus naturalibus abstracta, remotaque, & quæ aliarũ etiam rerum, prętерquã naturaliũ, principia esse queant, ut Alexãder exponit. Sumant enim principia ex rebus purè mathematicis, quæ motu uacant, utpotè ex numeris, quæ principia ob eam causam immobilibus etiam rebus accommodari possunt. Conueniunt autem, quatenus non utuntur his principijs nisi ad reddendas causas rerum naturaliũ, ut qui solas res sensibiles esse uideantur credere, quemadmodum & illi.

Qua ratione Pythagorici à superioribus dissentiant.

Qua etiã ijsdẽ conueniant.

z Remotioribus utuntur] Græcè est ἐκτοπωτέροις χρῶνται, quod est [remotiùs utũtur] Dictum tamen esse, remotiùs utuntur, pro remotioribus, & communioribus utuntur, ipse Arist. post pauca satis indicat. Quòd si uelis, ἐκτοπωτέρως, idem esse hoc loco, atque, Absurdiùs (quod tamen minùs probabile est) hoc etiã modo utcumque uersio

tem. 20.



Digitized by Google

consentiet. Quia enim principia à Pythagoricis posita, remotiora erant, & alieniora à rebus naturalibus, quàm ut ex eis propria earum causa reddi posset; iccirco illi huiusmodi principijs absurdiùs utebantur, quàm ueteres Naturales suis.

aa Præter eas, quæ] Res, circa quas Astrologia uersatur, nõ sunt purè mathematicæ. Disputat enim Astrologus, nõ de numero, magnitudine, & figura absolutè, & abstractè; sed de numero, magnitudine, & figura orbium cœlestiũ, & alijs huiusmodi, quæ in sua cõsideratione includunt materiam sensibilem, per principia tñ purè mathematica. Quia uerò, eadem ratio est de rebus, in quibus uersatur Perspectiua, Musica, & quæcunque sunt alię scięntiæ mediæ inter Naturalem, & Mathematicas; easdẽ quoque hoc loco per eandẽ particulam exclusas intellige:

μαθηματικὰ τῶν ὄντων ἀϊδ κινήσεώς ἐστιν, ἔξω [aa] τῶν περὶ τὴν ἀστρολογίαν. δοκέουσι μὴν οἵ, καὶ περιγράφουσι περὶ φύσεως πάντα. γινώσκει τε γὰρ τὸν οὐρανὸν, καὶ περὶ τὰ τούτου μέρη, καὶ τὰ πάθη, καὶ τὰ ἔργα διατεροῦσι τὸ συμβαῖνον, καὶ τὰς ἀρχὰς, καὶ τὰ αἴτια εἰς ταῦτα καταναλίσκουσιν, ὡς ὁμολογουμένοις τοῖς ἄλλοις φυσιολόγοις, ὅτι τόγε ὂν τοῦτ' ἔστιν ὅσον αἰσθητόν ἐστι, καὶ περιείληφεν ὁ καλούμενος οὐρανός. τὰς δ' αἰτίας, καὶ τὰς ἀρχὰς ὥσπερ εἴπομεν ¶ ἱκανὰς (ὡς λέγουσι) καὶ ἐπαναβιβῶσι καὶ ὅτι τὰ ἀνωτέρω τῶν ὄντων, καὶ μᾶλλον ἢ τοῖς περὶ φύσεως λόγοις ἁρμοττούσας. Text° 20.

Reprehẽdun tur Pythagorici tribus de causis.

bb Quo tamen modo] Tria reprehendit Arist. in opinione Pythagoreorũ. Primũ, quòd re uera non ponant causas motus, ac generationis rerum, quod tamen conantur facere. Dicunt enim numeros esse principia rerum naturaliũ, numeri autem nullius sunt motus auctores, atque adeo nec par, & impar, quæ illi ponebant numerorum principia.

cc Præterea, siue quis] Alterum, quod reprehendit, huiusmodi est, Quòd dixerint magnitudines cõstare ex numeris. Ex hoc. n. etiãsi concedatur, nõ possunt illi ostendere, cur alia corpora naturalia grauia sint, alia leuia, & alias, atq; alias facultates habeant, cùm principia omnia, ex quibus ipsi accõmodatè ad naturas rerũ se differre existimant, non magis corporibus naturalibus accõmodentur, quàm mathematicis, quę tamen, nec leuia, nec grauia sunt, nec alijs naturalibus facultatib. prædita. Ita fit,

Ἐκ [bb] τίνος μὲν οὖν τοῦτο κίνησις ἔσται, πόθεν ὁ, καὶ ἀπείρου μόνον ὑπακειμένου, καὶ περὶτὸ, καὶ ἀρτίου, οὐθὲν λέγουσιν, ἢ πῶς; δυνατὸν ἄϊδ κινήσεως καὶ μεταβολῆς γίνεσθαι, καὶ φθοράν, ἢ τὰ τῶν φερομένων ἔργα κατὰ τὸν οὐρανόν. ἔτι [cc] δὲ εἴτε δύναμίς τις αὐτοῖς ἐκ τούτων ἔστι μέγεθος, εἴτε δυνηθείη τοῦτο, ὅμως τίνα τρόπον ἔσται τὰ μὲν κοῦφα, τὰ δὲ βάρος ἔχοντα τῶν σωμάτων; ἐξ ὧν γὰρ ὑποτίθενται καὶ λέγουσιν, οὐθὲν μᾶλλον* περὶ τὰ αἰσθητὰ, ἢ περὶ τῶν μαθηματικῶν λέγουσι σωμάτων. διὸ περὶ πυρὸς, ἢ γῆς, ἢ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων σωμάτων, οὐδ' ὁπηνοῦν εἰρήκασιν, ἅτε οὐθὲν περὶ τὰ αἰσθητὰ, οἶμαι, λέγοντες ἴδιον. ¶ ἔτι δὲ [dd] πῶς δεῖ λαβεῖν ἄρτια μὲν εἶναι τὰ τῶν ἀριθμῶν πάθη, καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν κατὰ τὸν οὐρανὸν ὄντων καὶ γιγνομένων, καὶ ἐξ ἀρχῆς, καὶ νῦν, ἀριθμὸν δὲ ἄλλον μηδένα εἶναι πλὴν τὸν ἀριθμὸν τοῦτον, ἐξ οὗ συνέστηκεν ὁ κόσμος; ¶ ὅταν [cc] γὰρ ἐν τῷδὶ μὲν τῷ μέρει δόξα καὶ καιρὸς αὖ- Text° 21. Text° 22. Text° 23.

* Mẽbra hęc in Græcis codicibus sunt cõmutata.

dd Quomodo] Tertium, quod reprehendit, est, Quòd dixerint, numeros esse principia rerum naturalium, & cælestium, & quòd numeri pares, & impares sint principia omnium, ex quibus ipsi accõmodatè ad naturas rerũ se differre existimant, non magis corporibus naturalibus accõmodentur, quàm mathematicis, quę tamen, nec leuia, nec grauia sunt, nec alijs naturalibus facultatib. prædita. Ita fit,

Digitized by Google

fit, ut eùm illi enitantur tradere cognitionem rerũ naturaliũ, nihil tamen de illis dicãt, quatenus à mathematicis distinguuntur. Quo loco aduerte, in exẽplaribus Græcis uerba esse commutata. habent enim [nõ magis de mathematicis corporibus, quàm de sensibilibus dicunt] Nõ esse autem eo pacto legendum, sed [non magis de sensibilibus, quã de mathematicis &c.] & sensus ipse, uisque argumenti, & Alexandri, cæterorumq; expositorũ enarratio satis indicant. Quibus rebus adductꝰ Bessario, sic correxit [nil magis, quàm de mathematicis, de sensibilibus dicunt] quæ tñ correctio minus expedit tam orationem facit.

*mathematicæ præter* ** *eas, quæ in Astrologia traduntur, à motu sunt liberæ. Sed tamen de natura differunt, & omnia, quæ tractant, ad eam referunt. Nam & Cælum generant, & ea, quæ eius partibus, & affectionibus, ac operibus accidunt, obseruant; principia item, & causas in his consumunt, veluti cæteris Physicis in eo consentientes, vt id solùm esse putent, quod sensibus percipitur, & ab eo continetur, quod cælum appellamus; causas autem, & principia, vti diximus, ea ponunt,*

Text° 20. *¶ quæ satis sint (vt ipsi dicunt) etiam ad ascendendum ad res superiores; quæque illis magis congruant, quam disputationi, quæ de natura instituitur.*

Text° 21. *Quo* ** *tamen modo futurus sit motus, finito, ac infinito, pari, & impari tantùm positis; aut qui fieri possit, vt sine motu, & mutatione generatio sit, atque corruptio, aut opera eorum, quæ in cælo feruntur; nequaquam dicunt. Præterea* ** *siue quis illis concedat, ex his existere magnitudinem, siue hoc ipsum ostendatur; quo tamen pacto corpora alia leuia, alia grauia erunt? Ea enim, ex quibus positis differunt, non magis de sensibilibus, quàm de mathematicis corporibus dicunt. Itaque de igne, terra, & cæteris huiusmodi corporibus nihil omnino locuti sunt, vt qui nihil proprium (quod arbitror) de sensibilibus tradiderint. ¶ Ad*

Text° 22. *hæc,* ** *quo nam pacto accipiendum est, affectiones numeri, & numerum ipsum causas esse eorum, quæ & à principio, & nunc in cælo sunt, ac fiunt; numerum autem nullum esse alium præter hunc, ex quo Mundus constat? ¶ Cùm* ** *enim*

Text° 23. *hac in parte, eorum sententia, opinio, ac tempus exiſtat*

a Vt 1. de Cælo cap. 9. tex. 95.

b Vt initio libri de Mundo ad Alexandrum.

d d Adhæc quonam] Tertium, quod reprehendit, est, Quòd secũ ipsi pugnare uideantur. Dicunt enim numeros, & numerorũ affectiones esse causas rerum, ex quib. hæc corporea rerum uniuersitas constat, quam Arist. nunc a cœlũ, nunc etiã b mundum appellat; rursusq; aiunt, res ipsas esse numeros: ex quib. efficitur, ut dicere uideantur, easdem res esse causis sui, quod repugnantiam quandam inuoluit. Quocirca docet Arist. consultiùs hac ex parte Platonẽ fecisse, q. duo numerorũ genera posuerit; alios in reb. sensibilibus, alios extra res sensibiles, quos dicebat intelligibiles, & causas sensibilium. facilè.n. se hac numerorum distinctione ab ea repugnantia liberauit.

e e Cùm enim hac in parte] Pythagorici cuiq; loco uniuersi certũ numerũ, aut numeri partẽ accõmodabant. Medio quidem, ut inquit Alex. unitatẽ, quòd ea sit prima; proximè autem post medium collocabant dualitatem, atque ita quò magis à medio recedebatur, eò dicebant numerum fieri maiorem. Hi tamen loci, seu partes mundi, ut

Comm. 54.

Qua ratione Pythagorici cuique loco numeros accõmodabant.

Digitized by Google

ut eos uocat Arist. non sunt intelligendi secundum situm, sed secundum ordinem dignitatis. quanquam non opus est iu hac inutili, & multis iam seculis obsoleta philosophandi ratione diuinare. Itaque alia in parte, siue loco ponebant opinionē, cui accommodabant dualitatem, ꝙ ea, quę opinamur, in utramq; partem cadere posse existimemus; in alia tempus, quod septenariū appellabant, ob aliquam ex ijs causis, quæ ad caput quintum traditę sunt; idq; eodē modo in cęteris facere conabantur. Quos autē numeros iniuriæ, disiunctioni, & permistioni Pythagorici tribuebāt, haud certò scimus.

Correctio eō textus.

Græci codices deprauati sunt hoc loco, nec sententiā concludunt. Cui[v] erroris causa cùm ea uideatur esse, quòd librarij pro ἀπόδειξιν δὴ λέγουσιν, scripserint ἀπόδειξιν δὲ λέγουσιν (fuit enim id facillimū) priorem lectionem eò libentiùs restituimus, ꝙ minima hac mutatione res tota resarciatur.

αὐτοῖς ἢ, μικρὸν δὲ ἄνωθεν, ἢ κάτωθεν ἀδικία, Ⓒ διάκρισις, ἢ μίξις, ἀπόδειξιν* δὴ λέγουσιν, ὅτι τούτων μὲν ἕν ἕκαστον ἀριθμός ἐστι. συμβαίνει ff δὲ κἂν τὸν τόπον τοῦτον ἤδη πλῆθος εἶ τῶν σωματικῶν μεγεθῶν, διὰ τὸ τὰ πάθη ταῦτα ἀκολουθεῖν τοῖς τόποις ἑκάστοις. πότερον gg οὖν ἔστιν ὁ αὐτός ἐστιν ἀριθμὸς ὁ ἐν τῷ οὐρανῷ, ὃν δεῖ λαβεῖν ὅτι τούτων ἕκαστόν ἐστι, ἢ ὥσθ' ἕτερον ἄλλος; ¶ ὁ μὲν γὰρ Πλάτων ἕτερον εἶναί φησι. καίτοι hh καὶ ἐκεῖνος ἀριθμοῖς οἴεται Ⓒ ταῦτα εἶ, καὶ τὰς τῶν αἰτίας, ἀλλὰ τοῖς μὲν νοητοῖς αἰτίοις, τούτοις δὲ αἰσθητούς. ὥστε μὲν ἐν τῷ Πυθαγορείων. ἀφείσθω τὸ νῦν. ἱκανὸν γὰρ αὐτῷ ἅψασθαι τοσοῦτον.

* Alias, δὲ λέγουσιν.

Text° 24.

Οἱ ii δὲ τὰς ἰδέας * πιθέμενοι, ὥστον μὲν ζητοῦντες τῶνδὲ τῶν ὄντων λαβεῖν τὰς αἰτίας, ἔτερα τούτοις ἴσα τὸν ἀριθμὸν ἐκόμισαν, ὥσπερ εἴ τις ἀριθμῆσαι βουλόμενος, διαπόνων μὲν ὄντων, οἴοιτο μὴ δυνήσεσθαι, πλείω δὲ ποιήσας, ἀριθμοίη. ῥᾴδιον γὰρ ἴσα, ἢ οὐκ ἐλάττω τὰ εἴδη ἐστὶ τούτων, ¶ ὥστε ὧν ζητοῦντες τὰς αἰτίας, ἐκ τούτων ἐπ' ἐκεῖνα ἦλθον. καθ' ἕκαστον γὰρ ὁμώνυμόν τί ἐστι, καὶ ὥσπερ τὰς οὐσίας τῶν τε ἄλλων ἐστὶν ὅτι πολλῶν ἕν, καὶ ὅτι τοῖς δὲ, καὶ ὅτι τοῖς αἰδίοις. ¶ ἔτι kk δὲ Ⓒ καθ' οὓς τρόπους δείκνυται ὅτι ἔστι τὰ εἴδη, κατ' οὐδένα φαίνεται τούτων. ἐξ ἐνίων μὲν γὰρ οὐκ ἀνάγκη γίγνεσθαι συλλογισμόν, ἐξ ἐνίων δὲ καὶ οὐχ ὧν ll οἰόμεθα, τούτων εἴδη γίγνεται. κατὰ

Text° 25.

* Quidā inserunt uerbū αἰτίας.

Text° 26.

Text° 27.

Primæ causæ apud Pythagoricos vnitatem aptari.

cernatur. Hinc planiùs colliges, unitatem apud Pythagoricos non accommodari medio uniuersi, sed primæ causæ, ut rei simplicissimæ; nisi primam causam medium appellauerint, quòd æquè omnib. propinqua sit suæ uirtutis efficacia.

g g Est ne igitur] Quasi dicat; Datur ne igit sol° numer° existēs in rebus, ex quib. cęlū, siue Mundus corporeus cōstat, quē intelligere oportet secūdum Pythagoricos esse idē cū reb° corporatis; an uerò duplex, unus cōcretus hisce rebus, & alius ab eis separatus?

h h Atqui numeros ille] Accepto uidelicet numerorum nomine, quatenus de utroq; genere numerorum dicitur.

Qui

¶ Qui uerò ideas] Examinat opinionẽ Platonis de ideis, ac primùm in ea reprehendit, quòd eius auctor in ea asserenda nõ satis consuluerit ijs, qui scientiã rerum sensibilium assequi student, propter quam tamen ille ideas induxit. Nam cùm Plato ad comparandam scientiam rerum sensibilium penè tot ideas ponat, quot sunt rerum species, aut etiam plures nihil aliud facere uidetur, quã augere difficultatem scienᵈi; ideæ namque, ut ex dictis Platonis colligitur, nihil differunt à naturis specificis, quę sunt in indiuiduis, nisi immobilitate, & æternitate, ut hoc loco Alexander annotat, & ipse Aristoteles sæpe docet. Cùm ergo ad comparandam scientiã naturarũ, quæ sunt in indiuiduis, Plato adijciat ideas, perinde facit, ac si quis non ualẽs numerare in gentem aliquã summam pecuniæ, ut id cõmodiùs faciat, eã augeat. Ait aũt Arist. ideas ex sententia Platonis esse penè æquales his (nempe nostris speciebus infimis) quia Plato non omniũ earũ rerũ ideas esse censuit, ut supra diximus. Addit uerò [aut nõ pauciores] ideſt, aut etiã plures, qa ex quibus à rationibus Platonis sequit, dari ẽt ideas generũ, quanquã ille eas non posuit.

Exsuitur Platonis de ideis opinio.

*existat, paulò autem suprà uel infrà iniuria, & disiunctio, aut permistio; demonstrationem ex eo tandem afferunt, quia unumquodque horum est numerus. Accidit [ff] autem circa hunc locum, ut iam existat multitudo constitutarum magnitudinum, quia huiusmodi affectiones singulos sequantur locos. Est [gg] ne igitur idem hic numerus, qui est in cælo, quem accipere oportet unumquodque horum esse, an præter hunc alius? ¶ etenim Plato alium esse dicit. Atqui [hh] numeros ille, & hac ipsa esse, & causas horum existimat, eos tamen, qui intelligibiles sunt causas esse putat; hos uerò esse sensibiles. Sed Pythagoricos quidem nunc omittamus: satis est enim eos hactenus tetigisse.*

Textº 24.

Alex. com. 55. Arist. cap. superiori tex. 6. & lib. 3. c. 2. tex. 7. & 1. Ethic. c. 6. & alijs locis.

*Qui [ii] uerò ideas ponunt, primùm quidem, cùm uellent harum rerum causas sumere, alia his numero æqualia induxerunt; quemadmodum si quis numerare uolens, si pauciora quidem sint, se non posse putet, cùm autem plura fecerit, tum demum numeret. Ferè enim æquales, aut non pauciores sunt formæ ijs rebus, ¶ quarum causas exquirentes, ab his ad illas progressi sunt. Est enim in singulis aliquid eiusdem nominis; & præter substantias aliorum in multis unum est, & in hisce rebus, & in sempiternis. ¶ Deinde [kk] quibus modis formæ esse ostenduntur, eorum nullo existere uidentur. Ex quibusdam enim non necesse est ratiocinationem fieri; ex quibusdam autem, eorum etiam formæ efficiuntur, quorum nullas esse [ll] arbitramur.*

Textº 25.

Textº 26.

Cap. superiori.

Textº 27.

Namque

gg Deinde quibus] Reprehendit deinde impositione idearũ rationes, quibus ille à Platone asseruntur. Aitq; earũ quasdam nõ colligere dandas esse ideas: alias uerò nõ solùm id non colligere, sed etiam efficere, ut si quis illis fidem habeat earum etiam rerum, quarum Plato ideas esse negabat, ideas ponere cogatur.

Rationes quibus innitebatur, generatim improbantur.

ll Esse arbitramur] Vtitur Arist. in examine huius opinionis huiusmodi uerbis, Arbitramur, Dicimus, & similibus, quasi discipulus adhuc Platonis, & qui eius placita sequatur, ut dum illius sententiam impugnat, suam quoque uideatur impugnare. Ita enim putat, faciliùs posse alijs persuaderi, hanc disputationem à se non inuidiæ, aut ostentationis causã, sed ueritatis studio susceptam esse.

Arist. modestia.

Namque

Duo genera rationum quibus Plato vtebatur.

mm **Namque ex ijs**} Duo genera rationum tangit hoc loco Aristot. quibus Plato probabat ideas esse; aliud earum, quæ ducuntur ex natura scientiarum; aliud earum, quæ ex participatione unius à pluribus: quæ duo rationum genera, uocat Arist. paulò pòst rationes accuratissimas, quòd præcipuæ sint inter eas omnes, quibus Plato utebatur, aut quia plurimi fiebant à Platone. Priorum uis in hoc posita erat. Cùm scientiæ non agant, nisi de immutabilibus, siue ijs, quæ aliter habere non possunt; ea aũt omnia, quæ existunt in sensibilibus, sint mutabilia; necessario dandæ sunt ideę earum separatæ, de quib⁹ habeatur scientia. Posteriores huc tendebant. Cùm omne unũ, quod à multis participaẽ, necessariò debeat esse separatũ ab illis (alioqui iam non esset unũ sed multa) homo autem sit unũ quid, & participetur ab omnibus indiuiduis hominibus (siquidem de omnibus, & no mine eodem, & eadem omnino ratione prædicatur) efficitur, ut homo cõmunis, & specificus necessariò sit separatus ab omnibus indiuiduis hominibus, eodemque modo cæterę specificę naturæ à suis indiuiduis. Itaque ex prioribus rationibus, si aliquid efficiunt, docet Arist. colligi dandas esse ideas omnium rerum, quarum datur scientia, quod tamen Plato negabat, ut suprà diximus, & ipse Aristot. paulò pòst docebit. Ex posteriorib. uerò ait, colligi dandas esse contra Platonis sententiam ideas negationũ, cùm negatio hominis, exempli causa, sit unum quid, & à multis participetur, ut à leone, & ab equo, & à cæteris, quæ non sunt homines.

Quid ex prioribus colligatur.

Quid ex posterioribus.

Cap. præced.

Tertium genus rationũ Platonis.

nn **Ex eo autem**} Alias rationes ducebat Plato ex intelligentia, notioneúe cõmunis quiditatis, siue ex specie intelligibili, qua in nobis representatur quiditas, & essentia rei, quæ definitione explicatur. Quarum uim in hoc argumento ponebat. Cum per speciem, siue imaginem hominis intelligamus hominẽ, quouis particulari interempto; id autem, quod intelligitur, nõ sit non ens, sed uerum ens; necesse est fateri eiusmodi speciem, ac similitudinem esse hominis separati à singulis, & non pereuntis unquam. Huiusmodi ergo rationes docet Aristoteles, si quid colligunt, æquè probare dandas esse ideas proprias ipsorum particularium corruptibilium, quando quidem per imaginem Socratis, quæ mortuo Socrate permanet in imaginatione Platonis, adhuc Plato Socratem intelligit.

Quid efficiãt.

Quod ad uerba attinet, & si *φάντασμα* accipi potest, & pro phãtasmate, quod phantasiæ inest, & pro re, quæ eiusmodi phantasmate ut propria imagine representatur; hoc tamen loco necessariò sumitur pro re, non pro imagine.

oo **Præterea, accuratissimæ**} Hoc loco, ut paulò antè diximus, significat Arist. rationes eas, quas Plato sumebat ex natura scientiarum, & ex participatione unius à pluribus. Quanquam ergo ex prioribus earum iam ostenderat sequi, omnium rerum, quarum esset

Infirmantur priores.

Text⁹ 28.

Text⁹ 29.

esset scientia, ideas quoque concedendas esse, quod Plato negabat; tamen quia nullam ex ijs, quarum ideas esse non putabat, in exemplum attulerat; affert nunc ea, quæ sunt ad aliquid. horum enim, cùm sint entia, potest haberi scientia, & tamen Plato nō ponebat ideas relationū. Præterea, etsi ex posterioribus ostenderat colligi dandas esse ideas negationum, tamen quia facilè Plato respōderet, nullam negationem posse participari ab entibus, cùm non sit ens; affert denuo hoc incōmodum, quod ex illis sequatur, dandum esse tertium hominem, hoc est aliam ideā, quæ communiter participetur ab idea hominū, & à singulis etiam hominibus; quandoquidem de utrisq; communiter prædicatur homo, qui sit & ens est, & unū quid. Refelluntur posteriores.

*Namque [m] ex ijs rationibus, quæ ex scientijs ducuntur, eorum omnium formæ erunt, quorum scientiæ sunt. quin etiam ex ijs, quæ sumuntur ex uno in multis, negationum quoque erunt. Ex [n] eo autem, quòd intelligimus aliquid eorum, quæ corrupta sunt, etiam corruptibilium. Est enim hoc res quædam imaginatione percepta.*

Text° 28. *Præterea, [o] accuratissimæ rationū partim ideas faciunt eorum, quæ sunt ad aliquid, quorum [p] nō dicunt esse genus per se; partim tertium hominem inducunt. Atq; [q] omnino rationes eæ, quæ pro formis afferuntur, ea tollunt, quæ formarū auctores magis esse uolūt, quàm ideas ipsas. Fit enim ut dualitas nō sit prima, sed [r] numerus, & id, quod est ad aliquid, prius sit eo, quod est per se: et ea [s] omnia eueniunt, quibus nōnulli, opiniones de ideis sequuti, principijs sunt aduersati.*

Vt 3. lib. huius operis c. 3. tex. 10.

Text° 29. *¶ Præterea, [t] existimatione quidem ea, qua dicimus ideas esse, nō solùm substantiarū formæ erūt, sed multorum etiā aliorum. Nā*

Nullum genus relatorū poni à Platone separatū.

[p p] Quorum nō dicūt] Nullum genus relatorum dicebat Plato esse per se, hoc est, separatum ab indiuiduis. Quo loco Arist. nomine Generis intelligit quamcunque rem uniuersalem, ut sæpe alibi.

[q q] Atque omnino] Apud Platonem dualitas erat materiale principium, non solùm rerū sensibilium: sed etiam ipsarum idearum, ut ex supradictis patet. Ait ergo Arist. rationes, quibus Plato asserebat ideas esse principia, si quid efficiūt, colligere dualitatem nō esse principium, quod tamen Plato magis principium esse uolebat, quàm ideas ipsas. Nam si de quibus aliquid commune dicitur, eorum datur idea separata, certè huius dualitatis sensibilis, & illius separatæ, siue intelligibilis, dabitur communis idea, quo fiet, ut dualitas separata, quæ primò ponebatur principium, non sit principium, sed potiùs idea illius principium sit.

[r r] Sed numerus] Quia apud Platonem ideæ sunt numeri; efficitur ut non dualitas, sed numerus, qui est omnib. numeris communis, sit principium, & id, quod est ad aliquid, magis, quam id, quod est per se, hoc est, id, quod ex suo genere à subiecto pendet, cuiusmodi est reuera numerus, sit prius substantijs sensibilibus, quarum ideas Plato dicebat esse numeros.

[s s] Et omnia eueniunt] Hoc est, & alia incommoda, quibus Platonici euertunt principia, ueluti cùm dicunt ideas habere principia, & tamen esse principia: hoc enim haud dubiè rationem principij euertit.

[t t] Præterea, existimatione] Id reprehendit hoc loco in opinione idearum, quòd rationes, quibus illæ asseruntur, pugnent cum ipsa positione Platonis. Nam ex quibusdam earum, quæ iam tactæ sunt ex Platone; hoc planè sequitur, præter alia sexcenta, non solùm substantiarum, sed etiam aliarum rerum esse asserendas ideas, ut ex dictis patet. At uerò si necessariæ consecutionis ratio habeatur, ex ipsa positione Platonis omnino colligitur, nullas esse ideas aliarum rerum, sed substantiarum tantùm. Nam cùm Plato in positione idearum expressè dicat, ideas existere per se, & non in alio; necesse est ut confiteatur, eas non participari per accidens, hoc est ut accidentia, sed ea-

Rationes Platonis cum ipsa eius sententia pugnare.



Digitized by Google

tenus unumquodque indiuiduum esse particeps cuiusque ideæ, quatenus illa non dicitur de subiecto inhęsionis. Hac enim ratione perpetuitas idearum nō est idea secundum Platonem, quia est accidens idearum, unde Plato facilè uidetur eluisse huiusmodi sophisma; Hoc indiuiduum corruptibile participat ipsum duplum, ideſt ideam dupli; ipsum autem duplum est perpetuum; igitur hoc indiuiduum corruptibile partici-

Cur Idearum perpetuitas non sit idea secūdum Platonem.

pat perpetuitatē, & ex consequente est perpetuum, quemadmodum & duplum. Eluditur.9. sophisma hoc ex eo, quòd cùm perpetuitas sit accidens ipsius dupli secundum Platonem, nō potest illa participari ab ipso duplo, nisi per accidens. Quòd si per se participaretur, tum demū rectè sequeret ea, quæ ipsum duplum participant, esse perpetua; quemadmodū quia per se participant duplum, perpetuò sunt dupla. Quare cùm ea, quæ nō sunt substantię, quatenus accidentia sunt, non possint participari nisi accidentaliter; participatio autem idearū debeat esse essentialis (hoc enim pacto intelligenda sunt hoc loco uerba, per accidens, & per se) efficitur, ut omnes ideæ sint substantiæ; quod Arist. singulari numero Substantiæ significat. Quòd si quis obijciat, etsi ratio hæc probat, accidentium, quatenus respiciunt subiecta, nō posse dari ideas, tamen non id probare, quatenus respiciunt sua inferiora; respondendū est, rectè ab Aristotele probatū esse, non posse dari ideas accidentium. Nam etsi accidentia conferri possunt cum suis inferioribus; nunquàm tamen absolutè, ac secundum suas essentias, concipi possunt sine substantia, ac proinde sine subiecto. Ergo quia ideæ secundum Platonem ponebantur, quatenus sunt essentiæ rerum; optimè intulit Arist. simpliciter, & absolutè, non posse dari ideas accidentium.

Occurritur obiectioni.

ττ De alijs rebus] Ad uerbum est [de alijs substantijs] Verùm nomine substantiarū non substantias tantùm, sed quasuis res significat hoc loco Arist.

χχ At hæ, & hic] Quoniam collegit proximis uerbis, omnes ideas esse substantias, cùm tamen colligere debuisset, ideas non esse nisi substantiarum (hoc enim ipsi propositum erat) docet his uerbis, parem esse rationem in ijs, quæ participant ideas, atque in ipsis ideis, quæ participantur. Namque ideæ, id est, nomina idearum (sæpe enim hanc loquendi formulam usurpat) ueluti Homo, Equus, & alia cōmunia uocabula pari ratione hic, & ibi, hoc est, in sensibilibus, & extra sensibilia substantiam significant. Alioqui quid erit ipsum unum in multis aliquid præter hæc esse dixisse? hoc est, Quo enim pacto uerum erit dicere, ideas participari per se ab his sensibilibus, si uidelicet cùm ipsæ ideæ sint substantiæ, hæc tamen sensibilia non sint substantiæ? Quo loco participa-

tio

tio per ſe ſignificatur illis uerbis, In multis, & præter multa. Nam illud, In multis, ſignificat participationem; illud autem, Præter multa, ſignificat participationem eſſe per ſe, & non talem, qualis eſt participatio accidentium à ſubſtantijs.

y y Atque ſi eadem} Docet, Platonem, ſi ſequi uelit rationes, quibus ideas eſſe ſtatuit, ad alterum è duobus incommodis deduci, nempe ut uel fateatur dari ideam communem unicuique ideæ, & rebus ſenſibilibus, quæ illam participant, aut certè ideas nullo modo participari à rebus ſenſibilib⁹, ſed merè æquiuocè ſe habere reſpectu earum, quæ quidē ambo à Platone, ut maxima incommoda negabantur. Dilemma, quo utitur, huiuſmodi eſt. Aut ideę, & quæ illas participant, ſunt eiuſdē ſpeciei, aut minime; ſi ſunt eiuſdem ſpeciei, ergo aliqua erit communis idea utrorumque, quandoquidem ea ratione ideæ aſſeruntur communes indiuiduis eiuſdem ſpeciei, quia illa ſunt eiuſdem ſpeciei. Quòd ſi quis reſpondeat, non eſſe in his parem rationem, ſiquidē omnia indiuidua ſenſibilia ſunt corruptibilia ſecundum Platonem, ideæ uerò omnes ſunt perpetuę; docet Ariſt. nihil momenti habere reſponſionem. Etenim ſecundum Platonem indiuiduæ dualitates mathematicæ (quas ille etiam ponebat ſeparatas) ſunt ſempiternæ, ut ille dicebat, & tamen unam, & eandem cōmunem ideam habent cum indiuiduis dualitatibus corruptibilibus. Quare nulla eſt cauſa, cur detur unum, atque idem, hoc eſt una cōmunis idea in ſingularib. dualitatib. corruptibilib. & mathematicis, id eſt, reſpectu omnium ſingularium dualitatum, tam naturaliū, quàm mathematicarum, nec tamen detur in hac dualitate, atque aliqua, hoc eſt reſpectu ſingularis cuiuſque dualitatis naturalis, & ipſius dualitatis, quæ ponebatur idea cōmunis ſingularium dualitatum. Si uerò ideæ, & quæ illas participant, non ſunt eiuſdem ſpeciei (quæ eſt altera pars dilemmatis) ſola nomina erunt cōmunia ideis, & ijs, à quibus ideę participantur. quo fiet, ut non alio modo indiuidua ſenſibilia participent ideas, niſi quo pacto lignum dicetur participare hominē, ſi quis nomen hominis, quod de Callia dicitur, etiam ligno uelit imponere. Nam quemadmodum ratio, ſecundum quam Callias dicitur homo, nullo modo poteſt eſſe communis ligno; ſic etiam rationes idearum, ſecundum quas alia dicitur homo; alia equus, &cęt. nullo modo poterunt eſſe communes indiuiduis ſenſibilibus, quæ ijſdem nominibus appellantur.

Deducitur Plato ad incommoda.

Dilēma Ariſtotelis.

Occurritur obiectioni.

Text⁹ 30. *Nam & notio una non tantùm de ſubſtantijs, ſed etiam de " " alijs rebus habetur; & ſcientiæ non modò in ſubſtantia, uerùm etiam in alijs uerſantur; & alia huiuſmodi eueniunt propè infinita. ¶ At ſpectata neceſſitate, ijſq; opinionibus, quæ de eis habentur; ſi formæ participabiles ſunt, ſubſtantiarum tantùm ideæ ſint neceſſe eſt. Nec enim per accidens participantur; ſed ęatenus cuiuſque participatio eſſe debet, quatenus non de ſubiecto dicitur. Exempli cauſa, ſi quid ipſius dupli particeps eſt, id & ſempiterni eſt particeps; uerùm per accidens, accidit. ęnim ipſi duplo, ut ſempiternum ſit. Erunt igitur formæ ſubſtantia. At " hæ & hic, & ibi ſubſtantiam ſignificant. alioqui quid erit, ipſum unum in multis, aliquid præter hæc eſſe dixiſſe? Atque " " ſi eadem ſpecies eſt idearum, & eorum, quæ illas participant, aliquid profecto commune erit. Cur enim magis in dualitatibus ijs, quæ intereunt, & in ijs, quæ multæ quidem, ſed ſempiternæ ſunt, dualitas unum, atq; idem eſſe dicetur, quàm in hac, atq; aliqua?*

*Si ue-*

Obijciat aliquis, hanc conſequentiam Ariſt. eſſe uitioſam. Nam etſi ideæ, & res ſenſibiles, à quibus participantur, non ſint eiuſdem ſpeciei, non tamen continuò ſequitur, eas ſolis nominib. conuenire, cùm poſſint cōuenire genericè, aut analogicè, ut

Obiectio cōtra Ariſtotelis conſequutionem.

Dilutio.

homo uerus, & imagines, quæ illius imitatione pinguntur. Verùm hæc obiectio haud difficilè diluetur, si dicas, res sensibiles nõ posse secundum Platonẽ cõuenire solo genere cum ideis, quas dicuntur participare: hoc.n. pacto qui nosset ideas, non haberet specialem, ac propriam cognitionẽ eorum, quę illas participant. Sed neque analogicè; si quo enim modo analogicè cũ ideis conuenirent, eo cõuenirent possimum, quo exẽpla cõueniunt cũ exemplari: at exempla, si adęquatè respõdẽt exemplaribus, ut una pictura alteri picturæ, cuius imitatione facta est, nõ dubium est, quin conueniant cum exemplarib. secundum speciẽ: si aũt inadęquatè, quo pacto homo pictus respondet homini uero (plura.n. sunt in homine uero, quàm quę exẽpla eius imitari possint, ut sermo, quem imitatur psittacus, & saltatio, quam imitatur canis, & ciuile regimen, quod imitantur apes, & alia pleraque) plura sunt, quę p exemplar cognosci possint, quàm una species exemplorum: Platonis autẽ sententia erat, per unã ideam unã tantùm speciem exemplorũ cognosci, ut per ideam hominis solos homines, p ideã equorũ equos, & sic in cæteris (ideo.n. tot ponebat ideas substãtiarũ sensibiliũ, quot nos ponimus earũ species) nõ possunt igitur res sensibiles secũdum Platonem conuenire cum suis ideis, siue solo genere, siue analogicè, quo fit, ut si cum illis non conueniunt specie, solo nomine conueniant; quæ erat consequentia Aristotelica à nobis probanda.

Duo genera exemplariũ, & exemplorum.

εἰ δὲ μὴ τὸ αὐτὸ εἶδος, ὁμώνυμα ἂν εἴη, κἂν ὅμοιον ὥσπερ ἂν εἴ τις καλὸν ἄνθρωπον τόν τε Καλλίαν κἂν τὸ ξύλον, μηδεμίαν κοινωνίαν ὑπολέλοιπας αὐτῷ.

Παίτων δὲ μάλιστα ἀπορήσειεν ἄν τις, πῖ ποτε συμβάλλεται τὰ εἴδη τοῖς ἀϊδίοις τῆς αἰσθητῆς ἢ τοῖς γιγνομένοις, καὶ τοῖς φθειρομένοις. οὔτε γὰρ κινήσεως, οὔτε μεταβολῆς οὐδεμιᾶς ἔστιν αὐτοῖς· ἀλλὰ μὲν οὐδὲ πρὸς τὴν τῶν ἄλλων. ἔτε γὰρ οὐσία ἐκείνα τούτων (ἐν τούτοις γὰρ ἂν ἦν) ἔτε εἰς τὸ εἶναι μὴ ἐνυπάρχοντά γε τοῖς μετέχουσιν, ἔτω μὲν γὰρ ἂν ἴσως αἴτια δόξειεν εἶναι, ὡς τὸ λευκὸν μεμιγμένον τῷ λευκῷ, ἀλλ' ὅδε μὲν ὁ λόγος λίαν ἐκίνησε, ὃν Ἀναξαγόρας μὲν πρῶτος, Εὔδοξος δ' ὕστερον, καὶ ἄλλοι τινες ἦγον. ῥᾴδιον γὰρ συναγαγεῖν πολλὰ καὶ ἀδύνατα πρὸς τὴν τοιαύτην δόξαν. ἀλλὰ μὲν ἐπὶ πᾶσιν ὅτι τἆλλα κατ' ἐνέργειαν τρόπον τῆν εἰρημένον λέγεσθαι. ¶ τὸ δὲ λέγειν παραδείγματα αὐτὰ εἶναι, καὶ μετέχειν αὐτῶν τἆλλα, κενολογεῖν ὅτι καὶ μεταφορὰς λέγειν ποιητικάς, τί γὰρ ὅτι τὸ ἐργαζόμενον πρὸς τὰς ἰδέας ἀποβλέπων; ἐνδέχεται γὰρ καὶ εἶναι καὶ γίγνεσθαι ὅμοιον ὁτιοῦν, καὶ μὴ εἰκαζόμενον πρὸς ἐκεῖνο. ὥστε

Text° 31.

Text° 32.

Maximè uerò] Ex hoc loco magis urgere incipit Platonẽ, ostendẽs ideas, quas ille ponebat, propter res sensibiles, nihil oĩno illis cõferre, proinde tanquã prorsus inutiles explodẽdas esse. Quo loco nomine sempiternorũ sensibiliũ intelligit corpora cœlestia.

Ideas nihil conferre rebus sensibilibus ad esse, aut motum.

a b Etenim nec motus] Summa totius reprehensionis est, quòd ideæ nihil conferant rebus sensibilibus, siue ad motum, siue ad scientiam, siue ad esse, siue ut sint earum exemplaria, siue ut earum essentiæ, seu denique ut fiant. Quòd igitur nihil conferant ad motum, mutationemúe ullam rerum sensibilium, patet ex capite 6. ubi Arist. docuit, ideas non esse positas à Platone, ut essent causæ mutationis earum, sed potiùs immobilitatis, & quietis.

text. 10.

Sed

a e Sed neque ad] Quòd neque ad scientiam rerum sensibilium, neque ad earum esse conducant, ex eo probat Arist. quia non existunt in rebus sensibilibus. Nam quemadmodum res habent esse per interna principia, sic earum perfecta scientia, quam Plato quærebat, per interna principia habenda est. — Nihil ad scientiam.

a d At enim hoc fortasse] Diceret aliquis, ideas esse in rebus sensibilib. sed tñ non apparere, quo pacto Anaxagoras dicebat, album colorem esse mistum in Chao, quasi principiũ quoddã, & elementum totius illius mistionis: quam sententiã de ideis sibi persuasit Eudoxus Platoni familiaris, & alij quidam Platonici. Hanc igitur responsionem, ut quæ facillimè refelli potest, relinquit Arist. sua absurditate refutatam: ex ea enim sequitur, ideam, uerbi gratia, hominis, aut nõ esse unã numero, aut partim esse in uno indiuiduo, partim in altero, & alia propè infinita incõmoda, quorũ pleraque affert hoc loco Alexãder, addẽs, fusiùs de ea re actum esse ab Aristotele in 2. libro de Ideis, quo loco huiusmodi sententiã refellit. Is tñ liber ad nos non peruenit. — Tacita Platonicorum responsio.

*Si verò non eadem est ſpecies, æquiuoca ſanè fuerint, nec ſecus, atque ſiquis hominis vocabulo Callian, & lignum appellet, nulla eorum communione ſpectata.*

Text. 31. *Maximè [a b] verò omnium quis dubitet, quid tandem formæ conferant ſempiternis ſenſibilibus, aut ijs, quæ gignuntur, & intereunt. Etenim [a b] nec motus, nec mutationis ullius cauſa illis ſunt: ſed [a c] neque ad ſcientiam aliorum quicquam conducunt, cùm non ſint horum ſubſtantia (in his enim eſſent) neque verò ad eſſe, cùm in participantibus non inſint. At [a d] enim hoc fortaſſe modo cauſæ eſſe videbuntur, quo album cum albo miſtum eſt. Verùm hæc ratio, qua primùm Anaxagoras, deinde Eudoxus, & alij quidam vtebantur, nullo negotio refelli poteſt. Eſt enim facile multa, & quæ fieri nequeant, contra hanc opinionem colligere. Nec [a e] verò vllo eorum modorum, qui dici conſueuerunt, ex formis ſunt cætera.* ¶ Text. 32. *Dicere [a f] autem exemplaria eas eſſe, res'que cæteras earum eſſe participes, inania loqui eſt, & poëticis translationibus uti. Quid [a g] enim eſt, quod agat ad ideas reſpiciens? eſſe enim, ac fieri poteſt quiduis ſimile, etiam ſi ad illius imaginem non exprimatur.* cæt. 29.

a e Nec uerò ullo] Lib. 5. cap. 24. afferũtur modi, q. in cõmuni sermone usurpari solẽt, cùm aliquid ex aliquo esse dicitur. Ab ijs ergo, & alijs, si plures sint, ait Arist. prorsus alienũ esse eũ modũ, quo Plato dicit sensibilia esse ex ideis, proinde ideas nullo pacto ad esse rerum sensibiliũ conferre, quod erat tertium reprehensionis caput. — Modum, quo secũdum Platonem sensibilia sint ex Ideis, nullum esse.

a f Dicere autem] Ostendit ideas non esse exemplaria, quorum imitatione res sensibiles fiant, idque dicere, nihil aliud esse, quàm inania loqui, & ijs translationibus poëticis similia, quibus nihil subest ueri.

a g Quid enim est] Prima ratio est, quia nulla res est, quæ dum aliquid efficit, intueatur ideas, ut ad earum similitudinem producat effectum: siue enim illæ sint, siue non sint, potest aliquid simile ipsis fieri, etiamsi earum imitatione non fiat. Quemadmodum, siue Socrates sit, siue non sit, potest Alcibiades generari similis Socratis, tametsi is, qui generat Alcibiadem, non illum producat imitatione Socratis. Nec obest huic exemplo, quòd Socrates sit corruptibilis, idea uerò sempiterna, idem enim accideret si Socrates sempiternus esset. Ratio autem, cur non sit opus ideis separa- — Ideas non esse sensibiliũ exemplaria.

Itaque

Digitized by Google

Cur non sit opus ideis separatis tanquam exemplaribus.

separatis, quas agentia particularia intueantur, hæc est, quia agentibus per intellectum satis est imago, & species rei faciendæ, ut patet in artificib. mechanicis, ipso etiam Platone cõsentiente, qui artefactorũ nõ ponebat ideas separatas. Agentibus autẽ per naturã satis est dirigi, & inclinari à primo agẽte per intellectũ ad hoc, uel illud faciendum.

Ducitur Plato ad incommodum plurium idearũ eiusdem rei.

[ak] Erunt quoque] Hæc ratio, & quæ sequitur, non habebantur in quibusdam græcis codicib⁹ tẽpore Alexandri. Sed & qui nũc extant, nõ nihil uariant in hac, & superiori ratione. Vtcumq; res habeat, ducit Arist. Platonem his uerbis ad illud incõmodum, ut ponat eiusdẽ rei plures ideas, cùm satis sit unã ponere. Ratio uerò, qua utitur, hæc est; Quia si ipse homo ponitur exemplar huius hominis, qa hic generatur similis naturæ humanæ cõmuni, quã Plato uocabat ipsum hominẽ, pari ratione ipsum animal, & ipsum bipes ponẽda erũt exemplaria eiusdẽ. Nã hic homo quatenus animal, & quatenus bipes, generatur similis naturis cõmunibus animalis, & bipedis. Quare plura erunt exemplaria eiusdem rei, & (quod hinc sequitur) plures ideæ.

ὥστε καὶ ὄντος Σωκράτους καὶ μὴ ὄντος, γίνοιτ' ἂν οἷός περ Σωκράτης. ὁμοίως δὲ δῆλον, ὅτι καὶ εἰ ἓν ὁ Σωκράτης ἀΐδιος. ἔσται [ak] τε πλείω παραδείγματα τοῦ αὐτοῦ, ὥστε καὶ εἴδη, οἷον τοῦ ἀνθρώπου τὸ ζῷον, τὸ δίπουν, ἅμα δὲ καὶ τὸ αὐτὸ ἄνθρωπος. ¶ ἔτι [al] οὐ μόνον τῆς αὐτῆς παραδείγ- Text⁹ 33.
ματα τὰ εἴδη, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς, οἷον τὸ γλῦος, ὡς γλῦος εἰδῶν, ὥστε τὸ αὐτὸ ἔσται παράδειγμα καὶ εἰκών. ἔτι [ak] δόξειεν ἂν ἀδύνατον εἶναι χωρὶς τινὰ οὐσίαν, καὶ οὗ ἡ οὐσία. ὥστε πῶς αἱ ἰδέαι, οὐσίαι τῆς θεαγμάτων οὔσαι, χωρὶς εἶεν; ἐν [al] δὲ τῷ Φαίδωνι οὕτω λέγεται, ὡς καὶ τὰ ἓν, καὶ τὰ γίγνεσθαι ἄπια τὰ εἴδη ὄντα. ¶ καί τοι τῶν εἰδῶν ὄντων, Text⁹ 34.
ὅμως οὐ γίγνεται τὰ μετέχοντα, ἂν μὴ ᾖ τὸ κινῆσον, καὶ πολλὰ γίγνεται ἕτερα, οἷον οἰκία, καὶ δακτύλιος, ὧν οὔ φαμεν εἴδη εἶναι. ὥστε δῆλον, ὅτι ἐνδέχεται καὶ τἆλλα καὶ εἶναι καὶ γίγνεσθαι, καὶ διὰ τοιαύτας αἰτίας, οἵας καὶ τὰ ῥηθέντα νῦν.

Tertia ratio Aristot.

Ἔτι [am], εἴπερ εἰσὶν ἀριθμοὶ τὰ εἴδη, πῶς ἄπιοι Text⁹ 35.
ἔσονται; πότερον ὅτι ἕτεροι ἀριθμοί εἰσι τὰ ὄντα, οἷον, ὁδὶ μὲν ἄνθρωπος ἀριθμός, ὁδὶ δ' Σωκράτης, ὁδὶ δὲ καλλίας; τί οὖν ἐκεῖνοι τούτοις ἄπιοί εἰσιν; οὐδὲν γὰρ εἰ οἱ μὲν ἀΐδιοι, οἱ δὲ μή, ὅδιν διοίσει.

[am] Præterea, formæ] Hui⁹ tertiæ rationis sensus est. Si auctores idearum ex sola similitudine indiuiduorum in natura specifica colligunt, species esse exemplaria indiuiduorum; pari ratione colligendum erit, genera esse exemplaria specierum, hoc est ipsarum idearũ. Sunt enim species similes in natura generica, quem admodum indiuidua in natura specifica. Atqui species, cùm ponantur à Platone ingenitæ, non possunt habere exemplaria. Siquidem exemplaria non sunt nisi earum rerũ, quæ ipsorũ imitatione fiunt; ergo aut Plato sibi repugnat, aut non alia ratione sumit exemplar, quàm ut est imago (etenim earum quoque rerum, quæ non fiunt, dantur imagines) quod certè non caret nota imperitiæ. Oportebat.n. distinguere exemplar ab imagine.

Ideas non esse essentias rerum sensibilium.

[ak] Adhæc uidebitur] Ostendit ideas non esse essentias rerum sensibilium, quia essentiæ nequeunt esse separatæ ab ijs, quorum sunt essentiæ.

Nec causas, ut sensibilia fiant.

[al] In Phœdone autem] Ostendit ideas, non esse rebus sensibilibus causas, ut fiant, quanquam Plato in dialogo, qui Phœdo, siue de Anima inscribitur, docuerit ideas esse causas,

Ei dè

causas, ut illæ sint, ac fiant. Ratio igitur Arist. est quia positis ideis, nisi adsit causa efficiens, ut ignis, aut homo generans, aut quid simile, nihil omnino fit ab ideis; & tamen positis causis efficientibus, etiam sine ideis, fiunt artefacta, uel ipso Platone auctore, ut sæpiùs diximus.

Animaduertendū est autē hoc loco, etsi rationes Arist. concludunt, non esse dandas ideas separatas, quas intueantur particularia agentia naturalia in suis actionibus; non tamen colligere, non esse ponendas ideas, quas intueatur prima causa in agendo. Nam cùm agentia naturalia agant propter finem, nec tamen finē cognoscant, proportionemq; mediorū ad finem, sed eorū quodq; à primo agente dirigatur in finē; necesse est, ut primum agens agat per intellectū, quo eorū fines cognoscat, & proportionē mediorū respectu ad finiū. Quare cùm eiusmodi fines sint naturę ipsę specificę, quas agentia particularia per se intendūt, cùm nituntur generare sibi similia; efficitur necessariò, ut primū agens intueatur naturas specificas, in quibus generātia, & genita sūt similia inter se. Et quia naturæ specificæ sunt essentiales iis rebus, quæ generantur; nō opus est, ut primum agens intueatur illas, ut separatas à rebus genitis, nisi quatenus eminenter in diuina essentia cōtinentur: quo pacto habent rationem idearum, siue exemplarium, ut patebit lib. 7.

Quid rationes Aristot. efficiant.

*Itaque siue existat Socrates, siue non existat, fieri alius potest, qualis est Socrates. perspicuum est autem, idem haud dubiè futurum, & si Socrates sempiternus esset. Erunt* [a h] *quoque plura eiusdem rei exemplaria, quare & formæ, vt hominis, animal, & bipes, simul autem, & ipse homo.*

Text. 33. *¶ Præterea,* [a i] *formæ non modò sensibilium exemplaria erunt, sed etiam ipsarum formarum, veluti genus, tanquam formarum genus; ex qua re fiet, vt idem sit exemplar, atque imago. Ad hæc* [a k] *uidebitur fieri non posse, ut substantia, & id, cuius est substantia, seiuncta sint. Quo igitur modo ideæ, cùm sint rerum substantiæ, separatæ fuerint? In* [a l] *Phædone autem hunc in modum dicitur, formas, &*

Text. 34. *vt res sint, & vt fiant, causas esse. ¶ Atqui existentibus formis res, quæ illarum participes sunt, nequaquam fiunt, nisi sit quod moueat; multa'que fiūt alia, vt domus, ac annulus, quorum non dicimus formas esse. Quare manifestum est, alia quoque, & esse, & fieri posse propter tales etiam causas, propter quas, & ea, quæ modo dicta sunt.*

Text. 35. *Præterea,* [a m] *si formæ sunt numeri, quo nam pacto causæ erunt? an ne quia ea, quæ sunt, diuersi sunt numeri, ut hic quidem numerus, homo; ille uerò, Socrates; alius, Callias? Cur igitur his illi sint causæ? neque n. quicquam refert, si alij sint sempiterni, alij minimè.*

Quòd

[a m] Præterea, si formæ] Hoc loco multis rationibus probare contendit, species Platonicas non posse esse numeros. Prima ratio hæc est. Si species, siue ideæ sunt numeri, aut illæ dicūtur causæ rerum sensibilium, quia res sensibiles sunt numeri, aut quia sunt rationes, seu proportiones numerorum; si ideo quia sunt numeri, nulla est ratio, cur dicantur illarum causæ: necesse est enim, ut sint eiusdem rationis, vt si idea hominis est quinarius intelligibilis, Socrates sit hic quinarius sensibilis, & Callias ille: neque enim fieri potest, ut numerus idealis unius rationis sit causa numerorum alterius rationis, ueluti quinarius septenariorum, aut cōtrà, nisi quatenus alter ex altero cōstituitur, quo pacto idea nō ponitur causa singularium sensibilium. Atqui numeri eiusdē rationis nō

Ideas non posse esse numeros.

sunt

Rerum eiusdem rationis si una causam habet & altera,

sunt alij alijs causæ. Quam enim causandi rationem habeat v. g. binarius in binarium? Nec enim refert si alius ponatur sempiternus, alius non item. In ijs enim, quæ sunt eiusdem rationis, si unum habet rationem causati; & reliqua causati rationem habere possunt, alioqui iam nō essent eiusdem rationis. Ideæ autem ita apud Platonem sunt causæ, ut causatæ esse non possint. Ergo non possunt ideæ hoc pacto dici numeri, & simul causę rerū sensibilium. Si uerò ideæ dicantur causæ rerū sensibilium, quia res sensibiles sunt rationes, proportionesúe numerorum, quo pacto cōcentus, qui uocatur diapason, dicit esse proportio dupla; certè cùm omnis proportio supponat extrema aliqua, quorū sit, & in quib^o insit, quomodo proportio concentuum supponit sonos, in quib. existit, & proportio mistorum, ueluti Callię, supponit elementa, quæ miscentur, pari ratione dicendum erit, ipsum hominem, siue ideā hominis, quæ numerus appellatur, & cęteras ideas, quas hæc sensibilia imitantur, nō esse numeros, sed proportiones aliquarū rerum, in quibus eiusmodi proportiones insint, quæcunque tandem illæ sint. Ita ergo fit, ut nulla idea sit numerus. Quam conclusiōnem significant uerba illa [ Ac propter hęc non erit numerus quidam] nempe idealis, quasi ipsa idea sit numerus.

εἰ δὲ ὅτι λόγοι ἀριθμῶν τὰ ἐνταῦθα, οἷον ἡ συμφωνία, δηλονότι ἔσται ἔν γέ τι, ὧν εἰσι λόγοι, εἰ δὴ τὸ ἡ ὕλη, φανερὸν ὅτι καὶ αὐτοὶ οἱ ἀριθμοὶ λόγοι τινὲς ἔσονται ἑτέρου πρὸς ἕτερον. λέγω δὲ, οἷον εἰ ἔστιν ὁ Καλλίας λόγος ἐν ἀριθμοῖς τινος, καὶ γῆς, καὶ ὕδατός, ἢ ἀέρος, ἢ ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος ἄλλων τινῶν ὑποκειμένων ἔσται, καὶ ἡ ἰδέα ἀριθμός, καὶ αὐτὸ ἄνθρωπος, εἴτε ἀριθμός τις ὤν, εἴτε μή, ὅμως ἔσται λόγος ἐν ἀριθμοῖς τινων, ἢ οὐκ ἀριθμός. καὶ οὐκ ἔσται τις ἐξ ἀτόμων ὁ ἀριθμός. Text^o 36.

Ἔτι ἐν πολλῶν ἀριθμῶν εἷς ἀριθμὸς γίνεται, ἐξ εἰδῶν δὲ ἓν εἶδος, πῶς; εἰ ἢ μηδ' ἐξ αὐτῶν ἀλλ' ἐν τοῖς ἐναρίθμοις, οἷον ἐν τῇ μυελάδι, πῶς ἔχουσι αἱ μοναδες; εἴτε γὰρ ὁμοειδεῖς, πολλὰ συμβήσεται ἄτοπα, εἴτε μὴ ὁμοειδεῖς μήτε αἱ αὐταὶ ἀλλήλαις, μήτε αἱ ἄλλαι πᾶσαι πάσαις. τίνι γὰρ διοίσουσιν ἀπαθεῖς οὖσαι; οὔτε λόγοι ταῦτα, οὔτε Text^o 37. 38.

an Numeralis ratio] Græcè est ad uerbum [ratio in numeris] hoc est proportio ex quantitatiua, ut uocatur, quæ in numeris cernitur, ueluti dupla, sesquialtera, & cæt. Sunt enim, & aliæ proportiones, ut effectus ad causam, potentiæ ad obiectum. Nos tamen perspicuitatis causa diximus [numeralis ratio] propter adiuncta uerba, ignis, terræ, & aëris, cum quib. superiora illa non satis aptè cohærent.

ao Ipseque homo] Parum refert, quòd hoc loco sit Græcè αὐτὸ ἄνθρωπος, hoc est, [ipsum homo] siue [ipsum illud, quod est homo] pro eo, quod dictum erat, ipse homo: omnia enim hæc hominem idealem significant. Certè Alexander utroque loco utitur uocabulo compositō αὐτοανθρώπῳ, hoc est, ipsihominis, ut quidam latinè reddunt. Præstiùs dixeris, αὐτάνθρωπον, & Ipshominem. Sensus autem huius membri hic uidetur esse; Ipseque homo, siue reuera numerus sit quidam, ut Plato ait, siue non sit; ui tamen huius rationis, ratio numeralis tantùm, non numerus esse concludetur. Ob eamque fortasse causam addit Aristot. [Ac propter hæc &c.] ne uidelicet ipsam Platonis sententiam impugnare uideatur, ut quam sibi persuadeat falsam esse; sed tantùm proponere rationem, quæ sibi contra eam occurrat.

ap Præterea, ex pluribus] Secunda ratio est, quia ex multis numeris fit unus numerus: ex multis autem speciebus, non fit una species; siue species sumantur, ut ponun-

tur

tur à Platone ſeparatæ, ſiue ut reuera ponendæ ſint. Neque enim multæ ſpecies conſtituunt unam tertiam, niſi per miſtionem. In miſtione autem, non ſeruantur ſpecies eorum, quę miſcentur. In ligno enim (exempli cauſa) non eſt ignis actu, ſed uirtutes eodemq; modo res habet in cęteris. Quòd ſi quis pro Platone reſpondeat, ex multis quidem numeris non fieri unum numerum, ſed ex unitatibus minorũ numerorũ, qui ſuo modo cõtinetur in maiori numero; quęrit Ariſtoteles, quonã pacto, unitates ſe habeãt, ſint ne eiuſdem ſpeciei, an diuerſæ. Nam ſi ponãtur eiuſdem ſpeciei, multa ſequentur abſurda, quæ ipſe quidẽ hoc loco non affert, ſed 13. libro. Sequitur enim primum, ex quauis multitudine unitatum fieri ideã, quod negabat Plato. Cur.n. detur idea, quę cõſtet ſeptẽ unitatib. non aũt quę cõſtet undecim, cùm oẽs unitates ſint eiuſdẽ ſpeciei? Deinde ſequeẽ ideas nõ differre ſpecie, quia q̃ differunt ſola multitudine, & paucitate, non differunt ſpecie. Si uerò ponãtur diuerſæ ſpeciei, qua quæſo ratione differant ſpecie, cùm ſint paſſionis expertes, atque adeo formæ, quã patiens ab agente recipit? Omnia enim, quę differunt ſpecie, differunt forma, aut certè differentia ſpecifica, quæ ſubit uicẽ formę. Quo loco aduerte Ariſtotelẽ (quantùm ex hoc loco licet conijcere) credere, unitates, ex quib. conſtat numerus, non differre ſpecie inter ſe, ſed ſolo numero; atq; ideo numeros, prout ſola multitudine, & paucitate unitatum conſtant, non differre inter ſe ſpecie. ſed de hac re, & quo pacto apud illum ſpecie differant, in libro quinto diſſerendum eſt.

Quæ differũt ſola multitudine, non differre ſpecie.

Text. 36. ¶ *Quòd ſi id propterea accidit, quia ea, quæ apud nos ſunt, rationes ſint numerorum, uelut concentus; unum aliquid profectò erunt ea, quorum eæ rationes ſunt. Quòd ſi hoc materia eſt, perſpicuum eſt, ipſos etiam numeros rationes quaſdam fore unius rei ad alterum. Exempli cauſa, ſi Callias eſt numeralis* [a n] *ratio ignis, terræ, aquæ, & aëris; ipſe etiam homo aliorum quorundam ſubiectorum ratio erit, & idea numerus; ipſeq; homo, ſiue numerus ſit quidam, ſiue non ſit, erit tamen ratio numeralis quorundam, non numerus. Ac propter hæc non erit numerus quidam.*

Cap. 6. 7. & 8.

Text. 37. *Præterea* [a p] *ex pluribus numeris unus ſit numerus; ex formis autem quo pacto una forma fiat? Quòd ſi non ex numeris, ſed ex ijs, quæ* [a q] *numerantur, ut in decem millibus; quo nã pacto unitates ſe habent? Siue enim eiuſdem ſint ſpeciei, multa cõſequentur abſurda; ſiue non eiuſdem ſpeciei, neq;* [a r] *ipſæ inter ſeſe, neq; a-*

Text. 38. *liæ omnes omnibus.* ¶ *Quo enim different, cũ paſſionis ſint expertes? Hæc* [a s] *.n. nec rationi conſentanea ſunt, nec*

Ex ſolius unitatis numeratione confici numeri ſpeciem.

a q Quæ numerantur] Vocat unitates, ea, quę numerantur, quia omnes numerorum ſpecies ſumuntur ex numeratione unitatis, nullusq; eſt, cuius ſpecies ſumatur ex numeratione, ſiue repetitione minoris numeri, etiamſi adæquatè ex eo replicato confici poſſit. Iſto enim modo, unus atque idem numerus eſſet multarum ſpecierum, ut decemmillenarius. qua enim ratione hic confici poteſt ex millenario decies repetito, eadem ex centenario centies, & ex denario millies &c. Accedit, quòd idem omninò eſt dicere, decem millia, atque decies millies unum; mille autem, idem quod unum millies; eodemque modo res habet in cæteris.

a r Neque ipſæ] Hoc eſt, nec illæ, quę ad eundem numerum pertinent, nec quæ ad diuerſos. ſupponit enim neminem dicturum, unitates unius numeri eſſe eiuſdem ſpeciei inter ſe, ſed differre ſpecie ab unitatibus alterius. Hoc enim ridiculum eſt, cùm unitates unius numeri poſſint ingredi compoſitionem cuiuſcunque alterius numeri.

a s Hæc enim] Ideſt, q̃ à Platone dicunt, aut p illo dici poſſunt in hac re, nec rectè colligunt, nec, ſi explicent, ſtatim approbant, quaſi per ſe nota. Rationis.n. eſt, aliud ex alio



Digitized by Google

çolligere, mẽtis aũt, ac intelligẽtiæ nõ discurrẽtis ex uno in aliud, per se notis assentiri.

Tertia ratio.

a t Præterea, aliud] Tertia ratio est, si ideæ sunt numeri, cùm Mathematici non agant de ideis (neque enim differunt de essentijs rerum sensibilium) necesse est ponere alios numeros separatos, in quibus Arithmetica uersetur, atque adeo magnitudines separatas, in quibus uersetur Geometria, quæ quidem dicuntur à Platone media inter sensibilia, & ideas; siquidem de ijs, quæ sunt in reb. sensibilib. non potest secundum Platonẽ haberi scientia. At nõ apparet, quo pacto ista possint per se existere, nec quib. principijs cõstent, propria enim, & peculiaria principia habere debent, quę diuersa sint à principijs aliarum rerum. Nec denique, cur ponenda sint media inter sensibilia, & ideas, quæ dicuntur entia intelligibilia, cùm quidqd est, aut sensibile sit, aut intelligibile. non rectè igitur ideę dicuntur esse numeri.

οὔτε ὁμολογούμενα τῇ νοήσῃ. ἔτι [at] δὲ ἀναγκαῖον ἕτερόν τι γένος ἀριθμοῦ κατασκευάζειν, περὶ ὃ ἡ ἀριθμητικὴ, ¶ καὶ πάντα τὰ μεταξὺ λεγόμενα τινά τινων, ἃ πῶς, ἢ ἐκ τίνων ἐστὶν ἀρχῶν; ἢ δῆλα τὰ μεταξὺ τῆς δ δυάδος ἑστὶ καὶ [au] αὐτῆς; ¶ ἔτι [ax] αἱ μονάδες αἱ ἐν τῇ δυάδι ἑκατέρα ἐκ τίνος πρότερας δυάδος, καί τοι ἀδύνατον. ἔτι [ay] δῆλά τί ἐν ὁ ἀριθμὸς συλλαμβανόμενος; ¶ ἔτι δὲ πρὸς τοῖς εἰρημένοις, [az] εἴπερ εἰσὶν αἱ μονάδες διάφοροι, ἐγὼ οὕτω λέγω, ὥσπερ καὶ ὅσοι τὰ στοιχεῖα τέτταρα ἢ δύο λέγουσι. καὶ γὰρ τούτων ἕκαστος, οὐ τὸ κοινὸν λέγει στοιχεῖον, οἷον τὸ σῶμα, ἀλλὰ πῦρ, καὶ γῆν, εἴτ' ἔστί τι κοινὸν τὸ σῶμα, εἴτε μή. νυνὶ δ' λέγεται ὡς ὄντος τοῦ ἑνὸς, ὥσπερ πυρὸς ἢ ὕδατος, ὁμοίως ἐστί. εἰ δ' ὅπως, οὐκ ἔσονται οὐσίαι οἱ ἀριθμοί. ἀλλὰ δῆλον, ὅτι εἴπερ [bc] ἔστί τι ἓν αὐτὸ, καὶ τοῦτο ἔστιν ἀρχή, πλεοναχῶς λέγεται τὸ ἕν. ἄλλως γὰρ ἀδύνατον. Βουλόμενοι [ba] δὲ τὰς οὐσίας ἀνάγειν εἰς τὰς ἀρχὰς, μύκη

Text. 39.

Text. 40.

Text. 41.

Et illorum] Ad uerbum, pro illorum, dicendum erat, ipsorum, quo uerbo utitur Plato, cùm de ideis loquitur, ut cùm uocat ipsum hominem, ipsum leonem. Sed ne uideretur fieri reciprocatio in ea, quæ apud nos sunt, potiùs diximus [illorum] quo etiam uerbo consueuimus remotiora significare.

Quarta ratio.

a x Præterea, unitatum] Quarta ratio. Si ideæ sunt numeri, illud necessariò sequitur, numeros esse principia unitatum, quod fieri nequit: exempli causa, ipsa dualitas separata erit principium huius, & illius unitatis, ex quib. constat hæc dualitas sensibilis. Si enim hæ sensibiles unitates non sunt principia, ut Plato uidetur existimare, cùm ideas facit principia sensibilium; necesse est, ut sint ex principijs; quare si ideæ sunt & numeri, & principia rerum sensibilium; erit profecto ipsa dualitas, quæ est primus numerus, principium sensibilium unitatum.

Quinta ratio.

a y Præterea, quamobrem] Quinta ratio est, si Ideæ sunt numeri, cùm nullus numerus sit unum quid, nisi unitates in unam summam colligantur, & ex ea unitatem accipiant (alioqui enim, nec illæ cohærent inter se, nec ita se habent, ut una sit forma alterius) id autem, quod colligit, sit causa efficiens collectionis; necessariò concedendum est, ideas habere causam efficientem suæ unitatis, & (quod hinc sequitur) sui esse, quod negat Plato. Sensus ergo est, per quam causam efficientem numerus ille idealis erit unum quid? quando quidem, ut sit unum quippiam, collectore, seu numerante opus habet. Potest quoque hic esse sensus, Numerus, siue unitates collectę non habent unitatem ex se, sed à colligente; ideæ autem Platonis habent unitatem ex se, ac proprijssimè, ut ipse aliàs docet; non sunt igitur ideæ numeri. Vtrouis modo exponas, uidetur Arist. hoc loco sentire, numerum non habere unitatem specificam, nisi ab intellectu

Sensus rationis duplex.

De numero quid sentiat Arist.

nume-

numerante, unitatesúe in unam ſummam colligente, quod lib. 5. examinabitur.

Sexta ratio.

[a x] Adhæc, ſi unitates] Poſſet Plato ad quintam rationem reſpondere, unitates ſenſibiles nó cauſari ab aliqua dualitate ſeparata, ſed ab unitate ſeparata. ponebat enim unũ ſeparatum, quemadmodum & numeros, quod quidẽ dicebat eſſe rerum omnium principium. Hanc igitur ob cauſam fortaſſe adiungit Ariſtoteles hanc ſextam, extremamq; rationem. Aut unitates omnes differunt ſpecie, aut ſunt eiuſdem ſpeciei, qua diſiunctione paulò etiá ſuperiùs uſus fuit. Si differunt ſpecie, ergo opus erat explicare, quẽnã eſſet illa unitas, ſiue unum, quod eſſet rerũ principiũ, quẽadmodũ, qui poſuerunt plura materialia principia, ut quatuor uulgata elementa, non ſatis eſſe putauerunt, ſi dicerent principia rerũ naturaliũ eſſe corpora, niſi quænam corpora eſſent, exponerent: poſſent enim alij alias ſpecies corporũ intelligere. Si autem ſunt eædem ſpecie, ut Plato primo aſpectu uidetur dicere (perinde enim abſolutè aſſerit unitatẽ eſſe principium rerũ, ac ſi omnes eſſent eiuſdem ſpeciei, quemadmodum, qui dixerunt primum principiũ eſſe ignem, aut aquam) non erunt ſanè numeri ideales eſſentiæ rerũ ſenſibiliũ. Nam res ſenſibiles habent eſſentias diuerſas ſpecie, ut homo, & beſtia; numeri aũt, ſi conſtant unitatib. eiuſdem rationis, nõ habent eſſentias diuerſas ſpecie, cùm non differant niſi multitudine, & paucitate. Non rectè igitur Plato dixit, ideas eſſe numeros.

*nec cum intelligentia conſentiunt. Præterea* [a t] *aliud quoddam genus numeri cõſtituere neceſſe erit, in quo*

Text° 39. *Arithmetica verſetur, ¶ & omnia, quæ à quibuſdam media dicuntur; quæ quo nã pacto, aut ex quibus principijs exiſtunt? aut cur eorũ, quæ apud nos ſunt, &* [a u]

Text° 40. *illorum media erunt? ¶ Præterea,* [a v] *vnitatum, quæ in dualitate ſunt, vtraq; ex alia quadã priori dualitate erit. at hoc fieri nequit. Præterea,* [a y] *quamobrẽ numerus collectus vnum eſt? ¶ Ad hæc,* [a z]

Text° 41. *ſi vnitates inter ſe differunt, eodẽ pacto aportebat rẽ exponere, quo et ỽ omnes, qui quatuor, aut duo elementa eſſe inquiunt. Etenim eorum quisq; non id, quod cõmune eſt, elementum eſſe aſſerit, veluti corpus, ſed ignem, aut terram; ſiue corpus commune aliquid ſit, ſiue non ſit. Nunc autem perinde res exponitur, atq; ſi unum ipſum ſimilare ſit, quemadmodum ignis, & aqua. Quòd ſi ita res habet, nõ erunt ipſi numeri ſubſtãtiæ. At* [b c] *ſi unum ipſum aliquid eſt, id'que eſt principium, perſpicuũ eſt multis modis vnum dici. aliter enim fieri nequit.*

*Volentes* [b d] *autẽ ſubſtantias in principia reuocare, longi-*

[a t] aliud quoddam genus numeri] Cenſura eſt Ariſt. qua iudicat, apud Platonem neceſſe eſſe fateri, nõ eſſe unitates omnes unius tantùm ſpeciei, ſi datur unitas ſeparata, & per ſe exiſtẽs, quę ſit omnium rerum principium. Hoc. n. defendi non poteſt, ſi omnes ponantur eiuſdẽ ſpeciei. At dicere unitates differre ſpecie inter ſeſe, iam ſuperiùs non placuit Ariſtoteli. Hoc eodẽ c. texta 37.

Ariſt. cenſura de unitatibus Platonis.

[b d] Volentes autem] Reprehendit Platonem, quòd cùm uellet reuocare omnia entia ad principia mathematica, lineamq́ue, ſuperficiem, & corpus, ut diuerſas ſpecies ad

Platonis de puncto, linea & ſuperficie ſententia reprehenditur.



Similare, pro eiuſdẽ rationis.

[a x] Adhæc, ſi unitates] Poſſet Plato ad quintam rationem reſpondere, unitates ſenſibiles nó cauſari ab aliqua dualitate ſeparata, ſed ab unitate ſeparata. ponebat enim unũ ſeparatum, quemadmodum & numeros, quod quidẽ dicebat eſſe rerum omnium principium. Hanc igitur ob cauſam fortaſſe adiungit Ariſtoteles hanc ſextam, extremamq; rationem. Aut unitates omnes differunt ſpecie, aut ſunt eiuſdem ſpeciei, qua diſiunctione paulò etiá ſuperiùs uſus fuit. Si differunt ſpecie, ergo opus erat explicare, quẽnã eſſet illa unitas, ſiue unum, quod eſſet rerũ principiũ, quẽadmodũ, qui poſuerunt plura materialia principia, ut quatuor uulgata elementa, non ſatis eſſe putauerunt, ſi dicerent principia rerũ naturaliũ eſſe corpora, niſi quænam corpora eſſent, exponerent: poſſent enim alij alias ſpecies corporũ intelligere. Si autem ſunt eædem ſpecie, ut Plato primo aſpectu uidetur dicere (perinde enim abſolutè aſſerit unitatẽ eſſe principium rerũ, ac ſi omnes eſſent eiuſdem ſpeciei, quemadmodum, qui dixerunt primum principiũ eſſe ignem, aut aquam) non erunt ſanè numeri ideales eſſentiæ rerũ ſenſibiliũ. Nam res ſenſibiles habent eſſentias diuerſas ſpecie, ut homo, & beſtia; numeri aũt, ſi conſtant unitatib. eiuſdem rationis, nõ habent eſſentias diuerſas ſpecie, cùm non differant niſi multitudine, & paucitate. Non rectè igitur Plato dixit, ideas eſſe numeros.

Quod ad uerba attinet, non ait Ariſtoteles, ſi unitates διαφέρονται, hoc eſt differũt, ut intelligatur earum diuerſitas à cæteris omnibus; ſed διάφοροι εἰσιν, id eſt differentes ſunt, ut intelligatur diuerſitas, qua ipſę inter ſe differunt. Illud uerò [ſiue corpus cõmune aliquid ſit, ſiue non ſit] hunc ſenſum habet; Siue habeat eſſe ſeparatum, ſiue in rebus ſenſibilib. poſitum. Denique uerbum, Similare (quo Theodorus Gaza uertit τὸ ὁμοιομερὲς) pro eiuſdem rationis uidetur hoc loco uſurpari, Nec dura eſt tranſlatio à toto ſimilium partium integrantiũ ad totum ſimilium partium ſubiectarũ, quemadmodum nec nomen totius, quod primò impoſitum eſt toti integro, malè tranſlatũ, aut extenſum eſt ad totum uniuerſale.

[b c] At ſi unum] Cenſura eſt Ariſt. qua iudicat, apud Platonem neceſſe eſſe fateri, nõ eſſe unitates omnes unius tantùm ſpeciei, ſi datur unitas ſeparata, & per ſe exiſtẽs, quę ſit omnium rerum principium. Hoc. n. defendi non poteſt, ſi omnes ponantur eiuſdẽ ſpeciei. At dicere unitates differre ſpecie inter ſeſe, iam ſuperiùs non placuit Ariſtoteli. Hoc eodẽ c. texta 37.

[b d] Volentes autem] Reprehendit Platonem, quòd cùm uellet reuocare omnia entia ad principia mathematica, lineamq́ue, ſuperficiem, & corpus, ut diuerſas ſpecies ad

diuersa principia redigeret; docuisset punctum esse in linea tanquam principium illius formale, eodemque modo lineam in superficie, & superficiē in corpore, quibus principijs informaretur eorum materia, hoc est, magnum, & paruum, quæ quidem Plato in linea uocabat peculiari ratione longum, & breue; in superficie latum, & angustum; in corpore altum, & humile. At hæc non ita se habent. Nam ut numerus, non est actū in magnitudine, sed potentia (quemadmodum multitudo, & paucitas, quæ à Platone ponebātur numerorum principia) ita nec punctus est actu i media linea (quāquam Arist. his uerbis non loquitur perspicuè de puncto) nec linea in media superficie, nec superficies in medio corpore, sed potentia duntaxat, ut ipse de punctis docuit 8. lib. Phy. c. 8.

Hoc etiam loco se facit Aristoteles Platonis discipulū cùm ait, τίθεμεν, id est, ponimus, seu facimus; tametsi nō pauca exēplaria habēt, τίθενται, hoc est ponunt.

[b e] Nec aliud quicquā] Hoc est, nec aliud quicquā priorū inesse actu in posterioribus, tanquam principia posteriorum; uidelicet nec punctum in linea, nec lineā in superficie, nec superficiem in corpore. Non negat tamen posse in illis esse ut terminos in ijs, quæ terminantur.

¶ μήκη μὲν * τίθεμεν ἐκ μικροῦ καὶ βραχέος; ἐπίπεδον δέ τινος μικρᾶ καὶ μεγάλου, καὶ βάπεδον ἐκ πλατέος, καὶ στενᾶ. σῶμα δ' ἐκ βαθέος καὶ ταπεινᾶ. ¶ καί τοι πῶς ἔξει, ἢ τὸ βάπεδον γραμμικὸν, ἢ τὸ στερεὸν γραμμικὸν, καὶ βάπεδον; ἄλλο γὰρ γένος τὸ πλατὺ, καὶ τὸ στενὸν, καὶ βαθὺ, καὶ ταπεινόν. ὥσπερ οὖν οὐδ' ἀριθμὸς ὑπάρχει ἐν αὐτοῖς, ὅτι τὸ πολὺ & τὸ ὀλίγον ἕτερον τούτων, δῆλον ὅτι οὐδ' [bf] ἄλλο οὐδὲν τῶν ἄνω ὑπάρξει τοῖς κάτω. ἀλλὰ [bf] μὴν οὐδὲ γένος τὸ πλατὺ τοῦ βαθέος, ὧν γὰρ ἂν βάπεδόν τι, τὸ σῶμα. ἔτι [bg] αἱ στιγμαὶ ἐκ τίνος ἐνυπάρξουσι; τοῦτο [bh] μὲν οὖν τῷ γένει καὶ διεμάχετο Πλάτων, ὡς ὄντι γραμμικῇ δόγματι, ἀλλ' ἐπάλει ἀρχὴν γραμμῆς. τοῦτο δὲ πολλάκις ἐπῆγε τὰς ἀτόμους γραμμάς. καί τοι ἀνάγκη τούτων εἶναί τι πέρας. ὥστε ἐξ οὗ λόγου γραμμή ἐστι, & στιγμή ἐστι.

Text. 42. * τίθενται.

Text. 43.

cet. 65.

Text. 44.

Ὅλως [bi] δὲ ζητοῦσιν & σοφίας περὶ τὸ φανερὸν τὸ ἄπορον. τοῦτο μὲν εἰρήκαμεν. ὅθεν γὰρ λέγομεν περὶ & αἰτίας, ὅθεν ἡ ἀρχὴ & μεταβολῆς. τὴν [bk] δ' οὐσίαν οἱόμενοι, λέγειν αὐτὴν, ἑτέρας οὐσίας εἶναί φαμεν ὅπως δὲ ἐκείναι τούτων οὐσίαι, ἐξ ἀρχῆς λέγομεν. τὸ γὰρ μετέχειν, ὥσπερ & πρότερον εἰπομεν, οὐδέν ἐστιν. οὐδὲ

Respōsio pro Platone.

Refutatio.

[b f] Sed neq; ipsum] Diceret aliquis, superficiem, cùm sit species diuersa à corpore, nō esse in illo, ut formam incompletam, sed ut formam completam, nempè ut genus in specie, eodemq; modo lineā esse in superficie, ut genus superficiei. Refellit tamē Arist. hanc responsionem hac ratione; Quia omnis species dicitur esse id ipsum, quod est genus, ut homo est id ipsum, quod animal; corpus autem non est id ipsum, quod superficies, nec superficies idipsum, quod linea, cùm nec nomen superficiei accipiatur unquam pro corpore, nec nomen lineæ pro superficie.

[b g] Præterea, ex quo] Quia non expressè meminit puncti, tametsi illum innuit, cū locutus est de compositione lineæ ex longo, & breui, quæ sunt partes lineæ, quas fingimus copulari puncto; impugnat iterum existentiam puncti in linea hac ratione. Quia punctum, si datur, cùm non sit primum, ac simpliciter principium, oportebit eius assignare principia, ut assignantur lineę, & superficiei, quarum altera est principiū superficiei, altera corporis; at punctum nulla ratione uidetur habere principia.

Atque

Respondet pro Platone Arist.

[bh] **Atque huic quidem** Respõdet pro Platone exponens illius sentẽtiã. Aduersabatur.n. Plato huic generi, hoc est negabat puncta esse ueras entitates, & quæ in rerum natura existerent, dicebatque, ea esse dogma quoddam Geometrarũ ponentiũ illa esse entia, non ꝙ ita res haberet, sed quia id fingere ad geometricas demõstrationes nõ parũ cõduceret. Proinde Platonẽ ita appellasse punctũ principiũ lineæ, ut ei uerã in linea existentiã nõ tribuerit, ut tribuebat lineæ in superficie, & superficiei in corpore. Sæpe etiã appellasse punctum lineã indiuisibilẽ, ea forsitã ratione, ꝙ credat uirtute continere lineã, quam Geometræ fingunt effici ductu puncti. Eam tñ sententiã Platonis ex eo refellit Arist. quia cùm linea sit quędã uera res, & quę existere ualeat ĩ rerum natura; punctum autem, etsi non est actu in media linea, sit tamẽ finis, siue terminus lineę finitę; necesse est, ut qua ratione linea finita dicitur uera entitas, eadem dicendus sit & punctus. Vnde patet rationem proximè propositã disputationis tantùm gratia adiectã esse ab Aristotele cùm illi occurrat. Id quod facit, ne uideat negare puncta oia. neque.n. negat, nisi ea tantùm, quæ creduntur esse in media linea. Fortasse aũt ideo non soluit rationẽ propositã, qua puncta omnia tollere uidebatur, quia perspicuũ est, non omnia principiata habere principia interna. satis est enim, si externa habeant, cùm nõ sunt composita.

Refellit responsionem.

Negat ea pũcta, quæ creduntur esse in media linea.

Text° 42. ¶ Aliàs, ponunt, seu faciunt. ¶ *longitudines quidem ex longo, & breui * facimus, ex quodam paruo ac magno; planum que ex lato, & angusto; corpus verò ex alto, ac humili.*

Text° 43. ¶ *At quonam pacto, aut planum habebit lineam, aut solidum lineam, & planum? Namque aliud genus est latum, & angustum, atque altum, & humile. Quemadmodum igitur neque numerus in illis inest, quia multum, & paucum ab his diuersum est; ita patet, neque* [be] *aliud quicquam superiorum fore in inferioribus. sed* [bf] *neque ipsum latum genus alti est, esset enim corpus planum, quoddam. Præterea,* [bg] *ex quo nam puncta inerunt? Atque* [bh] *huic quidem generi Plato aduersabatur etiam, quòd esset Geometrarum dogma, sed principium lineæ appellabat, idque sæpenumero lineas indiuisibiles esse ponebat. Atqui harum extremum aliquid sit necesse est. Itaque qua ratione linea esse concluditur, punctum quoque esse colligitur.*

Text° 44. *Ad summam,* [bi] *cùm sapientia eorum, quæ manifesta sunt, causam inquirat, hanc quidem prætermisimus. Nihil n. dicimus de causa, unde principium mutationis existit. Cùm* [bk] *autem substantiã eorũ nos exponere existimamus, alias substantias inducimus; sed quo pacto illæ horum substantiæ sint, inaniter exponimus, cũ participatio, quemadmodũ antè diximus, nihil sit. Neq;*

[bi] **Ad summam** Reprehẽdit Platonem, ꝙ nullum ex quatuor generib. causarũ rectè tradiderit. Nã cùm Sapientia, hoc est, Philosophia, quę cœpit ex admiratione effectorũ sensibiliũ, ac manifestorũ, specialiũque, & in eis maxima ex parte uersatur, horũ causas frequentiùs inquirat; has Plato prætermisit, hoc est, aut nõ tradidit, aut nõ speciales ac pprias cuiusq;. Quãquã.n. posuit primã efficientẽ, nõ adhibuit tñ secundas ac pprias specialiũ effectorũ, quę in mundo admiratione digna accidũt. in quo eodẽ uitio dictũ est superiùs fuisse Anaxagorã. Neque.n. specialis efficiẽdi uis, quã Plato ideis attribuit, satis est, nisi alia adsint efficiẽtia, & ad agẽdũ applicẽtur, ut etiã ex supradictis patet.

Reprehendit Platonẽ, qđ nullum genus causæ rectè tradiderit.

Cap. 4. text. 34.

[bk] **Cùm autẽ substantiã** Hoc est, cùm autẽ Plato cuiusq; rei specialem causam formalẽ se afferre putaret, non causam formalẽ, sed tũ aliud genus rerũ inuexit, quarũ denuo essent quærẽdæ causæ, tũ etiã quonã modo illæ essent causæ formales, frustra, atq; incassum docuit; quippe cùm cõstet, participationẽ illã, quã astruxit, nihil omnino esse.

Neque

Digitized by Google

Platonem finale causam omisisse.

b l Neque uerò} Docet his uerbis Platonem, nec finalem causam tradidisse. Ideo autem uocat causam finalem, id, quod scientiarum causa est, & propter quod omnis mens, & omnis natura agit; quia potissima causa cunctarum actionum, siue artis, siue intellectus sine arte operantis, siue etiam naturæ, est causa finalis, ut ipse docet partim 2. Phys. cap. 8. partim 1. Eth. cap. 1.

Vtrobique totum fere cap.

b m Neque inquam} Quia obscuriùs aliquantò significauit causam finalem, alia periphrasi utitur. Ait igitur, se loqui de causa, quam in principijs, & causis numerauit, quia ipse primus docuit, hoc genus causæ esse distinctum ab efficiente, ut patet ex ijs, quæ suprà dicta sũt, Quocirca, & nos particulam hãc negatiuam, οὐδὲ ταύτης τῆς αἰτίας hoc est [neque hãc causam] ita cõuertimus, ut eam perspicuitatis causa fecerimus repetitionem, atque explicationẽ alterius negatiuæ, q̃ præcesserat, cùm dictũ est [Neq; uerò &c.]

b n Formæ tangunt] Hoc est idearũ auctores. Videtur enim accepisse, formarũ, hoc est idearũ uocabulum pro ipso idearũ inuentore, quo pacto sæpe econtrariò nomen inuẽtoris pro rebus inuentis usurpatur, ueluti Mineruæ pro literis, & Bacchi pro uino. Aut certè accepit formarũ nomen pro doctrina de formis. Quanquam totus hic locus hunc etiam in modum uerti potest [Neq; uerò ad id, quod scientijs &c. ulla ex parte formæ pertinent] uel [formæ ullo modo pertinent] ut doceat Aristoteles, ideas, etsi ponantur esse formæ, nullo tamen modo posse fines constitui. quod de eo fine dictũ esse intelligẽdum est, qui per actionẽ acquiritur, quòd is nõ præcedat actionẽ, sed sequatur. Atque huic interpretationi fauet Alexandri expositio.

Text. 45.

ἀλλ' [b l] δὴ ὅπερ ταῖς ὑπολήψεσιν ὡρισμένον ἂν εἴποι, διὸ καὶ πᾶς νοῦς, καὶ πᾶσα φύσις ποιεῖ, οὐδὲ [b m] ταύτης τῆς αἰτίας, ὡς φαμὲν εἶναι μίαν τὴν ἀρχὴν, οὐδὲν ἅπτεται [b n] τὰ εἴδη. ἀλλὰ [b o] γέγονε τὰ μαθήματα τοῖς νῦν ἡ φιλοσοφία, φασκόντων ἄλλων χρῆναι αὐτὰ δεῖν θεωρεῖσθαι. ¶ ἔτι [b p] δὲ τὴν ὑποκειμένην οὐσίαν, ὡς ὕλην μαθηματικωτέραν ἂν τις ὑπολάβοι, & μᾶλλον κατηγορεῖσθαι, καὶ διαφορὰν εἶναι τῆς οὐσίας & τῆς ὕλης, οἷον τὸ μέγα, καὶ τὸ μικρὸν, ὥσπερ καὶ οἱ φυσιολόγοι φασὶ, & μανὸν καὶ τὸ πυκνὸν θεάσασθαι τὸ ὑποκειμένου φάσκοντες εἶναι διαφορὰς ταύτας. ταῦτα γάρ ἐστιν ὑποχή τις καὶ ἔλλειψις. θεὶ [b q] δὲ κινήσεως, εἰ μὴ ἔσται ταῦτα κίνησις, δῆλον ὅτι κινήσει τὰ εἴδη. εἰ δὲ μή, πόθεν ἦλθεν; ¶ ὅλη γὰρ ἡ περὶ φύσεως ἀνῄρηται σκέψις. καὶ ὁ [b r] δοκεῖ ῥᾴδιον εἶναι, τὸ δεῖξαι ὅτι ἓν ἅπαντα, οὐ γίγνεται. τῇ [b s] γὰρ ἐνθέσει οὐ γίγνεται παίτα ἕν, ἀλλ' αὐτό τι ἕν, αἱ διδῷ τις παίτα. καὶ οὐδὲ τοῦτο, ἐὰν μὴ χρώς δῷ τὸ καθόλου εἶναι. τοῦτο

cap. 6. text. 10.

Text. 46.

Cur Plato causam efficientem & finalẽ non tradiderit.

b o Verùm apud eos} Docet cur Plato causam efficientem, & finalem nõ tradiderit; aitque illum eam ob rem duo hæc causarũ genera parum curasse, quia imbutus à principio Mathematicis scientijs, etsi illas altioris Philosophiæ gratia capessendas esse dicebat, oĩa tamen, quæ in reliqua Philosophia traduntur, Mathematicorũ more tractauit. Quò fit, ut cùm in solis mathematicis rebus semper uideatur philosophatus, non mirum sit, quòd efficientem causam, finalemque prætermiserit, quæ apud Mathematicos non considerantur.

Ostendit causam materialem non rectè à Platone traditam.

b p Iam uerò ipsa} Quòd deniq; nec materialis causa, quã uocat substantiã subiectã, rectè tradita sit à Platone, duab. rationib. docet. Vna, quia magnũ, & paruũ, siue dualitas indefinita, quã ille materiã esse dixit, magis uidet esse materia mathematica, quàm naturæ-

Digitized by Google

naturalis. Altera, quia magnũ, & paruũ potiùs uidentur prędicari de materia, ut quædam eius differẽtię accidentales (quẽadmodũ rarũ, & densum apud quosdã ueteres Naturales) quàm ut sint ipsa essentia materiæ. Quòd aũt idẽ sit iudicandũ de magno, ac de raro; & de paruo, ac de dẽso, ex eo probatũ esse uult, quia magno rarũ, paruo autẽ de sum proportione respondent. illa enim consistunt in excessu magnitudinis: hæc in defectu.

Platonem, uel pugnãra locutum esse. uel totam naturæ contemplationẽ enectisse.

b q Quod uerò] Ostẽdit ex positione Platonica de magno, & paruo, uel Platonẽ secũ pugnasse, uel totã rerũ naturaliũ cõsiderationẽ de medio sustulisse. Nã si motus hęc erũt, hoc est, si magnũ & paruum ponantur à Platone materiale principiũ motũ, cùm ille ĩ ipsis etiã ideis magnum, & paruũ esse dicat, ideæ sanè mouebuntur, quod cum ijs, quæ à Platone de ideis dicũtur, apertissimè pugnat. Siuerò nõ ponanẽ materiale principiũ motus, nõ mouebunẽ quidẽ ideæ, uerùm eo pacto unde nã habebũt res sẽsibiles, ut moueri possint, hoc est, quod nã habebũt principium passiuum motus, cùm secũdum Platonem nullum aliud principiũ materiale in eis insit, quàm magnum & paruum? Ita sanè fit, ut Plato totam rerũ naturalium cõsiderationem sustulerit, quę absq; cõsideratione motus haberi nõ potest.

*Neq;* [b l] *verò id, quod scientijs causam esse cernimus, propter quod & mens omnis, & omnis natura agit; neq;* [b m] *, inquam, causam eam, quam nos principiorum unum esse dicimus, ulla ex parte formæ* [b n] *tangunt. Verùm* [b o] *apud eos, qui hac ætate sunt, tota Philosophiæ summa in mathematicis posita est, cùm interim dicant, ea aliorum gratia tractari oportere.*

Text. 45. *¶ Iam* [b p] *uerò ipsa subiecta substantia, ut materia, magnum inquam, & paruum, mathematica potiùs existimari potest, & prædicari magis, differentiáq; substantiæ, ac materiæ esse; quemadmodum, & Naturales aiunt, cùm rarum, & densum hasce primas subiecti differentias esse dicunt. sunt enim hæc excessus quidam, & defectus. Quod* [b q] *verò ad motum attinet, si motus hæc erunt, haud dubiè formæ ipsæ mouebuntur; Sin minus, unde quæso motus profectus est? Omnis enim de natura sublata*

Text. 46. *ta est consideratio. Quod* [b r] *item facile videtur esse, omnia, inquam, unum esse demonstrare, id non efficitur. neq;* [b s] *enim expositione omnia unum fiunt, sed ipsum quid unum, si quis omnia admittat. sed neq; hoc, nisi id, quod uniuersale est, genus esse concedat; quod*

b l Neq; uerò id] Oſtẽdit ex positione Platonica de magno, & paruo, uel Platonẽ secũ pugnasse, uel totã rerũ naturaliũ cõsiderationẽ de medio sustulisse. Nã si motus hęc erũt, hoc est, si magnũ & paruum ponantur à Platone materiale principiũ motũ, cùm ille ĩ ipsis etiã ideis magnum, & paruũ esse dicat, ideæ sanè mouebuntur, quod cum ijs, quæ à Platone de ideis dicũtur, apertissimè pugnat. Siuerò nõ ponanẽ materiale principiũ motus, nõ mouebunẽ quidẽ ideæ, uerùm eo pacto unde nã habebũt res sẽsibiles, ut moueri possint, hoc est, quod nã habebũt principium passiuum motus, cùm secũdum Platonem nullum aliud principiũ materiale in eis insit, quàm magnum & paruum? Ita sanè fit, ut Plato totam rerũ naturalium cõsiderationem sustulerit, quę absq; cõsideratione motus haberi nõ potest.

b r Quod item facile] Eo processit apud Platonẽ ratio illa philosophãdi, qua multa particularia in unã cõmunẽ naturã colliguntur, ueluti multa indiuidua in unã speciẽ, & multę species in unũ genus; ut putauerit oĩa, quæ sunt, colligi in unũ cõmune genus, atq; hoc pacto existimauerit se facilè probasse oĩa esse unũ. Id quod forsitan asseruit in gratiã Parmenidis, qui oĩa unũ esse censuit. Ipsum.n. Parmenidẽ facit Plato latissimè differentẽ de uno, ideasque introducẽtem in eo dialogo, quem illius nomine inscripsit. Ait ergo Arist. ea philosophandi ratione non effici, omnia esse unum simpliciter. Nec enim eo pacto colligi potest, omnia esse unum quid designatum, hoc est unum numero, quod tamen opus erat, ut omnia simpliciter dicerentur unũ; sed tantùm efficitur, omnia esse ipsum quid unũ, hoc est, unum in natura aliqua cõmuni, idq; si Platoni in rebus omnibus is ascendendi modus concedatur. Atq; hoc ultimũ significat Arist. cùm ait [si quis oĩa admittat.] Imò uerò ne hoc quidẽ colligitur, nisi quis cõcedat, ens in cõmune (quod uocat, id quod uniuersale est) esse genus; quod tamen concedi non posse, ex ijs rationibus, quibus ipse utetur lib. tertio, colligi potest; itemq; ex ijs, quæ docebit initio quarti libri, & alijs locis, cùm ostendet esse analogum.

Perperam à Platone colligi, omnia esse unum.

b s Neq; enim expositione] Hoc est, nec enim omnia unum aliquid designatũ, & singulare

gulare esse colliguntur. Vnde exponere rem, propriè est illam subiecto exemplo sensibili demonstrare; & expositorius syllogismus dicitur, qui rem ad sensum demonstrat.

Ens non posse esse genus, & quo pacto.

b t Quod tamen in] Quasi dicat, cùm tamen fieri nō possit, ut ens sit genus in quibusdam, seu potiùs quorundam; nempe eorum, quorum respectu est analogū. Addit autem [in quibusdam] quia ens, qua ratione est uniuocū rebus eiusdem prædicamenti, nihil prohibet, quin sit genus. Hoc tamen pacto iam nō sumitur ens in cōmune, sed ut idem est cum genere summo eius prædicaméti. Alius sensus totius huius loci esse potest, & syncerior, & uerborum contextui accōmodatior; ut nomine eius, quod uniuersale est, non intelligatur tantūm ens in commune, sed quoduis uniuersale, quod de plurib. specieb. prædicetur: quasi dicat Arist. sed neq; Plato rectè colligit omnia esse unū in natura aliqua cōmuni, nisi quodtuis uniuersale, quod de multis speciebus dicit, genus esse cōcedat: qđ tamen in quibusdā eorum fieri nequit, cùm quædam sint analoga. Etenim analoga, etsi uniuersalia utcunq; appellantur; non sunt tñ natura una cōmunis, in qua inferiora unū quippiam dici possint. Non censentur aūt hoc loco species infimæ nomine uniuersaliū, quia iuxta considerationem Philosophorum, potiùs sunt infima quędā particularia, cùm illi infra species infimas non descendant. Vndè fit, ut sępe ab Arist. dicantur singularia, nec in prædicatis topicis perspicuè numerentur.

Text° 47.

Text° 48.

Cur species infima, non cēseatur hoc loco nomine uniuersaliū.

Vt 2. Post. c. 15. tex. 22. & 1. Phys. ca. 1. tex. 4.

Platonem secum pugnare.

b u Nulla item ratione] Arguit Platonē, quòd quēadmodum posuit ideas separatas à reb. sensibilibus, sic etiam post ideas posuerit magnitudines separatas à magnitudinib. mathematicis, immemor fortasse sui, qui sæpe numero dixisset, sola entia mathematica, ideſt, sola indiuidua magnitudinū mathematicarū, esse media inter ideas, & sensibilia, neq; ullum esse quartum genus rerum. Si enim dantur illæ longitudines, plana, ac solida separata ab indiuiduis magnitudinū mathematicarū, cùm illa non numerentur inter ideas, eò quòd non sint numeri, sed post numeros; neq; itē sint media, cùm non sint indiuidua mathematicarū magnitudinum; nec deniq; sint sensibilia, cùm nō sint caduca, & quæ corrumpi possint; necesse est, ut sint quartum quoddam genus rerum.

b x Denique si quis] Arguit Platonem, quòd ante quàm entia distingueret, principia omnium,

omnium, quæ sunt, quæsieri, ac se inueniſſe putauerit. Quæ enim multipliciter dicuntur, quemadmodum non habent unam communem naturam, ſic etiam eadem principia habere non poſſunt: ens autem multipliciter dicitur, ut ex ſequentibus libris patebit; opus erat igitur, ut priùs ens diſtingueretur in uaria genera, quàm entium principia traderentur.

Quòd antequam res diſtingueret, earum principia quæſierit.

*quod* [by] *tamen in quibuſdam fieri nequit. Nulla* [bx] *item ratione inducuntur longitudines, plana, & ſolida, quæ poſt numeros eſſe cenſentur, nec apparet quo pacto ea ſint, aut futura ſint, neque ſi quam uim habeant. Hæc enim neque formæ eſſe poſſunt (non enim ſunt numeri) neque media (ſunt enim illa*

Text. 47. *mathematica) neque corruptioni obnoxia; ¶ ſed rurſus quartum hoc aliud genus emergit.*

*Denique* [bz] *ſi quis rerum elementa quærat, nec eas, cùm multipliciter dicantur, diſtinguat, fieri non poteſt, vt inueniat; præſertim* [by] *ſi hoc modo quærat, Ex quibus nam elementis conſtent. Neq; enim intelligere vllo modo licet, ex quibus actio, aut paſſio, aut rectitudo conſtet; ſed, ſi licet, in ſolis ſubſtantijs id contingit. itaq; omnium, quæ ſunt, elementa, aut quærere, aut ſe tenere exiſtimare, non verum eſt. Quo* [bz] *autem pacto omnium elementa quisquam diſcat? perſpicuum eſt enim fieri nullo modo poſſe, vt is antè aliquid cognoſcat. Nam ut is, qui geometriam diſcit, alia quidem antè cognoſcere poteſt, ea autem, quo rũ eſt ſcientia, & quæ ipſi diſcenda ſunt, non antè cognoſcit, ita & in cæteris accidit. Quare ſi qua* [ca] *eſt omnium rerum ſcientia, quemadmodum nonnulli aſſerunt, nihil profectò is antè cognoſcere poterit.*

Text. 48. *¶ At omnis diſciplina ex antè cognitis, aut omnibus, aut*

by Præſertim ſi hoc] Huius loci hæc eſt ſententia; Si Plato cõmune principium efficiẽs, aut finale omniũ rerũ, abſq; earum diſtinctione quæſiuiſſet, ferendũ id aliquo modo foret; ſed quęſiuiſſe materiale, ac formale (quorum alterum appellauit dualitatem, alterum unitatem) nulla rerum diſtinctione præmiſſa; multò magis eſt à ratione alienum. Plurima enim ſunt, quæ non conſtant materia, & forma, ut actio, & paſſio, rectum & ſimilia; imo etiam in ſolis ſubſtantijs huiuſmodi principia repetiuntur. Quo loco illud [ſed, ſi licet] non ita intelligendum eſt, quaſi dicat Ariſtoteles ſed ſi licet intelligere ex quibus elementis cõſtent ea, quę dicta ſunt; apertiſſimè enim negauerat id fieri poſſe; ſed [ex quibus elementis res conſtent, quæcunq; illæ ſint.

bz Quo autem pacto] Arguit Platonem, quòd dixerit ſcientiam omnium rerum & (quod hinc ſequitur) omnium principiorum eſſe in nobis inſitam ex participatione idearum. Prima ratio eſt, Quia ſi ita eſſet, nemo quicquam diſceret, cùm tamen experiamur nos diſcere omnia, quæ unquam ſcimus, idque uel definitione, ſi ſint ſimplicia, uel demonſtratione, ſi ſint cõplexa; ſiquidẽ ad definitionẽ poteſt reuocari diuiſio, quia illã præcurrit; ad demõſtrationẽ uerò inductio, quę illã ratione principiorũ antecedit. Conſecutio uerò probatur, quia etſi quicquid diſcimus, per antè cognita intelligimus; tñ illud ipſum, quod per illa cognoſcimus, planè ignoramus, antequam eius habeamus demonſtrationem, aut definitionẽ, aliuè diſciplinę forma illud percipiamus, ut patet in progreſſu Geometrię; quod ſanè uerum non eſſet, ſi in nobis ab ortu ineſſet omnium rerum ſcientia

Quòd rerum omnium ſciẽtiam natura nobis ingenitam affirmarit.

ca Si qua eſt omnium] Scientia, quam Plato congenitã animis noſtris eſſe cenſebat, non erat harum rerum, & non illarum, ſed omnium omnino, quandoquidem aiebat, nullam nouam poſtea accedere.



Digitized by Google

Lect. 19. part. 8.

**c e** Aut aliquibus] D. Thomas sic exponit, aut uniuersalia, aut particularia. Verior tamen uidetur expositio, si dicas, iccirco additum esse [aut aliqua], quia non omnes sumptiones demonstrationum cognoscuntur ante conclusionem, sed quædam minores propositiones simul cognoscuntur cum conclusionibus, ad quas demonstrandas adhibentur, ut habes primo Poster. cap. primo. tex. 2.

Ratione ducta à scientia naturæ.

**c f** Atqui si nobis] Secunda ratio est, quia si nobis adeo præstans scientia naturaliter insita esset, non utique nos lateret, præsertim cùm scientiæ, quò certiores sunt, eò minùs possint latere eum, à quo possidentur; siue il læ congenitæ sint, ut est quodammodo scientia principiorum, siue labore, & industria acquirãtur, ut est scientia conclusionum. Alia tamen ratio est de Orthodoxa Fide, ijsque uirtutibus, quæ nobis in sacro fonte diuinitus infunduntur. Neq; enim mirum est, si nos lateant, cùm nec sint à natura insitæ, nec à nobis naturaliter acquirantur.

ἢ [e] τινων ὄντι, καὶ ἢ δι' ἀποδείξεως, ἢ δι' ὁρισμοῦ. δεῖ γὰρ ἐξ ὧν ὁ ὁρισμὸς πρειδέναι καὶ εἰδ γνώεσιν, ὁμοίως δὲ καὶ ἢ δι' ἐπαγωγῆς. ¶ ἀλλὰ [f] μὴν καὶ εἰ συγχάνει σύμφυτος οὖσα, θαυμαστὸν πῶς λανθάνομεν ἔχοντες τὴν κρατίσην τῶν ἕξεων. ἔτι [g] πῶς τις γνωρίσεται ἐκ τίνων ὄντι, καὶ πῶς ἔσται δῆλον; καὶ γὰρ τοῦτ' ἔχει ἀπορίαν. ἀμφισβητήσεται γὰρ αὖτις, ὥσπερ καὶ περὶ ἐνίας συλλαβάς, οἱ μὲν γὰρ τὸ σμὰ ἐκ τοῦ σ καὶ μ καὶ α φασὶν εἶναι. οἱ δέ τινες ἕτερόν φθόγγον φασὶν εἶδ, καὶ οὐδένα τῶν γνωρίμων. ἔτι [h] δὲ ὧν ὄντιν αἴσθησις, ταῦτα πῶς ἄν τις μὴ ἔχων τὴν αἴσθησιν γνοίη; καίτοι ἔδει, εἴπερ πάντων ταῦτα στοιχεῖά ὄντι, ἐξ ὧν ὥσπερ αἱ συλλαβαὶ φωναὶ εἰσιν ἐκ τῶν οἰκείων στοιχείων.

Text. 49.

Argumento ex ipsis ideis deprompto.

**c g** Præterea, quonam] Tertia ratio est, quia Ideæ cùm sint sola principia formalia rerũ sensibilium, non possunt in nos imprimere notitiã principiorũ materialiũ, quibus res sensibiles cõstant, cùm tamẽ ad perfectam earum cognitionẽ necessaria sit cognitio non tantùm principiorum formalium, sed etiam materialium, multæ.n. sæpenumero incidunt dubitationes de huiusmodi principijs, ut exempli causa, sint ne plura in re de qua disserimus, an pauciora. Quod similitudine ex rebus grammaticis desumpta explicat. Quærunt enim Grammatici, num syllaba, S M A, quatenus in uoce est, constet tribus sonis, qui respõdeant trib. characteribus S, M, & A, quibus illa scripto exprimitur, an uerò duo illi characteres S, & M (de quibus tantum dubitari potest) significent quendam sonum, & stridorem innominatum. Alij enim Grãmatici hoc, alij illud sentiunt. Eodem modo dubitari potest de niue, & cæteris, quæ in sublimi gignuntur, quot elementis constent, omnibus ne quatuor, an tribus, duobusúe, an uero sint corpora simplicia; eodemq; modo de mineralibus, & alijs plerisq; rebus, quod Plato idearũ inductione docere non potest, cùm ille formarũ tantùm, quę in materiam inducuntur, exẽplaria sint.

Text. 50.

ὅτι [i] μὲν οὖν τὰς εἰρημένας ἐν τοῖς φυσικοῖς αἰτίας ζητεῖν ἔοικασι πάντες, [k] τούτων ἐκτὸς ἐπιμείαν ἔχομεν ἂν εἰπεῖν, δῆλον καὶ ἐκ τῶν πρότερον εἰρημένων, ἀλλ' ἀμυδρῶς ταύτας. ἢ [l] ῥόπον μέν τινα ἅπασαν πρότερον εἶρηνται, ῥόπον δέ τινα ἐδαμῶς. ¶ ψελλιζόμεθα γὰρ ἔοικεν ἡ [m] περὶ τὴν φιλοσοφίαν περὶ πάντων, ἅτε νέα τε καὶ κατ' ἀρχὰς

Text. 51.

A similib.

Ab ignoratione eorum, qui aliquo sensu sunt priuati.

**c h** Præterea, quomodo] Quarta ratio est, si in nobis esset naturaliter impressa scientia omnium rerum sensibilium, fateri necessariò oporteret, eos, qui ab ortu sensu aliquo orbati sunt, habere scientiam eorũ, quæ illo sensu percipiuntur, hoc autem aper-

Digitized by Google

& falsum est (nec enim cæcus natus quicquam intelligit de coloribus, quatenus colores sunt, nec surdus eodem modo quicquam de uocibus) non est igitur dicendū, scientiam omniū rerum sensibilium esse nobis naturaliter impressam ex participatione idearum. Quod autem ait [si hæc quidem sunt omnium elementa] sic intelligendum est [si ideæ sunt essentiales causæ omnium rerum sensibilium, ut litteræ sunt causæ earum uocum, quæ pluribus litteris exprimuntur] tametsi hoc sit discriminis, quòd litteræ sunt internæ uocibus, ideæ uerò non item rebus sensibilibus.

Fructus totius disputationis de Causis.

[i] Quòd igitur omnes] Ex ijs, quæ fusè dixit in referendis, & examinandis aliorum Philosophorum sentētijs, eum fructum colligit Arist. ut maiorem habeat fidem ijs, quæ in Phys. de generibus causarum docuit, nec iam necesse sit in hoc opere, quo summę rerū causę quęruntur, aliud genus causæ inuestigare. Patet enim ex dictis, neminē Philosophorū aliud genus causæ quæsiuisse, aut tradidisse. Quin etiam ne illa quidem quatuor ab ipso in Phy. explicata satis apertè ab alijs tradita fuisse.

*aut [d] aliquibus efficitur; atque aut per demonstrationem, aut per definitiones. Ea enim, ex quibus definitio constat, antè cognoscantur, perfecta'que sint necesse est; quod idem accidit in ea discendi ratione,*

Text. 49. *quæ per inductionem habetur.* ¶ *Atqui [e] si nobis est insita, mirum sanè est, quo pacto nos lateat, optima scientiarum nos præditos esse. Præterea, [f] quonam pacto quis cognoscat ea, ex quibus res constat, & qua ratione id patebit? Neque enim hoc dubitatione caret. Dubitabit enim fortasse aliquis de hac re, quemadmodum & de quibusdam syllabis. Namque alij, Sma, syllabam ex S, & m, & a, constare dicunt; alij verò quidam, alium sonum esse inquiunt, nullum'que ex ijs, qui noti sunt. Præterea, [g] quomodo quis sensum non habens, ea, quorum est sensus, cognoscat? Atqui oportebat, si hæc quidem elementa sunt omnium, ex quibus velut compositæ*

Lib. 2. cap. 3. & 7. *voces ex proprijs elementis existunt.*

Text. 50. *Quòd [i] igitur omnes quærere videantur causas eas, quas in Physicis exposuimus, quòdque [k] præter eas, nullam aliam dicere habeamus, uel ex ijs, quæ antè dicta sunt, perspicuum est, nisi quòd illi obscurè eas tetigerunt. Ac [l] priùs quidem omnes quodāmodo traditæ erant; quodammodo autem, nulla.*

Text. 51. *Prima [m] enim Philosophia, ut noua adhuc, & parum*

[e] Quòdque præter] Vide quàm magnū habeat pondus apud Aristotelem argumentum, quod ex opinione omnium Philosophorum ducitur. tantum enim ualet, ut hac sola ratione colligat non posse se aliud causæ genus adiungere.

Plurimi Arist. facere Philosophorum omnium consensum.

*à suo*

[l] Ac priùs quidem] Non singuli Philosophi, sed omnes simul omnia causarum genera quodammodo tradiderunt; quodammodo autem, nullum. Obscurè enim omnia ab illis tradita sunt; apertè autem & perspicuè, nullū. Quanquàm uerbum [priùs] ad tempora eorum, qui Platonem præcesserunt, uidetur referendum, non item ad ætatem Platonis; quod licet colligere ex uerbis proximè sequentibus. neque enim uerisimile est, Aristotelem comprehendere uoluisse Philosophiam Platonis, nomine inchoatæ, ac balbutientis Philosophiæ. Itaque sensus est [Atque ante hanc quidem ætatem &c.] Pro uerbo autem οὐδαμῶς quod est, Nequaquam, siue, Nulla ex parte, Nullaúe ratione; propterea diximus, Nulla, relato hoc uerbo ad causam, quia sensus hoc pacto, planiùs, ac meliùs explicatur.

[m] Prima enim Philosophia] Hoc est, uetus, seu potiùs, Veterum, ac recèns nata. Vtitur autem egregia translatione à pueris, qui quod fari gestiunt, planè, & apertè exprimere non possunt.



Digitized by Google

c n Namque & Empedocles.] Hoc uno exemplo formæ ſubſtantialis, quam Empedocles obſcurè tetigit, ſeu potiùs innuit, docet Ariſtot. nonnunquam Veteres attigiſſe ea, quæ quærebant: ſed quia, quæ utcumque inuenerant, nondum perfectè intelligebant, iccircò illa non ſatis explicaſſe. Itaque cùm Empedocles dixit, os ratione eſſe, id eſt, ratione conſtare, ſiue à ratione habere eſſe proprium, & peculiare, non ab elementis, docet Ariſtoteles, illum tradere uoluiſſe formam ſubſtantialem oſſis, quæ elementis adiuncta, eſſentiam oſſis conſtituit. Rectè enim ſignificatur forma miſti, nomine rationis, non modò quia ex forma ſumitur propria, & peculiaris ratio rei naturalis, non ex materia, quæ communis eſt diuerſis ſpecie rebus; ſed etiã, quia forma miſti indiget rata quadã ratione, proportioneúe elementorũ, ſine qua neque introducitur in materiam, neque in ea conſeruatur.

χὰς οὖσα, καὶ τὸ θερμὸν. ἐπεὶ [n] καὶ Ἐμπεδοκλῆς ὀστοῦ τὸν λόγῳ φησὶν εἶναι, τοῦτο [o] δέ ὅτι τὸ τί ἦν εἶναι, καὶ ἡ οὐσία τοῦ θεάγματος. ἀλλὰ μὴν καὶ ὁμοίως ἀναγκαῖον καὶ [p] σάρκα, καὶ τὴν ἄλλων ἕκαστον εἶναι τὸν λόγον, ἢ μηδὲν ἔν. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ σαρξ, καὶ ὀστοῦν ὅτι, καὶ τὴν ἄλλων ἕκαστον, καὶ οὐ διὰ τῶν ὕλην, ὧν ἐκεῖνος λέγει πῦρ, καὶ γῆν, καὶ ὕδωρ, καὶ ἀέρα. ἀλλὰ [q] καὶ ταῦτα, ἄλλου μὲν λέγοντος, συμφήσειν ἂν ἐξ ἀνάγκης, σαφῶς δὲ οὐκ εἴρηκε. περὶ [r] μὲν οὖν τὴν τοιούτων διῄρηται καὶ πεπέρασται. ὅσα [s] δὲ περὶ τὴν αὐτὴν τούτων διαπορήσειν ἄν τις, ἐπανέλθωμεν πάλιν· τάχα γὰρ ἂν ἐξ αὐτῆς διαπορήσαιμέν τι πρὸς τὰς ὕστερον διαπορίας.

* Aliàs σαρκὸς.

c o Hoc autẽ quiditas.] Non refertur uerbum, Hoc, ad os, ſed ad rationem, quam Ariſt. ſubſtantiuè ſignificat uoce neutrius generis; quemadmodum poſt pauca uerba, cùm ait [propter hoc enim &c.] Dicitur autem ratio, ſiue forma ſubſtantialis, quiditas & ſubſtantia rei, non quia ſit tota rei eſſentia, ſed quia per formam habet res propriam, & peculiarem eſſentiam, quiditatemúe.

c p Et carnem, &c.] Omnes interpretes habent [Carnis] pro [carnem] & pro [unumquodque cæterorum] alij dicunt [& uniuſcuiuſque cæterorum] alij [cæterorumque ſingulorum] ut tota ſententia ita concludatur [Atqui eodem modo neceſſe eſt, & carnis, & cuiuſque cæterorum rationem eſſe, aut nullius] ut Argyropylus & Perionius conuertunt. Duabus autem cauſis adduci potuerunt, ut ita interpretarentur. Vna, quia quidam codices, pro, σάρκα, quod eſt [carnem] habent σαρκὸς. id eſt, carnis; quæ lectio ſi uera eſt, non dubium, quin Ariſtot. ſcripſerit ἑκάστου, uel ἑκάστων, id eſt, cuiuſque, uel ſingulorum, non ἕκαστον, ſiue unumquodque, quod nos habemus. Altera, quia durum uidetur admodùm dicere, os eſſe rationem, ſiue formam, cùm ſit compoſitum ex materia & forma. Sed primùm, ſi error eſt in uerbis iam dictis, ſit etiã neceſſe eſt in particula μηδὲ ἕν, quæ debuit eſſe μηδενός, id eſt, nullius; multoſque errores ſimul ſuſpicabimur in pauciſſimis uerbis, in quibus tamen nulla eſt diſſenſio apud Græcos, niſi quòd attinet ad uerbum σάρκα, ut diximus. Deinde ſi contextus corrigendus eſſet, potiùs ſubſtituerem τῷ λόγῳ, quod eſt [ratione] pro τὸν λόγον, quod diximus [rationem] eſt enim perparua mutatio, & reſtitutio uerbi, quod facillimè peruerti potuit: idque omninò poſcere uidebuntur uerba præcedentia, cùm Ariſtot. ſcribit, Empedoclem dixiſſe, os [τῷ λόγῳ εἶναι] non ὁ λόγος εἶναι. Poſtremò, non eſt inuſitatum apud Ariſtotelem, nec proinde durum, ut res naturales dicantur eſſe ſuæ formæ, quemadmodum ante pauciſſima uerba dictum erat, rationem, ſiue formam eſſe quiditatem, & ſubſtantiam rei, quod non minùs durum uideri debuit.

Ac

Sub fin. capitis.

Ac ne dubitationi locus ullus sit reliquus, afferam id, quod Aristoteles de re ipsa scribit 1. lib. de Partibus animalium cap. 1. cùm refert opinionem Empedoclis de forma substantiali. [Empedocles verò (inquit) in eam interdum incidit ductus ab ipsa veritate, & substantiam, atque naturam rationem esse fateri compellitur; ugluti cùm os quid sit, tradit; quippe quod non ait, unum aliquod elementorum esse, neque duo, aut tria, neque verò omnia, sed rationem mistionis eorum. Igitur & carnem, & cæteras huiusmodi partes hunc eundem in modū esse apertum est] Quo loco planè ait, carnem esse τὸν λόγον siue rationem; eodemque modo reliquas partes animaliū; ut nemini mirum uideri debeat, si hoc loco eâdem phrasi utatur; præsertim cùm unaquæque res id meritò appellari possit, quod in ipsa est optimum; quod idem de homine docet plerisque locis. Ita patet rectè habere cōtextum, neque quicquam mutandum esse.

*à suo ortu, initijs'que progressa, omnia videtur balbutire. Namque [a] & Empedocles ait, os ratione esse; hoc [b] autem quiditas est, & substantia rei. Atqui eodem modo necesse est, & [c] carnem, & unumquodque cæterorum rationem esse, aut nihil. Propter hoc enim & caro est, & os, & cæterorum quodque, non autem propter materiam, quam ille ignem, terram, aquam, & aërem esse ait. Verùm [d] hæc quoque ille, alio differente, necessariò concessisset, tametsi apertè non dixit. Atque [e] his similia superiùs etiam declarata sunt. Sed [f] iam ad ea, quæ de his ipsis dubitari possunt, reuertamur. ex ijs enim fortasse ad ea, quæ postea disputabuntur, aliqua nobis facultas suppetet.*

Vt lib. 9. Ethic. c. 4. & 8. & lib. 10. c. 7. & 8.

[a] Verùm hæc] Hoc est, necessariò respondisset Empedocles, cæteras etiam res habere proprias formas, si ab aliquo rogaretur more Socratico, num par ratio esset in cæteris, atque in osse? annuisset enim proculdubio.

Hoc cap. text. 16. & 17.

[b] Atque his similia] Ait Aristoteles, se superiùs etiam περὶ τοιούτων, hoc est [de talibus] seu potiùs, talia quædam declarasse; quia simile quid dixit de Anaxagora, cùm eius sententiam de natura materiæ explicaret, eamque ad uerum sensum reduci posse; doceret.

Vide etiam 2. Phy. cap. 2. tex. 22.

Cur autem in referendis Philosophorum opinionibus non meminerit huius sententiæ Empedoclis, neque item Democriti, quem eodem loco de partibus animal. primum auctorem eius facit; non alia causa uidetur esse, nisi quia obscurè admodum id docuerunt, atque adeò obscurius significarunt, quàm Anaxagoras adumbrauit materiam primam nomine Chaos, ac fortasse non ita senserunt, ut ipse eorum uerba interpretatur: quod & si in utroque ambiguum est, magis tamen dubium est in Democrito.

Transitio ad ea, quæ dicenda sunt lib. 3.

[f] Sed iam ad ea] Has dubitationes de causis, ac principijs rerum, proponet Aristoteles lib. tertio, præmissa tamen libello sequenti tractatione quadam de inuestigatione ueritatis. Quas difficultates ea ratione se rursus à principio allaturum esse ait, quia quæ hactenus ex Philosophorum placitis & contra eorum sententias proposita sunt, magnam partem eorum continent, quę in quæstionibus libri tertij afferentur.

QVOT

# QVOT SINT CAVSARVM GENERA,

## QVAESTIO 1.

*Genera causarum partim videri plura, partim pauciora, quàm quæ ab Aristot. traduntur.* SECTIO PRIMA.

QVONIAM Aristoteles in hoc opere duas potissimùm instituit causarum tractationes; vnam hoc loco, in qua de causarum inuentione disserit; alteram libro quinto, in qua naturam cuiusque generis earum explicat: nos quoque id obseruabimus, vt hoc loco ea tractemus tantùm, quæ inuentionem earum attingunt, dilata in librum quintum explicatione rationis causandi omnium. Ac primùm, non desunt argumenta, quibus causarum genera videantur plura, quàm quæ ab Aristot. tradita sunt.

Ordo in causarum tractatione tenendus.

Quòd plura sint causarum genera, quàm quatuor.

1 Primum est, quia principium, & causa mutuò reciprocantur, vt Aristot. ait lib. 4. huius operis cap. secundo. Principiorum autem non quatuor tantùm, sed quinque sunt genera, vt idem ipse docet initio libri quinti; quò fit, vt quinque etiam causarum genera constitui debeant. Text. 3. Cap. 1.

2 Secundum, quia instrumenta habent veram, & propriam rationem causæ, cùm ab eis verè ac per se pendeant effecta, veluti literæ à calamo. Cùm igitur illa nec sint materia rerum, quæ fiunt, nec forma, nec verò fines, vt apertum est; nec denique efficientes causæ, cùm causa efficiens sit ea, à qua actio primùm oritur; reliquum est, vt aliud genus causæ censeri debeant.

3 Tertium, Quia causa exemplaris aliud causæ genus videtur esse, & planè diuersum ab omnibus quatuor traditis ab Arist. Quòd enim non sit causa materialis, luce clarius est. Quòd autem nec vlla ex ceteris tribus, ex eo ostenditur, quia forma dat esse per se ipsam, hoc est, per veram, & realem informationem, alioquin efficiens, & finis essent causæ formales, cùm extrinsecus, suoque modo conferant esse: efficiens verò est principium vnde motus, & omnis omnino actio profluit. Deniq; finis est id, cuius gratia aliquid fit; constat autem nec exemplar informare materiam per se ipsum, reali ue coniunctione, nec ab eo motum profluere (præsertim cùm sæpe sit res conficta, & minimè existens in rerum natura, veluti perfectus Orator, quem sibi Oratores imitandum proponũt) nec denique gratia illius aliquid fieri, imò verò exemplar assumi gratia eius operis perficiẽdi, quod in finem dirigimus: est igitur exemplar quintum genus causæ longè diuersum à quatuor vulgatis. Idque Platonem sensisse asserit Seneca Philosophus. Epist. 99.

Quòd pau-

Non desunt quoque rationes, quibus forsitan quis sibi persuadeat, aut nullum

Digitized by Google

nullum ex vulgatis quatuor causarum generibus, aut certè pauciora in veris causis esse numeranda. Primùm, Quia cùm materia nullum ex se actum habeat; omnis autem effectus sit actuale quiddam, hoc est perfectionem aliquam ex se habeat; videtur fieri nullo modo posse, vt effectus ab ea per se pendeat. Forma item, quæ definitur esse id, quod dat esse rei, nulli rei videtur illud dare posse. Non materiæ, quæ iam erat, cùm forma introduceretur; non compositio, cùm potiùs ab ipso accipiat esse, vt ab eo, quod primò fit, ac proinde primò est. Ita colligitur ne formam quidem causam esse. Iam si efficiens vera causa esset, demonstrarentur per eam proprietates effectorum; quod tamen non fit, vt patet in demonstrationibus proprietatum hominis, & aliarum rerum: & meritò quidem, cùm proprietates rerum non profluant ab agentibus, sed à naturis suorum subiectorum. Denique cùm id, quod in rerum natura non est, vera causa esse non possit; finisque cùm res fit, nondum sit, nisi secundum quid, videlicet in mente duntaxat; efficitur, vt finis non sit dicendus vera causa rei, quæ verè, & simpliciter accipit esse, præsertim cùm omnis causa sit principium, finis autem principio opponatur, vt ipse quoque Arist. fatetur lib. 3. cap. 2. Ita effici videtur vt nihil eorum, quæ creduntur esse causæ, in causarum numerum referri debeat.

cio a fiat, aut prorsus nullum. 1

Tex. 3.

Secundo, Quia, si propriè loquendum est, id solum dicendũ est causa, propter quod res, siue effectus est; solus autem finis est id, propter quod res est. Nec enim dicimus rem esse propter materiam, sed ex materia; nec propter formã, sed per formam; nec verò propter efficiens, sed ab efficiente. Accedit, quòd cùm quærimus, propter quid res sit, aut fiat, eum solum iudicamus nobis satisfacere, qui finem pro causa reddit. Atq; hanc fuisse Socratis sententiam apud Platonem non dubium videtur fore ei, qui Phædonem legerit, quo loco ille diserti verbis ait, solum finem causam esse; cetera verò, quæ videntur causæ, non causas esse, sed ea, sine quibus causa non est causa, hoc est, sine quibus effectus non fit; eosq;; qui cetera causas vocant, magnæ inertiæ arguit illa eadem ratione, quòd propter quid ad solum finem accommodetur, vt suprà diximus.

2

Lib. 2.

Cap. 4.

Tertio, Quia alia ex parte, si quis ad effectum attendat, solum efficiens causam esse fatebitur. Causa enim & effectus correlatiua sunt; effectus autem à solo efficiente dicitur, vt est apertissimum, Atq; hanc fuisse Stoicorum opinionẽ ex Laërtio in vita Zenonis Cittici eius sectæ auctoris, & ex Seneca in epistola antè citata perspicuum est. Nam cùm illi duo tantùm principia posuissent, materiam, & efficiens; solum efficiens causam esse dicebant; cętera verò, si quæ causæ speciem habere viderentur, non causas appellabant, sed ea, sine quibus effecta non fierent. Proinde Seneca eiusdem sectæ alumnus sic contra Aristotelem, & Platonem argumentatur; Eam, quæ ab eis ponitur, causarum turbam, aut nimium multa, aut nimium pauca comprehendere. Etenim si causas vocant ea, sine quibus rei effici non potest; debuisse quoque numerare in causis, locum,

3

Lib. 7.

Seneca contra Aristotelẽ & Platonem argumẽtum.

Digitized by Google

locum, tempus, & motum, ſine quibus res nulla fit. Sin autem id, quod verè cauſa eſt, & à quo pendent omnia, quæ concurrunt ad effectum ex materia conficiendum, vnam tantùm efficientem ponendã fuiſſe. Nam & formam ab efficiente conferri, & finem nihil eſſe aliud, quàm ipſum propoſitum agentis; denique exemplar eſſe quoddam inſtrumentum, quo agens vtitur, quemadmodum, & lima, aut ſcalpro. Quam eandem ſententiam videtur ſequi Cicero in Topicis ad Trebatium, cum tractat locum efficientium. Nam etſi duo cauſarum genera conſtituit; alterum tamen vocat earum, ſine quibus res non fit (in quibus numerat materiam, tempus, locum & ſimilia) alterum verò efficientium. Quin etiam Socrates apud Platonem in eo dialogo, qui de Pulchro, vel Hippias maior inſcribitur, perſuadet Hippiæ, cauſam, & efficiens idem eſſe.

4 Quartò, quia ſi cauſa eſt prior effectu, & à qua ipſe effectus pendet, ſuperioraque duo argumenta ratione aliqua diſſoluãtur, vt plura cauſarum genera, quàm vnum eſse fateamur; tria tantùm videbũtur cũſtituenda; finis, efficiens, & materia. Hæc enim ſola præcedunt effectum, effectuſque ipſe ab his duntaxat pendet. Nam forma eſt illud ipſum, quod incipit eſſe, ac proinde eſt idem, quod effectus ipſe. Nihil enim noui producitur in materia, niſi forma, nec quicquam producitur naturaliter, niſi ſuppoſita materia: vnde & Ariſtoteles quaſi ab ipſa veritate coactus non ſemel videtur docere, formam eſse totam rei quiditatem. Quòd ſi forma eſt tota quiditas rei, quo pacto cauſa illius fuerit, niſi quis abſurdiſſime concedat, idem eſſe cauſam ſui? Nec verò dubium eſse debet de fine, num præcedat effectum. Semper enim finis effectum præcedit, ſi non ille cuius obtinendi gratia efficiens agit, certè ille, in cuius gratiam agit. præcedit enim non propoſito ſolo, & intentione agentis, ſed uera & reali exiſtentia, cùm ſemper agens in gratiam ſui agat, aut in gratiam ſuperioris agentis; quò pacto peruerſi homines propter ſe tantùm, vt propter finem vltimum, probi autem propter Deum operantur. Atque in hac ſententia videntur fuiſse veteres Naturales, qui ſolùm principium, ac cauſam materialem creduntur poſuiſse: neque enim videntur negaſſe efficientem, aut finalem, propter quàm agens agit, præſertim cùm perſpicuè motum cognouerint, quo planè videbant res à rebus moueri, nec id temerè, ſed alicuius boni gratia. Quin etiam eorum nonnulli ſummã cauſam efficientem eſse dixerũt, aut vnam vt Anaxagoras Mentem; aut plures, vt Empedocles concordiam, & diſcordiam, quanquam plus operæ in cauſa materiali ponebant, quòd præcipuè cauſas internas, & ſubſtantiales rerum quærerent.

*Ad solum Metaphysicum spectare tractationem de causis.* SECT. II.

IN hac quæstione illud primùm occurrit discutiendum, sit ne proprium Primi Philosophi de causis agere. Nec enim id videtur asserendum.

Primùm, quia omnes artifices, qui ex causis rem demonstrant, de causis agant necesse est, ne ignorent quæ ad demonstrandum assumunt. Argumẽtum primum pro parte negatiua.

Deinde, quia Dialecticus docere non potest, quo pacto ex causis res demonstranda sit, nisi causas distinctè,& accuratè cognoscat; alioqui haud rectè examinabit omnia demonstrationum genera. 2

Postremò, quia agere de causis potiùs videtur esse proprium munus Philosophi naturalis: ipse enim solus inuenit materiam ex mutatione, in qua totus versatur; ipse ex operatione inuestigauit formam, quæ est mutationis terminus, ac proinde reperit finem; ipse notauit efficientem causam, quæ a fine mouetur, quòd animaduerteret materiam à se ipsa mutari non posse. Nec verò quamlibet efficientem inuenit, sed primam etiam, quæ omnis materiæ expers est, quam vocauit primum motorem, Atq; hæc omnia prçstare potuit habitu physico, præsertim cùm ex inuentione primi motoris, aliarumq; substantiarũ materiæ expertium viâ Primæ Philosophiæ aperuerit. Accedit, quòd omnis causa in sua ratione includit motum, mutationem ue, aut certè actionẽ, quæ sola ratione à motu distinguitur, quemadmodum & passio. Nam de materia nihil videtur dubij, ac proinde nec de forma, cuius natura per materiam declaratur. Efficiens verò definitur esse id, vnde motus oritur; &, principium mutationis in alio, vt aliud est, quod patebit lib. 5. Finis denique est id, cuius gratia cætera fiunt. Quo fit, vt cùm solus Physicus in motu, mutationeque versetur, ad eum solum pertineat tractatio de causis. Prçterea, cùm Metaphysica non agat de reb. quę materiam includunt, neque item de formis, quæ dant esse rebus, sed de formis per se subsistentibus, quæ non sunt causę formales rerum, sed efficientes, & finales; res autem Physico subiectę omnia causarum genera sibi vendicent; cur non potiùs ad Physicum, quàm ad Metaphysicum causarum tractatio pertinebit? Denique vel ex eo id perspicuum videtur, quòd Arist. lib. 5. in quo accuratiùs de causis agit, nihil aliud scribit, quàm quod tradiderat in Physicis, translato inde de verbo penè ad verbum integro capite. 3. lib. 2. in quo de causis egerat, vt non ex officio primi Philosophi ea scripsisse, sed à Physico mutuatus fuisse videri possit. 3 Solum Physicum videri inuenisse omnia causarum genera.

cap. 2. à tex. 1. à tex. 27.

Dicendum est tamen, proprium re uera esse Metaphysici, de causis, vt causæ sunt, agere, neque id ad alium artificẽ spectare. Primùm, quia causa, & effectus sunt primæ, & adæquatæ differentiæ entis; de primis autem eiusmodi differentijs non dubium est, quin solus Metaphysicus agere possit. transcendit enim hoc genus diuisionum entis subiecta omnia cæ- Conclusio affirmatiua. Ex primis differentijs entis.



Digitized by Google

Ex ipsa ratio. ne causæ.

teratum scientiarum. Deinde, quia causa, vt causa est, non includit in sua ratione vllam materiam, siue sensibilem, quæ cernitur in rebus naturalibus, siue intelligibilem, quæ in Mathematicis, vt paulò pòst patebit. Postremò, quia si qua esset causa, quæ à primo Philosopho tractari non posset, maximè esset materia; at materiam à Metaphysico cognoscendam esse necessariò, vel ex eo patet, quia alioqui non posset ille subiectum naturali Philosopho tradere, eiusque regionem, vt sic dicam, ab aliarum regionibus distinguere, quod tamen, vt primus artifex facere debet; nec item cognosceret potentiam passiuam, vt passiua est, cùm potentia sit analogum quippiam, cuius primum, potissimumque significatum, & quod cęteræ passiuæ potentiæ participant, est pura potentia, siue (quod idem est) materia prima; quæ omnia ostendimus ad cap. 2. huius libri. Dixi [de causis, vt causæ sunt] quia de causis, vt sunt coniunctæ cum motu, aut sub alia speciali ratione pertinente ad subiectum alicuius particularis scientiæ, non dubium est, quin eadem ipsa particularis scientia agere possit, ac debeat. Atque hæc est communis Philosophorum sententia. Tametsi propter quædam argumenta, quibus oppositum suadebatur, non desint, qui à tractatione primi Philosophi parum considerate reijciant materiam primam, vt est prima materia, nõ autem, vt est pura potentia, quasi aliud sit pura potentia, aliud materia prima: alij verò non minùs hallucinentur credentes tractationem de causis, vt causę sunt, simpliciter quidem ad Physicum spectare, ad Metaphysicum verò quodammodo.

A minori.

Explicatur conclusio.

Q. 1. sect. 2.

Quo pacto particulares artifices de causis agant.

Ad Primum igitur argumentum pro parte opposita adductum dicendum est, artifices, qui ex causis demonstrant, de ijs tantùm causis agere, quæ pertinent ad ea rerum genera, in quibus peculiari ratione versantur, non de causis in commune.

Quo pacto Dialecticus.

Ad secundum dicendum, agere quidem Dialecticum de causis in commune, deque omnibus causarum generibus; uerùm eas non ab illo tractari quatenus causæ sunt essendi, sed quatenus ad demonstrandum idoneę; neq; item earum genera à Dialectico constitui, sed à primo Philosopho constituta accipi, & in Dialectica arte supponi: atque hac cognitione mutuò accepta examinari à Dialectico demonstrationes; tametsi ad eam rem non satis est cognitio causarum, vt causæ sunt, nisi etiã à particularib. artificib. particularium causarum cognitionem petat.

Quo pacto Physicus.

Ad tertium dicendum est, cõsiderare quidem Physicum omnia causarum genera, eaq; omnia habitu Physico, & inuenire, & tractare potuisse, cùm res Physicæ omnia causarũ genera sibi vendicent: non tamen ad eũ pertinere de ijs causis sine consideratione motus agere; cùm interim hoc pacto causæ explicari debeant ab eo artifice, qui de causis, vt causæ sunt, tractationem instituit, vna excepta materia, quæ Physico, & Metaphysico communis est. Quapropter falsum est, quod additur, omnes causas includere in sua ratione mutationem, Aristotelem'ue ita existimasse. Dantur

Digitized by Google

De his lib. 12. tur enim causæ rerum materiæ expertiũ, ad quarum rationem nulla mutatio pertinet. Quanquam verò Arist. vix vnquam, nisi per motum, & mutationem causas explicat, quòd maxima ex parte loquatur de causis rerum naturalium, quæ nobis sunt familiares; ex ijs tamen definitionibus eliciendas vult, & abstrahendas eas, quę mutationem non includũt. Quod facillimũ est, substituto nomine actionis in locum motus, & mutationis, sumptaque actione in commune, prout omnes operationes complectitur. Iam illud, quòd res Physicę plures causas sibi vendicant, quàm Metaphysicæ, nihil est ad rem. Metaphysicus enim cùm sit primus artifex, & cõmunis omnium scientiarum, vt ita dicam, Architectus; non tantùm de causis rerum materię expertium, sed omnium omnino rerũ, quoad eius dignitas, & officiũ permittit, agere debet. Denique parum refert, quòd Arist. ex Physicis ad uerbum desumpserit caput iliud libri quinti, in quo de causis agit. Id enim duabus de causis videtur fecisse, vna, quia nondũ planè, & perspicuè à rebus naturalibus ad diuinas transitum fecerat; hoc enim differebat in librum duodecimum: altera, quia nullo penè negotio ex cognitione causarum, quæ cum motu coniunctæ sunt, cognitio causarum in commune colligi potest, vt dictum est.

Cur Aristoteles soleat causas per motum definire.

Cur ea, quæ in Physicis de causis dixerat, ad uerbum pene, in hoc opere repetat.

*Quid sit causa, & qua ratione spectetur, cùm Philosophi agunt de causis, vt causæ sunt.* SECTIO TERTIA.

Vt uidere licet in enarrationibus tertii cap. 2. lib. Phy. & secundi capitis lib. 5. huius operis.

PROXIMVM est, vt disquiramus, quid sit causa, si tamẽ facilè id explicari potest, cùm causæ nomen sit analogum, vt Philosophis placet, nec vna omnino ratione definiri queat. Et quidem quid causa sit, nec ab Arist. vsquam, nec ab alio Græcorum (quod sciam) in commune expositum est. Circumferri autem solet ex libro de causis hæc causæ definitio. Causa est id, ad quod aliud sequitur. Vel, ut alij referunt, Id, ad cuius esse aliud sequitur. Quanquam verò vtraque definitio idem valet, neutra tamẽ in libro citato legitur, aut satis videtur rem declarare. Siue enim verbo [sequitur] intelligatur necessaria consecutio, vt vox ipsa sonat, siue necessaria connexio rerum; effectis etiam conueniet definitio, atque eò veriùs, quòd ex quolibet effectu, absque adiectione vlla sequantur causæ omnes, à quibus ille pendet, nec tamen ex qualibet causa sequatur effectus, nisi adiunctis cæteris causis, & applicatis, ac remotis ijs, quæ impedire possunt. Accedit, quòd effectus causæ finalis, qui est actio, aut medium ad finem destinatum, non sequitur esse reale finis, quod simpliciter verbo, essendi, intelligitur, sed esse conceptum, siue intentionale, vt vocant, quod est esse secundum quid. Si tamen in verbo [sequitur] intelligamus naturalẽ dependentiã, & esse sumatur, vt commune est esse reali, & intentionali, rectè habebit definitio. Quidquid enim tale est, vt ab eius esse, siue reali, siue intentionali aliquid aliud suapte

Nomen causę, analogum.

Causa quid?



Digitized by Google

natura pẽdeat, causa illius est; etiã si eo posito nõ cõtinuò illud sequatur, sed positis cęteris omnibus, à quibus pendet, & sublatis impedimentis.

Causa quid?

Licet igitur causam hunc in modum clariùs describere. Causa est id, à quo aliquid per se pendet. Cùm dicitur [à quo aliquid pendet] satis declaratur, aliud esse causam, aliud effectum. Id enim, quod ab aliquo pendet, necesse est vt sit diuersæ numero essentiæ ab eo, à quo pendet; quo pacto nulla res ad se ipsam affecta esse potest. Hinc fit, vt nec Pater in diuinis sit causa Filij, nec Pater, & Filius causæ Spiritus sancti, quia omniũ diuinarum personarum vna, & eadem est numero essentia. Vnde intelliges, cùm D. Augustinus in lib. 83. quęst. scribit, Deum suæ sempiternę sapientiæ causam esse sempiternã, nomen causæ pro principio more Græcorum vsurpari. Addita est particula, per se, vt reijciantur causę per accidens, cuius generis est priuatio, quę non nisi ratione materiæ, cui accidit, potest dici causa rerum naturalium; itemque ea omnia, quæ vocantur causæ sine quibus non, vt locus, & tempus, quia non sunt re vera causæ, sed alia ratione ad rem efficiendam necessaria. Ab his enim etsi aliquo modo effecta pendent, per se tamen, ac directè non pendent. Atque hoc ipsum videntur communiter concipere quicunq; communem causę notionem animo informãt. Est tamen definitio hęc analoga, etiam ratione vltimi verbi. Neque enim res eodem modo pendent à suis causis, sed discrepantibus admodum, ac primò diuersis, & à quibus vna, & eadem omnino ratio dependendi abstrahi non potest.

Explicatur locus Augusti.

Quæst. 16.

Priuatio num causa.

Definitionẽ earum analogam esse.

Posset quoque causa describi esse id, propter quod res est, quemadmodum Arist. innuit primo Physicorum cap. 7. cùm numerum causarum colligit. Sed quia verbum [propter quod] seu, quod interrogatiuè dicitur [propter quid] si in tota latitudine suę significationis sumatur, obscurum est; si autem accipiatur, vt primo aspectu sumendum videtur, solam finalem causam designat; mittenda nunc est ea descriptio.

Alia causæ definitio.

à tex. 68.

Illud tamen animaduertendũ est, tribus modis posse causam accipi. Vno, pro re, quæ denominatur causa, omnino tamen absolutè accepta, vt pro sole, aut homine. Altero, relatiuè, hoc est, quatenus significat relationem ad effectum; quo pacto est simul natura cum effectu. Tertio, quatenus ab ea pendet effectus; qui modus medius est inter duos traditos: atq; hoc pacto non dubium est, quin causa sit prior effectu. Hæc cùm ita sint, non describitur hoc loco causa primo modo, nec itẽ secundo, sed tertio. Primo enim non comparatur causa cum effectu, vt patet. Secundo cõparatur quidẽ, sed vt simul natura cũ illo, quẽadmodum cętera relatiua cũ suis correlatiuis. At tertio & cõparatur cum effectu, & sumitur, vt est prior natura effectu; quæ est propria causæ cõsideratio, & de qua præcipua est cura apud Philosophos. Ita patet, quid sit causa, & quo pacto apud Philosophos sumatur, cùm de causis agunt. Quæ cõsideratio præcipuum fundamentũ est eius disputationis, quæ à nobis libro quinto de rationibus causandi, siue causalitatibus, vt vocant, instituenda est.

Tribus modis accipitur causa.

Quomodo hic accipiatur.

Quatuor

Digitized by Google

*Quatuor esse causarum genera, non plura, pauciora ue.*

## SECTIO IIII.

IAM quatuor esse causarum genera, non plura, nec pauciora; nec verò alia, quàm quæ ab Arist. tradutur; his argumentis probari potest.

Ex eo quòd pleraq; effecta indigeant his omnibus causis, & nulla pluribus.

Primùm, quia pleraque effecta indigent his omnibus, & nulla indigent pluribus. Nam quòd omnis effectus indigeat efficiente causa, per se notum est, aut facillimè ex eo probatur, quia nihil potest esse effectus sui; causa verò efficiens, nisi casu, & fortuitò agat, gratia alicuius boni agit. Omnis igitur effectus, qui non temere fit, duabus causis externis per se indiget; efficiente, ac finali. Iam sic; effectus omnis aut fit ex nihilo, aut ex aliquo: si ex nihilo, euenire potest, vt nulla interna causa indigeat; erit enim forsitan res simplex, cuiusmodi sunt substantiæ separatæ, & vt nonnulli volunt corpora cælestia: si ex aliquo, cùm illud non sit tota res, quæ fit (alioqui fieret ex se ipsa) necesse est, vt fiat ex aliquo antè existente, addito alio, quo compleatur, & absoluatur: id autem, quod antè existit, & recipit aliud ad complementum effectus, dicitur materia; id verò, quod illi ad complementum, & absolutionem rei adiungitur, vocatur forma: igitur si fiat ex aliquo, præter duas iam dictas causas externas, duabus quoque internis per se indigebit, materia, & forma. Cùm igitur nullus sit effectus, qui pluribus causis indigeat (quæ enim propositæ sunt effectum omnem absoluunt) ijs autem, quæ non temere ex aliquo fiunt, omnibus his causis opus sit; planè intelligitur, causarum genera nec plura, nec pauciora ponenda esse.

Ex ijs causis, quæ in rebus naturalibus reperiuntur.

Deinde, id ipsum concluditur hac ratione. Quò res sunt compositiores, eò pluribus causis indigent (compositis enim rebus necessariæ sunt causæ internæ, quibus simplices non egent) res autem naturales, præsertim quæ gignuntur, & intereunt, sunt omnium maximè compositæ; igitur non plura erunt genera causarum, quàm quæ in illis cernuntur; atqui res naturales, quæ gignuntur, & intereunt, non indigent nisi materia, ex qua fiant; forma, per quam perficiantur; agente, à quo forma inducatur; & fine, quo agens ad agendum alliciatur, seu cuius gratia operetur; non sunt igitur plura causarum genera, quàm quatuor tradita. Atq; hac de causa videtur Arist. non ad alias res, quàm ad naturales attendisse in colligendis omnibus causarum generibus. nouerat enim, ex his quasi compositioribus, & quæ ex pluribus pendent, plures causas, quàm ex cæteris colligi posse.

Cur Arist. ex solis rebus naturalibus causarum genera collegerit.

Ex definitionibus singulorum generum.

Idem quoque licet ostendere ex definitionibus materiæ, formæ, efficientis, & finis; adhibitis argumentis ijs, quibus Arist. ad eandem conclusionem probandam vtitur. Quòd enim hæc quatuor sint verè, ac propriè causæ, ex descriptione causæ, expensis singularum definitionibus perspicuum erit. Materia enim definitur esse primum subiectum, ex quo aliquid

Materia quid

quid ita fit, ut non per accidens insit, quod habes 1. Phys. cap. 9 Si ergo materia, non per accidens concurrit ad effectum, luce clarius est, effectū pendere per se à materia, atque ideo materiam esse ueram eius causam. tex. 82.

Forma. Forma deinde, eodem authore 5. lib. huius operis c. 2. & 2. Phy. c. 3. atq; alijs plerisq; locis, definitur esse ratio quiditatis, hoc est id, à quo primo res habet speciem, & quiditatem, & ab alijs distinctionem. Quis autem non uideat pendere per se rē ab eo, à quo primo habet speciē, & distinctionem? 5. Metaph. tex. 2. & 2. Phy. tex. 28.

Efficiens. Efficiens porrò eisdem locis definitur esse id, unde est primum mutationis principium, seu, ut generaliùs loquamur, actionis; hoc est, id, à quo primo actio oritur. Si igitur ab agente primùm oritur actio; non dubium est, quin ab eo per se pendeat effectus. sublata enim prima actionis origine, ne intelligi quidem potest, quomodo aliquid fiat per se. Denique finis passim dicitur id esse, cuius gratia aliquid fit. Si ergo id, quod fit, non temerè fiat; constat, illud per se pendere à fine. nihil enim est aliud non temerè fieri, quàm fieri alicuius gratia. Ita patet, materiam, formam, efficiens, & finem uerè, ac propriè causas esse. Vt 2. Phys. c. 3. tex. 29. & 2. de Anima c. 4. à tex. 35. & 1. lib. Metaph. c. 3. & lib. 5. cap. 2. tex. 2.

Duæ Aristotelis rationes. Quòd autem causarum genera non sint plura, duobus argumentis probat Arist. Vno in physicis lib. secundo cap. 7. altero, extremis penè uerbis huius libri. Priori loco, Quia ea sola quæruntur, cùm quæstio Propter quid proponitur. Aut enim quæritur materia, vt si quis petat, propter quid mista dissoluantur. is enim satisfacit, qui respondet, Quia constant quatuor elementis, quę sunt mistorum materia. Aut quęritur forma, ut si quis roget, propter quid homo sit propensus ad scientiam. is enim aptè reddit causam, qui respondet, Quia est præditus animo rationis participe. Aut quæritur efficiens, ut si quis interroget, propter quid ex aquosis locis eleuentur vapores. eius enim rei causa est uis solis, & astrorum. Aut demum quæritur finis, ut si quis petat, propter quid sol modo ad austrum declinet, modo ad boream. hæc enim uicissitudo ea de causa constituta est, ut temperetur annus ex hyeme, & æstate, uere, & autumno. Cùm igitur quæstio propter quid aliam causam nullam quærat; consequens est, ut hæc tantùm causarum genera ponenda sint. tex. 68. tex. 50.

Posteriori autem loco, idem ex eo probat Arist. quòd nemo Philosophorum, seu ueterum, seu recentiorum, summo etiam studio in quærendis causis posito, aliud prętera causæ genus inuenit. Quod argumētum non leuis est momenti in Philosophia, præsertim cùm ea, quæ quæruntur, sunt communia, & quorum cognitio ex reb. passim occurrentibus elici possit, cuiusmodi sunt ipsa causarum genera; etsi pleręque particulares causæ possunt omnibus esse ignotæ, ut est, multorum sententia, causa marini fluxus, & refluxus.

Collectio omnium generū ex singulis. Potest denique idem causarum numerus colligi ex unoquoque genere earum. Si enim ponamus dari materiam, cùm illa ex sese moueri nequeat, oportebit dari agens aliquod, à quo moueatur, & formā, quæ per motum

motum inducatur,& finem,cuius gratia agens ad agendũ inuitetur. Eodem modo si ponamus dari formam,uel etiã solum motum, qui est inchoata forma;planè colligetur & materia,in qua sit forma, & efficiens,à quo illa inducatur,& finis,cuius gratia efficiens alliciatur ad eam inducendam. Quod idem ex cæteris facile est colligere. Hanc autem rationẽ inuestigandi causas fuisse apud Veteres,ipse Arist.testatur cap.3.huius libri,quo loco scribit,illos ex inuentione materiæ progressos fuisse ad inuestigationem efficientis. Atque hæc satis erunt,ad causarum numerum colligendum. Nec ullus est grauium Philosophorum,si rectè eorum sententiæ expendantur,qui plura causarum genera esse credat, ut ex solutione argumentorum patebit.

## *Solutio argumentorum, quib. ostendi uidebatur; plura esse causarum genera, quàm quatuor.* SECT. V.

Conferuntur inter se principiũ, & causa.

AD primũ igitur eorũ,quibus plura causarũ genera ostendi uidebãtur, dicendũ est,latiùs patere principiũ, quàm causam. Priuatio enim numeratur in principijs rerũ naturalium,nec tamen est earum causa. De qua re initio libri quinti. Quod autem Aristoteles lib.4.cap.2 ait,principium,& causam reciprocari inter sese,de causa nõ propriè tantùm, sed cõmuniter etiã dicta,ut sæpe uulgò accipi solet, intelligendum est; quo etiam pacto loquitur de causa lib. 12.cap. 2. cùm priuationẽ non solùm principium, sed etiam causam appellat. Quòd si quis solutionem ex eo reprehendat,quòd Aristoteles initio libri quinti,ubi propriè loquitur de principijs,planè dicat tot modis dici causas,quot principia; occurrendũ est,necessariò id intelligendum esse negatiuè, quasi dicat, non pluribus dici causam, quàm principium; alioqui inepta esset ratio,quæ ijs uerbis concluditur,ut eodem loco patebit.

text. 3.

text. 12.

text. 1.

Obiectio.

Dilutio.

Ad secundum dicendum,cùm causa diuiditur in quatuor uulgata genera,non accipi nomen causæ in tota latitudine suæ significationis, sed pro causa principali,& quæ digna est,cui effectus tribuatur.Cęteræ enim potiùs concausæ,quàm causæ uidentur dicendæ,etsi eis conueniat tradita causæ definitio. Ita fit,ut mirum non sit, si instrumentis conueniat definitio causę tanquàm ijs,à quibus effectiuè,ac per se pendet effectus,nec tamen eisdem conueniat definitio causæ efficientis ab Arist. tradita, qua solius principalis efficientis natura; declaratur. Reuocantur tamen instrumenta ad causam efficientem principalem, quia illi ad agendum subseruiunt.

Causa quo pacto in diuisione causarũ accipiatur.

2. lib. Phys. c. 3. tex. 29.

Ad quod genus causæ reuocentur instrumenta.

Ad tertium dicat fortasse aliquis, Causam exemplarem non esse ueram, & per se causam, sed per accidens; tum quia accidit effectui, ut fiat ad imitationem exemplaris, ut patet in picturis, & sculpturis, quæ aliarum imitatione fiunt, cùm aliàs fieri possint inuentione; tum etiam, quia

Digitized by Google

quia in rebus naturalibus non datur causa exemplaris, cùm interim dictum sit à nobis, omnia causarum genera in naturalibus reperiri. Reijcienda tamen prorsus est huiusmodi responsio. Omnis enim effectus, qui fit à causa agente per intellectum, pendet per se ab aliquo exemplari. Nec refert, quòd accidat picturę, sculpturæ, alijsque rebus artefactis, vt sint imitationes aliorum artefactorum. Artefacta enim, quæ opifices extrinsecùs imitantur, non sunt verè, & suapte natura exemplaria, vt rectè probatum est, sed ipse communis, vniuersalisque conceptus rei faciendæ per artem; non tamen quatenus illam representat, sed quatenus subit vicem naturæ communis obiectę, quo pacto est imitabilis ab artifice. in hac enim imitabilitate, vt sic dicam, ratio exẽplaris cõsistit. Possent quoque naturalia ipsa, quatenus cõcipiuntur vt imitabilia ab arte nõstra, suo modo dici exemplaria artificialium. Ars enim nostra per se, ac suapte propensione imitatur naturã. Nec dubium est, quin natura eminẽter cõtineat quicquid arte nostra effici potest, cùm & mens nostra, cui rerũ artificialium effectio tribuitur, forma naturalis sit, & nihil arte humana fiat, nisi cùm actiua naturalia, vt dici solet, applicantur passiuis. Non sine causa autem addidimus verbum [nostra] cùm diximus, artem imitari naturam. Nam si de arte diuina sit sermo, potiùs natura imitatur artem. Cùm autem diximus, omnia causarum genera in rebus naturalibus reperiri, non ita id intelleximus, quasi crederemus, omnes causarum species in eo rerum genere spectari, sed tantùm omnia causarum genera, modos'ue causandi generales: fatemur autem, causam exemplarem pertinere ad aliquod ex quatuor uulgaris generibus, ad finalem scilicet, efficientem, formalem, aut materialem; quæ genera omnia reperiũtur in rebus naturalibus. Quanquam cùm naturalia omnia reducantur ad artem diuinam, nihil erit incommodi, si dicamus, dari etiã causas exemplares in naturalibus, seu potiùs naturalium, à quibus causis magis pendent per se res naturales, quàm à naturalibus artificiales. Itaque non est cur negemus, causam exemplarem esse veram, ac per se causam.

Exemplar esse veram causam.

De hac re lib. 5. & 7.

Discrimẽ inter nostram artem, & diuinam.

Quo pacto causæ omnes in rebus naturalibus reperiantur.

Erunt igitur fortasse qui dicant, causam exemplarem reuocari ad finalẽ, quòd agens per intellectum ad eam respiciens operetur, hoc est, illam agendo nitatur assequi. Verùm id dici non potest. Primùm, quia omnis finis isto modo erit exemplar, veluti externa forma domus, & vsus etiam illius, quod falsum est. Deinde, quia agens per intellectũ nõ nititur actione sua assequi exemplar ipsum, sed assequi similitudinẽ exemplaris. Postremò, quia ratio exemplaris consistit in imitatione passiua, seu imitabilitate; ratio autem finis non item.

Exemplarem causam non esse reuocandam ad finalem.

Alexãd. lib. 5. com. 3. id uidetur sentire.

Scoti de causa exemplari opinio.

Scot. in primum sentent. d. 2. & 36. existimat causam exemplarem reduci ad efficientem, quem hac in re non pauci sequuntur. Eorum ratio est, quia quod præstat forma naturalis agentibus naturalibus, id præstat forma intellectualis (quam vocamus exemplar, siue ideam) agentibus per intellectum. Vtraq; enim est ratio agendi ipsi agenti, vtraque determinat

d. 2. q. 2. d. 36. a. 2.

actionem

actionem ad speciem certi effectus, & utriusque ratione agens assimilat sibi id, quod patitur, atque uniuocum sibi effectum producit, ut Arist.
tex. 30. luculenter docet lib. 7. cap. 9. Cùm igitur forma naturalis, ut est in agente, & ad effectum agentis concurrit, reducatur ad causam efficientem naturalem (nec enim est id, quod principaliter efficit, sed ratio efficiendi) sequitur planè exemplar reduci ad causam efficientem per intellectum.
tex. 28. Quod idem dicunt Aristotelem innuisse 2. Phys. lib. cap. 3. & 5 huius
tex. 2. operis cap. 2. cùm docuit secundum causarum genus esse formam, atq; exemplar. significauit enim, ut inquiunt, id ipsum, quod est forma respectu agentis, esse principium efficiendi respectu effectus agentis; naturale quidem, si sit forma naturalis; intelligibile autem, si sit exemplar.

Alia ratione reuocant Stoici exemplar ad causam efficientem. Dicunt enim causam efficientem perinde uti exemplari, atque alio quouis in-
sect. 1. strumento, ut suprà ex Seneca Stoico retulimus. Itaque censent, exemplar non reuocari ad agens, ut formam agentis, sed ut illius instrumentum.

Stoicorū de eadem re opinio.

Neutra tamen sententia placet. Credimus enim, exemplar, quatenus exemplar est, non reuocari ad efficientem. Id quod ex his licet ostendere. Primùm, quia exemplar, quatenus exemplar est, non habet quicquam efficientiæ in effectum, sed consistit in quadam imitatione passiua, neque concurrit ad actionem, ut influens, sed ut extrinsecùs quodammodo terminans: forma autem agentis, & instrumenta, quibus efficiens ad agendum utitur, aliquid efficientiæ, & influxus habent in effectum; forma quidem, quia potentiæ, quibus agens ad agendum utitur, ab illa fluunt, & illius uirtute agunt; instrumenta uerò, quia mota mouẽt, actionemq; ipsam agentis exequuntur. Deinde, quia cùm artifex agit respiciens ad exemplar, principium, quo agit, est ars ipsa; instrumenta uerò sunt, quæ ab agente mouentur, & ad agendum applicantur: at exemplar neq; est ars ipsa, sed primarium eius obiectum, quod ab arte supponitur, quemadmodum & finis artis; neq; ab agente mouetur, sed potiùs illud quodãmodo mouet, non tamen, ut appetibile, quo pacto mouet finis, sed ut imitabile, quæ est diuersa mouendi ratio. Postremò, quia Plato, qui primus exemplarem causam uidetur inuenisse, eam uocauit Ideam, Formam, & Speciem; Aristoteles uerò perspicuè illam in genere causæ formalis posuit, ut patet ex locis proximè citatis. Neque ullam uim habet responsio illa, Iccirco exemplaris nomen adiectum fuisse ab Aristotele, ut exponeret, formam, quatenus est in agente, esse exemplar rei, quæ generatur. Eodem enim modo dicere potuisset [Alio modo, forma, atque finis] forma enim, ut est in eo, quod generatur, est finis generantis. quo fit, ut potiùs dicendum sit, Aristotelem, & formam realem nomine formæ, & intelligibilem, siue obiectiuam nomine exemplaris in genere causæ formalis complexum fuisse.

Impugnatur utraque opinio.

Discrimẽ inter artem, instrumenta, & exemplar.

Quid Plato, & Aristoteles de exemplari existimarint?

Dilutio responsionis.

Ad rationem igitur eorum, qui Scotum sequuntur, ex ijs, quæ dicta sunt, respondendum est, exemplar non esse principium efficiendi, quasi

Soluitur Scotistarũ ratio.



Digitized by Google

ab eo, ut tale est, influxus oriatur, sed esse id, ad quod agens agendo respicit; nec uerò effectiuè determinare actionem ad speciem, aut assimilare patiens agenti, sed imitatione passiua, siue ut imitabile. Vnde etiã patet, quàm inanis sit Stoicorum ratio. Non enim agens utitur instrumento, nisi illud moueat, eique uim aliquam agendi communicet, aut saltem per illud uim propriam agendi exerceat.

Stoicorum argumentum dissoluitur.

Aliorum sententia.

Sunt denique, qui etsi exemplar in causis formalibus numerant; non directò tamen, sed reductitiè ad hoc causæ genus pertinere putent, quẽadmodum, & instrumentum ad genus causæ efficientis; id quod duabus potissimùm rationibus sibi persuadent. Vna, quia exemplar non per se ipsum dat esse, sed per formam inductam ab agente: altera, quia non dat esse intrinsecus, sed extrinsecus.

Vera sententia.

Crediderim tamen, exẽplar (si tamen nõ per accidẽs, sed per se sit exẽplar) directò potiùs ad genus causæ formalis, quàm reductitiè pertinere. Primùm, quia est una ex causis principalibus, quæ ad effectum concurrunt. Nec enim dat esse ratione alicuius prioris formæ. Quin, si forma informans, siue realis, & exemplaris inter se conferantur, & altera ad alteram reducenda sit tanquam secundaria ad principalem; non dubium est, quin realem ad exemplarem reducere oporteat. Re tamen uera, nec tra ad alteram reuocanda est, quia rationes causandi utriusque sunt inter se diuersæ; nisi eo pacto uelis realem formam ad exemplarem reducere, quo inferiora genera causarum reuocantur ad superiora, ut materia ad formam, & forma, atque efficiens ad finem, qui causarum omnium quodammodo est causa. Deinde, quia omnes quotquot Philosophi, ac Theologi de veris ideis loquuntur, asserunt, ideas esse principales formas, & quarum imitatione formæ reales inducantur in materiam; exemplaria uerò, quæ per se, & suapte natura talia sunt, nihil aliud sunt, quàm ueræ ideæ, tametsi non tales, quales Plato existimabat. Postremò, quia ratio quiditatis, quæ est definitio formalis causæ, non modò formam realem, atque informantem, sed etiam intelligibilem, siue exemplarem complectitur. Est enim Idea principalis quædam, ac prototypa ratio essentiæ rei, cuius est idea; forma uerò informans ideo dicitur ratio quiditatis, quia additione sui ad materiam absoluit, ac complet quiditatem rei, & in causa est, ut illa ad certam speciem pertineat. Atque hanc ob rem uidetur Arist. dixisse [forma, atque exemplar] ut duo causarum genera specialia sub formali causa directò comprehenderet. Alioqui instrumenta etiam cum efficiente principali coniungenda erant, quod non fecit.

Idæ D. Tho. 5. Metaph. lect. 2. & Caiet. p. q. 44. ar. 3.

Ideas esse principales formas.

Ratio quiditatis quid?

Nec rationes pro parte oppositæ quicquam efficiunt. Prior enim falsum illud assumit, exemplar non dare esse per seipsum, sed per formam inductam ab agente. Dat enim esse per se ipsum in suo genere, ideſt, ut exemplar. Vnde nascitur, ut etiam det esse per formam inductam ab agente, tanquam per sui participatam similitudinem. Alioqui efficiens non ageret per se, quia agit per instrumenta.

Solumntur rationes superioris opinionis.

Posterior

Posterior autem nihil concludit, nisi uelis efficientem causam, & finalem non esse principales: quia causant extrinsecus, quod dici nõ posse, uel ex eo patet, quia Deus est finis, efficiens, & exemplar rerum omnium, nec tamen potest esse formalis intrinseca, aut materialis, eo quòd ratio causandi extrinsecus nullam ex genere suo habet imperfectionem adiunctam, à qua tamen causæ internæ exolui non possunt, cùm necessariò sint partes, entis per se, ac proinde incompleta entia.

Quarum causarum rationes possint cõuenire Deo?

Ad argumentum igitur principale, cuius soluendi causa hæc omnia præmisimus, dicendum est, nihil illud concludere contra ea, quæ dicta sunt. Si enim nititur ostendere, non esse exemplar causam formalem internam, rectè quidem id probat, sed tamen non probat, non esse formalem. Si uerò contendit, non esse omnino causam formalem, uitiosè sumit definitionem formę internæ ad id concludendum, cùm sumenda esset definitio formæ in commune, quæ externam quoque complecteretur, qualis est, Ratio quiditatis, ut diximus.

Obiectio.

Quòd si quis urgeat, cùm exemplaris causa sit directò, & non reductiè causa formalis, adhuc effici ex dictis, quinque esse causarum genera, finalem, efficientem, exemplarem, formalem internam, & materialem; Occurrendum est, si genera causarum sumantur in commune, non esse nisi quatuor, cùm exẽplaris, & formalis interna, sub formali contineantur. Si uerò sumantur in specie, non mirum esse, si plures tradi possint. Nam & finis diuiditur in finem cuius, & cui, tanquam in diuersas species finium. Et causa efficiens in efficientem ex aliquo, & ex nihilo, ut in diuersas efficientium species. Eodem modo ait Arist. in Topicis, quatuor esse prędicata dialectica, quæ tamen si in specie sumantur, plura esse inuenientur. Vnde colliges nihil dissidij esse hac in re inter Platonem, & Arist. quòd Plato causam exemplarem quoddam per se causæ genus fecerit. Nec uerò quicquam pugnare cum ijs, quæ dicta sunt, Henricum Gandauensem ex ueteribus Scholasticis egregium auctorẽ, qui quolib. 9. scribit; quinque esse causarum genera adiuncto exemplari; sed potiùs ea ratione fauere, quatenus facit exemplar principale quoddam genus; neque illud ad causam efficientem, aut ad formalem internam reuocat.

Dilutio.

lib. 1. c. 3.

Conciliantur dicta Plat. & Aristotelis de causa exemplari.

q. 1.

*Solutio argumentorum, quib. ostendi uidebatur, nullum ex traditis causarum generibus esse ueram causam; aut certè pauciora esse quàm quatuor uulgata.* SECTIO SEXTA.

AD primum uerò argumentum eorum, quæ aut nullum ex traditis generibus causarum, aut certè pauciora in ueris, ac per se causis esse contendebant, dicendum est; quod quidem ad materiam attinet, tantùm abesse, ut ei officiat purę potẽtię ratio, quo minus causa esse possit, ut potiùs alia ratione, interna rei causa esse nequeat, ut post ea ostendemus;

Materia ideò causa, quia pura potentia.



Digitized by Google

tametsi non est negandum, habere eam proprium esse actuale existentiæ. Quod uerò attinet ad formam, dicimus propriũ munus formæ, ut causa est, in eo positũ esse, vt det esse essentiæ ipsi composito, quod certè esse ab eo non accipit; quanquam ne esse quidem existentiæ accipit forma à composito, sed uel ab efficiente solo, si non educatur de potentia materiæ, vel ab efficiente, & materia, si de eius potentia educatur. Quod autem dicitur, causam efficientem non adhiberi in demonstrationibus, in quibus effectorum proprietates demonstrantur; idque ex eo accidere, quòd proprietates effectorum non profluant ex causis efficientibus, sed ex naturis subiectorum; etsi probat, causam efficientem non esse causam internam; non tamen ostendit non esse causam. Nam quia causæ internæ satis sunt ad demonstrandas rerum proprietates, ideò fit, ut externæ non assumantur: tametsi verũ non est, nunquam adhiberi externas, sed rariùs adhiberi. Quin etiam perfectiores sunt demonstrationes, in quibus adhibentur omnes, vt si homo demonstretur habere intellectum, quia conditus est à Deo ex animo, & corpore, vt bene, beatéque viuat. Denique falsum est, id, quod in rerum natura non est, non esse ueram causam. Causa enim, quæ concurrit ad effectum ut desiderata, ex ipso suo causandi genere non requirit realem existentiam; imò verò in plerisque requirit non existentiam, vt in sanitate recuperanda, quæ concurrit ad curationem, vt desiderata, & expetita. Si enim iam existeret, non adhiberetur corpori curatio. Nec verò Arist. ait, finem esse oppositum principio absolutè, sed principio, unde motus oritur, quod est causa efficiens, cui finis dicitur oppositus, non oppositione repugnantiæ, sed relationis, à quo, & ad quod.

Cur rariùs fiat demõstratio p causam efficientem?

Perfecta demonstratio.

Ad secundum dicendum est, si verba [propter quid] latè sumantur, nullum ex quatuor generibus causarum traditis à uera ratione causæ esse excludendum, neq; id negari in Phædone: si uerò sumatur presse, ac propriè, pro eo, quod est, cuius gratia (hæc enim est propria illorum uerborum significatio) non dubium esse, quin solus finis dicendus sit causa; atque hoc voluisse Platonem in loco citato.

A solo efficiente dictum esse effectum.

Ad tertium dicendum est, si causa sumatur, ut refertur ad effectum, spectato effectu iuxta nominis originem, quæ etymologia dicitur; cùm effectus dicatur ab efficiente, non dubium esse, quin solum efficiens dicendum sit causa, ut probatum est. At effectus non semper ea ratione spectatur, quemadmodum, nec lapis semper consideratur, quasi lædens pedem, unde lapidis nomen fortasse ducitur, sed rarò, & apud Grammaticos, qui uerborum etymologias persequuntur. Cùm ergo Stoici solum efficiens causam appellauerunt, forsitan causam spectarunt, ut refertur ad effectum, iuxta originem vocabuli cõsideratum. cætera enim, quæ causæ dici solent, non efficiunt rem, sed ad eam efficiendam sunt necessaria. Aut potiùs dicito, illos id solùm censuisse dignum causæ nomine, undè actio primùm oritur, quasi causæ no-

Cur Stoici solum efficiens causam appellauerint.

men

men idem apud eos ualeat, atque authoris, quod certè in alia causarum genera non conuenit.

Seneca tamen, & Cicero, qui ea in re Stoicorum sententiam sequutus est, quædam non rectè adijciunt, quale est illud, Cætera, quæ dicuntur causæ, pendere ab efficiente, quod falsum est in plerisque finibus, & exemplaribus. Et illud, Nihil aliud esse finem, quàm propositum agentis; nisi ab eis propositum sumatur pro re, quam sibi agens proponit. Et illud, Exemplar esse instrumentum. Et illud, Materiam non magis causam esse, quàm tempus, locum & cætera, sine quibus res non fit. reprehenduntur dicta quædam Senecæ, & Ciceronis de causis.

Ad quartum dicendum, Platonē quidē in Timæo ea sola censuisse digna nomine causę, quę tēpore præcedunt effectū, aut præcedere possunt, atque iccirco sola tria causarū genera eo loco enumerasse, efficientem, exemplarem, & materialē. Satis tamen est, si præcedant natura, effectusq; ipse ab eis per se pendeat, quo pacto compositum pendet à forma informante, tanquàm à digniori causa interna. Neq; uerò forma fit propriè, sed compositum ex materia, & forma. Nam etsi forma cum ipso composito incipit esse: id tamen solum propriè fieri dicitur naturaliter, cuius altera pars existebat, altera ui agentis adiecta est, ut habes libro septimo huius operis cap. 8. Cur Plato in Timæo, nec formam informantē, nec finem numerauerit in causis. tex. 26.

Nec uerò Arist. cùm docere uidetur, formam esse totam rei quiditatem, aliud quicquam uidetur significare, quàm quòd species, quæ sæpe appellatur forma, sit totum id, quod definitione explicatur; aut, formam, ex qua res naturalis constituitur, esse id, ex cuius perfectione desumuntur omnia prædicata, quæ in definitione continentur, seu (quod eodem redit) ex quo omnis perfectio rei prouenit. Sed quo tandem pacto Arist. eo loco sit intelligendus, in eius libri explicatione diligentiùs expendetur. Opinio autem illa ueterum Naturalium, qui prēter efficientem, & finalem (quas tanquam externas parum uidētur curasse) solùm materialem posuerunt, sententia est balbutientium adhuc Philosophorum, & quasi in tenebris aurectantium: tametsi, nec illi prorsus negarunt causam formalem, sed formalem substantialem. Videbant enim planè res moueri, & alias formas accidentarias abijcere, alias acquirere, per quas tandem adulta iam Philosophia, magisq; rerum perita substantiales formę à posteriori cognitę sunt. De quibus quidem, sintne in rerum natura, an non, primùmque de materia prima stabilienda, de qua non minor est quæstio, hoc loco nobis disputandum est. Aristotelis sententia de forma. Ad cap. 10. Veteres non omnino causam formalē negasse.

SIT

# SIT NE RE VERA IN REBVS NATVRALIBUS materia prima. QVAEST. II.

*Qua ratione nulla sit difficultas in asserenda materia prima.*

## SECTIO PRIMA.

Ordo seruandus in disputatione de materiæ, & formæ inuentione.

MATERIÆ primæ, ac formę substantialis inuentio, quę in tota Philosophia permagni momenti est, & in qua Philosophi plurimùm desudarunt, cõmodiùs à nobis expedietur, si primùm de materia prima, quatenus ea facilè inueniri potuit; deinde de formæ substantialis inuentione disseramus; postremò inuenta forma substãtiali, ex ea colligamus, cuius naturæ sit materia prima, quatenus capax est formæ substantialis. Sunt enim hæc adeo connexa inter sese, ut perfecta inuentio primę materiæ, sine inuentione formæ substantialis omnino absolui nequeat.

Duplex materiæ primæ cõsideratio.

Materia prima duobus modis spectari potest. Vno sub communi nomine materiæ primæ, qua definitur esse Subiectum non factum ex alio, & ex quo fiant cætera; qua vsus est Arist. primo Phys. libro cap. vltimo, text. 82. Altero, secundum propriam, & peculiarem rationem, hoc est, comparatione substantialis formæ. Eodem modo dicere solemus vltimum finẽ, siue felicitatem posse considerari, vel sub communi, imperfectaque explicatione vltimi finis, vt si dicatur esse status omnium bonorum aggregatione perfectus, quo pacto à Boëtio in libris de consolatione Philosophica definitur; aut secundum peculiarem rationem eius vitæ, in qua ea bonorum aggregatio cernitur. Quemadmodum igitur vltimus finis in communi facilè percipitur; ab omnibusque expeti ostenditur, & tamen adeo difficile est ostendere, quibus in rebus consistat, vt nulla in quæstione fortasse maior fuerit apud Philosophos controuersia; ita cùm nullo negotio intelligere omnes possint, quid sit materia prima iuxta vulgarem illam materiæ primæ rationem, nec difficile sit, eam sic spectatam in rerum natura esse ostendere; tamen percipere omnino ad quod genus formarum ipsa primùm referatur, quęq; tandem sit eius essentia, adeo difficile cognitu fuit, vt vix tandem à Platone, & Arist. post tot, tantorumq; Philosophorum studia explicatum sit. Lib. 3. prosa 4.

Difficile esse materiæ primę essentiam percipere.

Ostenditur dari materiã primam ex motu.

Esse igitur materiam primam in rerum natura, his ferme rationibus ostendi solet. Primùm quia motus sensu ipso per se notus est, motus autem omnis à contrario in contrarium fieri cernitur, quorum alterum paulatim introducitur, alterum expellitur: cùm igitur contrarium, quod introducitur, in eo, quod expellitur, recipi non possit; tum quia sibi mutuò repugnant, tum etiam quia in fine motus contrarium, quod

Digitized by Google

quod expellebatur, sæpe omnino esse desijt; dandũ necessariò est in quouis motu commune aliquod subiectum vtriusque contrarij, quod paulatim alterum abijciat, alterum accipiat; quod subiectum materiam appellamus. Deinde, quia motus, & omnis omnino mutatio actio quædam est, & vel sensu cognoscitur, ab agente aliquo proficisci, & in certo aliquo patiente recipi; neque enim quoduis in quoduis agere aptum est, vt est etiam experientia compertum; at agens nititur efficere patiens sibi simile, vt cernimus in actione, qua ignis agit in lignum; ergo datur in omni patiente res aliqua subiecta, quę ante actionem sit dissimilis agenti, in fine autẽ similis per inductam ab eo sui similitudinem; quam eandem materiam vocamus. Tertiò, quia ex nihilo nihil fit naturaliter: oportet igitur fieri ex aliquo antè existente, ex quo id, quod fit, constet, quemadmodum accidit in ijs, quæ conficiuntur arte: illud autem non potest esse forma; est igitur id, cui forma adiungitur, & in quod introducitur; quod dicimus materiam. Postremò, quia vel id, à quo forma eius, quod antè erat, expellebatur, & eius, quod esse incepit, inducebatur, permansit idem in fine actionis, aut perijt: at non perijt, tum quia perijsset quoque forma introducta, frustraque agens egisset; tum etiam quia iam totus effectus esse incepisset, & non ex aliquo factus, quod est contra hypothesim; tum denique quia aut agens naturale ex nihilo produceret ea, quæ naturaliter fiunt, aut ea in fine actionis à se ipsis, aut à solo Deo per creationem esse inciperent, agentiaque ipsa naturalia solam vim corrumpendi, imo verò annihilandi haberent, aut certè superuacanea essent, quæ omnia sunt absurdissima: datur igitur commune subiectum, quod abiecta priori forma permaneat sub posteriori; quod subiectum vocamus materiam.

*Ex ipso agente, & patiente.*

*Ex eo, quia ex nihilo nihil fit naturaliter.*

*Ab incommodis complectibus.*

Verùm hæ rationes, si nihil aliud addatur, non ostendunt dari materiam primam, etiam sub communi illo conceptu subiecti, quod non ex alio subiecto factum sit; quod tamen probandum erat, quodque rudis illa priscorum Philosophia, vt rem parum difficilem cognitu, facilè assecuta est. Minùs quoque institutum probant argumenta ea, quæ à nonnullis adhibentur ex ratione motus, & omnino accidentis, nempè, Quia necesse sit, vt motui, cùm sit actus rei mobilis, & cuilibet accidenti subiectum aliquod subsit. Hæc enim, & similia, quanquam rectè probant, dari in omni motu, omnique prorsus actione subiectum aliquod; non tamen ostendunt dari subiectum, quod ex alio priori factum non sit.

*Prædictas rationes, si in se spectẽtur, non satis esse ad institutum probandum.*

Sunt, qui hoc pacto probationem complendam existiment. Datur necessario subiectum aliquod in omni actione; aut igitur illud est factum ex alio, & illud ex alio, & ita deinceps in infinitum; aut deueniendum est ad primum, quod ex alio non sit factum: non est autem progrediendum in infinitum: igitur in omni actione datur primum aliquod subiectum, quod nõ sit factũ ex alio, & ex consequenti prima aliqua materia.

*Quo pacto à quibusdã probato complectus.*

Quòd

Quòd autẽ nõ sit progrediendũ in infinitũ in subiectis, quorũ alia ex alijs facta sint, probant ex formis, quæ non sunt infinitæ in eadem materia.

Refutatio. Sed hoc complementum probationis non placet. Primùm, quia Arist. lib. sequenti cap. 2. cùm ostendit non dari in eadem re materias infinitas, quarum aliæ ex alijs genitæ sint, supponit dari materiam primam, & ea posita ostendit non dari infinitas procedendo ad alias, atque alias secundas, quæ sunt secundaria subiecta; vnde fit, vt manifestius esse putauerit, dari primam materiam, quàm vt impugnatione infinitarũ probandum esse existimaret. Deinde, quia in ostendenda etiam eodem loco finitione formarum naturalium, eadem hypothesi primę materiæ vtitur; ex qua re efficitur, vt notius quoque esse existimauerit, dari aliquam primam materiam, quam non dari, formarum infinitionem. tex. 5. tex. 5. & 6.

Vera instituti cõfirmatio ex mutua rerum transmutatione.

Alia igitur ratione complenda est probatio, quàm ex finitione vel materiarum, vel formarum; nempè ex mutua transmutatione rerum omnium, quæ in hoc inferiori mundo continentur, quam Veteres nonnulli putabant ad cælestia etiam corpora extendi. Nam si omnia mutuò ex se inuicem, saltem mediatè, generantur (quod partim experientia compertum est, partim ex contrarietate qualitatum ratione colligitur, vt inferiùs contra Empedoclem patebit) datur haud dubiè cõmune aliquod subiectum omnium transmutationum, siue mutationum, quibus aliquid ex alio fiat; alioqui non quodlibet mediatè, aut immediatè gigneretur ex quolibet. At si datur commune aliquod subiectum omnium transmutationum, illud ipsum non potest esse factum ex alio subiecto; iam enim non subijceretur omnibus transmutationibus; igitur, si in omni transmutatione datur commune aliquod subiectum, & omnia apud nos mutuò transmutantur; necessariò efficitur, dandum esse primum aliquod subiectum non factum ex alio, & ex consequenti materiam aliquam primam secundum communem illam materię primę rationem, ex qua gignantur omnia, siue ea sit ens omninò potentiale, nihilque perfectionis ex se habens, vt Plato, & Aristoteles censuerunt; siue actuale, & modo aliquo ex se perfectum, vt crediderunt veteres Naturales, quorum iam opiniones à nobis breuiter recensendę, & impugnandæ sunt, initio facto ab ijs, qui vnum tantùm substantiale principium, aut potiùs nullũ posuerunt.

## *Quid senserint de prima materia ij, qui vnum tantùm substantiale principiũ, aut nullum posuerunt.* SECTIO SECVNDA.

Vulgus, nullam rerum omniũ materiam agnoscere.

AC vulgus quidẽ, vt Arist. ait paulò post principium huius capitis, existimat, terram esse omnium primam materiã. Primùm, quia putat omnia, quę gignuntur, & intereunt, ex ea effici, tandemque in eandem resolui. Item, quia in medio locata sit, quasi omnium commune elementũ. Tum etiam, quia uiuentia omnia quocunque in elemento degant, alat, Tex. 14.

ac

Digitized by Google

ac foueat; Vnde & Alma mater vocatur. Denique, quia ex se se videatur stabilitatem habere, cùm cætera moueantur; vnde, & Vestam vocatam esse quidam scribit, quasi vi sua stantem. Stat, inquit, vi terra sua, vi stando Vesta vocatur. Hæc posteriora sunt apud Arnobium 3. lib. contra Gentes [Terram, inquit, quidam è nobis, quòd cunctis sufficiat animantibus victum, Matrem esse dixerunt magnam: eandem hanc alij, quòd salutarium seminum frugem gerat, Cererem esse pronuntiant: nonnulli autem Vestam, quòd in Mundo stet sola, cæteris eius partibus mobilitate in perpetua constitutis.] Philosophi tamen longè aliter sentiunt. Nullus enim eorum, qui vnum tantùm rerum naturaliũ materiale principium posuerunt, censuit terram esse primam omnium materiam, vt ait Aristoteles in loco citato: in quam sententiam omnes venerunt propter nimiam terræ compactionẽ, & densitatem, aliasque huiusmodi qualitates, ob quas illa inepta est, vt figuras, ac formas omnes facilè induat. Nec refert, quòd Hesiodus scripsit, terram esse primum omnium materiale principium: id enim non alia ratione videtur fecisse, nisi vt tanquam Poëta ad communem vulgi sensum se accommodaret.

Ouidius 6 Fastorum.

Infra medijs libri.

Aliter sentire omnes Philosophos.

Tex. 14.

In Theogonia.

Lege Aristotelẽ hoc lib. c. 3. Aug. 8. de ciuit. Dei c. 2. Euseb. 14. de præpar. euang. cap. 5. Clementem Alex. 1. lib. Strum. Laër. 1. lib. in Thalete, & Cicer. in Lucullo, & alijs locis.

Thales Milesius primus auctor naturalis Philosophiæ.

PRima igitur Philosophorum opinio de materia prima fuit Thaletis Milesij, qui primus auctor & quasi parens habetur naturalis Philosophiæ, & Simplicij sententia in primũ Phys. librũ omnibus ueteribus Physicis antecelluit. Is posuit, aquã esse materiã, ex qua omnia primùm fierẽt; quam sententiam Orpheũ, Musæum, & alios eius ætatis Poëtas, ac Theologos carminibus adumbrasse, cùm Oceanum, & Tethyn parentes omnium rerum fecerunt, stygiamq; paludem primam esse, atque antiquissimam cecinerunt, nõnulli autumant; tametsi alij volunt, Oceani, & Thetidis nominibus significari apud eos rerum omnium instabilitatem. Et quanquam Socrates apud Platonem in Theæteto hoc pacto intelligit Homerum idem dicentem; Plutarchus tamen primo de placitis Philosophorum ait, illum sententiæ Thaletis auctorem fuisse.

Cap. 3.

Cur aquam fecerit commune rerum principium.

Quid verò Thaletem impulerit, vt eam sententiam siue approbaret, siue primus induceret, non satis constat. Forsitan id fecit, quia aqua facillimè omnium videatur se se quibusuis formis, ac figuris accipiendis accommodare; quod propriũ munus videtur esse primæ materiæ. Quocirca vt terra quamlibet figuram facile induat, aqua ei misceri solet. Accesserunt fortasse argumenta illa, quæ Aristoteles commemorat cap. 3. Quòd terra priscorum Poëtarum testimonio super aquam existat; Quòd omnium alimentum sit humidum; Quòd calidũ ipsum ex humido alatur; Quòd animalia humido viuant, arente senecta intereant; denique, Quòd semina humidæ naturæ sint omnia.

Non recedo quosdam opinionem Thaletis interpretari.

Gen. 1.

Non desunt porrò, qui Thaletem dicant significasse nomine aquæ ipsam veræ materiæ primæ naturam, admonitum fortasse loco illo sacrorũ librorũ, in quo scriptum est; Et Spiritus Domini ferebatur super aquas, hoc est, quasi incubabat primæ materiæ, vt ex ea varias rerum formas educeret;



Digitized by Google

reret; quam eandem materiam dicunt veneratos esse quondam Aegyptios colēdo Serapidis simulachro, quod apud eos aquam repræsentabat. Parum tamen id, aut nihil probabilitatis habet. Primùm, quia Thales, & qui eum sequuti sunt, non vtebantur ænigmatis, vt Pythagorici, sed proprijs verbis, & apertis. Deinde, quia plerique Thaletis successores in ea sententia ei repugnarunt, damnantes, quòd valde sensibilē posuisset primam materiam; quòd tamen non fecissent, si apud illum puram quandam potentiam nomine aquæ significari intellexissent. Postremò, quia, etsi Thales diu in Aegypto Philosophatus est, vnde potuit aliquam diuinarum literarum cognitionem accipere, multaque ex Aegyptiorum Philosophia intelligere; tamen aquarum nomine initio sacrorū librorum non intelligitur pura potentia materiæ, sed vulgata elementa, quòd in res alias transmutari possint, quemadmodum nec Aegyptij naturam primæ materiæ sub effigie Serapidis colebant, sed aquam ipsam propter beneficium inundationis Nili, quo eorum regio irrigatur.

Anaximenē, aërem rerum materiam ita tuisse.

ANaximenes autem Milesius, quē[a] initio huius operis diximus tertiū fuisse à Thalete in familia Ionica, altero se veluti gradu attollēs à terra, fecit aërem primam omnium materiam, quem etiam dixit esse infinitum. Eandem sententiam secutus est Diogenes Apolloniates huius discipulus. Nam etsi Nicolaus Damascenus teste Simplicio in primum Phys. scribit, illum non aërem, sed medium quid inter aërem, & ignem posuisse; ipse tamen Simplicius testatur se legisse eius commentarium De natura, in quo disertis verbis aërem primā materiam constituit, quēadmodū Aristoteles refert cap. 3. & Laërtius lib. nono. Plutarchus quoq; primo de placitis Philosophorū, & Augustinus 8. de ciuit. Dei in eadem sententia dicunt fuisse Socratis præceptorem Archelaum, qui Physici cognomine appellatus est, vel quia primus Physicam Athenas inuexit, vel quia vltimus eorum, qui ante Socratem extiterunt, naturalem coluit Philosophiam, Socrate deinde moralem introducente: tametsi Simplicius Archelaum Anaxagoræ sectatorem fuisse asserit.

Idem sensisse Diogenē Apolloniatem.

Archelaꝰ cur Physicus dictus?

Causæ, quib⁹ inductus fuerit Anaximenes.

Causę, quæ Anaximenem inducere potuerunt, vt aërem faceret primam materiam, hę fortasse fuerint. Primùm, quòd aër longè faciliùs quàm aqua, omnibus se formis, & receptaculis accommodet. Deinde, quòd facillimè omnium recipiat externas impressiones, siue calidi, siue frigidi, siue odoris huius, aut illius &c. Tertiò, quia vita in calido, & humido posita est, quæ simul in aëre cernuntur. Quartò, quia præcipuū animalium nutrimentum aër videtur esse, & quo cōtinenter plurima indigeant. Postremò, quia in seminib. spiritus dominantur, spiritus autem & aër mutuo cognomento dicuntur, vt Plutarchus ait, aut certè spiritus est aëris naturæ proximus.

Hippasum, & Heraclitum ignem rerum materiam fecisse.

VErùm, quia Hippasus Metapontinus, & Heraclitus Ephesius excelsi animi vir, & terrena omnia adeo cōtemnens, vt (quod [b]Laërtius ex Antisthene refert) regnum etiam fratri concesserit; cùm animaduerterent,

[a] Cap. 4. Pro opinione Anaximenis lege Aristotelem hoc lib. c. 3. Laër. lib. 2. in Anaximene, Aug. Euseb. & Cic. locis citatis. Plut. primo de placitis Philosophorum cap. 3.

In Diogene Plut c. 3. August. c. 2. ita Laër. lib. 2. in Archelao.

[a] Vide Aristotelē, Clem. Alex. Cicer. locis citatis Laërt. lib. 9. in Heraclito Euseb. 14. de prępar. Euāg. cap. 1. & 5.

[b] Laër. lib. 9. in Heraclito.

Digitized by Google

tent ignem esse omnium tenuissimum, ac subtilissimum; illum potiùs, quàm quiduis aliud, materiale principium esse censuerunt. quos Arist. ea ratione superiorib. prætulit ad initium huius capitis, quòd alij fecissent materialia principia res crassiores, & quę minus aptæ essent, vt ex eis cętera omnia constarent, & in eas tandem resoluerentur, quod est primum principij materialis proprium. Quorum sententiam tribuit Stoicis Cotta Ciceronianus in tertio de Natura Deorũ, & alij nonnulli. Præferuntur cæteris. text. 19.

Potuerunt autem hi auctores ignis tenuitatẽ, & subtilitatem eo argumento colligere, quòd aërem quoque ipsum penetret, & supremũ semper appetat locum. Quocirca Plato in Timęo, & Arist. hoc cap. asseruns, ignem esse minimarum partium, atque ad penetrandum omnium aptissimum. Accedit, quòd ignis est fons caloris, vita autem in calido præcipuè consistit, vitalesque functiones calore in primis indigent. Hinc colligebat Heraclitus, omnia tandem aliquando in ignem resolutum iri, vnde, vt quidam volunt, assiduæ illius lacrymæ. Quanquam verius videtur, quod alij narrant, id ab eo fieri solitum, quòd humana studia deploraret. Quibus rationibus adducti potuerunt. text. 23. Heraclit. lacrymæ.

AT verò cùm materia prima non videatur esse quicquã sensibile, sed potiùs aliquid, quod in sensibilibus quasi primũ eorũ fundamẽtum lateat: consultius alij fore putauerunt, si ponerent medium aliquid inter vulgata elementa, quod formarum omnium, quæ ab agentibus naturalibus inducuntur, commune subiectum esset; alij quidem interiectum inter aquam, & aërem, cuius sententiæ meminit Arist. hoc capite; alij vero inter aërem, & ignem, quorum placitum refert primo Phys. cap. 4. Nemo enim posuit medium inter terram, & aquam, quòd terræ similitudo, & cognatio non videantur congruere cum primo rerum omnium principio. Quinam illi fuerint, qui medium inter aquam, & aërem constituerint, quod quidem aqua esset subtilius, aëre vero crassius, non constat. certè Anaximander Milesius Thaletis, & discipulus, & primus in schola successor, medium posuit inter aërem, & ignem, quod idem censuit esse infinitum, vt nunquam deesset materia, ex qua alia, atque alia entia perpetuò fierent. Atque hic primus inuexit nomen principij, vt testatur Simplicius; & caput Ionicæ familiæ, apud Laërtium, & alios quosdam habetur, ea fortasse de causa, quòd Thales nihil de reliqua ditiori Philosophia, sed pauca duntaxat de nautica Astrologia scriptum reliquerit. Sentẽtia eorum, qui materiam fecerunt medium quid inter elementa. text. 14. text. 32. Anaximãder inter aërem, & ignem. In præfatione carmen. Cur caput Ionicæ familiæ à quibusdam habeatur.

HI autem primùm ea ratione ducti videntur, quia, vt dictum iam est, materia non videtur ponenda quicquam sensibile, sed omnium sensibilium accidentium commune subiectum; cùm tamen quodlibet ex vulgatis elementis sit peculiare quoddam sensibile. Deinde, quia commune subiectum transmutationis habere non debet certam aliquam cõtrarietatem sibi connaturalem, ne dissolui possit à contrario, atque ita non sit primum subiectum, in quod resoluantur omnia. Ita putabant satius esse, Cur materia credita sit medium quid inter elemẽta? sect. 1.



Digitized by Google

ponere medium aliquid, quod sensu non perciperetur, & ab omni naturali contrarietate esset liberum, vt omnibus transmutationibus perpetuò subesset, quàm ullum ex notis, & uulgatis elementis. Atque subodorati quidem sunt hi meliùs, quàm superiores, materiæ primæ naturam, & meritò laudantur ab Arist. 1. Phys. c. 6. eo nomine, quòd materiã primam non fecerint subiectum alicui contrarietati addictum, ut ij, quibus placuit, unum ex notis elementis primam materiam constituere.

Cur hi Philosophi ab Aristotele commendentur.

ex. 54.

Verùm ne hi quidem attigerunt ueram materiæ primæ naturam. Primùm, quia materia prima, quidquid ea sit, æquè indifferens ex se est ad omnes formas; quo fit, ut non magis ponenda sit media inter aquam, & aërem, quàm inter alia quælibet entia naturalia. Deinde, quia non in ordine entium naturalium, sed extra collocanda est, seu potiùs ad illa reducenda, cùm sit eorum omnium commune fundamentum. Tertiò, quia vtrouis modo materia ponatur media, datur ea aliquid subtilius, utpote, aut aër, & ignis, si dicatur media inter aquam, & aërem; aut saltem ignis, si locetur inter aërem, & ignem: at subtilius aliquid primo subiecto, ex quo cætera constent, dari nequaquã potest, ut ijs obijciebatur, qui aquã, aut aërem primum subiectum posuerunt. Quartò, quia nullum tale medium esse, siue experimento, siue ratione ostenditur. Quòd si unum medium fingatur, nec certis argumentis esse comprobetur, cur non æquè licebit fingere plura? At de ijs iam erit quæstio, quodnam eorum prima sit materia. Postremò, quia hi, quemadmodum & superiores, rarefactione, & condensatione, uulgata elementa distinguebant. Putabant enim rarefacto medio illa superiora elementa fieri, condensato autem inferiora: hoc autem non est satis ad rerum essentias distinguendas, quia res eadem potest esse nunc rarior, nunc densior. Nec certè illi occurrere poterant, tantam interdum (uti se res habet) rarefactionem, aut condensationem esse posse, ut iam essentia eadem subesse nequeat, cùm aliam mutationem natura priorem non agnoscerent, qua rei essentia mutaretur; nec aliam formam priorem quantitate, cuius sola maiore, aut minore extensione raritatem, & densitatem metiebantur.

Eorum sententiæ refutatio.

Hactẽnus enumerati quo pacto elementa distinxerint.

Quod uerò Anaximander addebat, medium huiusmodi esse infinitũ, ne generatio unquam deficeret, nihil habet uel tenuissimę probabilitatis. Nam si omni ex parte infinitũ foret, omnia repleret, nec Mundo huic nostro locum relinqueret; aut certè si locum etiam hunc occuparet, ex eaque eius parte, quę apud nos esset, vicissim fierẽt omnia, quæ fieri cernuntur; superuacaneum foret, quicquid eius extra hunc mundum existeret, quoniam hæc una pars satis esset ad generationum perpetuitatem. Si uerò non omnia occuparet, sed tantùm, exempli causa, Orientem uersus infinitè porrigeretur, atque ex ea quasi massa decerperetur noua materia ad cuiusque rei generationem; oporteret sanè eam portionem ad nos trahi, & tantæ magnitudinis aliam annihilari apud nos, ne duo corpora essent in eodem loco; quæ ridicula sunt, & contra sensum, ac rationem,

Contra Anaximandrum.

Digitized by Google

nem, præsertim cùm perspiciamus, materiam, quæ fuit in re corrupta, eandē succedere in genita. Contra quam sententiam disputat Aristoteles libro 3. Physicorum cap. 5.[a] & primo de Cœlo cap. 5.[b] 6. & 7. & 1. de generatione cap. 3.[c] & lib. 2. cap. 10.[d] & 11. Sed contra totum hoc Philosophorum genus, qui unum ex elemētis uulgatis, aut medium aliquid inter ea, materiale principium rerum naturalium fecerunt, fusè disputat Aristoteles, cùm locis citatis, tum præcipuè posteriori libro de generatione cap. 1.[a] 4.[b] & 5.

a à tex. 34.
b à tex. 33.
c tex. 16.
d à tex. 56.
a tex. 6.
b à tex. 24

*Sententia eorum, qui unum potiùs esse omnia, quàm uno substantiali principio constare crediderunt.* SECT. III.

Hæc cùm uideantur cōsiderasse Xenophanes Colophonius, eiusque auditor Parmenides Eleates, & huius discipulus Melissus Samius (si rectè quidem Aristoteles eorū sententiam refert) dicendum censuerunt, res omnes naturales, quæ putantur esse diuersarum specierum, eiusdem esse rationis, & essentiæ. Nam si elementa non differunt, nisi raritate, & densitate, alijsque accidentibus, quæ ista consequuntur; mista autē nihil aliud sunt, quàm uariæ elementorum coniunctiones; profectò res omnes naturales unius, & eiusdem rationis sint necesse est. Si enim ita res habet, nihil aliud sub accidentibus reperiri potest, quàm unum, atq; idem subiectum, quod modo his, modo illis subsit; neque alia ratione differunt mista ab elementis, quàm ut aqua tepida à frigida, & calida, si ex utraque coacta sit. Quoniam autem ijdem non putabant accidentia in entibus esse numeranda, ut quæ per se se existere non possunt; inde factum est, ut unū tantùm ens esse dicerent. Quidquid enim est præter ens, est non ens, pariqué ratione quidquid est prēter unum, est non unū: quam rationem Parmenidi ascribit Aristoteles cap. 5. Iam uerò cùm iudicarent, ens ipsum ex alio fieri non posse, ne ens ex non ente fieri concederent; ingenitum illud, & nullo modo factum esse cēsebant. Quin etiam cùm accidentia, ut dictum est, in entibus non numerarent; immobile omnino facere coacti sunt. Id quod rectè efficiebatur, cùm omni mutatione acquiratur esse aliquod, aut amittatur. Addebant quoque, semper fuisse, ac fore, quia ut id, quod est factum, habet principium, ita quod non est factum, non habet principium, & pari ratione, nec finem; tametsi hanc rationem, quæ Melisso ascribitur, reprehendit Arist. 1. Phy. c. 2. & 3. atque alibi sæpiùs, quòd non innitatur aptę alicui concludendi formulę.

Hoc lib. c. 5. & 2. Phy. à c. 2. & tex. 13.
Xenophanis, Parmenidis, & Melissi sententia.
Quid de accidentibus sentiant.
tex. 10. 22. & 25.

Hoc tantùm dissentire uidebatur à Parmenide Melissus, quòd cùm ille dixisset, ipsum ens esse finitum, Melissus infinitū asseruit: quāquam re uera nihil fuit dissidij, si alter, ut plerique uolunt, dixit esse finitum, quasi perfectum (hæc enim est una eius uerbi significatio) alter infinitū, quasi

Qua in re differant Parmenides, & Melissus.
Ex Arist. 3. Phy. cap. 6. tex. 64.

Digitized by Google

quasi nullius differentiæ termino conclusum, quod erat necesse, si nullum diuidebat genus, sub quo alia species substantiæ comprehenderetur. Hinc Arist. uidetur adductus cap. 5. ut diceret, Parmenidem spectasse in hoc discrimine conditionem formæ, cuius est finire, ac terminare: Melissum uerò materię, cui infinitio, & indeterminatio tribuitur.

Quæ rerum principia cõsituerint?

Quanquàm uerò hi tres omnia entia unum tantum esse dixerunt, cõsulentes intellectum, qui solus potest discrimen inter essentias rerũ cognoscere; non negabant tamen esse plura iudicio sensuum. Vnde factũ est, ut quemadmodum hoc pacto non negarunt distinctionẽ rerum, ita nec earum principia. Constituit enim Parmenides calidum, & frigidũ, siue ignem, & terram, ut ait Arist. cap. 5. principia rerũ naturaliũ, quatenus illæ sensibus iudicãtur distincte, idque forsitan ea ratione, quòd duo hęc sint maximè sensibilia; quod idem de Xenophane, & Melisso credere par est. Quæ si uerè de his Philosophis referuntur, satis constat, non putasse eos dari reuera principia interna rerum naturalium, sed sola sensuum æstimatione.

Quo pacto à quibusdã horum opinio intelligatur.

At dicunt pleriq; intellexisse hos tres nomine entis solum ens materię expers, quia id solũ uerè sit, dixisse uerò, entia materialia nõ uerè esse, quia omnia caduca esse putarent, potiusque esse umbras eorũ, quę sunt, quàm res ueras, ac solidas. Quod egregia similitudine depingit Plato 7. lib. de Republica * Ac de Xenophane certũ est, unũ illud ens, quod solum esse dicebat, Deũ appellasse, ut ipse quoque Aristoteles testatur capite quinto. Extant etiam Parmenidis carmina, quibus planè uidetur distinguere ens mortale, ab immortali. Sic enim loquitur de immortali [Entis enim non sunt primordia primi] Postea uerò transiens ad mortalia sic scribit [Hactenus & ueri mentem, intemerataq; uerba. Nunc res mortales, carmen quoque sumite fallax] Quo loco subijcit, ignem, & terram, siue lumen, & tenebras esse principia rerum sensibilium; quib. forsitan significauit formam, & materiam. Atque hæc eadem placuisse Melisso, non putant esse parum probabile.

Vt Simpl. & Philop. primo Phys. in caput 2. Plotinus Enneade 5. li. 1. c. 8. Bessario. 2. lib. contr. calumn. Platonis c. ult. ex Nicolao, Damasceno, & Alexandro.

*Initio libri.

Meritò ab Aristotele refelli.

Quidquid tamen ij senserint, meritò Aristoteles ad se pertinere putauit, vt quæ ab eis dicta sunt refelleret: etenim Xenophanes, vt Aristoteles refert eodem loco, apertè significat nomine Vnius totum cœlum, ideſt totam rerum vniuersitatem, non eas tantùm, quæ sunt materiæ expertes. Deinde, res materiæ expertes non sunt vnum tantùm ens, sed multa: at hi omnes dicunt vnum tantùm esse ens. Quo fit, vt non sit satis reducere quæstionem ad res materiæ expertes, vt eorum sententia vera esse cõprobetur. Quòd si intelligunt nominè entis solum ens independens, ac incommutabile, quod est solus Deus, recte quidem dicunt vnum tantùm esse ens: Etenim & in scripturis sacris sibi vendicat Deus nomen entis, quasi proprium, cùm ait; Sic dices filijs Israel, Qui est, misit me ad vos. At non idem est asserere, vnum tantùm esse ens, atque omnia, quæ sub primi Philosophi, sapientisque disputationem cadunt (hoc enim pacto

Exodi 3.

Digitized by Google

to coguntur illi interpretari verbum, omnia) esse vnum ens tantùm. Nã etsi rectè dicũt Theologi omnia esse in Deo, siue quia perfectissimè in eo continentur omniũ perfectiones, siue quia omnia sunt in eius potestate; omnia tamen esse ipsum Deum, nullo modo dici potest. Itaque ne absurdius aliquid tanti viri dixisse credantur, Parmenides præsertim, cui Plato plurimum defert, multis in locis; [a] ita eorũ sententiam interpretatur Aristoteles capite quinto huius libri, [b] quasi dicere velint, totam rerum vniuersitatem (rerum, inquam, per se existentium, quæ Aristoteles aliquando [c] vocat propriè entia) esse vnius, atque eiusdem naturæ rationis'ue, si earum essentia spectetur, nõ attributa ex accidentibus desumpta, quæ sunt varia & multiplicia. Et quanquam veteres Physici, quos hactenus retulimus, idem creduntur existimasse, vt patet ex initio huius capitis; hoc tamẽ interest, quòd illi, quia Physicè loquuti sunt, sensibile id esse voluerunt, vel medium inter sensibilia; hi autem more metaphysico nihil sensibile designarunt, sed commune prædicatum substantiale, quatenus naturæ ordine prius est omni accidente, qua certè in re minus reprehendendi sunt, quàm superiores. Si enim substantia rerum omnium eiusdem rationis est; non erat vtique illa designanda certa vlla qualitate sensibili, quæ non sit omnibus communis. Atque de hoc ente, quod omnia accidentia naturæ ordine præcedit, intelligi potest illud Parmenidis; Non esse primi entis vlla primordia, siue principia; Esse item illud immortale, & verum; cætera autem mortalia, & ea ratione fallacia, quòd non semper existant, sed variè in illo mutentur. Quòd si hæc non minùs aliena uidebuntur ab horum philosophorum sententia, quàm ab ipsa ueritate; certè nostri instituti non est, ea, quæ ab illis dicta sunt, ab errore uendicare, quod & per se laboriosum est, cùm pugnantia scribere uideãtur, & cùm à plerisque tentatum sit, à nemine hactenus præstitum uidemus. Denique, quæ eorum dicta in hoc libro, alijsque locis ab Auctore referuntur, nequaquam ab eo conficta, aut per calumniam imposita credimus (erant enim plurimi, qui penè recenti memoria talia scribenti Aristoteli, atque adeò uiua voce docenti obsistere possent) sed verè ex eorum libris accepta, atque ut partim falsa, partim quæ possent in errorem inducere, ab eo proposita, & impugnata; vt non mirum sit, si haud grauatè tantum Philosophum in eorum reprehensione sequamur.

Nulla ratione dici potest oĩa esse vnũ ens.

Quæ ratione rectiùs hi q̃ superiores loquuti sint.

Exponuntur Parmenidis uerba.

Conueniunt igitur ij oẽs, quorũ sententias adhuc retulimus, Primùm quidem, quatenus nullam substantialẽ distinctionem rerũ naturaliũ admittunt. Deinde, quatenus nullam (quod consequens est) substantialem generationem, aut corruptionẽ esse uolunt. Tertiò, quatenus substantiã rerum omnium perpetuã faciunt. Differunt autem primùm, quatenus priores componunt entia naturalia ex subiecta illa substantia, & alijs atque alijs accidentibus, nec essentialem distinctionem uidentur negare, cùm ueram entiũ multitudinem non modò numeralem, sed etiam specificam

Qua in re cõueniant Philosophi hactenus recensiti.

Qua in re dissentiant.

a Vt in Parmenide, Theæteto, & Sophista.

b ante text. 11 primum.

c 1. Phy. cap. 3. tex. 29.

text. 11.

Digitized by Google

cificam inducãt; posteriores uerò, quasi sapientiores, cùm nullũ ens naturale ex substantia, & accidentibus constituant, nullumq; accidẽs in entibus numerandum putent; nullam quoq; esse essentialem rerum naturalium distinctionẽ esse colligunt. Deinde, quatenus priores non negant uerum motũ, quod tamen negant posteriores; & si non inficiãtur motum ad sensum, seu, ut ita dicam, phantasticũ. Tertiò, quatenus priores concedunt, vnum illud esse verum principium rerum naturalium, posteriores verò dicunt non esse principium, sed esse res ipsas naturales. Quocirca meritò posteriores non semel excluduntur apud Aristotelẽ ab ea disputatione, qua principia rerum naturalium quæruntur. Ex his satis intelligi potest, quàm multa, quamque grauia incommoda eorũ omnium sententias sequantur; quorum illud est caput, quòd omnem substantiã vnius atque eiusdem rationis faciant; quod quàm sit absurdũ, cùm ipsum per se satis patet, tum multò planiùs patebit inferiùs.

Vt 1. Phy. c. 2. tex. 8. & c. 5. huius lib.

Contra omnes enumeratos Philosophos.

## *Opiniones eorum, qui plura principia materialia inducunt.*

## SECTIO. QVARTA.

ALII, vt quædam incommoda ex ijs, quæ dicta sunt, declinarent, partim aliã extremam uiam ingressi sunt inducentes infinita principia materialia, partim mediam tenuerunt approbantes potiùs plura finita. Atq; ut ab ijs, qui longiùs à veritate aberrarũt, initium sumamus, Leucippus Eleates, eiusq; familiaris Democritus Abderites, ut Aristoteles eũ vocat 3. libro de Cœl. cap. 4. seu, vt alij volunt Milesius, infinita principia materialia posuerũt; infinita, inquã, indiuidua corpuscula, quę pro uaria ratione figuræ, ordinis, ac situs, varia entia naturalia constituerent: nec tamen ea ex solis huiusmodi corpusculis, seu atomis cõstare censuerũt, sed ex inani etiam. Ita non solum plenũ, sed inane quoq; materialia principia fecerunt, vt ait Arist. cap 4. & alijs plerisq; locis. Addebant quoq;, non modò atomos, ex quibus quamq; rem effici putabant, infinitas esse, sed etiam mundos infinitos; fieriq; omnia, & dissolui necessitate naturæ, dum atomi per infinita spatia uolitantes in orbem uoluerentur, eoque modo agitatæ modò in vnum corpus cogerentur, modò coactæ dissiparentur; atque hoc pacto res naturales generari, & corrumpi. Quorũ opinio, quam Arist.[a] multis locis refert, Epicuro placuit, addito atomis pondere, ut moueri possent. Eã Lucretius Latinus poëta, eiusq; sectæ alũnus latè explicat, eandemq; sequutus est Metrodorus Chius, & alij nonnulli. Verùm etsi Democrito multiplex eruditio, & rerum naturalium non vulgaris cognitio à plerisque[c] Veteribus tribuitur: hæc tamen eius de atomis sententia non minùs ridicula est, quàm ipse solitus erat omnia ridere. Atque vt ea incommoda omittam, quæ omnibus patent, qualia sunt illa, quòd atomorum figuris, ordine, & positione tantam rerum varietatem

Democriti, & Leucippi sententia.

Laert. in Democrito.

Tex. 35.

Sub finem.

Epicurus addit atomis põdus.

Refutatio.

a Vt 1. Phy. c. 2. tex. 6. & 4. Met. c. 5. tex. 19. & 3. de Cœlo cap. 7. tex. 56 & lib. 1. de gen. cap. 1. tex. 1. & alibi sæpe.

b Euseb. de præpar. Euang. lib. 14. cap. 5. & alij.

c In ij. est Laërt. lib. 9. in Democrito & alibi.

Digitized by Google

rietatem efficit; quòd fortuito concursu pulcherrimum, & constantissimum huius Mundi ordinẽ cõstituit; quòd casu eundem dissoluendum putat; quòd ex altero genere principij materialis, quod inane vocat, & non ens esse affirmat, non minùs entia naturalia, quàm ex ente constare dicit: certè essentialis differentia substantiarum nulla ab eo inducitur, quod superioribus euenisse docebamus; tametsi aliquando Aristoteles illi attribuit, quòd substantialem formam, ex qua sumitur essentialis substantiarum differentia, nescio qua ratione subodoratus sit. Nam cùm inane nihil sit, atomi verò sola figura, situs, & ordinis varietate, ac proinde accidentario discrimine differant, qui fieri potest, vt vlla essentialis differentia substãtiarum eorum vario concursu efficiatur? Accedit, quòd alio modo generat entia ex atomis initio mundi, alio post eius constitutionem, tunc per concursum temerarium, nunc per secretionem atomorum, aliarum rerum ex alijs, quam cùm nec sensus, nec ratio percipiat, optimè refellitur ab Arist. tertio de cælo, & alijs locis.

Vt 2. Phys. c. 2. tex. 22. & 2. de partib. animal. c. 1.

à tex. 57.

ANaxagoras verò Clazomenius Anaximenis auditor, nec modò gene ris splẽdore, sed animi quoq; gloria clarissimus (vniuersum enim patrimonium, quod erat amplissimũ, suis sponte reliquit, vt scribit Laërtius) primus fortasse fuit, qui essentiale substantiarum discrimen constituit. Eius sententia fuit, gigni omnia ex atomis similis naturæ, quæ antè in Chao latitarent, vt carnem ex infinitis carunculis indiuiduis latitantibus in cibo, & os ex infinitis osticulis, atque ita cætera. Itaque hoc pacto duo præcipua, quæ superiores præterijssent, se asserere existimauit, essentialẽ substantiarum differentiã, earumq; generationem, quam eductionem latentium principiorũ esse uoluit. Inexplicatissimum enim (inquit Plutarchus) illi uidebatur, quonammodo ex eo, quod nusquam esset, posset quid oriri, aut rursum in id, quod nullibi esset, interire: proinde ex similibus particulis gignebat omnia, & rursum in eadem dissoluebat. Adhibuit quoque primus primam causam efficientem omnis expertem materiæ, quæ omnia ex omnibus educeret, ut quæ libera esset, & soluta omni compositionis lege. Ac laudat quidem illum Arist. hoc ipso capite, quòd Chao inducendo, atque educendis ex eo rebus latitantibus naturam materiæ optimè omnium adumbrarit, eumq; Empedocli, qui & posterior ætate fuit, & principia rerum meliùs tenere potuit, hac ipsa ratione uidetur præferre cap. 3.

Anaxagoræ opinio.

Lib. 2. in Anaxagora.

1. de placitis Philosophor. cap. 3.

Quæ ratione ductus fuerit.

à tex. 16.

Quæ tamen & huius sententiam incommoda sequantur, ex his patebit. Primùm, quia cùm uideamus in his inferioribus esse mutuam omnium rerum transmutationem, efficitur Anaxagoræ sententia, ut omniũ minimæ particulæ sint in singulis rebus; quod non solùm ex eo fieri nequit, quia efficerent magnitudinem infinitam (oportet enim concedere minimas illas particulas esse certæ magnitudinis, neque dici indiuisibiles, nisi quia naturaliter diuidi nequeant) sed etiam, quia nõ omnia sunt apta, ut cum omnibus misceãtur. Deinde, quia etsi Anaxagoras isto mo-

Impugnatio.



Digitized by Google

Non explicari ab eo, quo modo dissimilaria gignantur,

do vtcunque explicat, quo pacto similaria gignantur; non explicat tamen quomodo gignantur dissimilaria, ut equus, aut homo, nisi dicere uelit, dissimilaria nihil aliud esse, quàm diuersorum similarium coniunctiones, quod & falsum esse infrà ostendetur, & quo pacto fiat, ab eo non exponitur. Tertiò, quia si principia similarium sunt infinita, ignota nobis sit necesse est eorum natura; quandoquidem non alia ab Anaxagora ponuntur interna eorum principia. quo fit ut dissimilaria quoque necessariò ignorentur, si nihil sunt aliud, quàm similarium diuersorũ copulationes. Iam quo pacto latentes particulæ educuntur ex ijs rebus, ex quibus res aliæ fieri cernuntur? à centro'ne ad circumferentiã extrahuntur? neque enim alia ratione uidetur id posse fieri, præsertim cùm non semper fiat separatio, & quasi euaporatio particularum rei, quę generatur, ab ea, ex qua generari cernitur. Quòd si tum res fieri dicitur ex alia; cùm eius particulę in alia latentes, ad partes exteriores ueniunt; cur nõ potiùs natura rẽi genitę ex internis particulis; quàm ex ijs, quæ exteriùs apparent, constitui iudicabitur? Ita potiùs generatio, quam ponit, erit corruptio, & corruptio generatio. Denique, neque isto modo tuetur Anaxagoras generationem, & corruptionem rerum naturalium. Nam, ut demus aliquid posse fieri eductione illa particularum, qualiscũmque ea sit; non differt sanè quicquam ea generatio à congregatione, ueluti cùm aqua tota fit ex multis guttulis, quod sanè non est fieri aquam, sed fieri maiorem aquam. Quod idem modo cõtrario dicendum est de corruptione. Itaque, nisi intelligat Anaxagoras, nomine infinitarum partiũ similarium, materiam ipsam, ut Aristoteles illum conatur interpretari hoc capite, idque quatenus materia est diuisibilis in infinitum, partesq; tum demum uidentur educi, cùm materia actuatur forma rei similaris (ut educi particulas nihil sit aliud, quàm materiã exhiberi conspiciendã sub certa forma) inanis omnino est eius sententia: & tamen si hoc pacto rem intellexit, idem illi dicendũ fuit de generatione dissimilarium, quæ non gignuntur sola congregatione diuersorũ similarium, sed eductione formæ alterius cuiusdam naturę à formis similarium ex eiusdem materiæ potestate.

Impugnatur Iarẽtium particularũ eductio.

Anaxagoram interpretatur Aristoteles.

à tex. 16.

Empedoclis sententia.

EMpedocles uerò Agrigentinus, insignis Philosophus, & regni etiam oblati cõtemptione clarus, ut ex Xantho refert Laërtius, nõ infinita principia, ut superiores, sed finita potiùs ponenda censuit; neque quicquam tamen uoluit esse prius quatuor uulgatis elementis, sed ea ipsa uerè esse primordia rerum omnium, quæ fiunt. Cùm enim iunior esset Anaxagora, eiusque sententiam de generatione ex particulis similis naturæ cum toto nequaquam probasset, ea forsitan ratione, quòd naturã rei, quæ uerè generatur, oporteat antè non existere, concessit ille quidem generari mista ex elementis, etiam ea, quæ similaria sunt, ut carnem & ossa; at ipsa iam elementa non generari ex prioribus principijs materialibus, ut putabat Anaxagoras. Nec enim satis esse indiuiduas earum particulas,

Lib. 8. in Empedocle.

Digitized by Google

ticulas, ut ex eis gignerentur elementa, cùm sint eiusdem naturæ cum totis; potiusq; earum aggregatione maius aliquid fieri, vti diximus, quàm vt ex ea resultet noua aliqua natura.

Atque laudandus quidem est Empedocles hac ex parte, quòd generationem ex similaribus improbarit, quodque alias ipsa veritate impulsus formam substantialem mistorum adiunxerit, si Aristoteles rectè conijcit ad finem huius capitis [a], & alijs plerisque locis. [b] Verùm reprehendendus, quòd asseruerit, quatuor vulgata elementa esse simplicia corpora, & nullo modo composita, nisi ex partibus similaribus. Neque enim negari potest, ea mutuò in se inuicem trāsmutari, vt aquam in aërem, & vicissim aërem in aquam, atque ita cætera. Quòd si uereamur, ne hac in re sensus nos fallant, ratio planè idem demonstrat. Cùm enim ea sibi mutuò contrarijs qualitatibus repugnent, seseque mutuò alterent, & è naturali statu vicissim depellant; necessariò efficitur, vt eorum natura sit caduca, & minimè perpetua. Tendit enim planè ea pugna in interitū eius, quod uincitur. Hinc contrario argumento, commutatoque consequente in antecedens, colligimus in cœlo non esse alterationem, quæ contrarijs qualitatibus fiat, quòd longissimo experimento compertum sit, non esse illud ulla ex parte corruptioni obnoxium. Hinc quoque docet Arist. hoc ipso capite, & alijs locis, sustulisse Empedoclem de medio, non modò generationem, & corruptionem elemẽtorum: sed eorum etiam alterationem, quippe quæ ad interitum rei, quæ alteratur, suapte natura dirigitur. Si enim interitus non datur, neque alteratio concedenda est, nisi quis absurdissimè dicat, appetitum naturalem elementorum in agendo esse frustrà inditum, & qui expleri nequeat.

Partim commendandus, partim reprehendendus.

[a] tex. 51.
[b] Vt 2 Phy. tex. 22. & 21. par tib. anim c. 1.

Ex alteratione passiua colligi corruptionem.

tex. 15. & 1. lib. de generatione à tex. 56.

## *Quid nam Pythagorici, & Platonici materiam primam esse putauerint.* SECT. V.

PYTHAGOREORVM sententia, ut Arist. docet cap. 5. ea fuit, vt putarent primā materiam esse numeros, seu potiùs vnitates. Assueti enim scientijs Mathematicis, quę apud eos, auctore Pythagora, primùm discendæ erant; ea, quæ in rebus mathematicis principia sunt, omnium principia esse colligebant; tantùm ualet consuetudo doctrinæ, qua quis primùm imbuitur. Ita cùm in Mathematicis nihil sit prius vnitate, eiusque multiplicatione numerus existat, qui & ipse natura prior est, quàm magnitudo; concludebant illi, magnitudinem quoque, & alia, quæ deinceps reperiuntur in rerum natura, ex unitatibus cōstare, vt materia; cunctaque esse numeros secundum substantiam subiectam, intimamque cuiusque rei essentiam. Proinde unitatem ex ipsa ui constituendi numeros nomine vno Parimparem appellabant, quòd addita imparibus efficeret pares; paribus autem impares, vt capite eodem cum Alexandro exposui-

Pythagoreorum sententia.

Vnitas Parimpar.



Digitized by Google

mus. Eademque ratione illam appellabant finitam, quòd constitueret numeros impares ad unionem, perfectionemq; aptiores, quæ finitionis, siue absolutionis nomine significantur; infinitam uerò, quòd cõstitueret pares, qui aptiores sunt ad diuisionem, & dissolutionem, quæ tendunt in infinitum. Deinde, res omnes, quemadmodum & numeros, ad denariũ reducebant, quòd cęteri numeri apud omnes nationes ex denario semel, aut sæpius accepto, & ex aliqua denarij parte constituantur. Denique ipsum denarium ad quaternarium reuocabant, quòd cõstituerẽtur ex uno, duob. trib. & quatuor, sanctissimumque iusiurandum per quaternarium fieri putabant, ut Plutarchus refert primo de placitis Philosophorũ: Ex quib. colligebant, proprietates rerum nihil aliud esse, quàm proprietates numerorum, ex ipsorumque numerorum natura prouenire rebus, vt hanc aut illam proprietatem habeant, & vt hoc, vel illud agant, aut patiantur.

Denarius.

Quaternarij dignitas.

Cap. 3.

Refellitur Pythagoreorum sententia.

Quæ sententia, si prima specie spectetur, facillimè refellitur. Primùm, quia vt vnitas sequitur entitatem unam, ita numerus multas entitates, quod autem sequitur naturam rei, ad eius constitutionem pertinere non potest. Deinde, quia si numeri, siue vnitates, sunt materia, & substantia rerum, atque eodem modo constituunt naturalia, quo Mathematica; non distinguentur vtique naturalia à mathematicis. Tertiò, quia ut Aristoteles hoc cap argumentatur, non erit in rebus naturalibus principium motus. Numeri enim, inquit, nullius motus sunt causæ, cùm in immobilibus etiã reperiantur. Tolletur igitur motus ipse, generatioq; omnis, & corruptio. Quartò, quia, ut idem adiungit, nulla causa, hoc pacto reddi poterit, cur alia corpora grauia sint, alia leuia, & alia hoc, alia illud agant, aut patiantur; cùm eodem modo naturalia ex unitatibus, atque mathematica constituant, in quibus nihil tale demonstrari potest. Quintò, quia, ut idem eodem loco concludit, fieri non potest, ut numeri sint, & res ipsę naturales, & causæ earum, cùm nihil sit causa sui; quorũ tamen utrumq; ijdem affirmãt. Qua in re præfert Aristoteles sententiã Platonis opinioni Pythagoreorum, quòd duo genera numerorum posuerit; alterum separatum à rebus naturalibus, & per se existentem; alterum in rebus ipsis naturalibus, qui etsi non esse, fingi tamen potest effectus illius separati, cùm interim Pythagorici eum tantum ponãt, qui est in rebus naturalibus, imò uerò, qui sit res ipsæ naturales. Sextò, illud addi potest, Si numeri sunt substantiæ rerum naturalium, non esse earũ generationem quidquam aliud, quàm generationem numerorum; quare cùm numeri collectione, aut numeratione fiant, ut Aristoteles hoc capite docuit; nihil aliud fore rerum naturalium generationẽ, quàm collectionem quandam, aut numerationem. Postremò, quia uidemus res naturales mutuò transmutari seruata præcisè eadem materia: ex uno autem numero non potest fieri alius numerus seruatis præcisè ijsdem unitatibus, sed addita, aut detracta una, uel pluribus. Ita fit, ut non solùm

tex. 11.

tex. 12.

tex. 14.

Duo numerorum genera à Platone posita.

tex. 40.

non

non tradant ueram materiam, sed minùs etiam, quàm superiores, materiæ rationem attingant.

Quo pacto de quorundã sententia sint intelligendi Pythagorici.

Sunt, qui dicant, longe aliter intelligendos esse Pythagoricos, imò uerò ab eis ueram non solùm materiæ, sed etiam formæ naturam tradi, quemadmodum ab Arist. tradita est: nec Platonẽ, quem uolunt utramq; penitus attigisse, aut earum cognitionem inuenisse per sese, aut ab alijs, quàm à Pythagoricis accepisse. Aiunt enim, Timæum Locrensem Pythagoricum Philosophum, quem ille in Timęo sequutus est, formæ, ac materiæ naturam cognouisse; neque aliud Pythagoricos mysterio paris, & imparis eatenus occultasse, quàm ueram utriusque principij naturã: materiæ quidem, nomine paris, quòd sit causa diuisionis rerum, & dissolutionis; formę uerò, nomine imparis, quòd sit causa unionis, & conseruationis. Hinc tam multa, & tam præclara de materia, & forma doceri à Platone in eo opere sub persona Timæi. De materia, quòd sit obscura quædam species, receptaculum, mater, informe gremium, quòd nullam sibi propriam speciem habeat, & à propria potẽtia nunquam recedat, quòdque per se ipsam comprehendi nõ possit, & alia similia. De forma, quòd sit uerè existentium simulacrum miro modo à uerè existentib. figuratum, diuinæ, ac intelligibilis naturæ participatio, seu participata similitudo, & huiusmodi alia.

In Timæo fol. 6.

Aliquot Platonis dicta de materia.

De forma.

Quanquam uerò de Pythagoricis, quòd ferè intelligi nolint, parum curandum putamus; libenter tamen hac in re duos Philosophorũ principes Platonem, & Aristotelem conciliabimus. Accipimus igitur, quæ Plato sub persona Timęi tradit. Primùm quidem, materiam esse unum, quid omnibus transmutationibus subiectum, non plura, finita, aut infinita, ut ij Physici docuerunt, quorum sentẽtias secundo loco retulimus. Deinde uerò, non esse eam corpus aliquod unum sensibile ex quatuor uulgatis elementis, aut aliquid inter ea interiectum, in quod alia re uera transmutentur, quodque in alia transmutetur; quod pronunciatum, & ex superiori perspicuè colligitur, & à Timæo his uerbis ostenditur.

Primum pronunciatum.

Sect. 4.

Secundum.

Verba Timæi

Principio id corpus quod modo aquam nominauimus, quando in solidam concrescit materiam, lapis, & terra fieri uidetur; quando uerò liquescit, & diffluit, spiritus atq; aër. Item aër exustus, ignis efficitur, ignis extinctus, & corpulentior factus aërem creat. Rursus crassior factus aër in nebulas, nubesque concrescit: his etiam magis compressis, pluuiæ defluunt. Ex aqua rursus terra, lapidesque gignuntur. Atque ita uidemus, hæc omnia circuitu quodam sibi inuicem uires, fomentaque generationis uicissim tribuere. Quę cùm nunquam eadem appareant permanere, quisnam sine rubore, redargutionisque suspicione poterit istorum aliquid unum potiùs, quàm aliud certò, ac firmiter appellare? Hæc Platonicus Timæus. Postremò, eandem materiam non habere ex se se formã ullam, quæ impedimento esse possit formis introducendis. Id, quod egregijs similitudinibus declarat Timæus [Qui unguenta, inquit, suauiter

Tertium.

Similitudines Timæi.

Digitized by Google

ter redolentia confecturi ſunt, humidam materiam, quam certò condire odore uolunt, ita præparant, ut odorem nullum proprium habeat, & qui materijs mollibus, impreſſioniq; cedentibus figuras imprimere aliquas volunt, nullam omnino priorem in eis figuram apparere patiuntur, ſed exactiſſima quadam lęuigatione eas poliunt. Ita illud, quod in omnibus paſſim cæterorum omnium ſimulacris rectè figurandum eſt, his omnibus formis natura ſua carere neceſſe eſt. ] Verùm ex his tribus pronunciatis, etſi rectè ſequitur, materiam eſſe ſubiectum quoddam cõmune omnibus formis, quæ per trãſmutationem inducuntur, quod ueteres Naturales cùm tradere conarentur, re uera non tradiderunt; non uidetur tamen colligi, tale ſubiectum eſſe puram potentiam, qua in re poſita eſt primæ materiæ natura. Datis enim propoſitis pronunciatis, nihil prohibet, quominus materia ſit ſubſtantia compoſita ex forma nõ accepta per tranſmutationem, cuiuſmodi eſſe dicitur à quibuſdam corpus conſtans materia, & forma quadam corporeitatis inſeparabili; aut certè ita ſimplex, ut ſit completa, & perfecta, quale à pleriſque ponitur corpus cœleſte.

Ex dictis à Platone quid colligatur de Materia.

Num verò Plato vlteriùs progreſſus ſit ad ipſam puram materiæ potentiã ſtatuendã, non ſatis nonnullis uidetur perſpicuũ. Nam ex ijs materię conditionibus, quas paulò antè ex eodem Timæi loco cõmemoraumus, colligi uidetur, illum puram entis, vt ita dicam, potentialitatem attigiſſe: & tamen alijs ex verbis eiuſdem oppoſitum videtur effici. Ait enim eodem loco, materiam eſſe hoc aliquid, ignem verò, aquã, & vnũquodq; aliorum elementorũ non eſſe hoc aliquid, ſed tale. Quòd ſi materia prima eſt hoc aliquid, ergo eſt res quędã perfecta in genere ſubſtantiæ, & non pura potẽtia. Nec enim quæuis ſubſtãtia dicitur hoc aliquid, ſed ea, quæ per ſeſe, & ſeparatim cohærere poteſt, cuiuſmodi ſunt primę ſubſtãtiæ, vt hic angelus, hic homo, hic lapis, & formę, quæ per ſe exiſtũt, vt anima rationis particeps, & ſecundum Platonem, Ideæ. Qua in re Ariſtoteles Platoni videtur repugnare cùm ſcribit lib. 7. c. 3. materiam non eſſe hoc aliquid. Et. 2. lib. de anima. c. 1. cùm docet, non materiam, ſed cõpoſitum eſſe per ſe hoc aliquid, idque ratione formæ, qua hoc aliquid abſoluitur, ſi compoſitum eſt. Nam & ipſas formas, quæ per ſe cohærere poſſunt, hoc aliquid eſſe diximus.

Subiratur de ſententia Platonis in natura materię ſtatuenda.

tex. 8.

tex. 2.

Si quis tamen rectè attendat, non eſt in re ipſa diſſidium inter Ariſtotelem, & Platonem, ſed in uſurpatione verborum. Placuit enim Platoni, id potiùs vocare hoc aliquid, quod ſemper idem permanet, ſuccedentibus in eo alijs, atque alijs formis, quàm quod per ſeſe, ac ſeparatim cohærere poteſt. Ad quod forſitan ea etiam ratione inductus eſt, quòd diſtinctio numeralis ſub ſpecie in rebus naturalibus materiæ tribuatur, vt apud ipſum quoque Ariſtotelem pleriſque locis cernere eſt.

Conciliantur Platonis, & Ariſtotelis dicta de materia.

5. Metaph. c. 6. tex. 12. & 7. lib. c. 10. tex. 35. & 12. lib. c. 8. tex. 49.

Nisi detur forma ſubſtantialis, materia non eſſe puram potentiam.

Sed quia oſtendi nequit, materiam eſſe puram potentiã niſi priùs cõſtiterit, ſit ne in rerum natura ſubſtantialis forma, quę verè informet, & non

non tantùm assistat (si enim huiusmodi forma non datur, fieri non potest, vt materia sit pura potentia) disquiramus iam, num inter materiam primam, & accidentia (quicquid tandem sit materia prima) detur forma aliqua, quæ accidentia omnia naturæ ordine antecedat, atque ad prædicamentum substantiæ tanquam vera pars substãtię reductiuè pertineat. Hoc enim est, quod nomine formæ substantialis intelligimus.

Quid forma substantialis

## SINT NE INTER MATERIAM PRIMAM, ET accidentia ponendæ formæ substantiales.

## QVÆSTIO III.

*Non videri ponendas.* SECTIO PRIMA.

FORMAM nullam rerum naturalium inter materiam primam, & accidentia ponendam esse, his argumentis probari potest.

Primùm, quia in elemẽtis nulla forma prior accidentibus uidetur esse, uel ipso Aristotele auctore, qui secũdo libro de generatione cap. 2. asserit, primas quatuor qualitates esse primas elementorum differentias; idque planè sibi persuadent Alexander Aphrodisiensis lib. 12. huius operis, Philoponus in 2. de generatione, & Galenus primo de elementis, nisi quòd nonnunquam appellant eiusmodi qualitates substantias, quòd sint primæ elementorũ formæ, eaq; constituant. Quòd si primæ formæ elementorum accidentia sunt, & mistorum quoque primę erunt, quippe cùm mista nihil aliud esse uideantur, quàm uariæ elementorum coniunctiones.

1

text. 7.

Comm. 12. Comm. 7.

Deinde, quia cùm à nobis de numero, & diuersitate entium ambigitur, non sunt asserenda plura, ubi pauciora sunt satis; natura enim, ut nihil omittit necessarium, ita nihil addit superuacaneum: at omnia, ad quæ præstanda ponuntur substantiales formæ, præstari abundè videntur ab accidentibus: non sunt igitur ponendæ formæ substantiales. Assumptio hunc in modum probatur. Tria sunt, quorum causa quis dicat necessariò ponendas esse formas substantiales; esse rerum naturalium, earum distinctio, & operatio; at formæ, quæ sunt principia essendi, eædẽ sunt principia distinctionis, & operationis, ut patet in calore, qui & dat esse calidi, & distinctionem à frigido, & uim calefaciendi; ergo còm ad distinctionem, & operationem rerum naturalium satis sint accidentia; reliquum erit, ut satis quoque sint ad earum esse; quo fit, vt ad nihil horum inducendæ sint formæ substantiales. Satis uerò esse accidentia ad rerum naturalium distinctionem, uel ex eo perspicitur, quòd ipsarũ formarum substantialium distinctio ab ijs, qui eas esse censent, ex distinctione

2

Naturam, neque omittere necessaria, neque addere superuacanea.

Digitized by Google

Formæ substantiales non possunt sensibiles.

ctione accidentium colligitur. Item, quia nisi accidentia satis essent ad res naturales distinguendas, cùm formę substantiales nō ponantur sensibiles, sed intelligibiles, nunquam specifica rerum naturalium distinctio à nobis cognosceretur. Satis autem eadem esse, vt ipsorum ope res naturales suas operationes exerceant, primùm quidem inductione patet. Nulla enim est operatio, quæ non referatur ad aliquam agendi facultatem; at omnes facultates, siue potentias accidentia esse constat, cū ad secundum genus qualitatis pertineant. Deinde, quia formarum substantialium assertores nullam earum dicunt agere posse, nisi per aliquod accidens, vt vel ex hoc pateat agendi munus primò tribuendum esse formis accidentalibus, per quas substantialibus conuenire dicitur. Ita patet omnia, ad quæ præstanda ponuntur substantiales formæ, perfici posse per accidentia; vnde fit, vt substantiales sint superuacaneæ.

Nullam formam substantialem immediate agere.

3 Postremò, quia substantiæ naturales, imò & creatę omnes vel ex eo substantiæ dicuntur, quia substant accidentibus, hoc est, accidentia sustinent, vel quia per se existunt; formę autē substātiales, si dantur, cùm indigeant sustentaculo materiæ, vna excepta rationali, neque vnquam per se existere possunt, neque accidentia sustinere, nisi per accidens, & quatenus innixæ subiecto, quo etiam pacto quantitas sustinet qualitates corporeas; nullo igitur modo formæ naturales sunt substantiæ, excepta humana, quæ ita est forma naturalis, vt sit etiam ex genere earum, quæ per se subsistunt.

## *Formarum substantialium assertio ex ipsa rerum naturalium constitutione.* SECTIO SECVNDA.

Conclusio.

DIcendum est tamen omnino cum Arist. & Platone, quos tota ferme Philosophorum posteritas secuta est, in quauis re naturali, earum saltem, quę gignuntur, & intereunt, dari formam aliquam substātialem, quę antecedat naturæ ordine non modò accidentia omnia aduentitia, sed etiam propria, & congenita. In qua sententia, quod ad mistorum formas attinet, sæpe suspicatur, seu potiùs quodammodo vaticinatur Arist. fuisse priùs Empedoclem, cùm de forma ossis locutus est, vt superiùs retulimus, & ante Empedoclem, Democritum: tametsi non satis constat, num Aristoteles solam inuentionem formę substantialis mistorum, an elemētorum etiam tribuat Democrito, Quod verò attinet ad ipsorum elementorum formas, eandem sententiam primò referunt plerique ad Timęum, de quo superiori quæstione mentionem fecimus, & nonnulli ad ipsum Pythagoram eius familiæ caput. Sed quidquid ea in re dicendū sit, certum est, Platonem in ea sententia fuisse, quam Arist. amplexus est.

Ad finem capitis.

Sect. 4.

Confirmatio prima.

Potest igitur proposita conclusio multis ex capitib. ostendi. Primùm ex ipsa rerum naturalium constitutione hoc pacto. Res naturales non sunt

Digitized by Google

sunt materia ipsa prima duntaxat, sed aliquid aliud includunt; alioqui omnes essent eiusdē rationis, & essentiæ, nullumque esset earum internum principium, nulla generatio, aut corruptio, nulla proprietatum distinctio, quæ essentialem distinctionem sequitur; proinde quælibet, aut omnes omnino proprietates haberet, aut nullam: at illud, quod præterea includunt, nobilius est, quàm materia prima, cùm ab eo proueniat non modò ipsarum distinctio, & generationis absolutio, sed etiam omnis agendi facultas, proprietatum uarietas, & perfectionis ordo: ergo si materia prima substantia est, quod omnes tanquam notissimum supponūt; multò magis id, quod additur ad complendam rerum naturalium constitutionem, substantia erit; completur autem per formam; datur ergo forma substantialis.

Neq; iam hic occurri potest, esse quidē res naturales diuersarū essentiarū, & habere diuersas proprietates, ac agendi potētias, ut est sensu per se notū, & tamen non esse cōpositas ex materia, & formis substātialib. sed esse substantias simplices, ut quidā dicūt de corporib. cœlestibus: id enim si dixeris, mirificè tibi repugnabis. Primùm, quia iam confessus eras, materiam primam esse cōmunem omnibus. nam si cōmunis est, aut omnes erunt sola materia prima, sicque nulla erit essentiarū, proprietatum, aut facultatum distinctio; aut nulla earū erit substātia simplex: Deinde, quia iam admiseras (quod etiam uel sensibus ipsis perspicuum est) dari in his inferioribus mutuam omnium rerum naturalium generationem. neque enim id fieri posset, si res naturales essent naturæ simplices: qua ratione dicimus, albedinem non fieri ex nigredine, sed album ex nigro. Obiectio. Dilutio.

Præterea, res naturales sunt in genere substantiæ: existunt enim per se; & cætera omnia materialia sustinent, ac per propria genera, & differentias definiuntur, imò etiam, ut plerisque placet, uerius definiuntur, magisque propriè habent genera, & differentias, quàm res simplices; ac denique omnes Philosophi dicunt, se quærere principia substantiarū, cùm rerum naturalium principia quærunt, ut Aristo. non semel scribit: atqui essentialis perfectio cuiusque rei ad idem genus pertinet, in quo res ipsa ponitur; materia autem prima, non est perfectio, & absolutio rerum naturalium, sed earum inchoatio, & quasi fundamentū: ergo aliquid præter materiam, quo absoluatur, & compleatur rerum naturalium constitutio, pertinet ad genus substantiæ tanquàm pars substantiæ, quod nos formam dicimus substantialem: alioqui neque ipsæ res naturales in genere substantiæ, essent, quod est contra hypothesin. Nulla enim res sine propria perfectione essentiali magis, quàm sine propria essentia, aut esse in genere ullo, aut intelligi potest. Veriùs magisque proprie definiri res cōpositas. Vt lib. 7. c. 1. tex. 5. & lib. 12. c. 1. tex. 1. 2. & 3.

Neq; occurras, formas rerum naturaliū esse indirectè in genere substantiæ, directè autem in generib. accidentium, ut quas accidentia esse existimes. Id enim dici non potest. Nam quicquid, siue directè, siue indirectè ad genus substantiæ pertinet, uniuersa accidentium genera præce- Occurritur obiectioni.



Digitized by Google

dat neceſse eſt. alioqui iam ſubſtantiæ prædicamentum non præcederet naturæ ordine omnia accidentium prædicamenta. Quocirca præclarè illud ab Ariſt. dictum eſt primo Phyſ. libro cap. 6. Non conſtare ſubſtantiam ex non ſubſtantijs. tex. 52.

Diſſoluitur altera. Quòd ſi dicas, formas rerum naturalium eſse & ſubſtantias, & accidentia, quemadmodum albedo & qualitas eſt, & multorum ſententia, relatio ſimilitudinis; aperta erit reſponſionis contradictio. Cùm enim negabis formam ſubſtantialē, formā ſubſtantialē aſtrues. Neque enim res ulla in duob. ueris generibus poni poteſt, niſi ratione duplicis eſsentiæ. Quare ſi accidentia ratione alicuius eſsentiæ ad prædicamentū ſubſtantiæ pertinere dicas, ut quæ ſint partes formales rerum naturalium; iam profectò concedes formas ſubſtantiales; niſi quòd dices, eſse eaſdem re cum accidentibus. Potiùs ergo à principio fateri debuiſti, dari formas ſubſtantiales diuerſas, non modò ratione, & natura, ſed etiam re ipſa, ab omnibus accidentibus, ſaltem abſolutis. Hoc enim rationi longè magis conſentaneum eſt. Hinc eſt illud, quod ſapienter quoque Ariſt. eodem libro præmiſerat; Quod propriè eſt (ideſt ſubſtantia) nulli ſit accidens: quod planè intelligit de ſubſtantijs non modò directè poſitis in genere ſubſtantiæ, qualia ſunt genera; ſed etiam de indirectè, cuiuſmodi ſunt differentiæ, quas item eodem loco commemorat. Atque loquitur ſaltem de accidente abſoluto, ut interim omittamus totum relationum genus, propter nonnullas, quæ proximè in ſubſtantia fundantur.

Subſtantiam nulli eſſe accidens. 1. Phyſ. c. 3 tex. 26.

Poſtremò, aut materia prima eſt ſubſtātia completa, & perfecta in genere ſubſtantiæ, aut pars ſubſtantiæ, & quę natura ſua complementum deſideret, ut ex ea fiat ſubſtantia cōpleta. Si completa, ergo nihil eorum, quæ accedunt per mutationem, efficit ſubſtantiam, ſed ſubſtantiam tantam, aut talem. Subſtantia enim completa non expectat complementū, ac proinde, nec aliud quidquam ſui generis, ſed aliorum: alioqui non eſset completa. At ſi eſt incompleta, per aliquid ſubſtantiale complenda eſt. Igitur cùm hoc fieri nequeat, niſi per formam ſubſtantialem; neceſsariò efficitur, dandam eſse formam ſubſtantialem.

Subſtantiam non generari per ſe ex ſubſtantia completa.

## *Ex unitate cuiuſque rei naturalis.* SECT. III.

DEINDE oſtenditur aſsertio ex unitate cuiuſque rei naturalis. Oportet enim fateri, earum quamque eſse unius eſsentiæ, cùm unaquæque ſit unum ens ſimpliciter, nō multa ſimpliciter; atqui rerum naturalium eſsentiæ cōſtant ex materia, & aliquib. formis adiectis, nec conſtant ex materia, & accidentibus; ergo ex materia, & formis ſubſtantialibus. Quòd uerò non conſtent ex materia, & accidentib. his argumentis apertum eſt. Primùm, quia materia, ſi non perficitur in genere ſubſtantiæ per formam ſubſtantialem, non dubium eſt, quin ſit ens completum, ut

Res naturales, non conſtare ex materia, & accidentibus.

ueteres

ceteros Physicos existimarunt, quod idem de accidentib. certum est, cùm propriè, & directò ad cętera genera pertineāt: at ex plurib. entibus completis, non constituitur ulla uera essentia, & natura, quantumcumque illa in ordinem redigantur, & coaptentur: non constant igitur rerum naturalium essentię ex materia, & accidentibus. Assumptio ex eo probatur, quia si semel admittatur constitutio uerarum essentiarum ex entib. completis, licebit cuique nullo negotio quamplurimas rerum essentias conficere, multis eorum coniunctis, & ordine collocatis; eruntque isto modo milites in exercitu partes unius cuiusdam essentiæ; omnes item cęli, imo & omnia, quæ sunt in rerum natura, cùm sint optimo ordine disposita, erunt partes unius cuiusdam entitatis, atque adeo Deus ipse optimus, & Maximus, quod ne ferre quidem aures possunt.

Ex entibus cōpletis nullam uerā essentiam constare.

Deinde, quia si essentiæ rerum naturalium constant materia, & accidentibus; aut quælibet accidentia sunt satis ad earum constitutionem, aut requiruntur certa, & determinata. Si satis sunt quęlibet; ergo non dantur certæ species rerum naturalium, sed quolibet momento sunt aliæ, atque aliæ, cùm alia, atque alia accidentia continenter accedant, & decedant; imo etiam tollitur de medio omnis motus: necesse enim erit, ut fatearis, omnem mutationem esse generationem, aut corruptionem substantialem. Si uerò requiruntur certa, & determinata, ut inseparabilia (hęc enim forsitan iudicabis aptiora) primùm quęro, quęnam dicas inseparabilia: nulla enim talia sunt respectu materię, cùm ea sit indifferens ad omnia; nisi fortè quantitas interminata, ex qua tamen cum materia nulla rerum naturalium uarietas cōfici potest; quo fit, ut si nulla datur substantialis forma, cuius respectu quædam dicantur inseparabilia, nulla omnino inseparabilia sint, ex quibus rerum naturaliū essentiæ constituantur; cùm interim data forma substātiali, nihil iam sit opus accidentibus inseparabilibus ad rerum naturalium constitutionem. Deinde, cùm in eadem re multa reperiantur accidentia; aut illa ordinem habent inter se aliquem, ut aliud sit primum, aliud secundū, & ita deinceps; aut nullum: si nullum, ergo essentia, quę ex eis cum materia constabit, non erit una, nisi per accidens, & ratione subiecti, quę unitas non est satis, ut ex ea colligas unam essentiam ex formis, & subiecto conflatam: si uerò ordinem habeant, & essentia uel ab ultimo, vel à solo primo sit vna; iterum redis ad negata. Sola enim quantitas interminata est primum accidens; ultimum autem continenter uariatur; nisi loquaris de inseparabilibus, quæ nulla esse constitit respectu materiæ præter quātitatem. Quòd si dicas, aliqua alia præter quantitatem esse inseparabilia, non respectu solius materiæ, sed materiæ cum certis accidentibus separabilibus coniunctæ; nihil ad rem erit responsio, si iam supponis aliquod ens compositum ex materia, & prioribus illis accidentibus, quippe cùm nos adhuc de prima compositione disputemus. Si uerò nullum ens ex prioribus constitutum esse supponis, & tamen asseris, aliquod ens

Varia incōmoda.

Tolli alioqui de medio accidentia inseparabilia excepta quantitate.

Responsionis cuiusdam impugnatio.

constitui ex materia, & accidente, quod sequitur coniunctionem priorem; cùm coniunctio illa prior uariabilis sit (est enim separabilium) accidens quoque, quod illam coniunctionem sequetur, uariabile erit, ac proinde ipsa essentia, quæ ex eo constituetur, neque ullum habebit fixum perfectionis gradū. Quare satius fuerat dixisse, ex materia, & prioribus illis accidentibus constitui essentiam rei naturalis, quod tamen fieri non posse probatum erat. Quæro autem speciatim de elementis, ex quibus nam accidentibus cum materia coniunctis cōsterit, vt verbi causa ignis? Nam si ignis constat ex materia, & calore actuali, aut siccitate, aut denique raritate; cùm hæc magis, & minus accipiant, erit quoque ignis, modò magis ignis, modò minùs, quod dici non potest. Si verò ex virtuali quodam calore, aut alia insensibili forma, quam dicas non intendi, nec remitti; eam nos, si vnica ponatur in quolibet, meritò dicimus formam substantialem, vt patebit inferiùs. Postremò, quia si ex materia, & accidentibus, siue vno, siue pluribus constat aliqua vera essentia; cùm omnis vera essentia sit substantia, vel accidens; erit quoque eiusmodi essentia substantia, vel accidens: atqui non erit accidens, quippe quæ & in subiecto non inerit, & ex substantia constabit; nequo item substantia, vt quæ constabit ex accidente, & ab eo speciem accipiet, tanquam à propria forma; nulla igitur essentia ex materia, & accidente, aut accidentibus constare potest; aut certè oportebit contra communē omnium sententiam, & ipsam quoque rationē ponere medium quoddam genus inter substantiam, & accidens, quod nec sit substantia, nec accidens, sed quippiā ex vtroque constitutū. Quod si verum est, hoc solū genus rerum naturalium ponendum erit, quippe ad quod materiam, & accidentia reducere oportebit, tanquam partes ad totum, nullaque iam materialis substantia, aut accidens erit ens completum: quæ omnia sunt absurdissima, & cùm inter se se, tum etiam dictis repugnantia.

Ostenditur idem in elementis.

Ex materia, & accidentibus nullā ueram essentiā constare.

Nullū esse genus medū inter substātiā, & accidens.

## *Ex naturali conseruatione rerum naturalium.* SECT. IIII.

TERTIO loco idem ostendi potest, ex naturali conseruatione rerum naturalium. Cernimus enim qualitates contrarias ad certam quandam temperiem redactas naturaliter in mistis conseruari: eius autem stabilitatis, & ut ita dicam naturalitatis causa, non sunt ipsæ qualitates, quippe cùm natura sua repugnent mutuò: nō item materia prima, cùm sit indifferens ad quemlibet earum statum: nec denique causæ externæ duntaxat, neq; enim is status esset à natura rei: igitur aliqua interna causa danda est, ratione cuius illæ naturaliter unitę sint, & stabili consensione connexæ, quod aliud esse nequit, quàm forma substantialis, aut natura aliqua ex ea constans. cæteræ enim qualitates materiales posteriores sunt primis

Naturalem temperiē qualitatum contrariarum in mistis nō posse nisi à formis substantialibus proficisci.

Digitized by Google

primis quatuor contrarijs, aut ex forma ſubſtantiali, eiusue cum materia coniunctione profluunt.

Deinde (quod magis urget) uidemus primas qualitates contrarias, ita in quibuſdam reb. eſſe temperatas, ut tamen alię magno intenſionis exceſſu alias ſuperent, quod planè cernere licet in ſtirpibus. in his enim parum admodum caloris ineſt, & in pleriſque parum humoris, ac longè minùs, quàm in animalibus. In reliquis autem miſtis apertum eſt, ſiccitatem, & interdum frigus multò intenſiora eſſe contrarijs qualitatibus: cumque ea inæqualitas breuioris durationis cauſa eſſe debuiſſet; videmus tamen harum rerum plurimas natura ſua multò diutiùs conſeruari, quàm in quibus maior temperies cernitur. Ab una igitur aliqua natura id prouenit, quæ primis contrarijs qualitatibus prior ſit, & (quod hinc ſequitur) ab aliqua ſubſtantiali forma, cui eiuſmodi qualitatum ſtatus congruat.

Cur plurimę res naturales, in quibus maior eſt qualitatū inęqualitas diutiùs cōſeruentur.

Poſtremò, quia morbus aduerſatur naturali ſtatui animalium, ſanitas uerò eidem conueniens eſt; hisque affectionibus aliæ quędam in cęteris rebus, quæ gignuntur, & intereunt, proportione reſpondent, ſub quarum altera res non ita diu, neque ita bene, atque ſub contraria, conſeruatur: at hę contrarię affectiones ex uarietate quatuor primarum qualitatum naſcuntur: igitur natura aliqua latet ſub primis quatuor qualitatibus, cui affectio altera cōſentanea ſit, diſſentanea altera, præſertim cùm ſint admodum uariæ in diuerſis rebus, & quę uni congruit, alteri aduerſa ſit. Cùm igitur ea natura nec ſit ſola materia, nec materia cum quantitate, aut qualitate aliqua priori primis quatuor, quæ nulla eſt; non dubium eſt, quin conſtet ex materia, & forma ſubſtantiali.

## *Ex actione rerum naturalium.* SECTIO V.

QVARTO loco id confirmatur ex operationibus rerum naturalium, tum proprijs potentiarum, tum etiam ijs, quæ ipſi naturæ rei naturalis tribuuntur. Ex ijs quidem, quæ ſunt potentiarum propriæ, Quia experimur, res naturales, ita ſæpe occupatas eſſe in operatione unius facultatis, ut ſimul exercere nequeant operationes aliarū, præſentib. etiā obiectis, & agendi materia ſatis præparata; ueluti cùm quis ita intentus eſt in rem, quam oculis cernit, aut animo uoluit, ut alta etiam uoce clamante non audiat; & ſæpe etiam nihil aliud, aut agere, aut ſentire poſſit; interdumque ita ſit totus in ea re, ut neque calor ipſe ſtomachi quicquam penè operis faciat. In actione etiam, & paſſione corporum inanimatorum ſæpe fit, ut agens in externo contrario ſuperando ita occupetur, ut interim non poſſit eam ſui partem, quæ à contrario uincitur, ſimul tueri, donec externum contrarium ita ſuperet, ut ſuis iam partibus in priſtinū ſtatum

Quòd res naturales, ita in actione unius facultatis occupentur, ut aliarum operationes non exerceant, formæ eſſe tribuendum.

Digitized by Google

statum restituendis dare operam possit, id quod Physici ex finitate uirtutis, & applicationis cuiusque agentis docent mirandum non esse. Hoc autem, quid aliud est, quàm dari in unaquaque re naturali materiam, atque formam aliquam omnibus facultatibus priorem, ijsque omnibus mira quadam ratione præsidentem, & per eas operantem, cuius uires, & applicatio, cùm finitæ sint, si per unam facultatem alicui operi ualde se applicet, sæpe nequeat per eandem, aut etiam per alias, in aliud opus incumbere. Neque uerò id, quod in uiuentibus cerni diximus, ita attribuendum est concursui spirituum necessariorum ad operationes facultatum, ut non præcipuè referendum sit ad primam formam, & quasi dominam, quę præcipuum est agendi principium. Nam, etsi necesse est, ut cùm illi frequentes confluunt ad unum membrum, alia deserant; tamen, nisi forma una detur omnibus facultatibus natura prior, & quæ in suo ordine prima concurrat ad omnes rei actiones, ratio sępe reddi non poterit, cur eiusmodi spiritus, & quasi actionum ministri, non æquè subseruiant omnibus potentijs, sed alia membra deserant, ut alijs accurrant.

Duo actionū genera in rebus naturalibus.

Ex ijs uerò actionibus, quæ ipsi rei naturæ tribuuntur, cùm eę sint in duplici genere (aut enim sunt própriæ, ut quæ in alio subiecto exerceantur, ueluti cùm ignis ignem generat; aut improprię, & quæ ueriùs dicantur consecutiones quędam naturales, & quasi emanationes eorum, quæ resultant in eo subiecto, cui actio tribuitur, ueluti cùm aqua sese ad natiuum frigoris statum reuocat) sunt, qui ex prioribus hoc pacto rem confirment. Accidentia non possunt substantiam generare, nisi uirtute substantiæ, seu, quod idem est, ut instrumenta substantiæ: sunt enim inferioris naturę, cùm interim omne principale agens, si naturę sit diuersæ, nobilius esse debeat, non tantùm eo, quod patitur, sed etiam ipso effectu: atqui uidemus, equum generari ab equo, & ignem ab igne; nec principale agens in huiusmodi actionibus potest esse materia: ergo danda est in unaquaque re naturali forma substantialis. Verùm hæc argumẽtatio sumit, quod probandum erat, nempe, equum, ignem, & cætera, quę ab agentibus naturalibus gignuntur, habere aliquid substantiæ præter materiam. Nisi enim hoc ponatur, de quo tamen nunc agimus, nihil concluditur. Quanquam hęc argumentatio si inuertatur, non parum apta est ad persuadendum, formam substantialem esse primum agendi principium in generatione, de qua re à nobis lib. 7. agendum erit.

Argumenti quorundã ad rem propositã confirmandam.

Reiectio.

Potiùs ergo ex improprijs actionibus probanda est conclusio hunc in modum. Actio, qua aqua calida, remoto calefaciente, aut conseruante calorem, sese ad natiuum frigus reuocat, & cæteræ res naturales, cùm à naturali statu deiectæ sunt, uirtute propria illũ recuperant, pręsertim in rebus similaribus (in his enim nõ est ea partiũ dissimilitudo, quæ requiritur, ut alia in aliam agere possit) ea, inquam, actio nõ est ab accidente vllo; nõ item à materia; & tamen est à re agente in se ipsam eo actionis genere; igitur est à natura aliqua substantiali subiecta, &, quod hinc sequitur, ab aliqua

aliqua forma substantiali, ex qua cum materia natura ea constituta sit. Quòd à materia esse non possit, neque item à quantitate luce clarius est. Quòd uerò non sit ab vllo alio accidente, satis in uno aquæ exẽplo ostendi potest hoc pacto. Actio illa est frigefactio; igitur si est ab ullo accidente, erit à frigore, quod in aqua calida relictum est; at illud multò remissius interdum est, quàm calor introductus: non est etiam à priori aliqua qualitate, cùm non dentur in aqua aliæ primis quatuor contrarijs priores: igitur non est ab ullo accidente.

Aquam non reduci ad pristinum frigus ab ullo accidente.

Non desunt tamen, qui dicant, cùm aqua calefit, semper in aliquib. particulis relinqui summam frigiditatem, à quibus cæteræ, remoto calefaciente, & conseruante calorem, reducantur ad natiuum frigoris statum: quod idem de cæteris elementis comparatione propriarum qualitatum dicendum putant. Hęc tamen opinio, si impugnatione digna est, facilè refellitur. Aduersatur enim primùm experientiæ, quæ mater est Philosophiæ. Nam etsi eius auctores aiunt, non sentiri à nobis eam frigiditatem, propter admistionem caloris aliarum partium, tamen si ea vera esset, nunquam iudicaremus aquam esse calidam, sed ad summum tepidam. Partes enim, quas dicunt retinere summam frigiditatem, tam multæ esse debebunt, quàm sunt illæ, quę calorem accipiunt, & cum illis omnino permixtæ; alioqui si portio aliqua notabilis nullas haberet admistas, iam illa à cęteris separata non posset se ad naturalem frigiditatem reuocare, quod inauditum est. Deinde, pugnat cum ratione, quòd asserant quasdam particulas aquæ pati ab igne, alias non pati, ne eas quidem, quæ propinquiores sunt necessariò, quam aliæ pleræque, quæ calorem corripiunt; quod nihil est aliud, quàm facere aquam dissimilare corpus, & quod partes integrantes diuersæ naturę habeat. Postremò, pugnat cum sensu, & ratione simul, quòd isto modo sequatur, nunquam corruptum iri aquam, retinentibus semper aliquibus particulis summũ frigus: aut si tandem in omnibus remittitur frigus, vt aqua corrumpatur, fore, vt remoto calefaciente, antequàm corruptio absoluatur, iam ea se ad pristinum frigus reducere non possit, quia iam non habeat particulas vllas, in quibus non sit remissum frigus. Id quod eò magis pugnat cum experientia, quòd vsu compertum est, solere aquam ad ignem applicari, vt probè calefacta celeriùs congeletur, quod Aristoteles scripsit primo libro Meteorologicorum.

Quorundam ea de re opinionis impugnatio.

Experientia mater Philosophiæ.

Aquam calefactam celeriùs gelari.

Cap. 12.

Alij, cùm planè perspiciant nõ posse elementa reuocari ad statum naturalem suarum qualitatum à qualitate vlla eiusdem rationis, quæ in ipsis integra adhuc existat, alias quasdam comminiscuntur qualitates, quarum virtute id fieri possit. Dicunt enim, præter quatuor primas sensibiles, quas ideo vocant actuales, quòd per eas subiecta actu denominentur calida, frigida &c. dari alias quatuor insensibiles eiusdem nominis, nisi quòd eas appellant virtuales, quòd vim habeant ad priores illas restituendas in pristinum statum, nec tamen per se ipsas sint satis ad denominanda

Sententia ponentium in elemẽtis qualitates quatuor virtuales.

Digitized by Google

minanda subiecta calida, aut frigida &c. proinde aſserunt, eas nec contrarias esse inter se se, nec remitti vnquam posse, sed integras semper permanere, vt elementis, cùm depulsa fuerint à proprio statu, subuenire possint. Id verò quobus potissimùm argumẽtis probant. Vno, quia substãtia creata nunquam agit nisi interuentu alicuius accidentis, quod instrumẽti vicem subeat: elementa autem non possunt se se reuocare ad pristinũ statum per qualitates actuales, quo fit, vt omnino sit opus virtualibus. Altero, quia in mistis planè dantur virtuales qualitates, vt in pipere vis calefaciendi, cùm interim piper tactu sit frigidum; nec rationi consentaneum est, vt eiusmodi qualitates elementis desint, præsertim vt sibi ipsis opitulari possint. Quòd si res ita habet, non est cur à nobis recurrendum sit ad formas substantiales. quod enim in elementis ostenditur, idem in alijs rebus ostensum esse existimandum est.

Confirmatio.

Refutatio.

Sed neque huiusmodi sententia quidquam habet probabilitatis. Primùm, quia superuacaneum est ponere plura, vbi pauciora sufficiunt; hi autem ponere coguntur in quolibet elemento plures qualitates virtuales, quæ pluribus actualibus respondeant, cùm tamen forma vna substantialis cuiusque satis esse possit ad præstandum id, propter quod illarum multitudo inducitur. Si igitur ob hanc rem virtuales qualitates ponuntur, satius erit ponere formas substantiales. Deinde, quia accidentia non sunt ad agendum necessaria in rebus creatis, nisi cùm actio est propria: in hoc enim actionum genere necessarium id esse experimento didicimus, non in ijs, quæ sunt emanationes, & consequentię potiùs naturales, quàm actiones; alioqui in quauis re essent infinita accidentia propria. Cùm enim hęc oriantur ex natura eius rei, cuius sunt propria; si natura rei ea quasi parere non posset, nisi per aliquod accidens velut per instrumentum; non daretur sanè primum accidens proprium; quãdoquidem proprium non sequitur necessariò id, quod commune est. Ita fieret, vt in quauis re essent infinita accidentia. Atque hac ratione vtrunque argumentum aduersę partis euertitur. Tertiò, quia qualitates virtuales mistorum, ex quibus posterius argumentum ducitur, non agunt in propria subiecta, sed in aliena, vt vis piperis in vẽtriculum. Sunt etiam eadem quatuor primis qualitatibus posteriores, cùm ex primarum varia commistione oriantur, aut si quę non sunt huiusmodi, vt facultas ridendi, & forsitan vis magnetis ad trahendum ad se ferrum, eę oriuntur ex formis substantialibus, tametsi probabile est, alias interdum oriri aliarum interuentu. Denique earum pleręque intenduntur, & remittuntur. Quare non rectè ex ijs qualitatibus virtuales qualitates elemẽtorum colliguntur, quæ & in propria subiecta agãt, & primas quatuor uulgatas antecedant, nec ex formis substantialibus oriantur, & eiusmodi sint, ut nec intendantur, nec remittantur. Postremò, quia cùm hæ à suis authoribus plures ponantur in singulis elementis, aliquid adhuc prius in unoquoque ponendum erit, cuius ratione hæ certæ, & non illæ in hac materia

In qaibus actionib⁹ res naturales accidentibus ad agendum indigeant.

Qualitates virtuales mistorum non agere in subiecta propria.

naturaliter

Digitized by Google

naturaliter coniuncta sint; quod quidem si uirtualem aliam qualitatem esse dixeris, quemadmodum nonnulli Medici uirtutem quandam in animalibus ponunt, quam ipsi regitiuam appellant, quasi cæteris præsidentem; aut certè non plures uirtuales in singulis esse malueris, sed vnam tantùm, quæ plurium munus gerat; ea certè à nobis, si prima erit, substantialis, non accidentalis forma dicitur, quam consequentur in singulis elementis binæ ex primis quatuor sensibilibus, & aliæ quædam his consentaneæ, vt leuitas, grauitas, perspicuitas, opacitas, & si quæ sunt aliæ huiusmodi; in mistis autem aliæ, atque aliæ pro ratione, & naturâ cuiusque. Atque hæ eadem actione propria introducuntur, qua formæ substantiales, eo quòd consequutione quadam oriantur ex essentijs rerum, quæ gignuntur. Vnde efficitur, vt si eius naturæ sint, quæ intensionem, & remissionem admittant, quandocumque à proprio statu deijciũtur, earundem naturarum vi (nisi quid impediat) iterum ad eundem reuocentur per modum internæ cuiusdam emanationis. Quare necessariò concedendæ sunt formę substantiales, nec tanquam assistentes solùm, quo pacto substantiæ separatæ dicuntur formæ corporum cœlestiũ, sed verè informantes, vnamque naturam, & essentiam cum materia constituentes.

A Medicis quibusdã ponitur in animantibus uirtutẽ quandam regitiuam.

Qualitates rebus connaturales eadem actione propria produci, qua formæ substantiales.

In Conc. Lateranen. sub Leone 10. sess. 8. In Conc. Viẽnẽsis sub Clemen. quinto & hĩ Clem. unica de summa Trin. § 2. & in Conc. Lateran. sub Leone 10. loco citato.

Confirmat autem assertionẽ hanc orthodoxa fides, cùm docet, Primùm, animam humanam esse immortalem, existentemq; post separationem à corpore; vnde sequitur, esse substantiam. Deinde, esse veram, ac essentialẽ hominis formam. Cùm igitur homo cm cæteris animalibus & animalia cum viuentibus, & viuentia cum non viuentibus genere conueniant; efficitur, vt quemadmodum species humana completur per formam substantialem, ita compleantur cætera entia naturalia.

Dari formas substantiales argumẽto ex doctrina fidei.

tex. 2.

Hanc verò esse Aristotelis sententiam perspicuum est ex plurimis locis, præcipuè ex secundo lib. de anima cap. primo, vbi docet, tria reperiri in prædicamento substantię, materiam, formam, & compositum: ipsum verò compositum, quod propriè est hoc aliquid, à forma habere vt sit hoc aliquid, & per se possit existere. Itemque ex lib. 7. huius operis cap. 4. quo loco ait, formam, & compositum non solùm esse substantias, sed magis etiam, quàm materiam. Quod idem intelliges ex lib. 12. cap. 2. vbi vocat formam hoc aliquid, quòd per eam compositum sit hoc aliquid. Vnde & formam sępius ait esse magis naturam, quàm materiam, quasi præcipuum rerum naturalium principium, vt secundo Physicorum cap. 1. & initio librorum de partib. animalium.

Esse Aristotelis apertam sententiam.

tex. 7.

tex. 14.

tex. 12. Cap. 1.

De Platone quoq; non est quod dubitemus. Primùm, quia facit ideas per se subsistentes, docetque formas rerum naturaliũ esse quasdam idearum participationes; resque naturales, propter huiusmodi formas participatas, esse eiusdem rationis cum ideis, nec ideas differre ab ijs, quæ apud nos sunt, nisi ęternitate, vt Aristot. sępe ait. Deinde, quia non posuit ideas accidentium, sed substantiarum; res autem naturales, illius sen-

Idem existimasse Platonem.

1. Eth. c. 6.



Digitized by Google

sentiam non imitantur ideas ratione materię, sed ratione formę. Postremò, quia encomia, quibus Plato cõmendat formas participatas, non benè congruunt in accidentia, quale est illud, quod superiùs ex Timęo retulimus, Formas esse verè existentium, simulacra. Nec obest, quod idem eo loco scribit, nullum elementum fieri hoc aliquid per formam, sed quale aliquid, quibus verbis elementorum formas planè videtur in qualitatibus, non in substantijs numerare. Id enim propterea facit, quòd formę elementorum, cum ita informãtes sint, ut non etiã per se ac separatim existere possint, potiùs apud se nomine substantialium qualitatũ, quàm formarum, siue specierum (quibus ipse nominibus ideas appellat) dignę videantur. Itaque in modo loquendi tantùm dissensio est hac in re inter Platonem, & Aristotelem; nisi quòd Plato non omnes formas substantiales existimat uerè informare materiam, quemadmodum Aristoteles. putat enim Plato animas omnium animantium esse assistentes, non informantes: at Aristoteles planè docet esse verè actus, & perfectiones, siue entelechias, vt vocat, ipsam etiam humanam; nec vllam in corpore esse, vt Gubernatorem in naui, sed vt partem formalem in tota essentia.

Explicatur locus Platonis de formis elemẽtorum. Q. 2. fol. 9.

Qua ratione cõueniant, & dissentiãt Plato, & Aristoteles in formarum substantialium assertione.

Cùm autem rationes eæ, quibus ad astruendam formam substantiálem usi sumus, ijs principijs ac dogmatis innitantur, quę sæpe vsurpãtur apud vtrunque Philosophum, præsertim apud Aristotelem; non dubiũ videtur, quin illi aut eisdem omnibus, aut præcipuis, & alijs fortasse, quæ se nobis in præsentia non obtulerunt, hanc sententiam sibi persuaserint.

## *Solutio argumentorum, quæ initio proposita sunt.* SECT. VI.

Cur Aristoteles qualitates primas uocet primas elementorũ differentias.

AD primum igitur argumentum eorum, quæ initio pro altera quæstionis parte proposita sunt, dicendum est, Aristotelem appellare primas quatuor qualitates, primas elementorum differentias, vel quia sumit eas loco formarum substantialium sub ijs latentium, quod sæpe fit; vel quia accipit elementa, quatenus sensibilia sunt, actiuaque & passiua, & ad mutuam transmutationem, ac mistionem idonea, vt eo loco dicunt Interpretes. Quanquam verò elementorum formæ substantiæ sunt, non ingrediuntur tamen actu mistorum compositionem, sed virtute, vt lib. 8. ostendemus. Quod autem attinet ad Alexandrum, & alios auctores citatos, etsi dici solet, fuisse eos in ea sententia, quam verba prę se ferunt; non video tamen cur non eodem modo, atque Aristoteles, intelligi possint. Sed neque Galenus aliter forsitan existimat, tametsi videatur non modò elementorum formas, sed viuentium quoq; credere accidentia. Scribit ille quidem hoc modo in priori lib. de elementis [Hæc rursus (aër, scilicet, ignis, aqua, & terra) non ex alijs corporibus, sed ex materia, & qualitatibus constant] & infrà [Perspicuũ existit, quòd humiditas, siccitas,

Explicantur Alexandri, & aliorũ dicta.

Digitized by Google

ficcitas, ac frigiditas, vnamquamque ſubſtantiam conſtituant.] De anima verò iraſcibili, & concupiſcibili humana, quam errore magno putauit eſſe mortalem, ſic ſcriptum reliquit in eo tractatu, cui titulus eſt, Quòd animi mores corporum temperaturas ſequantur [Satiùs dixeris, mortalem animæ partem corporis eſſe temperiem] quem ſenſum, ut uerba ſonant, impugnant plurimi, & inter eos Diuus Thomas ſecũdo libro contra gentes. ſed quanquam parum refert, quid ſenſerit hac in re Galenus; tamen cùm Medicus fuerit, non alia ratione de animali forſitan diſſeruit, quàm quatenus in corpore animalis uis agendi, & patiẽdi ſpectatur. Poſtquam enim dixit, Humiditas &c. unamquamque ſubſtantiam cõſtituunt, ſtatim ſubiecit [Rectè igitur Hippocrates non hominis tantùm, ſed aliorum omnium naturam ex calido, humido, frigido, & ſicco conſtare inquit: hæc enim inuicem agunt manifeſtè, ut omnium eſt confeſſione receptum] dixeratque ſuperiùs de igne [Nam quòd caliditas ſumma materiæ aduenies ignem conſtituat, omnes Philoſophi cõſenſerunt.] Satis autem patet, non omnes conſenſiſſe in hac re, niſi quatenus ignis actiuus, & paſſiuus eſt. In altero uerò opere poſtquam dixit, [mortalẽ animæ &c.] mox ſubiecit [hoc enim ſuprà cõmonſtrauimus.] Docuerat autem ſuperiùs, eſſentiam animę non quidem prorſus temperiem corporis eſſe, ſed quodammodo temperamentum quatuor qualitatum, hoc eſt, ſequi illarum temperamentum, quo diſſoluto eſſe deſinat. id, quod ad initium cap. 5. uidetur explicare his uerbis [Monſtrauimus, inquit, animæ ſubſtantiam pro temperaturæ ratione conſiſtentem à naturali corpore effici, niſi quis eam, ſicuti Plato incorpoream eſſe ſubiecerit, quę exiſtere extra corpus ualeat.] In cap. autem tertio dixerat, ex animæ eſſentia facultates eius ſequi, & in cap. 4. quæritur de Andronico, quòd dixerit eam fortaſſe eſſe uim quandam, cùm potiùs ipſa inquit, ſit compos multarum uirium, laudatque Ariſtotelem, quòd rectè dixerit eſſe ſubſtantiam, non aliud quidquam tamen præter temperiem, hoc eſt, quod unquam à temperie ſeparatum ſit. Hæc fortaſſe fuit Galeni ſententia, niſi clariùs alibi oppoſitum ſcripſit. Quę etſi falſa eſt, quatenus mortalem poſuit hominis animam, tamen eatenus utilis eſt huic diſputationi, quatenus eam ſubſtantiam eſſe putauit, & ab accidentibus diuerſam.

Cap. 63.

Quid Galenus falsò de anima humana ſenſerit.

Quo pacto in ijs, quæ cõtra propoſitã ſententiã uidentur facere, recte intelligi poſſit.

Ad ſecundum dicendum eſt, nec ad eſſentiale eſſe rerum naturalium, nec ad earum eſſentialem diſtinctionem, nec denique ad earum operationes (quaſdam præſertim) ſatis eſſe accidentia cum materia, ut patet ex dictis: cognoſci tamen à poſteriori illarum diſtinctionem eſſentialem per accidentia, & omnes proprias earum actiones per eadẽ tanquam per inſtrumenta exerceri, non eas, quas naturales conſequutiones, & quaſi emanationes appellauimus.

In quo conſiſtat propria ratio ſubſtantiæ.

Ad tertium dicendum eſt, propriam rationem ſubſtantiæ, non in ſubſtando poſitam eſſe, ſed in per ſe exiſtendo. Verùm, rationem hanc



Digitized by Google

simpliciter,& absolutè ijs tantùm substantijs conuenire, quæ naturaliter per se ipsæ, ac separatim cohærere possunt, cæteris autem,quatenus sunt earum partes: atque hoc pacto omnes formas rerum naturalium esse substantias, & eò magis quàm materiam,quòd formis substantialibus,ut substantiales sunt, non repugnat naturaliter existere per sese, ac separatim,quod tamen propterea materiæ repugnat,quia nullam omnino operationem sine forma habere potest.

*Ex forma substantiali colligi,materiam primam esse puram potentiam.*

## SECTIO SEPTIMA.

Quid à Philosophis nomine puræ potentiæ intelligatur.

STABILITA igitur substantiali forma uerè informante, facilè ex ea colligi potest, materiam primam esse puram potentiam; si tamen priùs exponamus, quid Philosophi nomine puræ potentiæ intelligant.

Ac primùm quidem purę potentiæ uocabulo meritò omnes intelligunt potentiam passiuam. Actiua enim non modò potentia est,sed uis etiam, siue uirtus quædam. Intelligunt deinde eam potentiam,quæ nec sit actus,nec compositum aliquid ex actu, & potentia. atq; hoc est esse puram potentiam,non solùm;ut hæc verba excludunt omnẽ actiuitatem, siue efficientiam; sed etiam omnem actum: quanquam si omnem actum excludunt, omnem quoque efficientiam excludant necesse est.

Duplex genus actus,seu formæ.

Cùm igitur duplex sit actus, siue forma, & perfectio; alter per se existens, siue non informans, cuiusmodi sunt Deus, & substantiæ separatæ; alter informans, & perficiens per se ipsum formaliter, siue is sit completum quid in suo genere, ut accidentia, quę per se ponuntur in prædicamentis,siue incompletum, ut forma substantialis, quæ materiæ additur ad complendam essentiam rerum naturalium; tum demum apertũ erit, materiam primam esse puram potentiam, cùm constabit, eam nec esse actum per se existentem, nec perficientem, nec denique ex potentia, & actu perficiente constitutam. Repugnat enim manifestè, ex potentia, & actu per se existente,ut à nobis expositus est, quicquam constitui,cùm eũ solum uocauerimus per se existentem,qui non est informans.

Impugnatur actus entitatiuus Scoti.

Nec uerò, ut ostendamus, materiam primã esse puram potentiam,necesse præterea est ostendere, non esse eam actum entitatiuum, ut Scotus esse putat. Nullus enim re uera est actus entitatiuus,qui nec sit per se existens,nec informans. Nec uerò ille rectè philosophatur,cùm accipit actũ entitatiuum pro re vt actu existente. Primùm, quia abutitur uerbo entitatiui. Actus enim entitatiuus, is solus dicendus est,qui ad entitatem pertinet: at entitas natura sua existentiam antecedit in rebus creatis,in quibus solis dari potest distinctio actus, & potentiæ. Deinde, quia materia prima,

In 2. sent. d. 12. q. 1.

Digitized by Google

prima, etsi, antequàm existeret, erat in potentia obiectiua, ut ait Scotus; vbi autem primùm extitit per creationem, tum primùm esse cœpit sub actu existentiæ; nunquam tamen per creationem consequuta est, ut esset formaliter ipse actus existentiæ, aut compositum aliquid ex potentia, & actu existentiæ: quare nec consequuta est, ut esset actus entitatiuus (vt Scotus loquitur) nec compositum quicquam ex potentia vlla, & eiusmodi actu entitatiuo. Verùm contra Scotum lib. 8. dabitur latior disputandi locus.

Materiam nõ esse actum informantem, neque ex informãte actu, & potẽtia cõstare.

Quòd igitur materia prima nec sit actus informans, nec constet ex potentia, & actu informante, manifestius est, quàm ut ex forma substantiali probari sit necesse. Vt enim substantialis forma non daretur, id tamen facilè ex eo probares, quia neutro modo materia prima esset materia prima, siue primum subiectum. id enim potiùs primum subiectum esset, primaque materia, cui ipsa inesset, vel ex quo, ut ex potentia, subiectoque sui actus constaret. Quòd uerò nec sit actus per se existens, id iam ex forma substantiali multis argumentis ostenditur.

Non esse actum per se existentem.

Primùm, quia si est actus per se existens, non dubium est, quin sit substantia completa: si autem est subiectum formæ substantialis, ueraque pars essentiæ substantialis compositi; perspicuum quoque est, esse substantiam incompletam; quæ planè repugnant. Quocirca nemo unquam Philosophorum eam fecit substantiam completam, simulque subiectum formæ substantialis.

Actum per se existentẽ natura sua perfectiorem esse informante.

Deinde, quia quiuis actus per se existens est perfectior quouis informante, cùm omnis informatio imperfectionem aliquam adiunctam habeat, qua tamen caret ex genere suo actus, siue forma per se existens. Vnde fit, vt actus per se existens dicatur formaliter de Deo, actus verò informans non item. Cùm igitur omnis actus per se existens natura sua perfectior sit quouis informante; forma autem substantialis informans, si datur, perfectior sit, quàm materia prima, vt perspicuum est, & omnes concedunt; efficitur, vt data forma substantiali, qua materia prima informetur; nullo pacto dici possit, materiam primam esse actum per se existentem.

Actũ per se existentẽ nõ esse quantitatis capacem.

Tertiò, quia actus per se existens non est quantitatis capax, sed est substantia separata ab omni materia, tum sensibili, tum intelligibili, quæ nomine quantitatis significatur: subiectum autem formæ substantialis, si ea datur, est capax quantitatis, & sensibilium qualitatum, sine quibus naturalis mutatio esse non potest, ut apertissimum est, & ab omnibus supponitur: non est igitur materia prima actus per se existens. Nec obest, quod quidam aiunt, cœlum esse actum per se existentem, & tamen esse quantum, & sensibilib. qualitatib. præditum: pugnant enim hęc inter se se, & qui hęc simul approbant, planè sibi præcludunt uiam probandi, substantias separatas esse quantitatis expertes. Quicquid enim habet molem, habet materiam, ut libro quarto Enneadis secundæ scribit

Refellitur quorundam responsio.

Plotini præclara sententia.

Cap. 6.

Digitized by Google

scribit Plotinus nobilissimus Platonicus, & hac in re planè Peripateticus. Ex quo pronunciato, quasi ab omnibus recepto, sic argumentatur; Aut elementa sunt formæ, aut materia, aut constant materia, & forma: non formæ, quia habent molem; non materia, quia corrumpuntur; constant igitur materia, & forma.

Quartò, quia actus per se existens non dicit alium ordinem ad actum, quo informari possit, quàm accidentalem, nec id quidem vniuersè, & in toto genere entium, sed in reb. creatis tantùm; id autem omne, quod informatur substantiali forma ad constituendam essentiam tertiæ cuiusdam substantiæ, dicit ordinem essentialem ad hoc genus formarum; igitur si materia informatur substantiali forma, non est vtique actus per se existens. Quo fit, vt nemo eorum, qui dixerunt, corpus cœleste esse actum per se existentem, sibi in mentem inducere potuerit, esse illud substantiali forma informante præditum, sed tantùm assistente.

Omnem actũ substãtialem propriã operationem habere.

Quintò, quia si materia prima esset actus per se existens, haberet proprias operationes (omnis enim actus substãtialis proprias operationes habeat necesse est, cùm id cõcedamus quàm plurimis accidentalibus) eoq; magis sibi vẽdicaret proprias operationes, quòd nõ esset tantùm formale principium agendi, sed agens ipsum principale, ac suppositum, cui actio tribueretur: at si datur forma substantialis, nulla iam relinquitur actio, quę eiusmodi actui per se existenti tribuatur (omnes enim, quas nouimus, aut in accidentia referimus, aut in formas substantiales, vt ex ijs, quę superiùs diximus, perspicuum est) ergo si dantur formę substantiales, quibus materia prima informetur; fieri non potest, vt ea sit actus per se existens. Nisi quis ita insaniat, vt dicat, materiam primam esse principale agens per formas omnes, siue substantiales, siue accidentarias: quo pacto ei tribuentur omnes operationes, vt supposito agenti, etiam eæ, quæ ad intellectum, & voluntatem pertinent. Quòd qui dixerit, parum aberit, quominus assentiatur ijs Hęreticis, & Philosophis, seu potiùs Philomythis, qui dixerunt, materiam primam esse Deum, omnibus videlicet formis onustum, & per alias, atque alias, alia, atque alia agentem, imò etiam (quod fateri eadem ratione cogentur) omnia patientem, & pleraque alia eorum ingenio, & inuentione dignissima.

Sect. 5.

Insana opinio quorundam Hæreticorũ, & Philosophorũ de materia prima.

Lege Plotinũ Enne. 2. lib. 4. c. 1. Albert. Phy. tract. 3. cap. 13. & D. Tho. 1. p. q. 3. ar. 8. & 1. cõt. gent. c. 17.

Postremò, quia omnes quotquot posuerunt actũ per se existentẽ, siue in cœlis, siue in his inferioribus, negauerunt in eisdẽ rebus formas substantiales; & omnes, qui in hoc, aut illo rerum genere admiserunt formas substantiales, negauerunt eas recipi in actibus per se existentibus. Communi ergo consensione, ac intelligentia constat, si dantur formę substantiales informantes, fieri non posse, vt materia prima sit actus per se existens. Ita patet ex ipsa formarum substantialium assertione colligi, materiam primam esse puram potentiam.

Aristote-

Digitized by Google

*Aristotelem & Platonem re vera existimasse, materiam primam esse puram potentiam.*

## SECTIO VIII.

num. 69.

ARISTOTELEM verò idem de materia prima existimasse, cùm ex alijs plerisque locis intelligitur, tum præcipuè ex primo Phys. cap. 7. vbi de ea sic pronunciat, Materiam primam perinde se habere in toto genere rerum naturalium, atque lignum in toto genere artificialium; patet autem, lignum neque esse actum, formam'ue artificialem, siue per se existentem, siue informantem; neque aliud quicquam ex actu artificioso constans. Item, materiam primam esse informe quiddam; id autem, quod vel est forma, vel ex forma compositum, non dicitur simpliciter informe. Denique, materiam primam non esse ens quasi hoc aliquid, hoc est, non esse ens ut actum per se existentem, aut aliquid cõstans actu. Ex primo etiam de generatione cap. 3. quo loco docet, materiam primam non esse ens actu, sed potentia, siue potentiale, & cuius essentia in ipso posse consistat. Denique ex 7. libro huius operis cap. 3. vbi sic scribit [Dico autem materiam, quæ per se ipsam neque quid, neque quantum, neque aliud quicquam dicitur eorum, quibus ens definitur] quod idem in eodem sensu alijs plerisque in locis asserit. Quo pronunciato docet, materiam primam secundum suam essentiam nullo modo esse ens actuale, sed potentiale, & receptiuum, non modò actuum accidentalium, sed etiam substantialium. Hinc est illud Auerrois initio lib. de substantia orbis, Materiam primam substantiari per posse, & illud eiusdem 5. Physicorum, In esse materiæ non admisceri omnino actum. De Platone verò idem credere par est, vt patet ex ijs, quæ suprà à nobis de materia prima ex Timæo relata sunt. Difficilè enim nisi de pura potentia intelligi possunt. Quanquàm verò Plato primo aspectu non admodum firma ratione id videatur ex eo probasse, Quia oportet receptiuum esse ex se expers eorum omnium, quæ recipere potest, vt ibidem diximus (id quod forsitan in causa fuit, vt Auerroës in explanatione libri duodecimi huius operis crediderit, neminem ante Aristotelem materiam primam cognouisse) est tamen optima ratio, supposita forma substantiali: materia enim, quæ substantialem formam susceptura est, pura potentia esse debet in genere substantiæ, atque adeo in toto genere entium, & (quod hinc sequitur) ens nullo modo actuale, quam rationem ex Timæo refert, atque approbat Aristoteles tertio libro de cœlo, capite 8. eademque alijs plerisque locis vtitur. Intelligè autem rationem hoc pacto. Quicquid receptiuum est formarum alicuius generis, siue per transmutationem, siue quocunque alio modo, oportet vt nec sit forma eius generis, neque ex ea constet; quod pronunciatum est per se notum: atqui materia prima est receptiua formarũ non modò accidentaliũ, sed etiam substantialium: igitur neque est forma vlla, siue substantialis, siue

num. 69. — Ex Aristotele materiam esse puram potentiam.

num. 11.

num. 8.

ap. 1. cõ. 8

sect. 2. sect. 5. — In eadem sententia fuisse Platonem.

Comm. 9. — Vis rationis, qua Plato materiam puram potentiam facit.

num. 67. — Exponitur ratio Platonis, & Aristotelis.

Digitized by Google

siue accidentalis, neque ex ulla earum constat, ac proinde est pura potentia.

Occurritur quorundam obiectioni.

Sunt tamen, qui capere non possint, quo pacto materia prima sit pura potentia, nisi sit nihil. Quod enim, inquiunt, non est actu, nihil est. Veruntamen multis modis peccant. Primùm, quòd credant puritatem aliquid detrahere de ratione potentiæ. Nam ut actus non ideo non est actus, quia est purus actus; ita potentia non ideo non erit potentia, quia sit pura potentia. Quòd si adhuc potentia est, & ex consequenti aliquid; ergo non est nihil. Deinde, quòd existiment simpliciter uerum esse, id, quod non est actu, nihil esse; cùm tamen omnia, quæ præterierunt, aut futura sunt, aliquid sint (neque enim sunt commentitia) & tamen non sint actu. Postremò, quia putant, eum, qui asserit materiam primam esse puram potentiam, eo ipso negare illam esse actu, quasi idem sit esse actu, siue actu existere, atque esse actum, aut constans actu, quod iam impugnatum est. Non negamus ergo materiam primam esse actu, cùm dicimus esse puram potentiam; sed tantummodo negamus esse actum, atq; rem, quæ actum includat. Quin etiam credimus, eam sibi vendicare peculiarem existentiæ actum, ut lib. 8. ostendere conabimur, qui tamen actus accidentarius illi est, nec sufficiens, ut per eum sit intrinsecus, siue essentialiter ens actuale.

Materiam esse actu, licet actus non sit, neque ex eo consitet.

*Redditur ratio multorum, quæ de materia, & forma dici solent.*

## SECTIO NONA.

Cur dicatur prope nihil.

EX his facilè reddi potest ratio multorum, quæ de materia prima, & forma substantiali dicuntur. Nam, quia materia prima est pura potentia, ac proinde ita remota ab actu puro, qui maximè ens est, ut nihil remotius fingi possit, iccirco à D. Augustino meritò uocatur Propè nihil. Eadē ratione dicitur Fundamentū naturæ, quia pura potentia in omni actione naturæ supponitur. Nihil enim est, quod naturales causæ ex nihilo faciant; sed composita substantialia faciunt ex pura potentia, accidentalia uerò ex substantialibus compositis. Haud dissimile est illud Plotini libro quarto Enneadis 2. Profundum uniuscuiusque, est materia. Nisi, quod docet Plotinus ijs uerbis, in Mundo etiam intelligibili, substantijs'ue separatis esse materiam, tametsi longè diuersæ rationis; quod quo pacto intelligat, alibi forsitan explicabimus.

12. lib. Confess. cap. 7.

Cur naturæ fundamentū.

Materia profundum cuiusque rei naturalis.

Cap. 5.

Cur Chaos, siue confusio.

Dicitur Chaos, siue confusio, quia in pura potentia nihil distinctum esse potest, cùm omnis distinctio fiat per actum. Vnde est illud veterum Scholasticorum, In naturæ fundamento nihil est distinctum.

Refertur ab Alensi 8. Metaph. cap 1. ad textum 4.

Cur sylua.

Dicitur sylua, quia si secundùm se consideretur, ita est in potentia ad omnes formas naturales, vt sylua adhuc intacta ad omnes artificiales. Hinc nata est distinctio, quam Themistius, & [a] Simplicius [b] in caput septimum

a In textum 61.
b Cōm. 37

septimum primi Physicorum ex Boëtio referunt, vt materia respectu formarum, quas nondum habet, dicatur ὕλη, quod latinè est tum sylua, tum materia; ὑποκείμενον autem, siue subiectum comparatione earum, quas habet.

Cur Mater.

a 2. Phys. cap 9. tex. 80

b In Timæo.

Dicitur apud Aristotelem, [a] & Platonem [b] Mater, quia principium passiuum, atque ita fœcundum, vt ex illius potentia formæ omnes, quæ sunt purè naturales, educi possint; quod dixerim propter humanam, quæ quatenus per sese cohærere potest, modum essendi formarum naturalium excedit, & separatarum conditionem participat.

Cur per se ignota.

Apud Arist. 7 Metaph. cap. 10. tex. 35. & 2. Phy. cap. 7. tex. 69.

Dicitur item apud vtrumque, Per se ignota, quia non nisi per formam cognoscitur, non solùm positiuè, vt cùm intelligitur omnium capax, sed etiam priuatiuè, hoc est, quatenus percipitur nullam includere. Qua etiam ratione à quibusdam Veteribus appellatur Tenebræ, quia vt tenebræ tum dicuntur cerni, cùm in rebus obiectis lumine capacibus nullum cernitur lumen; ita materia tum demum percipitur, cùm in Ente ad formas accipiendas idoneo nulla omnino forma, siue actus intelligitur.

Cur tenebræ.

Apud Platonem verò in Timæo fol. 6.

Ex hac materiæ conditione fit, vt apud Platonem nulla ponatur idea, quæ sit propria materiæ, eo quòd per ideas formarum cognoscatur; quod idem plerique nostrorum Theologorum sentiunt, cùm de veris ideis loquuntur. Fit etiam, vt rectè dicat Timæus Pythagoricus apud Platonem, Materiam adulterina quadam ratione vix esse opinabilem. Quærentes enim materiam, in formas necessariò incidimus, illamque nos directò percipere existimantes, non illam in se, sed in formis intelligimus; quæ cognitio quodammodo adulterina est, & non germana, præsertim cùm negatione formarum omnium eam percipere conamur; nihil enim ex ea ratiocinatione nobis videmur reliquum facere. lege Plotinum in loco paulò antè citato, Themistium 3. de Anima cap. 44. suæ paraphrasis, & Simplicium de hac re fusiùs disserẽtem ad caput septimum primi Physicorum, quo loco eam quoque verborum Platonis expositionem adhibet Simplicius, vt dicat, propterea materiam primam cognosci adulterina, & non germana ratiocinatione, quia intelligitur per analogiam ad materiam artefactorum, vt Aristoteles ibidem docet: quod ipsum scribit Simplicius, accepisse Aristotelem ex libro quodam Timæi, quemadmodum Plato illud de adulterina cognitione. Dicitur autem adulterina cognitio materiæ primæ ea, quæ fit per analogiam, siue proportionẽ ad materiam artefactorum, quia etsi vtraque fit positiuè, & priuatiuè (vtraque enim materia intelligitur capax suarum formarum, & nullam earum includere) tamen cùm denudamus materiam artefactorum ab omni forma artificiosa, aliquam aliam formam relinquimus, vt ligni, aut æris, quod non accidit, cùm denudamus materiam primam ab omni forma naturali. Ita dum dicimus, materiam primam perinde se habere ad formas naturales, vt materiam artefactorum ad artificiales, quodammodo decipimur. Dico autem, quodammodo, quia nulla est

Cur eius cognitio dicatur adulterina.

In his est D. Thom. 1. p. q. 25. art. 3. ad tertium.

In Timæo fol. 6.

Plot. Ennead 2. lib. 4. c. 10. & 12.

Simplicium cõm. 75.

Tex. 69.



Digitized by Google

deceptio, si res probè intelligatur. Nàm quemadmodum demudantes materiam artefactorum à formis, siue actibus artificiosis, relinquimus ens naturale, quod est pura potentia in genere artificialium, ita spoliantes materiàm primam formis omnibus, siue actibus naturalibus, relinquimus ens quoddam, quod est pura potentia simpliciter. Atque ideo Plato non dixit absolutè, cognosci materiã adulterina ratione, quo pacto absolutè dicimus, falsum nummum esse adulterinũ; sed dixit, adulterina quadam, idest, quodammodo adulterina, quòd decipere videatur. Est enim alioqui eius cognitio per formam vera, & germana, cùm forma substantialis sit proprius eius quasi vultus, vt per eum verè cognosci possit, ac debeat.

Cur turpis, & malefica dicit posse.

Dicitur quoque materia prima inferiorum apud Aristotelem Turpis, non ea ratione sola, quia est informis ex sese; nam & superiorum materia informis ex se est, nec tamen dicitur turpis; sed quia necessariò cõiuncta est cum priuatione plurimarum formarum, ad quas habet naturalem propensionem. Posset quoque ratione huius turpitudinis dici Malefica (quod epithetum Aristoteles priuationi tribuit) quia, vt potiatur formis, quibus est priuata, molitur per accidens abiectionẽ eius, quam habet, qua de causa Principium non essendi, siue corruptionis dicitur libro septimo huius operis cap. 7. & alijs plerisque locis. Atque hoc nobis sit ultimum materiæ primæ attributum, quod ipsum nascitur ex pura eius potentialitate respectu formarum separabilium.

1. Phys. cap. 9. tex. 80.

Ibidem.

Cur principium corruptionis.

tex. 12.

De forma quoque substantiali multa dici solent, quæ ijs, quæ de ea exposita sunt, consentanea esse quiuis intelligat. Ac primùm, quòd non rarò appelletur Species, vel ex eo nascitur, quòd omnis rerum naturalium pulchritudo ab ea existat: vnde & materia illam dicitur appetere, vt turpe appetit pulchrum: vel quòd materiam alioqui inuisibilem, speciendam, vt ita dicam, siue spectandam exhibeat: vel quia addita materiæ speciem compleat.

Cur forma appelletur species.

1. Phys. c. 9. tex. 81.

Dicitur quoque Ratio, quia ab ea præcipuè sumitur rerum naturalium definitio; qua etiam de causa nonnunquam appellatur quiditas, & ratio quiditatis.

Cur ratio & quiditas.

Vt 8. Metaph. cap. 1. tex. 3. & 2. Phys. c. 3. tex. 28.

Dicitur Finis, ac Terminus, vel quia ipsa primò determinat materiæ infinitatem, & indifferentiam; vel quia est finis, ac formalis terminus generationis.

Cur finis, ac terminus.

Vt 5. Met. c. 7 tex. 22. & lib. 8. cap. 4. tex. 12. & 2 Phys. c. 7. tex. 74. tertio Phys. c. 7. tex. 67. & 4. lib. cap. 4. tex. 35. & 1 de Gen. c. 7. tex. 55. & 1 de Anima cap. 5. tex. 90.

Dicitur apud Platonem * Verè existentium simulacrum, Diuinæ naturę participata similitudo, ac denique Diuina quædam proles, quia est incompleta quædam imitatio substantiarum separatarum, habens quidem vires proprias ad agendum, nec solius passionis capax, vt materia, sed tamen pars naturalis compositi cum ipsa materia. Quanquam potiùs compositum appellandum esset prolis nomine, quia solum compositum propriè fit, vt Aristoteles[a] docet.

Cur diuina similitudo, ac proles.

* In Timæo.

a Lib. 2. c. 8 tex. 27.

Dicitur ἐντελέχεια ficto ab Aristotele vocabulo, vt Græci omnes[b] volunt.

Cur ἐντελέχεια

b In ijs sunt

Alex. Themist. Philop. & Simpl. 2. & 3. Phys. & 2. de anima, & Greg. Nyss. 2. de Philosophia cap. 4. c. Hos. etert Vicomerc. in disceptatione de Anima rationali.

lint. Quod verbum existimant nonnulli Recentiores * ideo latinè redditum à Cicerone, Continuatam, & perennem motionem, quòd putauerit nomen ἐντελεχείας vsurpatum fuisse ab Aristotele more Attico pro ἐνδελεχείας, mutato δ in τ ἀπὸ τοῦ ἐνδελεχοῦς, quod est continuum. At neque verbum ἐντελεχείας, quo tam sæpe vtitur Aristoteles, ita exponitur vnquam à Græcis interpretibus, quasi ab eo vsurpetur prò verbo ἐνδελεχείας, quod tamen facere debuissent; neque ea verbi interpretatio in formam vllam substantialem, sed in solam operationem conuenit. Quòd si Cicero accepit Motionem pro vi mouente (quod credere par est) eamque dixit continuatam, & perennem, quòd permanēs sit; ne hoc quidem modo placet interpretatio, tum quia obscurior est, tum etiam quia falsa, aut impropria, cùm anima non sit vis mouens, sed quasi fons virium mouentium.

Simpl. com. 9 Themist. c. 1. Hermol. ibid. * Vt 1. de generat. cap. 7. tex. 55

Equidem libenter interpretarer ἐντελέχειαν, perfectum habitum, siue habitū perfectionis, quasi Κατὰ τὸ ἐντελὲς ἕξιν, quę est vltima interpretatio Simplicij 2. lib. Physicorum & Themistij 2. de Anima, iuxta quam Hermolaus Barbarus nomen Perfectihabiæ facere conatus est. Nam cùm habitus vocabulo sæpe apud Aristotelē * significetur quęuis forma permanens; perfecti habitus vocabulo rectè significabitur perfectum genus formarum permanentium, quod est substantialium. Sed video secundo de anima cap. primo ἐντελέχειαν bifariam dici, vno modo vt scientiam, altero vt contemplationem, siue vt actum sciendi. Vnde videtur perspicuum, hoc vocabulo apud Aristotelem non tantum formas substantiales, sed etiam accidentarias, atque adeo operationes ipsas significari. Ac facilè quidē diluetur hæc obiectio, si quis approbet Alberti, Caietani, & aliorum quorundam sententiam dicentium, nomine Entelechię, vt scientiæ, intelligi eo loco formas substantiales, quæ aliquando vacant à proprijs quibusdam operationibus, quemadmodum & habitus scientiæ à proprijs actibus: nomine autem Entelechiæ vt contemplationis, intelligi eas, quę perpetuò suis operationibus addictæ sunt; vt velit Aristoteles constituere discrimen inter animam, & reliquas formas substantiales, quòd cæteræ quasi ministræ perpetuo obsequio mancipatæ sint; animæ verò omnes, cùm altiorem naturam habeant, à quibusdam proprijs actionibus interdum vacare soleant, veluti intellectiua ab actu intelligendi, sensitiua à sentiendi, & vegetatiua à gignendi, & augendi. Sed cùm Aristoteles sępe alibi operationes ipsas ἐντελεχείας appellet, atque adeo motum in commune definiat ἐντελεχειαν τοῦ δυνάμει ὄντος, hoc est, eius, quod est potentia; perspicuum est, non iam satis esse prędictam distinctionem ad diluendam obiectionem, vimq; nominis explicandam; & si forsitan ad rem, de qua ibi agitur, apta videri possit.

Sex. 2.

Varię apud Aristotelem dici ἐντελεχείας.

Ad initium 2. de Anima.

Dicendum igitur, nihil aliud significari ab Aristotele nomine ἐντελεχείας, quàm perfectionem habitam (ἀπὸ τοῦ τὸ ἐντελὲς ἔχειν) quasi dicas, formam inhærentem, aut quasi inhærentem, quæcunque illa sit, siue

Alia interpretatio latius patens.



Digitized by Google

perfecta, siue imperfecta, aut etiam inchoata; quo nomine tam sæpe vtitur Aristoteles, vt damnet formas separatas, quas Plato induxit. Atque hoc modo intelligi possunt interpretationes Simplicij, & Themistij allatæ, ut habitus nomine nõ utantur ad significandam formam permanentem, sed ipsam, ut dicam, habitionẽ perfectionis, formęue cuiuscunque. Quę eadem est interpretatio Philoponi ex Alexandro ad caput primum secundi de Anima sic scribentis [Formæ autem (permanentem intellige) & entelechię, inquit, hæc fuerit differentia, quòd omnis quidem forma sit entelechia, non omnis autem entelechia, forma. Quæ enim ab habitu est operatio, entelechia quidem, non etiam forma est. Quare plus est entelechia, quàm forma.] Verùm, quia forma substantialis est præcipua rerum naturalium perfectio, cùm sit prima, & essentialis; non immeritò Peripatetici sæpe accipiunt nomen ἐντελεχείας pro sola substantiali forma; præsertim cùm in eam quoq; præcipuè conueniat altera nominis interpretatio à Philopono allata, qua entelechia dicitur ab eo, quod est ἓν & τέλειον, & σωίχειν, hoc est ab uno, & perfecto, & eo, quod continet. vnitas enim, perfectio, & munus cõtinendi materiam substantiali formæ præcipuè tribuitur. Ad textũ 5.

Cur forma dicatur lux.

Denique, vt cętera mittã attributa, solet forma substãtialis à plerisque veteribus vocari lux, ꝙ omnia exornet, ac distinguat. Quòd lumine suo ipsa videatur, ad eiusq; notitiã cęterorũ omniũ perfecta cognitio reuocetur. Quòd, vt nihil est oculis aspectu lucis carius; ita in rebus naturalibus nihil sit intellectui cognitione substãtialis formę optabilius. Quòd, vt nihil ex ijs, quę sensib. ꝓcipiũtur, hęc inferiora à supernis corporibus luce præstãtius accipiũt; ita pura potẽtia à puro actu, alijsq; medijs causis, nihil melius formis substãtialibus. Quòd, vt colores varia lucis participatione distinguũtur, peculiaresq; proprietates, ac facultates sibi vendicant; ita res naturales varia participatione formarũ substantialiũ pulcherrimũ ordinẽ vniuersi huius aspectabilis constituant. Inde gradus perfectionis, & præstãtiæ naturalis cuiusq; rei; inde tam multę virtutes extant; tam varia instrumenta, & operationes. Itaq; quemadmodum tota natura materiã primã supponit, vt in ea, atq; ex ea omnia faciat, quę naturali facultate fieri possunt; ita tota videtur intenta in vno formarum substantialiũ genere propagãdo, conseruãdo, eiusq; multiplici vi exercẽda, & cõmunicãda.

Cur hic actum sit de inuentione solius materiæ ac formæ inter nas.

Atq; hęc de inuentione duarũ causarum internarũ, materiæ primæ, & formæ substantialis. De forma autem extrinseca, quam diximus exẽplar, Detur ne re vera comparatione rerum omniũ, quę fiũt, & quo pacto detur, cõmodiùs libro 7. Deniq; de causæ efficientis, & finalis inuentione, nihil est necesse disputare, cùm eas esse constet; tametsi de causandi ratione, ac modo, cùm earum, tum cæterarum trium, alijsque permultis, quę ad perfectam earũ cognitionem desiderantur, suis locis agendũ est.

FINIS PRIMI LIBRI.

Digitized by Google

# COMMENTARII

# PETRI FONSECAE

## SOCIETATIS IESV.

## IN SECVNDVM LIBRVM METAPHYSICORVM ARISTOTELIS.

### PROOEMIVM.

Comm. 1. & 21.

HVNC librum, qui apud Græcos Α, τὸ ἔλαττον, siue Primus minor inscribitur, suspicatur Alexander, tum initio explanationis, tum etiam ad finẽ libri non pertinere ad hunc locum, quòd ultima verba superioris videantur cohærere cum initio sequentis, quem nos tertium dicimus. Additque, potiùs uideri præfationem toti Philosophię contemplatrici communem, quòd in eo de contemplatione ueritatis in uniuersum disseratur. Non desunt quoque ex Recentioribus, qui illum inter primum, & secundum Physicorum, quasi exordium secundi, inserendum uelint, contrariamq; enarratorum Aristotelis sententiam, communem Græcorum, & Latinorum errorem appellare non uereantur: id, quod ex collatione extremæ particulæ huius libelli cum fine primi Physicorum, & toto secundo eius operis libro planè se colligere existimant.

Sententia Alexandri de ordine huius libri ad reliquos Aristotelis.

Iacobus Sadoletus, & Prãciscus Beatus hoc loco.

Alia de eadẽ re opinio.

Non est tamen, cur libellum ab hoc loco, præsertim contra communẽ Græcorum, & Latinorum sententiam, remouendum putemus. Nam etsi finis superioris libri postulat initium tertij; tamen, quia in tertio plurimæ erant proponendæ, atque agitandæ quæstiones, quibus pro utraque parte tractandis aperitur uia ad inueniendam ueritatem earum rerum, quæ

Hoc loco inserendum esse hũc libr.

Digitized by Google

quę ad hanc ſcientiam ſpectant; rationi conſentaneum fuit, ut hoc loco inſereretur breuis aliqua tractatio de modo inueſtigandæ ueritatis. Et quanquam huiuſmodi tractatio ad totam contemplatricẽ Philoſophiã pertineat, tamen ob id ipſum, quia communis eſt, nec priuatim ad Philoſophum naturalem, aut Mathematicum ſpectare poteſt, ſoli primo Philoſopho iure aſcribenda eſt, præſertim cùm ueritatis cognitio ad illũ maximè pertineat, vt Ariſt. docet 1. cap. huius libri. Cùm igitur tractatio hæc neceſsariò ad primum Philoſophum ſpectet, nec alius occurrat locus, in quo commodiùs tradi potuerit; non eſt cur quiſquam dubitet, num hoc loco ab Ariſt. inſerta ſit. Præterea, cùm omnis ueritas, quæ pendet ex cauſis, ex cognitione earũ intelligi debeat, uanumq; ſit omne Philoſophorum ſtudium in ea exquirenda, ſi cauſarum progreſsus ſit infinitus, ut qui nunquã abſolui poſſit; neceſse fuit, ut antequàm proponerẽtur eæ quæſtiones de primis cauſis, ac principijs, quæ in tertio afferendæ, & utranque in partem diſputandæ erãt, planè conſtaret, num re uera dentur primæ cauſę, ac principia, an potiùs in his detur infinitus progreſsus; in qua re explicanda maior pars huius libelli conſumitur. Quę autem afferuntur ab ijs, qui eum ſecundi Phyſicorum exordium faciunt, ex enarratione extremæ partis tertij capitis facilè refellentur. Cauſa uerò cur Græci hunc librum non ſecundum Metaphyſicorum, ſed primum minorem inſcribant, hæc uidetur fuiſſe, quia cùm ſit admodum breuis, potiùs uideri poteſt appendix quædam primi, quàm integer ſecundus.

Cõmunẽ ueritatis tractationem maximè ad primũ Philoſophũ pertinere.

tex. 3. & 4

Cur hic liber primus minor à Græcis dicatur.

## ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΤΗΣ ΜΕΤΑ ΤΑ ΦΥΣΙΚΑ ΕΛΑΤΤΟΝ.

### ΚΕΦ. Α'.

Textus 1.

Περὶ τῆς ἀληθείας θεωρία, τῇ μὲν χαλεπὴ, τῇ δὲ ῥᾳδία. σημεῖον δὲ, τὸ μήτε ἀξίως μηδένα δύνασθαι τυχεῖν αὐτῆς μήτε πάντας ἀποτυγχάνειν, ἀλλ' ἕκαστον λέγειν τι περὶ τῆς φύσεως: καὶ καθ' ἕνα μὲν ἢ μηδὲν ἢ μικρὸν ἐπιβάλλειν αὐτῇ, ἐκ πάντων δὲ συναθροιζομένων γίνεσθαί τι μέγεθος. ὥστ' εἴπερ ἔοικεν ἔχειν καθάπερ τυγχάνομεν παροιμιαζόμενοι, τίς ἂν θύρας ἁμάρτοι; ταύτῃ μὲν ἂν εἴη ῥᾳδία: τὸ δ' ὅλον τ' ἔχειν καὶ μέρος μὴ δύνασθαι, δηλοῖ τὸ χαλεπὸν αὐτῆς.

Summa eorum, quæ hoc libro tractantur.

Denique tres ſunt huius libelli partes; in quarum prima docet Ariſtoteles, quo pacto ſe habeãt homines in ueritate cognoſcenda. In ſecunda oſtendit, ad hanc ſcientiã maximè ſpectare ueritatis cõtemplationem; quo loco quæſtio illa de cauſarum infinitione tractatur. In tertia, quæ extremo capite continetur, tradit modum, qui tenendus eſt in ueritate rerum inueſtiganda; id, quod præcipuè in hoc libello quęritur.

Capitis

## *Capitis primi explanatio.*

VERITATIS [a] contemplatio] In priori parte huius cap. quę totam primam totius libri continet, docet Arist. primùm, ueritatis contemplationem, partim esse hominibus difficilem, partim facilem. Quòd quadam ex parte sit difficilis, duobus confirmat indicijs. Vno, quia nemo unquam pro rei dignitate eam assequi potuit. Altero, quia si quis intelligere uoluerit, quid unusquisq; Philosophorum per seipsum ad ueritatis cognitionem contulerit, planè comperiet, singulos, aut nihil, aut parum contulisse. Quòd uerò altera ex parte sit facilis, totidem suadet argumentis. Vno, quia nemo est, qui etiam per sese à uero prorsus aberrauerit, nullamque uerę cognitionis particulam attigerit. Altero, quia saltem congestis in unum omnium Philosophorum inuentis, satis magna uideri potest uerę cognitionis summa.

Cur ueritatis cognitio partim facilis sit, partim difficilis.

# ARISTOTELIS METAPHYSICORUM.

## *LIBER SECVNDVS.*

## CAP. I.

Textus 1.

Vt apud Cic. de Orat.

*VERITATIS [a] contemplatio partim difficilis est, partim facilis. Indicio autem illud est, quòd neque eam pro dignitate quisquam assequi potest, neque ab ea omnes aberrant, sed unusquisque de [b] natura aliquid dicit: & singuli quidem aut nihil, aut parum ad eam conferunt, sed tamen ex omnibus in unum congestis magnitudo quædam existit. Quo [c] circa, si ita res habere videtur, vt prouerbio illo dicimus, Ecquis ab ostio aberret? hac quidem ex parte facilis ea profectò fuerit: quòd autem & totum, & partem habere non possumus, id eius difficultatem declarat.*

[b] De natura] Non est sumendum hoc loco Naturæ nomen pro interno principio rerum naturaliū, sed pro essentia rei, cui in primis cognoscendę dat operā sciētia contemplatiua. Eodem modo sumitur Naturę nomē apud eos, qui Philosophiā diuidunt in naturæ obscuritatem, in differendi subtilitatem, in uitam, atque mores.

[c] Quo circa si ita res habere] Docet quęnam in tota Philosophia sint cognitu facilia, quæ item difficilia. Id, quod ostendit prouerbio illo, Ecquis aberret ab ostio? quod in facilibus rebus usurpari solet, et, ut Alexander ait, sumptum est à sagittarijs, qui etsi tenue signum non facilè attingunt, à lato tamen, cuiusmodi est ostium, non aberrant. At D. Thom. uult, prouerbium desumptum esse ex cognitione domus, cuius etsi interiora non omnibus patent, ianua tamen cunctis est nota. Quæ eadem expositio est Auerroïs. Vtramuis similitudinem in prouerbio intelligas, significat Aristoteles, communissima principia facilè intelligi, quia sunt per se notissima; cætera uerò pronuncIata, quæ uelut partes sub illis continentur, difficilè; uel quia non sunt per se nota; uel quia eorum per se nota ueritas minùs perspicua est. Neq; enim uerba illa [non posse] significāt impossibilitatē, sed difficultatē, quasi dictū sit, difficilè posse. Vel dicito cum Alensi, in ijs uerbis repetendam esse particulā [pro dignitate] quæ superiùs posita est. Idē enim sensus redit. Scotus & alij nonnulli dicunt, cùm Aristoteles ait, difficultatē ex eo ostendi, quòd non facilè totū, & partem intelligamus, sensum esse, totam difficultatem in eo esse positā, quòd non facilè intelligamus, quo pacto totum, quod proponitur, resoluatur in partes, aut ex partibus propositis cōponatur totū. Alexander etiā multis modis exponit hunc locū. Sed prima expositio magis est ad rem, cum qua congruit Alexandri penultima.

Explicatur prouerbium. Ecquis aberret ab ostio.

Cōmunissima principia facilè cognosci: ex ijs verò deductas conclusiones difficilè.

Non

Non desunt, qui suspicentur, librariorum uitio irrepsisse in hunc locum Θύρας pro Θήρας, ut prouerbium sit, Ecquis aberret à fera? Sed primùm, omnes codices legunt Θύρας. Deinde, nullus est interpretum, qui de hac lectione dubitet. Postremò, non ita facile est feram ex insidijs, & (ut sæpe fit) ex incommodo loco configere, ut prouerbio significandum fuerit, turpissimum esse à toto eius corpore aberrare; cui prouerbio hi uolunt, locum esse datum ex eo, quòd Peleus (ut est apud Pindarum) aberrans à fera, quam petebat, Eurytionem sibi charissimum interemit. Quod uerò Alexander ductum esse prouerbium à sagittarijs affirmat (quę est altera eorum coniectura) potiùs ita intelligendum est, ut is ineptissimus esse significetur, qui cùm se ad signum exercet, à toto aberrat ingressu, & quasi ostio eius tecti, quod tutari solet aggerem, cui scopus affixus est.

Erasm. Chil. centur. 6.

τῆς. ἴσως [d] δὲ καὶ τῆς χαλεπότητος ἕσης καὶ δύο τρόπους, οὐκ ἐν τοῖς θεάμασιν, ἀλλ' ἐν ἡμῖν τὸ ἄπον αὐτῆς. ὥσπερ [e] γὰρ καὶ τὰ τῶν νυκτερίδων ὄμματα πρὸς τὸ φέγγος ἔχει τὸ μεθ' ἡμέραν, οὕτω καὶ τῆς ἡμετέρας ψυχῆς ὁ νοῦς πρὸς τὰ τῇ φύσει φανερώτατα πάντων.

d Fortasse autem} Proponit quandā diuisionem, ex qua colligit, unde oriatur difficultas, quam in cognitione ueritatis experimur; aitq; , cùm difficultas (intellige omnem) uel ex potentia, uel ex materia, circa quam potētia uersatur, oriri possit (hoc enim significant uerba illa, Cùm difficultas duobus modis accidat) difficultatē eā, quam in cognitione ueritatis experimur, nō ex rebus ipsis, sed ex imbecillitate intellectus nostri præcipuè nasci. sic enim intelligendus est contextus: quāquam alij aliter hunc locum interpretantur; de qua re ad finem cap. disputandum est. Quod autem ad uerba attinet, dictio [fortasse] non afficit priorem orationis partem, ut sit sensus [cùm difficultas duobus fortasse modis accidat] ut quidam legunt, sed posteriorem, ut hęc sit sententia [Fortasse nō in nobis] Adhibet autē Aristoteles more suo dubitādi notā, uel quia res nō est uulgaris, ac facilis; uel ut significet, ita difficultatē ueritatis cognoscendæ tribuendā esse imbecillitati intellectus nostri, ut tenuitati etiam quarundam rerum ascribi possit.

Vnde præcipuè oriatur difficultas in ueritate cognoscenda.

Textus 2.

Οὐ [f] μόνον δὲ χάριν ἔχειν δίκαιον τούτοις, ὧν ἄν τις κοινωνήσας τῇ δόξης, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐπὶ ὀλιγαλόγτερον ἀποφηναμένοις. καὶ γὰρ οὗτοι συμβάλλονταί τι. τῇ [g] γὰρ ἕξει προήκησαν ἡμῶν. εἰ [h] μὲν γὰρ Τιμόθεος μὴ ἐγένετο, πολλὴν ἂν μελοποιίαν οὐκ εἴχομεν, εἰ δὲ μὴ Φρυνις, Τιμόθεος οὐκ ἂν ἐγένετο. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ περὶ τῆς ἀληθείας, ἀποφηναμένων. ἔνιοι μὲν γὰρ ἐνίων παρειλήφαμεν πίστεις δόξας, οἱ δὲ τῶν γενόμενοι τούτους ἄποροι γεγόνασιν.

Q. 1. Sect. 2.

Vt Scotus.

Οὐρθῶς [k] δὲ ἔχει καὶ τὸ καλέσαι τὴν φιλοσοφίαν ἐπιστήμην τῆς ἀληθείας θεωρη-

Textus 3.

τικήν. ἐπιστήμη γάρ ἐστι τοῦ τέλους, τὸ δ' οὗ ἕνεκα πᾶσι μάλιστα τέλος τῶν ἐν τοῖς οὖσι. τὸ δὲ τέλος ἐστὶν ἡ θεωρητικὴ τῶν μὲν πλείστων, ἔστι δὲ ὅτε καὶ τῶν φαύλων, ὅταν ἡδονὴν ἐλάττω ἀντὶ μείζονος ἀποδιδῷ. ἐν ἐκείνοις γὰρ ἐστὶν ἡ διατριβὴ ἡδονή, ὥστε τὸ μὴ ἀπολαύειν ἀντὶ τοῦ ἀπολαύειν ἀποδίδωσιν. ἀλλὰ μὴν ἥ γε ἀκρίβεια τῆς ἀληθείας ἐν τοῖς ἐλευθερίοις ἐστὶν ἐπιστήμαις μᾶλλον ἢ ἐν ταῖς ἄλλαις. ἀκριβεστάτη δὲ ἡ περὶ τὰ πρῶτα· τὰ γὰρ ἐξ ὧν ἄλλα ἐστὶν ἀκριβῶς, οὐκ ἐξ ἐκείνων ἄλλα. ἡ δὲ περὶ τὰ πολλὰ ἀκρίβεια ἐν τοῖς ἐχομένοις ἐστίν. ἔστι δὲ καὶ ἡ μὲν ἁπλῶς ἀκριβεστέρα, ἡ δὲ τοῦ τινός· οἷον ἡ μὲν τοῦ ἀριθμοῦ ἁπλῶς, ἡ δὲ τοῦ τινός· ἡ δὲ τοῦ τινὸς ἐν τοῖς ἐπιδεκτικοῖς τῆς ὕλης. ἔστι δὲ ἡ μὲν τοῦ τί ἐστιν ἄνευ ὕλης, ἡ δὲ τοῦ τί ἐστιν ἐν ὕλῃ. ὥστε εἰ περὶ τὸ αἴτιον ἐστὶν ἡ φιλοσοφία, καὶ περὶ τὸ τέλος ἐστὶν αἴτιον· τὸ γὰρ οὗ ἕνεκα αἴτιον. ἐπεὶ δὲ τὰ αἴτια τρόπον τινὰ πάντα τοῦ τέλους ἐστίν, ἐκεῖνο δὲ τὸ οὗ ἕνεκα τῶν μὲν ἄλλων ἐστὶ τὸ βέλτιστον, ὅλως δὲ τὸ τέλειον τῆς φύσεως, ἅπασα ἂν εἴη περὶ τὸ τέλος.

e Nam quemadmodum} Probat insti-tutū Vespertilionū similitudine; quæ quo pacto intelligenda sit, ad finem cap. docebimus.

Quantę utilitatis sit Antiquorum lectio.

f Acquum est autem} Postquam exposuit, quàm sit difficilis cognitio ueritatis, causamque difficultatis ex nostri intellectus imbecillitate præcipuè nasci docuit; ostendit, quantùm Recentiores in hac re Veteribus debeant. Omnes enim superiores Philosophi aliquid adiumenti in ueritate rerum cognoscenda posterioribus attulerunt; siue quia tradiderunt ueras aliquas sententias, ac dignas, quę à posterioribus approbarentur; siue quia cùm ueritatem non penitus attigissent, ipsa tamen inchoata, & imperfecta rerum tractatione Recentiorum ingenia excitarunt, & acuerunt. Priorem iuuandi modum uocat D. Thom. directum; posteriorem indirectum. Quo loco docemur non continuò fastidire priscos Philosophos, qui minùs rectè, & accuratè de rebus disseruerunt; quin potiùs euoluenda

Digitized by Google

da esse eorum scripta, & ex illis alias sententias seligendas, alias modestè, atque adeo cum animi gratitudine relinquendas, quòd nobis occasionem exhibuerint melius aliquid inueniendi. Nam ut ij, qui omnia suo Marte assequi se posse existimant, arrogantiæ nomine meritò damnantur; ita ingrati animi uitio non iniuriâ notantur, qui ea initia, quæ ab Antiquioribus acceperunt, parui facienda ducunt, præsertim cùm principium, ut est in prouerbio, maxima sit totius pars, eoque inuento facilè addantur, & coaptentur reliqua, quod idem plerisque locis [a] docet.

*rat. Fortasse [d] autem, cùm difficultas duobus modis accidat, non in rebus, sed in nobis illius causa sita est. Nam [e] quemadmodum uespertilionum oculi se habent ad lumen diurnum, ita & animæ nostræ mens ad ea, quæ natura sunt omnium manifestissima.*

[a] 2. Elench. c. ultimo 1. de Cœlo c. 5. tex. 35. 1. Eth. c. 7 b com. 4.

His ex uerbis colligit Alexander, [b] ipsi nimirum ueritate coactus, argumentum sumi posse, librũ hunc rectè post superiorem proximũ locari. Nam cùm in superiori, inquit, Veterum sentẽtias de primis principijs commemorasset Aristoteles, & eas nõnullis rationibus oppugnasset; hoc in libro negat, si contra quorundam opiniones fuerit disputatũ, protinus illos esse reijciendos, quasi nihil ad propositam quæstionem contulerint, &c.

Argumẽtum pro uera sententia de ordine huius libri.

Textus 2. *Æquum [f] est autem, ut non solùm ijs habeatur gratia, quorum quis placita sequatur; sed ijs etiam, qui crassiore Minerua quicquam statuerunt. Nam & hi aliquid conferunt, cùm [g] habitum nostrum antè excoluerint. Si [h] enim Timotheus non fuisset, haud multum haberemus Musicæ: quòd si Phrynis non extitisset, nec Timotheus. Eodem modo res habet in ijs, qui de [i] ueritate aliquid pronunciarunt. A quibusdam enim nonnullas sententias accepimus; alij uerò, ut hi essent, auctores fuerunt.*

f Cùm habitum nostrum] Habitũ accipit pro facultate animę. Solet enim sæpe accidentia ita distinguere, ut omnia, quæ inhęret per modũ naturæ, appellet habitus, quę autem separari possunt, affectus nominet. Vel sensus huius loci est; Cùm nobis artem nostrã ante excoluerint, aut præparauerint.

Mos Aristotelicus.

h Si enim Timotheus] Cõfirmat id, quod dixerat de Scientijs contemplantibus, similitudine artium, quæ ad aliquid agendum inuentę sunt. Floruit autem hic Timoth. auctore Suida, tempore Philippi Regis Macedonum, & Alexandri filij, quem ferunt aliquando, Timotheo arduum Mineruę modulum cantante, adeo permotum, ut inter audiendum ad arma concitaretur, diceretque, regia carmina talia esse debere. Phrynis uerò primus apud Athenienses cithara cecinisse dicitur.

Timotheus Musicus.

Phrynis Musicus.

Textus 3. *Rectè [k] autem & illud habet, Philosophiam, ueritatis contemplatricem scientiam appellatam esse.*

i De ueritate aliquid] De ueritate dicere, seu, ut uerbum ἀποφαμένων melius exprimatur, De ueritate aliquid pronunciare, idem est atque, De natura aliquid dicere, quibus uerbis superiùs usus fuerat ad significandum institutum scientiæ contemplatricis. Nisi quòd uerba hæc posteriora clariora sunt, cùm finis contemplatricis scientiæ sit ueritas, ut mox dicitur.

k Rectè autem] In hac altera libri parte, quæ totum etiam sequens caput complectitur, ostendit Aristoteles, hanc disciplinam esse scientiam maximè contemplatricem ueritatis. Vtitur autem per ἀντονομασίαν siue excellentiam nomine Philosophiæ, pro Metaphysicæ, ut quidam uolunt, aut, quod magis crediderim, pro Contemplatiuę scientiæ, quo pacto sæpe Aristotelem Philosophi nomine, & Virgilium Poëtæ uocabulo significamus.

Quid hoc loco nomine Philosophiæ intelligatur.

Alexander non legit [ueritatis contemplatricem scientiam] sed tantùm [ueritatis



Digitized by Google

scientiam] sed idem est sensus; cùm scientia, cuius finis est ueritas, contemplatiua sit, ut statim subditur. Quanquã eò magis placet nostra lectio, quòd Aristoteles uideatur hoc loco causam reddere, cur initio capitis Philosophiam contemplatiuam, Veritatis contemplationem appellauerit. Verbum enim καλέσαι, quod est, Appellasse, magis ad id, quod ipse dixerat, quàm ad communem usum eius appellationis uidetur referendum. Vertimus tamen uerbo passiuo [appellatam esse] ut magis integrum cuique sit, hunc appellandi modum (si malit) ad communem Philosophorum usum referre.

θεωρητικήν. θεωρητικῆς [l] μὲν γὰρ τέλος ἀλήθεια, θεαικτικῆς δ' ἔργον. κ' [m] δὲ ἐὰν τὸ πῶς ἔχῃ σκοπῶσι, * ἐ τὸ ἄριον καθ' αὐτὸ, ἀλλὰ πρός τι, κ' νυὶ θεωροῦσιν οἱ θεαικτικοί. ¶ οὐκ [n] ἴσμεν δὲ τὸ ἀληθὲς αὖθ' ἑ αἰτίας. ἕκασον [o] δὲ μάλισα αὐτὸ ἧ ἄλλων, καθ' ὃ καὶ τοῖς ἄλλοις ὑπάρχῃ τὸ σωώνυμον. οἷον τὸ πῦρ θερμότατον: καὶ γὰρ τοῖς ἄλλοις τὸ αἴριον τοῦτο τῆς θερμότητος. ὥστε καὶ ἀληθέσαον τὸ τοῖς ὑσέροις αἴριον τὸ ἀληθὲς εἶναι. διὸ [p] τὰς ἧ ἀεὶ ὄντων ἀρχὰς ἀναγκαῖον ἀεὶ εἶναι ἀληθεσάτας.

* Forte οὐ μήν.

Quid Contẽplatiuæ, & Practicæ.

Textus 4.

Ostenditur Metaphysicã esse scientiã maximè contemplatiuã.

οὖ

Quæ entia dicantur ueriſſima.

Ex 1. post. c. 2. tex. 5.

Diuerso modo à Practico artifice, & à Contemplante, ueritatis causam considerari.

l Contemplatricis enim] Nomine Contẽplatricis, & Practicę non intelligit Philosophiã, sed scientiã. acceperat enim Philosophię nomen pro contemplatiuæ scientię, quę pacto Philosophia in contemplatiuam, & practicam diuidi non potest. Probat igitur propositam conclusionem hac tacita ratiocinatione. Ea scientia, quę gratia cognitionis considerat causas ueriſſimas, maximè uersatur in contemplatione ueritatis; hoc autem ipsum præstat hæc disciplina; uersatur igitur maximè in ueritatis contemplatione. Maiorem probat ex diuersitate finium Theoreticæ, siue contemplatiuæ scientiæ, & Practicę. Finis enim contemplatiuę est ipsa cognitio ueritatis per causam; finis autem practicæ est opus, hoc est, actio aliqua ab intellectu directa, &, ut ita dicam, regulata, aut aliquid aliud, quod p eiusmodi actionem confectum relinquatur. Ex qua re perspicuè sequitur, eam, quæ gratia cognitionis considerat causas ueriſſimas, maximè uersari in contemplatione ueritatis, cùm ad nihil aliud considerationem ueritatis referat, nec ex uerioribus causis possit rem expendere. Minor autem partim perspicua est ex primo lib. cap. secundo, partim probatur hoc loco. Nam, quòd hæc scientia cognitionis gratia causas cõsideret, ex eo loco perspicuum est. hac enim ratione probauit Aristoteles, eam esse Theoreticam. Quòd uerò considerent causas ueriſſimas, hac ratione probatur. Ea sunt ueriſſima, quæ sunt causę cæteris, ut sint uera, iuxta illud commune Dialecticorum proloquium, Id maximè tale est, quod est cæteris causa, ut sint talia; causæ autem, quas hæc scientia considerat, sunt cæteris causę, ut sint uera (sunt enim primæ causę, ut patet ex eodem loco) sunt igitur causæ ueriſſimæ.

m Nam etsi] Docet Aristoteles, & si aliquando practici artifices considerant ueritatem per causam, tamen etiam tum longè interesse inter eorum finem, & contemplantiũ. Neque enim illam cõsiderant per se, hoc est, ut est causa ueritatis, atque ut refertur in perpetuum tempus, quasi is sit præcipuus finis artis practicæ, quemadmodum contemplantis; sed ad aliquid, & nunc (ut est Græcè ad Verbum) Idest quatenus ad actionem dirigitur, & ut certi temporis, aliorumq; adiunctorum huiusmodi, circunstantiarumue, quæ in actione cernuntur, considerationi innititur. Itaque, siue rem considerent per causam, siue quouis alio modo, non est eorum finis præcipuus in arte ipsa, ueritatis cognitio, sed opus, Quod egregiè Arist. 2. Eth. c. 2. quod attinet ad Moralem scientiam, his penè uerbis docet; Non enim, ut sciamus, quid sit uirtus, sed ut boni efficiamur, de uirtute agimus.

n Nescimus porrò uerum] Loquitur de uero, seu ueritate, in qua cognoscenda terminatur,

Digitized by Google

natus, & absoluitur perfectio scientiarum. Neque enim earum perfectio consistit in cognoscenda ueritate principiorum, nec item in cognoscenda ueritate conclusionum per demonstrationem, qua tantùm ostendatur, quòd res sit, sed per eam, qua ostenditur propter quid sit; quæ sanè ex causa prima', & immediata procedit, ut patet ex primo post. cap. 2. Adiecta autem sunt hæc uerba ab Arist. ut magis explicaretur finis cõtemplantis scientiæ. Nam nec naturalis sciendi appetitus, cui implendo preciuè student scientię contẽplatrices, satiatur cognitione ueritatis principiorũ, aut conclusionum per effecta, causasúe remotas.

Scientiarum perfectionem quo pacto cõsequamur.

Tex. 5.

*esse. Contemplatricis[l] enim finis, ueritas est; Practicæ autem, opus. Nam[m] etsi Practici considerant, quo pacto res habeat; non tamen contemplantur causam ipsam per se se, sed ad aliquid, & pro certo tempore.*

Textus 4. *¶ Nescimus[n] porrò uerum sine causa. Unumquodque[o] autem maximè tale est præ cæteris, cuius causa cæteris, & nomine, & ratione idem conuenit. sic ignis est calidissimus, quòd cæteris caloris causa sit. Quare & illud est uerissimum, quod est posterioribus causa, ut sint uera. Hanc[p] ob rem principia eorum, quæ semper sunt, uerissima semper sint necesse est.*

o Vnumquodque autem] Explicatiùs ponitur hoc pronunciatum hoc loco, quàm primo post. cap. 2. ubi dicitur, semper illud esse magis tale, propter quod unumquodque tale est; quod certè non est uerũ, nisi cùm causa est capax eiusdem nominis, & rationis, ut hoc loco exponitur, siue ratio sit uerè, ac propriè uniuoca, ut in calore, quod exemplũ mox subijcitur; siue analogica, ut in ueritate, propter quam exemplum adducitur. Proinde nos post Argyropylum ita uertimus τὸ συωώνυμον, quod uniuocũ attributum significat, ut faciliùs in hoc pronunciato analoga intelligi possint. Nam etsi illa apud Græcos sæpè comprehenduntur nomine τ συωωνύμων nõ tamen apud Latinos nomine uniuocorum, cùm tamen ea, quæ analogicè conueniunt, sæpe apud utrosque dicantur ratione eadem conuenire, si non eadem simpliciter, certè attributione, aut proportione eadem, ut patebit libro quarto. Porrò loco uerbi αὐτὸ, quod est Ipsum, nos, Tale, substituimus quòd sensum meliùs, ac planiùs exprimat. Quo autem pacto ueritas magis conueniat ijs, quæ sunt causa ueritatis aliorum, & quo pacto sit analoga, lib. 4. patebit. Denique, si quis obijciat, non rectè hoc loco dici, ignem esse omnium calidissimũ, cùm ferrum ignitum uideatur calidius, quàm flamma; respondendũ est, falsum id esse, non tantùm quia ignis natura calidus est, ferrum uerò ex accidente, sed quia intensior est calor ignis; etsi in ferro ignito propter materiæ densitatem maior sit caloris copia, cuius causa intensius calidum uidetur sensui, quàm flamma.

Explicatur pronunciatũ illud, Propter quod unumquodque tale, & illud magis.

p Hanc ob rem principia] Conclusio est eius rationis, qua minorem propositionem tacitæ ratiocinationis probari diximus. In qua conclusione meritò Arist. uocat primas causas, principia eorum, quæ semper sunt, quia non solùm sunt causæ eorum, quæ gignuntur, & intereunt, sed etiam sempiternorum, ut Mundi, cœlorum, & substantiarũ separatarum, quæ Arist. putauit ab omni æternitate extitisse. Non est autem Aristoteles hac conclusione complexus materiam primam, non solùm, quia non est prima causa simpliciter, cùm non sit causa substantiarum separatarum, nec quorundam sententia corporum cœlestium; sed etiam, quia non est maximè ens, sed potiùs, quæ infimum entitatis gradum teneat. Reliquum est igitur, ut solam primam causam finalem, efficientẽ, & formalem externã, quæ est exemplar rerũ omniũ, uocauerit principia uerissima; quod sanè uerissimum est, cùm ratio harũ causarũ in solum Deum Opt. Max. cadere possit. Alia quoque ratione excludi possunt & materia, & forma informãs (quę quidem, re rebus quidem ijs, quarum causæ sunt, ueriores dici possunt) quia non sunt entia completa, sed partes eorum entium, quorum sunt causæ internę.

Quid Aristoteles nomine principiorum uerissimorum intelligat.



Digitized by Google

q Neque enim interdum] Quia proxima conclusione, non solùm asseruit, primas causas esse ueras, sed etiam uerissimas, utrunque probat in uerbis sequentibus.

Etiam sempiterna iuxta Aristotelis doctrinam, causam habere sui esse.

r Sed cæteris illa] Ex hoc loco perspicuũ est (ut animaduertit D. Thomas) sempiterna apud Aristotelem nõ solùm habere causam sui motus, sed etiam sui esse; sunt enim, qui hoc posteriùs Aristotelẽ negasse uelint. De qua re latè differendum est lib. 12.

Consectariũ.

s Quocirca, vt vnumquodque] Colligit huiusmodi cõsectarium, Quo pacto unaquæque res est, ita, & ueram esse. Nam cùm ex dictis cõstet, ea, quæ semper sunt, semper esse uera; quæ autem non semper sunt, non semper esse uera; & quæ habent causam sui esse, habere causam suæ ueritatis; quæ denique non habent causam sui esse, sed ipsa potiùs sunt causæ, ut cætera sint, ex se ipsis esse uera, atque adeo ueritissima; planè sequitur à posteriori, quo pacto unumquodque est, eodem & uerum esse. Dico autem, à posteriori, quia potiùs ex hoc illa omnia à priori demonstrari possunt, ut paululum animaduertenti perspicuum erit. Obserua autem, non rectè uerba οὕτως καὶ τῆς ἀληθείας uerti à quibusdã, Sic & ueritatis particeps est. Prima enim causa, ut non participat esse, ita neque ueritatem, sed est primum esse, primaque ueritas à cæteris omnibus participata. Posset quoque uerti consectarium hoc pacto. Quantum quidque habet ipsius esse, tantum & ueritatis habet.

οὐ γάρ ποτε ἀληθεὶς, οὐδ' ἐκείναις ἄπιστόν τι ὄζει τὸ εἶ), ἀλλ' ἐκείναις τοῖς ἄλλοις. ὥσθ' ἕκαστον, ὡς ἔχει τὸ εἶ), οὕτω καὶ τῆς ἀληθείας.

Refellitur quorundã interpretatio.

Obiectio prima.

Sunt tamen nonnulla, quæ Aristoteli hoc loco obijci possint. Primum, quòd non constanter de ueritate loquutus esse uideatur. Nam cùm in toto huius rationis discursu eodem modo ueritatem accipere debuisset, tamen postquam in distinguendis finibus scientiæ Theoreticæ, & Practicæ loquutus est de ueritate complexa, quæ in compositione, & diuisione prædicati cum subiecto cernitur (hæc enim est, quę directò sub scientiam cadit) uidetur feciſe transitum ad ueritatem simplicem, quæ est proprietas entis.

2 Alterum est, quòd non rectè existimauerit ea, quæ non semper sunt, non semper esse uera. Nam cùm omnia entia perpetuò sint entia (siquidem necessariò sunt entia) perpetuò etiam sint uera necesse est.

3 Tertium, quòd non rectè dixerit, res alias esse alijs ueriores. Veritas enim est adæquatio rei, & intellectus; adæquatio autem, cùm in quadam æqualitate consistat, non admittit gradus, ut alia sint magis æqualia, alia minùs.

Primæ obiectionis dilutio.

Finem contẽplatiuæ scientiæ complecti & simplicis, & complexæ ueritatis cognitionem.

Sed prima obiectio facilè diluetur, si dicas, Aristotelem, cùm distinxit fines scientiæ Theoreticę, & Practicæ, non accepisse ueritatem pro ea tantùm, quæ in compositione, & diuisione cernitur; sed pro simplici etiam. Finis enim contemplatiuæ scientiæ est, non solùm cognoscere ueritatem complexam, quæ pertinet ad principia, & conclusiones, sed etiam simplicem, quæ pertinet ad terminos, ex quibus principia, & conclusiones constant. Omnis enim huiusmodi ueritas cadit aliquo modo sub scientiam, quatenus necessaria est ad scientiam comparandam. Quamuis ergo Arist. post illam distinctionem finium de sola simplici loqueretur, nullum credendus esset feciſe transitum ab uno ueritatis genere ad aliud. At ne illud quidem uerum est, Aristotelem post prædictam distinctionem, ita de simplici loquutum fuisse, ut non possint omnia, quæ ab illo dicta sunt, complexæ etiam accommodari; tametsi nos solam simplicem deinceps cum D. Thom. & Alex. prosequuti sumus, tum quòd ea, quæ ab Arist. dicuntur, magis conueniunt in simplicem; tum etiam, quia in capite sequenti, quod ex fine huius occasionem accipit, de solis principijs incomplexis, siue causis, quibus sola simplex ueritas conuenit, differitur. Si quis autem hoc loco quærat, utra sit prior, & maior (ut ita dicam) siue perfectior ueritas, simplex ne an complexa: respondendum est, etsi comparatio non fit propriè, nisi in eadem specie, ut Aristoteles ait 7. Phys. cap. 4. tamen ueritatem simplicem esse priorem, & perfectiorem complexa, cùm ueritas pronunciatorum, quæ sola est complexa, ex

Simplicem perfectiorem esse complexa.

Scot. hoc loco.

tex. 29.

Digitized by Google

za, ex ueritate terminorum pendeat. Argumento quoque illud est quòd ueritas prima simplex, quæ de solo Deo Opt. Max. dicitur, est prior omnibus alijs ueritatibus, atque adeo ueritate complexa primi, communissimique pronunciati.

Alensis hoc loco.

Secunda obiectio, ueritatis simplicis distinctione dissoluitur. Nam quemadmodum ens duobus modis sumitur; uno, ut esse potest; altero, ut est actu (quanquam hæc distinctio secundum Aristotelem nō habet locum in sempiternis) sic etiam necesse est, ut simplex ueritas duobus modis accipiatur: uno, pro adæquatione, siue imitatione, qua res, ut sunt possibiles, respondent conceptui diuino; altero, pro adequatione; qua illi respondent, ut actu existunt. Ad obiectionem igitur dicito, res, quæ non semper sunt, etsi semper sint ueræ priori modo, non esse tamen semper ueras posteriori.

Dilutio secundæ.

*neque enim interdum uera sunt, neque illis, ut sint, causa est quicquam, sed cæteris illa. Quocirca, ut unumquodque est, ita & uerum est.*

Tertiam denique hunc in modum dilues. Cùm dicimus, ueritatem, quæ est entis proprietas, esse adæquationem rei, & intellectus; adæquationis nomen latè accipiendum esse, nempe, ut complectitur adæquationem propriè dictam (quæ in perfecta æqualitate consistit, & nullos admittit gradus) & imitationem, quæ impropriè adequatio appellatur. Res enim dicuntur ueræ, quia priori, aut posteriori modo adæquantur intellectui diuino, hoc est conceptui, quem Deus de rebus habet, exempli causa, Bucephalus ideo dicitur uerus equus, quia adæquatur conceptui, quem Deus habet de perfecto equo: ideo autem dicitur uerum ens, quia quoquo modo, ac participatiuè, imperfectèque respondet conceptui, quem Deus habet de perfecto ente, quod est ipsa diuina essentia. Cùm igitur dicimus, res alias esse alijs ueriores, hoc est ueriora entia, solamque primam causam esse ens uerissimum; id propterea dicimus, quia solus Deus perfectè adæquatur conceptui, quem ipse habet de perfecto ente; cætera autem plus minusue imitantur illud, & (quod consequens est) plus minusue assimilantur conceptui, quem Deus de pefecto ente habet. Quæ enim perfectiora sunt, perfectiùs illi respondent, quæ autem minùs perfecta, minùs etiam perfectè. Verùm de hac re fusiùs agendum est lib. 4.

3

Cur quædam alijs ueriora dicantur.

# IN REBVS NE, AN IN NOBIS POTIVS SIT causa eius difficultatis, quæ in cognitione veritatis accidit. QVÆSTIO I.

## *Duæ extremæ sententiæ in hac quæstione.* SECTIO I.

De hac re partim in præmio huius operis cap. 4. actū est, partim agetur lib. 4.



DEO difficilem esse veritatis cognitionem, non modò indefessō Philosophorū studio, sed etiam quotidiano experimento comprobatum est, vt non defuerint, qui dicerent, nihil veri ab hominibus posse comprehendi. Verùm de causa huius, siue difficultatis, siue (vt quidem credebant) impossibilitatis, non omnes idem sentiūt. Alij enim totam ad res ipsas; alij ad nos totam; alij partim ad res, partim ad nos referendam putant.

Ac primam quidem opinionem primùm sequutus videtur Heraclitus Ephe-

Digitized by Google

Primum argumentū eorum, qui totā uerī cognoscendi difficultatem ad res ipsas referunt.

Ephesius hac ratione. In rebus nihil omnino est stabile, nihil fixum, & immutabile; igitur in rebus ipsis posita est tota difficultas percipiendæ veritatis.

2 Eadem sententia his argumentis confirmari potest. Perinde se habet intellectus noster ad similitudines rerum intelligibilium, vt se habet materia prima ad formas rerum naturalium, vt docet Aristot. tertio de Anima cap. quarto; at materia prima nō habet ex se vllam difficultatē ad recipiēdam quamcunque formam rei naturalis, cùm sit pura potētia ad omnes; ergo neque intellectus noster ad recipiendam vllam similitudinem rei intelligibilis, & (quod est consequens) ad vllius veritatis perceptionem. à tex. 5.

3 Prēterea, si vlla causa eius difficultatis nobis ascribenda esset, id maximè accideret respectu earum rerum, quæ sunt excellentis naturæ, vt perspicuum est; at hoc non est dicendum; ergo nec illud. Minor probatur, Quia si qua est ratio cur ita dicendum esset, ea esset potissimùm, quia, vt vespertiliones non possunt ferre lumen diei, ita intellectus noster non potest ferre lucem illarum: hoc enim pacto videtur intelligenda similitudo, qua Arist. vtitur in contextu, quęque, vt aptissima, ab omnibus approbari solet: at hoc, si quis animaduertat, falsum est; neque enim intellectus noster est in organo corporeo, vt lędi possit excellentia rei intelligibilis, quemadmodum videndi facultas, quia in oculis inest, lęditur excellentia rei visibilis; quin potiùs, quò res intelligibilis est illustrior, eò intellectus in ea percipienda magis reficitur, ac recreatur, & ad alia percipienda aptior redditur, vt ipse quoque Arist. asserit in citato loco tertij de Anima: nulla est igitur ratio, cur difficultas percipiciendi res ex se illustrissimas, sit nostro intellectui tribuenda. tex. 7.

Alia sententia superiori omnino contraria.

Secundam sententiam, quæ superiori omnino opposita est, amplectitur Scotus hoc loco, & alij eius Sectatores. Credunt enim, totam eam difficultatem reijciēdam esse in imbecillitatem nostri intellectus. Quod tribus potissimùm argumentis apud Scotum confirmatur. Scotus, Maior Antonius Andreas: omnes hoc loco. q. 2.

Primum est. Si qua res ex se esset cognitu difficilis, ea esset talis respectu cuiuscunque intellectus (vt enim natura rei non variatur comparatione diuersorum intellectuum, ita nec conditiones, quæ rei naturam sequuntur) atqui nulla res est cognitu difficilis, respectu intellectus diuini; igitur nulla res est ex se cognitu difficilis.

2 Secundum. Id quod per se tale est, non est ex se difficilè tale; v. g. quia homo est per se risus capax, non est ex se, ac ex natura sua difficilè risus capax, & ita res habet in cæteris; atqui nulla res est, quæ non sit per se cognoscibilis; igitur nulla est, quæ ex se sit cognitu difficilis. Minor probatur, quia vnaquæque res est per se ens; vt autem est ens, sic etiam & vera, quemadmodum ad calcem capitis dictum est; esse autem cognoscibile, aut idem est, quod verum esse, aut illud per se, ac immediatè consequitur; igitur nulla res est, quæ non sit per se cognoscibilis.

Tertium

Digitized by Google

Tertium. Agens minoris virtutis, æquè facilè producit effectum sibi proportionatum, atque agens maioris virtutis: non minùs enim facilè calor duorum graduum producit duos gradus caloris, quàm calor decem graduum producit decem, eodemque modo res habet in cæteris disparibus agentibus, si conferantur cum effectibus suæ virtuti respondentibus: at nulla res est, quæ ex se non possit obiectiuè parere certam cognitionem suæ entitati proportionatam: ergo nulla omnino est, quæ ex se sit cognitu difficilis. Concedit ergo Scotus, res minoris entitatis efficere in nobis cognitionem minùs præstantem: cæterum quòd difficiliùs ex se cognoscantur, quàm præstantiores, hoc ille contendit nullo modo concedendum esse. 3

Quarto loco confirmari potest hæc opinio ex ijs, quę hoc cap. dicuntur; sic enim planè scriptum est [Non in rebus, sed in nobis illius causa sita est] nempe difficultatis. Quibus verbis nihil clarius ex Arist. pro hac sententia videtur afferri posse. 4

tex. 2.

*Approbatio mediæ sententiæ, & quædam ad eius explicationem vtilia.*

## SECTIO III.

D. Tho. hoc loco lect. 1. p. 6. Mag. Albertus cap. 2. Alex. com. 3. Auer. com. 1. Iandun. q. 3. & cæt.

TERTIAM sententiam, quæ media est, amplectitur. D. Thom. itemque Mag. Alb. Auerr. Egid. Rom., & reliqui fermè Peripatetici. Quin etiam Sceptici, & Academicorum ij, qui cum Scepticis ab omni pronunciato assensum cohibent, partim eius rei causam ad nos, partim ad res ipsas referunt. Hanc igitur sententiam nos, vt longè probabiliorem, & Aristotelicæ doctrinę magis consentaneam sequemur. Approbatur media sententia.

Vt autem quo pacto ea sit vera, nonnullis conclusionibus aperiamus (neque enim satis ab his auctoribus videtur explicata) animaduertendum est in primis, nullum esse genus rerum, quod à nobis etiam dum in corpore mortali degimus, aliquo modo intelligi non possit. Id quod ex eo accidit, quia obiectum adæquatũ cuiuscunque intellectus est ens, quod suo ambitu omnia complectitur. Omnia à nostro intellectu vtcunque cognosci posse.

Deinde animaduertendum est, tria esse rerum genera, quæ à nobis non æquè facilè, aut æquè difficilè intelliguntur. Primum est earum, quæ sunt excellentis admodum naturę; atque hæ sunt substantiæ omnes materiæ expertes, & earum qualitates. Alterum earum, quæ sunt admodum tenuis entitatis, vt materia prima, relationes, & entia rationis, quæ dici solent minimæ entitatis. Tertium verò earum, quę sunt mediæ inter has, substantię nimirũ sensibiles, & earum accidentia absoluta. Tria rerum genera, quę à nobis non æquè facilè, aut difficile percipiuntur.

Postremò animaduertendum est, quæstionem hanc propter cognitionem rerum primi, & secundi generis præcipuè propositam esse: illæ enim ferè sunt, quæ nobis non paruam in tota Philosophia difficultatem exhibent. Nam quæ ad tertium genus pertinent, cùm nostris sensibus sint Quæstionem præcipue intelligendam de rebus primi, & secundi generis.

Digitized by Google

sint familiares, facilè, aut non admodum difficilè à nobis percipiuntur.

Obiectio. Quòd si quis obijciat, si ea, quę diximus, vera sunt, difficiliorem cognitu fore materiam primam, quæ ad secundum genus pertinet, quàm res naturales, quæ ad tertium spectant; quod falsum videtur, cùm res naturales per materiam primam, & formam substantialem cognoscantur tanquam per propria principia: rectè occurres, si dicas, cognitione quidem distincta, siue diffinitiua, difficiliores cognitu esse res naturales, quàm materiam primam, idque probare argumentum, quandoquidem cognitio rei per propria principia distincta est, ac definitiua. At cognitione confusa, siue simplici, qua à nobis tota res primùm cognoscitur, faciliores cognitu esse res naturales, quàm materiam primam, quia sunt obiecta intellectui nostro accõmodatiora. In hac autem quæstione non est sermo de difficultate cognitionis distinctę, sed confusę, siue simplicis. Nam cùm Philosophi absolutè de difficultate cognitionis loquuntur, de ea, quæ naturæ ordine prior est, intelligendi sunt. Alioqui absolutè dicendum esset, species infimas rerum naturalium esse nobis cognitu difficillimas, quia vt earum naturæ sunt maximè compositę, sic earum distincta cognitio difficillima est.

Dilutio.

Hoc loco agi de difficultate cognitionis confusę, nõ distinctę.

Motum, & tẽpus cognitione confusa facillime, distincta uerò difficilè cognosci.

Quo fit, vt non admodum placeat eorum sententia, qui dicunt motum, & tempus pertinere ad tertium genus. Nam etsi illa sunt nõ parum difficilia cognitu cognitione distincta; tamen perfacilè cognoscuntur confusa, ac simplici. Id quod patet ex communi sententia Philosophorum passim dicentium, motum esse per se notum; itemque ex eo, quod Aristoteles non semel verissimè affirmat, principia rerum naturalium motus adminiculo inuenta, ac cognita esse. Tempus autem, etsi diffinitiua cognitione difficilè cognoscitur, simplici tamen ita notum est, ut nemo sit, cui illius notio impressa non sit. Vnde est illud Augustini undecimo libro confessionum [Quid tempore familiarius commemoramus, quid notius intelligimus? quid est ergo tempus? si nemo ex me quærat, scio; si quęrenti explicare uelim, nescio.] Sunt tamen hæc successiua simplici etiam cognitione minùs facilia cognitu, quàm quantitates, & qualitates sensibiles permanentes, quia ratione eius, quod nondum acquisitum est in motu, aliquid admittunt non entis, & potentialitatis, quæ sunt obscuritatis causæ.

Vt D. Thom. hoc loco lect. 1. p. 6. & Ianus q. 3.

Augustini dictum de tempore.

cap. 14.

Reijcitur quorundam opinio.

Minùs etiam placet id, quod quidam asserunt, res materiales esse numerandas inter ea, quæ ex se se difficilè à nobis cognosci possunt, quòd indigeant abstractione à materia sensibili, ut à nobis directò percipiantur. Si enim ita res habet, quas nam dicemus ex sese facilè à nobis cognosci? Nam & ipsa sensibilia accidẽtia indigent abstractione à materia sensibili, ut directè intelligantur, si nomen materię sensibilis sumatur pro singulari, siue signata: quòd si sumatur pro quauis materia sensibili, falsum est, res materiales nõ posse intelligi, nisi à sensibili materia abstrahãtur; si quidem necessariò in earum cõceptu includitur materia sensibilis.

Iauellus q. 2. ex commentatore.

Vera

*Vera quæstionis explicatio.* SECTIO III.

His positis sit huius sententiæ prima conclusio. Difficultas, quę in cognitione rerum primi generis accidit, ex sola imperfectione nostri intellectus nascitur. Hæc conclusio facilè probatur, hac consideratione præmissa. Difficultas, quemadmodum & opposita facilitas, primò cernitur in actione, & ex actione deriuatur ad alia, quę difficilia dicuntur: Cętera enim, ideo dicuntur facilia, aut difficilia, quia facilè, aut difficilè fiunt, aut intelliguntur, aut explicantur &c. loquor autem de actione latè, ut complectar actiones immanentes, quę non propriè dicuntur actiones, sed operationes. Cùm igitur omnis actio ab aliquo agente oriatur, & circa aliquam materiam versetur; necessariò efficitur, vt omnis difficultas proueniat vel ex ineptitudine agentis, vel ex ineptitudine materiæ, vel utriusque; quo pacto difficultas, quæ sæpe accidit in combustione ligni, vel prouenit ex debilitate ignis, vel ex indispositione ligni, uel ex vtraque: nam si quæ sunt alię difficultatis causę, ut medij, & instrumentorum, facilè ad has reuocabuntur. Ita fit, vt duæ sint generales causę cuiusque difficultatis. Atque hoc est, quod docet Arist. verbis illis [Cùm difficultas duobus modis accidat.] Neque enim ille hac oratione solas radices eius difficultatis, quæ accidit in cognitione veritatis, videtur complecti, sed ex his quasi generalibus causis cuiusque difficultatis colligere, quid dicendum sit de causa difficultatis in veritatis cognitione.

Prima conclusio.

Qua in re primò difficultas, & facilitas reperiantur.

Duę causę difficultatis ī rebus cognoscendis.

Hoc igitur posito, facilè probatur proposita conclusio in hunc modum. Omnis difficultas, quam experimur in cognitione rerum primi generis, uel ex eo nascitur, quòd illæ sint parum intelligibiles; uel quia intellectus noster est parum aptus ad eas intelligendas; uel ex vtroque: at non nascitur ex eo, quòd illę sint parum intelligibiles: igitur ex eo tantùm, quòd intellectus noster parum est aptus, ut eas intelligat. Maior ex dictis patet. Minor probatur. Res primi generis cum cæteris compatatæ, sunt maximè entia, ac proinde maximè uera; ergo sunt maximè intelligibiles. Quantum enim unaquæque res habet entitatis, tantum habet ueritatis, & (quod hinc sequitur) intelligibilitatis: siquidem obiectum intellectus est ens, ueritas autem, quę est proprietas entis, est ratio, sub qua entia cadunt sub intellectum. Præterea, ut se habet lux ad uisum, sic se habet ens ad intellectum; quæ autem sunt maximè lucida, sunt maximè uisibilia, ergo quæ sunt maximè entia, sunt maximè intelligibilia: eiusmodi autem sunt res primi generis cum cæteris collatę, substantiæ, in quam, cum substantijs, & accidentia cum accidentibus; ergo sunt maximè intelligibiles: quare non ex eo nascitur difficultas, quā experimur in earū cognitione, quòd illæ sint parum intelligibiles, quod erat probandum. Hęc conclusio adhibitaque probatio, si quis animū ad-

A sufficiente partium enumeratione.

Exemplo lucis, & uisus.



Digitized by Google

uertat, planè est Aristotelis in cõtextu, qua in re nulla penè est dissensio.

Obiectio. Quòd si quis obijciat, perfectionem rerum primi generis esse in causa, vt non facilè, nisi ab intellectibus separatis perspiciantur, ergo non esse negandum, esse illas etiam ex se se cognitu difficiles: neganda est consequentia, etsi Albertus in primum librum eam admittere uideatur. Perfectio enim rerum, ex se non obstat cognitioni, cùm res omnes per actum, perfectionem'ue cognoscantur. Alia ratio est de imperfectione, ut ex sequenti conclusione patebit. Atque idem re uera sensisse Albertum, ipse exponit hoc loco.

Albert. 1. lib. tract. 2. cap. 1.

Albert. hic cap. 2.

Solutio.

Secunda conclusio. Secunda conclusio. Difficultas, quæ accidit in cognitione rerum secundi generis, partim nascitur ex earum imperfectione, partim ex imperfectione intellectus nostri. Hæc conclusio probatur primùm ex fundamento superioris hoc pacto. Non solùm res ipsæ secundi generis sunt parum intelligibiles, sed intellectus etiam noster parum aptus, vt eas intelligat; igitur ex vtraque parte nascitur difficultas, quam experimur in earum cognitione. Prior pars antecedentis ex dictis patet. Res enim secundi generis habẽt infimum gradum entitatis, ac veritatis, si cum cæteris conferantur, & perinde se habent ad intellectum, vt se habent ad uisum ea, quę minimam habent lucis participationem. Posterior sic probatur. Intellectus noster in hac vita (sic enim de eo loquimur) est parum aptus ad intelligenda ea, quæ sunt à sensibus remota, eo quòd à sensibus in intelligendo pendeat; at huiusmodi quoque sunt entia secundi generis, seu minimæ entitatis; est igitur intellectus noster parum aptus ad eas intelligendas. Præterea, perfectior intellectus est, qui facilè intelligit, & res mediocris, & minimæ perfectionis, quàm qui mediocris tantùm; quemadmodum perfectior esset aspectus, qui facilè intueretur, ac discerneret res & diurna, & nocturna luce illustratas (cuiusmodi forsitã fuerit in aliquo animali) quàm qui diurna tãtùm, qualis est noster aspectus; at intellectus noster res tãtùm mediocris perfectionis facilè intelligit; igitur minori quoq; eius perfectioni ascribendũ est, quòd difficilè intelligat res secundi generis. Ad hæc, Res, quę propter paruitatẽ minimum habẽt visibilitatis gradum, indigent visu perspicacissimo iuxta illud Arist. [si visibile minuatur, necesse est, ut facultas videndi augeatur] quod habes in lib. de sensu, & sensili; ergo pari ratione res minimę entitatis indigent intellectu acutissimo: at intellectus noster nõ est huius modi, cùm teneat infimum gradum in intellectibus: igitur ex imperfectione quoque eius nascitur, vt res secundi generis non facilè percipiat. Ita patet posterior pars minoris.

Idem Boet. in lib. de duabus naturis.

Ex natura ipsarum rerum, & intellectus.

Alia ratio. Secundò probatur conclusio hac ratione. Vt res secundi generis facilè à nobis perciperẽtur, nihil obstaret earum imperfectio, si intellectus noster esset perfectior, quippe cùm facilè intelligantur à perfectioribus intellectibus: nec item impediret quicquam imperfectio intellectus nostri, si illę essent aliquantò perfectiores, nempe, vt illæ, quas medias appella-

Digitized by Google

appellauimus: igitur quòd difficilè à nobis cognoscantur, partim nascitur ex imperfectione ipsarum, partim ex imperfectione intellectus nostri. Id quod apta similitudine explicari potest. Quòd enim senes difficilè cernere valeant res parum visibiles, partim oritur ex defectu lucis, aut magnitudinis rerum obiectarum, partim ex sensus infirmitate. Nam si res parum visibiles non essent obscuræ, aut exiguæ magnitudinis, facilè ab illis cernerentur; si aspectus etiã ipsorum esset integer, qualis est in iuuenibus, idem quoque accideret: quòd igitur illi difficilè cernere valeant res, quæ re vera sunt parum uisibiles, partim oritur ex imperfectione rerum, partim ex imperfectione facultatis uidendi. Explicatio ex re humili.

Ac posterior quidẽ pars propositæ conclusionis primo aspectu nõ videtur esse eorũ, quos pro tertia sententia citauimus; quandoquidem illi nõ alia ratione probãt, res minimæ entitatis esse nobis cognitu difficiles, nisi quia sunt ex se parum cognoscibiles. Verùm, quia loquuntur de causa præcipua, quam dubium non est sitam esse in ipsa rerum imperfectione; non est, quòd illos nobis ulla ex parte aduersari in hac conclusione putemus.

Quod autem ad Aristotelem attinet, nihil de hoc genere rerum expressum habemus in contextu; nisi quòd particula illa, Fortasse, non nihil de eo innuit, ut in explanatione contextus diximus; & tota conclusio ex generali illa diuisione causarum difficultatis, quam ipse attulit, optimè colligitur, quod facile est ex dictis intelligere.

Tertia conclusio. Si absolutè, ac simpliciter, hoc est, nulla facta distinctione rerum, loquendum est; difficultas, quę in earum cognitione accidit, ex imperfectione nostri intellectus præcipuè nascitur. Hæc conclusio tribus argumentis confirmari potest. Vno, quia imperfectio intellectus nostri in causa est, cur difficilè intelligamus non solùm res primi generis, sed etiam secundi, ut patet ex prima, & secunda conclusionibus; imperfectio autem rerum non est in causa, ut difficilè intelligamus, nisi res secundi generis, vt ex utraque etiam conclusione perspicuum est. Altero, quia & si imperfectio rerum efficit, quominus illę sint parum intelligibiles; non est tamẽ in causa, cur sint difficilè intelligibiles, nisi respectu intellectus nostri: alioqui ab intellectibus quoque substantiarum separatarum non facilè perciperentur. Tertio, quia illud pręcipuè reddendum est pro causa huiusce difficultatis, quod efficit, ut res cognitu dignissimas (de his enim pręcipuè habenda est ratio) difficilè cognoscamus: at hoc nihil est aliud, quàm imperfectio intellectus nostri ita se habentis ad pręclarissima entia, vt oculi nocturnarum volucrum ad lumen diurnum. Tertia conclusio.

Hanc uerò conclusionem, & ultimam eius probationem desumpsimus ex Arist. in contextu. Illud enim pronunciatum, Non in rebus, sed in nobis difficultatis est causa, nostram conclusionem continet: neque enim intelligendum est de quauis causa, sed de causa pręcipua, ut D.



Digitized by Google

Thom. annotauit, & dictio [fortasse] innuit. Verba autem sequētia continent eam probationem, quam nos in conclusione confirmanda tertiam fecimus: facilè enim in eam rationis formam redigi possunt.

Sententia quorundam.

Sunt tamen, qui & in cōclusione Aristotelis, & in eius probatione nobis aduersentur. Dicunt enim, in pronunciato illo, Non in rebus &c. non esse sermonem de difficultate, quę accidit in cognitione rerum absolutè, sed tantùm earum, quæ ad hanc scientiam spectant; neque nomine causæ intelligendam esse solam præcipuam causam, sed quamcumque, ut sit sensus, Causam difficultatis, quæ accidit in rebus metaphysicis cognoscendis, nullo pacto rebus, sed nobis tantùm adscribendam esse; præsertim cùm probatio, quæ sequitur ex vespertilionum similitudine, ad solas res metaphysicas accommodetur.

Refutatio.

Horum tamen sententia non est probanda. Primùm, quia eius difficultatis causam reddit Aristot. in eo pronunciato, de qua loquutus fuerat à principio capitis (neque enim usque ad eum locum propositū mutauerat) satis autē patet, illum à principio capitis locutū fuisse absolutè, ac generaliter de difficultate, quæ accidit in cognitione rerum, non autem restrictè de ea, quæ cernitur in cognitione rerum metaphysicarum. Deinde, quia & si id daremus; falsum est tamen, difficultatē, quę accidit in cognitione rerum metaphysicarū, prouenire ex sola intellectus nostri imperfectione, & non aliquando ex imperfectione etiam ipsarum rerū.

Res plurimas minimæ entitatis à Metaphysico tractari.

Complures enim sunt res minimæ entitatis, quę à Metaphysicis tractentur, ut potentia, & actus in commune, quæ dicuntur de materia prima, & accidentibus; itemque genera suprema, potissimùm verò prædicamenti relationis; quę omnia à nullo artifice, præterquàm à Metaphysico explicantur. Ita patet, nec pronunciatum Aristotelis, nec eius probationem restrictè, ac presse, sed latè de præcipua causa difficultatis, quæ in rerum cognitione accidit, accipiendam esse.

## *Soluuntur argumenta oppositarum opinionum.* SECT. IIII.

AD primum argumentum, quo ex Heraclito prima sententia confirmabatur, dicendum est, Primùm, non omnia esse fluxa, & instabilia; imo ne omnia quidem sensibilia. corpora enim cœlestia, substantię separatæ, animus item noster, nulli corruptioni sunt obnoxia. Deinde, nec res corruptioni subiectas quouis modo esse instabiles, & caducas. Quamuis enim tales sunt, quod attinet ad indiuidua; tamen naturę ipsę uniuersales ex se stabiles sunt, seu potiùs non sunt instabiles, nisi ratione indiuiduorum; quę stabilitas earum negatiua satis est, ut de illis scientia haberi possit. Quamquam & illud dici potest, cùm Philosophi aiunt, scientiam non esse nisi de ijs rebus, quæ aliter habere non possunt, nomine huiusmodi rerum præcipuè intelligi inuariabiles earum connexiones,

Quo pacto intelligenda sit, non esse scientiam de ijs, quæ aliter haberi possunt.

Digitized by Google

nes, quæ nõ minùs in rebus corruptibilibus, quàm in perpetuis reperiuntur, nec enim minùs inuariabile est, quòd ignis natura sua sit aptus, vt comburat, quàm substantia separata, vt intelligat. Addi & illud potest, rerum instabilium, saltem illud sciri posse, quòd instabiles sint; vt vel hinc intelligas, non rectè nonnullos Veterum ex earum inconstantia collegisse, nihil omnino sciri posse.

Explicatur cõparatio intellectus nostri cum materia prima.

Ad secundum dicendum est, comparationem illam intellectus nostri cum materia prima, quam facit Arist. tertio libro de Anima, non esse intelligendam respectu omnium specierum intelligibilium, sed tantùm comparatione earum, quæ elici possunt ex phantasmatibus; eas verò res, quarum istę sunt similitudines, ferè omnes facilè à nobis intelligi. Secus est dicendum de ijs, quarum similitudines ex phantasmatibus elicere nõ possumus, cuiusmodi sunt res primi generis. In his enim intelligendis magno opus est discursu, & disquisitione. Dixi autem, ferè omnes illas facilè à nobis intelligi, non autem omnes absolutè; quia substantia genus summum, etsi per propriam speciem à nobis intelligi posse videtur; tamen est valde difficilis cognitu, vt patet ex difficultate, quæ fuit apud Philosophos in inuestigandis substãtijs immaterialibus, quarum cognitio dedit ansam abstrahendi substantiam genus summum à substantia corporea.

Difficilè à nobis percipi genus summum substantiæ.

Alij soluunt argumentum hoc pacto; Intellectum nostrum, vt receptiuum, & passiuum actus intelligendi, esse puram potentiam, nullamque pati difficultatem in eo actu accipiendo; atque hac ex parte esse similem materiæ primę: at verò, vt elicitiuum actus, quemadmodum non est pura potentia, sed vis quædam illius productiua, ita non esse similem materiæ primę, sed formæ; ac proinde non æquè facilè posse omnia intelligere propter defectum propriæ virtutis actiuæ; aut etiam propter imperfectionem obiecti cum illo concurrentis ad intelligendi actum.

Aliorum solutio.

Ad tertium concessa maiore, neganda est minor. neque enim intellectus noster ideo in hac vita difficilè intelligit res ex se illustrissimas, quia lædatur earum luce, vt rectè probat argumentum; sed quia habet parum proportionis, siue ordinis ad eas intelligendas: id quod accidit, quia elicere non potest earum species, siue similitudines ex rebus sensibilibus, quæ res solæ per sensus illi directò renunciantur. Cùm autem Arist. ad explicandam hanc difficultatem affert similitudinem uespertilionum, non illa vtitur ea ex parte, qua nocturnæ volucres læduntur excellentia diurni luminis; sed quatenus habent parum proportionis, siue ordinis ad percipiendas res tanta luce prędita; quemadmodum ex toto animalium genere, homo difficillimè percipit quamplurimos odores, non quòd eorum vehementia lædatur, cùm odores, quos difficilè percipit, sint parum vehementes; sed quia habet odoratum omnium obtusissimũ.

Cur res sua pte natura perfectissimæ difficilè in hac uita ab intellectu nostro percipiantur.

In quo sensu intelligi debeat uespertilionum similitudo ab Aristotele allata.

Ad primum verò Scoti neganda est maior illa propositio, Si qua res ex se esset difficilis cognitu, ea esset eiusmodi respectu cuiuscunque intellectus.

Digitized by Google

Duobus modis aliquid posse dici ex se cognitu difficile.

lectus. Duobus enim modis intelligi potest, rē esse ex se cognitu difficilem. Vno, quia illi per se conueniat, vt difficilè cognoscatur, quo pacto quęlibet res dici potest ex se vera, quia cuilibet conuenit per se, vt sit vera. Altero, quia ex natura illius proueniat, vt aut omnino, aut non facilè, nisi à perfectis intellectibus cognoscatur; quo pacto difficile esse dicimus, mortuū ab inferis excitare, itemque lignum viride comburi; illud quidem, quia ex natura ipsius operis nascitur, vt non nisi à diuina potentia fieri possit; hoc autem, quia ipsa natura ligni viridis in causa est, vt non facilè comburatur, nisi à vehementi igne, aut ab aliqua potentiori virtute. Vtroque autem modo maior propositio est falsa. Priori quidem, quia esse difficile cognitu, non potest per se conuenire rebus minimæ entitatis, nisi forsitan respectu intellectus nostri. Ex quo fit, vt illa non multò secus falsa sit, quàm si diceres, si colori per se conueniret esse sensibilem respectu vnius sensus, id ipsum ei conueniret respectu cuiuscunque alterius sensus. Posteriori autem, quia si maior propositio eo pacto esset vera, liceret etiam dicere, Si mortuum ab inferis excitare esset ex se difficile factu, à potentia etiam diuina difficilè id fieret. Itemque, si lignum viride ex se esset difficilè combustu, difficilè etiam combureretur ab igne quantuncunque vehementi; quæ omnino falsa sunt, & dictis repugnantia. Dicebamus enim iuxta posteriorem usurpationem uerborum [ex se] ideò verè dici, difficile ex se esse mortuum ab inferis excitare, & lignum viride comburi, quia illud fieri nō potest, nisi diuina virtute; hoc autem non fit facilè, nisi ab igne vehementi, aut à potentiori virtute. Ita patet, falsam esse maiorem propositionem in vtroque sensu. Ad probationem autem dicendum est, aliud esse asserere, huiusmodi res esse parum cognoscibiles, quod quidem illis proprium est, quemadmodum & esse parum entia, & parum vera; aliud verò, esse difficilè cognoscibiles, quod non est illis proprium. Præterea, aliud est, huiusmodi res esse per se difficiles cognitu absolutè, quod negamus; aliud verò ex tenuitate naturæ earum nasci, vt non nisi à perfectis intellectibus facilè percipiantur, quod affirmamus. Si ergo esse difficile cognitu absolutè sumptum ita conueniret rebus minimæ entitatis, vt esset illarum proprietas; rectè concluderet Scotus maiorem propositionem, quemadmodum rectè concludes, si ita argumenteris; Res minimę entitatis sunt per se parum cognoscibiles; ergo respectu cuiuscumque intellectus sunt parum cognoscibiles, seu (vt locutio longiùs absit à calumnia) parum habentes cognoscibilitatis, quemadmodum & entitatis, ac veritatis. Nunc autem, cùm non asseramus, illas esse per se difficiles cognitu, sed ex se; vitiosa est collectio Scoti, quemadmodum in proposito exemplo ligni viridis licet intelligere. Quòd si difficile cognitu nō accipiatur absolutè, sed respectu nostri intellectus (quo pacto admittere possemus esse illud quodammodo proprietatem rerum minimæ entitatis) multò apertius est vitium consequentiæ.

Neutro modo argumentum concludere.

Ad

Ad secundum dicẽdum est, nihil aliud ea ratione colligi, quàm quòd hoc prædicatum, cognoscibile esse, non difficilè conueniat vlli rei, eo quòd nulla omnino res sit, quæ non sit per se, & ex sua essentia cognoscibilis, quod nos libenter damus. Hoc tamen dato, non conficit ratio institutum. Nec enim dicimus, aptitudinem ad terminandum actum cognoscendi difficilè conuenire rebus, quæ appellantur minimæ entitatis; sed actum cognoscendi alicuius intellectus difficilè circa eas elici.

Ad tertium dicendum est, veram esse maiorem propositionem, si ponamus ea, quę patiuntur, esse ęqua proportione dispositа respectu agentium. Eodemque modo, si res omnes conferantur cum intellectibus æqua proportione dispositis ad ipsarum cognitionem, nullam esse, quæ sit cognitu difficilis, vt concludit argumentum. Nunc autem non ita res habet, cùm res minimæ entitatis cum intellectu nostro conferuntur; longè enim minùs dispositus est intellectus noster ad notitiam huiusmodi rerum, quàm aliarum maioris entitatis.

Ad quartum iam dictum est, Aristotelem in verbis citatis non loqui de causa difficultatis absolutè, sed de prȩcipua, ut in probanda tertia conclusione diximus.

## POSSIMVS NE IN HAC VITA SVBSTANtias separatas quiditatiuè intelligere.

## QVÆSTIO II.

### *Quæstionis explanatio.* SECTIO PRIMA.

text. 36.

QVÆSTIONEM hanc mouit Arist. tertio de anima ad fin. cap. 7. vbi de intellectu sic scribit. Num autem ipse non separatus à magnitudine separatarum rerum aliquam intelligere possit, considerãdum est postea. Nec dubium est, quin tota ambiguitas apud eũ sit de cognitione quiditatiua. nam de ea, qua vtcunque res intelligitur, nihil est, cur dubitauerit, cùm substantias separatas in rerum natura esse ostenderit, nec admodum difficile sit, substantiam sine materia, apprehenso ente per se existẽte, & addita negatione corporis, concipere; quod idem apertum est ex frequenti apud Philosophos de hoc rerũ genere disputatione. Verùm quid sit cognitio quiditatiua, & quo pacto hoc loco accipi debeat, dubitabit fortasse aliquis.

Aristotelem intelligendũ esse de cognitione quiditatiua.

q. 1. art. 2.

Scotus primo sent. d. 3. eam cognitionẽm appellat quiditatiuam, qua prædicatum aliquod quiditatiuum rei cognoscitur, etsi non omnia cognoscantur. D. autẽ Tho. 1. p. q. 88. & sæpe alibi eam solam censet dignam hoc nomine, qua omnia quiditatiua rei prædicata percipiuntur.

Quid cognitio quiditatiua apud Scotum.

Proin-

Digitized by Google

Proinde cùm alter affirmat, ſubſtantias ſeparatas poſſe à nobis in hac vita quiditatiuè cognoſci, alter negat; nihil eſt inter eos diſſidij, vt ipſi quoque D. Thom. ſectatores fatentur. Nobis tamẽ magis placet modus loquendi D. Thomæ. Nam vt quiditas rei complectitur omnia, quæ de ea quiditatiuè dicũtur, ita ea ſola merito dicitur quiditatiua, qua cognoſcuntur omnia quiditatiua rei prædicata, genera, inquam, omnia & differentiæ, quæ ad illius conſtitutionem pertinent, & ſi quid eſt aliud, quod de ea eſſentiali prædicatione dicatur. Sumimus enim quiditatiuam prędicationem pro eſſentiali.

Probatur modus loquendi D. Thomæ.

Vt Caiet. in lib. de ente & eſſentia c. 6. q. 14. & 1. p. q. 88. ar. 2. & Ferrar. 3. contra gent. c. 45.

Illud tamen attende, non idem eſſe rem quiditatiuè intelligere, atque eam comprehendere. Nam etſi omnis comprehenſiua cognitio quiditatiua eſt, non tamen omnis quiditatiua comprehenſiua; quippe cùm id ſolùm dicatur cõprehendi, quod cognoſcitur, quãtùm cognoſcibile eſt; fieriq́ poſſit, vt omnia quiditatiua rei prædicata cognoſcamus, nec tamen eius poteſtatem omnino capiamus, &, vt ſic dicã, penetremus; quo pacto, etſi Beati omnes diuinã eſſentiam quiditatiuè cognoſcunt, nullus tamen creatus intellectus eam cõprehendit, q eius virtutẽ non omnino penetrẽt, hoc eſt, nõ omnia percipiãt, ad quæ eius uis, & poteſtas extẽditur; quod etiã in rebus creatis intelligẽdis accidere poteſt. Dixi quantùm ex ſe cognoſcibile eſt, quia ſi cognitionis perfectionẽ nõ ex natura rei cognitæ, ſed ex facultate cognoſcẽtis metiamur, nullã omnino rẽ creatã ab intellectu creato cõprehendi dicemus, quippe cùm nulla perfectiſſimè, niſi à Diuino intellectu cognoſci poſſit, ſpectata perfectione virtutis intellectiuæ, quæ in Deo infinita eſt, non autem ſolius rei intelligibilis, quę finita eſt, & limitata. Itaque de quiditatiua cognitione, ſiue comprehenſiua ſit, ſiue non ſit, propoſitam quæſtionem intelligendam volumus.

Quid interſit inter quiditatiuam rei cognitionem, eiuſdemque comprehenſionem.

Deum à Beatis quiditatiuè cognoſci, non item cõprehendi.

Hanc verò quæſtionem nullibi definitam eſſe ab Ariſt. aſſerit Auer. in lib. 3. de anima ad cap. 7. Idemque in libello de Animæ beatitudine ſcribit, euoluiſſe ſe totum Ariſtotelem, nec ſolutionem eius reperiſſe. Alij volunt definitam verbis pauciſſimis, partim lib. 9. huius operis cap. 12. vbi Ariſt. ait, ignorationem ſubſtãtiarum ſimplicium, ſiue immaterialiũ, non eſſe in nobis velut cæcitatem, quaſi ita nobis ſit impoſſibile percipere ſubſtãtias ſeparatas, vt eſt cęco percipere colores; partim lib. 12. cap. 7. cùm ait, primam cauſam, à qua totum cælum, totaque natura pendet, vitam optimam degere, qualem nos breui tempore; eamq́ eſſe cognitionem, & intelligentiam eius, quod eſt optimum, naturæ videlicet Diuinæ. Neq; enim veriſimile uidetur, loqui Ariſtotelẽ ijs in locis de quauis cognitione, ſed de perfecta, quæ quidem inter ſimplices, ſiue non enunciatiuas, ſola quiditatiua eſt.

Quid Peripatetici ſentiãt de mente Ariſtotelis ĩ hac quæſtione.

Comm. 36 Cap. 3.

tex. 22.

tex. 39.

Alij volunt, determinatam hoc loco partem eius oppoſitã, cùm dicitur, animæ noſtræ mentem ita ſe habere ad ea, quæ manifeſtiſſima ſunt natura ſua, vt ſe habent oculi veſpertilionum ad lumen diei. Quòd ſi ita ſenſit Ariſtoteles; ergo quemadmodum huiuſmodi volucres nõ poſſunt

lumen

lumen diurnum perfectè intueri, tametsi illud vtcunque esse cognoscũt, & sentiunt; ita eius sententia dicendum est, animam nostram, dum est in corpore, non posse perfectè, ac quiditatiuè percipere substantias separatas, alioqui ex se illustrissimas, etsi eas vtcunque cognoscat, atque in rerum natura esse intelligat.

Nullibi hanc quæstionem ab Aristotele satis explicatam fuisse.

Ac illud quidem verissimum est, nullibi quæstionis huius tractationem ab Aristotele latè, & vt res poscebat, scriptam reperiri, quo pacto vera est Auerrois sententia cæterùm sit nè illa breuiter, aut etiam obiter alicubi ab eo definita, quidque re uera in ea dicendum videatur, hoc loco expendendum est.

## *Quibus potissimùm argumentis pars affirmatiua videatur vera, & quibus auctoribus ea placuerit.* SECTIO II.

Argumẽtum primum pro parte affirmatiua quæstionis.

SVBSTANTIAS separatas in hac vita à nobis quiditatiuè intelligi posse, his argumentis videtur ostendi.

Nulla forma naturalis impeditur à propria operatione propter coniunctionem cum propria materia (est enim is maximè naturalis eius status, etiamsi alioqui extra materiam existere potest) anima autem nostra est forma naturalis, atque in proprijs eius operationibus præcipuè numerari debet cognitio substantiarum separatarum, cùm in ea potissimùm humana felicitas cõsistat, vt ostendit Arist. x. Ethic. c. 7. felicitas verò consistere non potest in cognitione imperfecta, cùm sit perfecta operatio; potest igitur anima nostra in hac vita perfectè, ac quiditatiuè cognoscere substãtias separatas.

2 Deinde, Quicquid continetur sub obiecto adæquato cuiusque potentiæ cadit naturaliter sub illam, & eò magis, quò magis participat obiecti rationem: atqui substantiæ separatæ continentur sub ente, quod est adæquatum obiectum intellectus nostri, atque ita continentur, vt maximè participent rationem entis; possunt igitur à nobis, saltem remotis impedimentis (quod in huiusmodi pronunciatis intelligi solet) naturaliter intelligi, atq; adeo dum anima est in corpore. Neque enim corpus inter impedimenta operationum animę numerandum est, cùm sit proprium animæ subiectum.

3 Tertiò, cognitio nostra fit per similitudinem; substantiæ autem separatæ sunt similiores animæ humanæ, quàm quæuis res aliæ; igitur si anima nostra, dum est in corpore, potest quiditatiuè res alias percipere; potiori ratione poterit substantias separatas. Nec obest, quòd nomine similitudinis, per quam fit cognitio, non videatur intelligenda realis similitudo, seu naturalis, sed intentionalis, vt uocant, quę eiusmodi substantiarum similitudo nec est congenita intellectui nostro, nec per sensus accipi potest. Nam etsi commune illud Philosophorum pronunciatum præcipuè intelligi debet de similitudine intentionali; semper tamen si-

Quo pacto cognitio fiat per similitudinem.



Digitized by Google

militudo aliqua realis ſupponitur. hac enim de cauſa organa ſenſuum conuenientiam quandam habẽt cum obiectis, vt oculi cum perſpicuo illuminato; aures cum aëre ſonante, reſque ipſæ naturaliter non repreſentãtur per ſpecies intelligibiles, niſi quatenus ſunt quodammodo immateriales, locoque, ac tẽpori haud per ſe ſubiectæ. Quãquam verò ſubſtantiæ ſeparatæ non per ſe cadunt ſub ſenſum; nihil tamen impedire videtur, quo minus earum ſpecies intelligibiles in hac vita acquirere poſſimus. Vt enim ſubſtantiarum materialium, quæ quidem non per ſe cadunt ſub ſenſum, ſpecies intelligibiles acquirimus adminiculo accidentium ipſarum (agunt enim accidentia virtute eius ſubſtantiæ, cuius ſunt accidentia) ita licet ſubſtantiæ ſeparatæ non cadant ſub ſenſum; ex earũ tamen operationibus, quæ ſenſibus notæ ſunt, poſſunt in nobis generari ſpecies intelligibiles, quibus illæ quiditatiuè cognoſcantur; veluti ex motu cœli, & ex ordine ac adminiſtratione totius huius Mũdi ſenſibilis.

4 Quartò, Quia ſi noſter intellectus non poſſet in hac vita ſubſtantias ſeparatas quiditatiuè intelligere, fruſtra in nobis eſſet appetitus à natura inditus ad earũ eſſentias cognoſcẽdas; fruſtra quoque Deus feciſſet Vniuerſum hoc aſpectabile, vt eius adminiculo cùm ipſe, tum cæteræ ſubſtantiæ materię expertes à nobis cognoſcerentur. intelligere enim effecta diuina, præſtantiſſimiq́ue illius generis ſubſtantiarum, non eſt Deum ipſum in ſe, cęteraſq́ue illas beatas mentes percipere.

5 Quintò, Quia formæ, quæ exiſtunt in materia ſenſibili, vt à nobis ſyncerè intelligantur, indigent abſtractione aliqua ab eiuſmodi materia: ergo quæ non exiſtunt in materia ſenſibili, imò neq; in intelligibili nulla omnino abſtractione indigebunt. Quare nõ ſolùm à nobis percipi, ſed etiam facillimè poterunt, ſaltem remotis impedimentis, ſi quæ fuerint.

6 Sextò, Quia cùm materialia agant in intellectum poſſibilem, & in eum imprimant ſui ſimilitudines virtute intellectus agentis, multò id magis facere poterunt immaterialia, cùm ſint aptiora ad agendum, vt quæ ſunt præſtantioris, magisq́ue actualis naturę. Quòd ſi ſui ſimilitudines in intellectum noſtrum imprimere poſſunt immaterialia; ergo & quiditatiuè intelligi.

Auctores, qui hãc quæſtionis partẽ ſequuntur.

Hanc verò quæſtionis partem amplexus eſt Auer. poſt Auempace, Themiſtium, & Alexandrum, vt ipſe Auer. ait in tertium de anima ad caput ſeptimum, quo loco intelliges, huiuſmodi Philoſophos non nullis earum rationum, quæ à nobis propoſitę ſunt, in hanc ſententiam adductos fuiſſe. Additq́ue Auerroes hoc loco huiuſmodi argumentum; Quia ſi ſubſtantiæ, inquit, ſeparatę à nobis quiditatiuè intelligi non poſſent, ociosè egiſſet natura, quippe quę feciſſet res ex ſe intelligibiles non eſſe intellectas ab alio, quemadmodum ſi feciſſet ſolem non comprehenſum ab aliquo aſpectu. Comm. 36. Comm. 2.

Refutatio argumenti Auerrois.

Verùm quicquid ſuperiora valeant, hęc certè argumentatio ualde ridicula eſt, vt eam meritò vocat D. Tho. mitiùs alioqui agere ſolitus cum Hoc loco lect. 1. p. 6.

cum ijs, quorum argumenta refellit. Nam & si substantiæ separatæ à nobis quiditatiuè non intelligantur, non continuò tamen sequitur, illas esse frustra. Neque enim earum finis est, ut à nobis intelligantur, quod tamen ostendere opus esset, vt hac ratione frustra esse dicerentur. Frustra enim dicitur esse id, quod finem, propter quem est, non assequitur. Deinde, quia si earum quiditates non intelliguntur à nobis, intelliguntur tamen ab alijs substantijs separatis: quemadmodum sol, etsi non directò cernitur à noctua, cernitur tamen ab aquila.

## *Quo pacto Deus cognosci à nobis possit.* SECTIO III.

QVOD igitur attinet ad Deum Opt. Max. illud in primis certum sit, Posse nos in hac uita multa prædicata essentialia illius intelligere, vt quòd sit ens, actus, substantia, viuens, æternus, iustus, sapiens, &, vt semel dicam, quælibet alia prædicata positiua, & absoluta, quę de eo non per translationem, sed propriè, & formaliter dicuntur. Neque enim hęc Diuinæ naturę accidunt, sed sunt ipsa natura Diuina, si tamen recta intelligentia Deo tribuantur, hoc est, non sub ea omnino ratione, qua abstrahuntur à particulatibus rebus creatis, sed sub alia excellentiori, aut cõmuniori. Nam si tribuantur sub eadem, falsò tribuentur, cùm sola vniuoca abstrahi possint, Deus autem nulla ratione vniuoca reali cum creaturis conueniat, vt patebit lib. 4.

Multa, Dei attributa essentialia posse à nobis in hac uita cognosci

In 1. d. 3. & 22. & in prologo. lege itẽ Capreolũ in 1. d. 2. q. 1. cõclusione 7. & 8.

Illud deinde concedendum est, quod à Theologis tradi solet, posse de Deo haberi, etiam in hac vita, conceptum proprium, & peculiarem, quique in rem aliã conuenire nequeat, cuiusmodi sunt conceptus entis infiniti simpliciter; actus puri; causę primæ, & alij similes.

Haberi posse proprium de Deo conceptum.

Denique dicendum, Huiusmodi conceptus proprios non esse quiditatiuos. Neque enim per eos concipimus Deum, vt in se ipso est, sed vt repręsentatur in creaturis, tanquam in suis effectis, quę repręsentatio imperfecta est, neque ipsam Diuinam perfectionem exprimere potest. Hinc enim fit, vt quanquam recurrant cum diuina natura, atque ad eam terminentur; confusè tamen per eos Diuinam naturam intelligamus, quẽadmodũ Beatitudo confusè, & imperfectè intelligitur vulgata illa Boëtij definitione, qua concipitur status quidam bonorũ omniũ aggregatione perfectus, ignorata interim re, aut rebus, in quibus is status consistit.

Ex D. Tho. 1. p. q. 13. ar. 2. & doctoribus in 1. d. 22.

Hæc tamen vt melius teneas, Aduerte, conceptus, quos de Deo habere possumus, aut esse purè negatiuos, vt immortalis, simplicis, infiniti, independentis; aut purè relatiuos, vt creatoris, gubernatoris, efficientis, exemplaris; aut purè positiuos, & absolutos, vt entis, actus, substantiæ, sapientis, iusti; aut ex his mixtos. Ac purè negatiuos non esse quiditatiuos luce clarius est, cùm per eos non concipiamus formaliter esse aliquod diuinum, sed hoc vel illud non esse, vt non esse mortale, non

Quatuor conceptuum genera, quæ de Deo haberi possunt.

Purè negatiuos, relatiuos, & mixtos non esse quiditatiuos.



Digitized by Google

esse compositum &c. De purè quoque relatiuis facillimè idem intelliges; relationes enim, quibus Deus refertur ad creaturas, etsi æquè conueniunt omnibus Diuinis personis, quemadmodum & illæ, quibus ipse ad se ipsum refertur, ut identitatis, comprehensionis, & aliæ similes; sunt tamen relationes rationis: illæ uerò, quibus Diuinæ personæ ad se mutuò referuntur secundum originem, etsi sunt reales, nõ sunt tamen omnibus personis communes, quod tamen necesse foret, ut earum conceptus esset quiditatiuus Deo. Quòd si respondeas, huiusmodi relationes dicere formaliter perfectionem; ne isto quidẽ modo efficies, ut illę quiditatiuè de diuina natura dicantur, quatenus à prædicatis absolutis distinguuntur, quo tamen modo nunc de diuinis relationibus loquimur. omnes enim unam, atq; eandem perfectionem dicunt, etiam nostro intelligendi modo, quæ perfectio absolutum prædicatũ est, non relatiuũ. Accedit, quòd omnes relationes supponunt absolutum aliquid, in quo fundentur; quiditas autem Diuina nihil supponit, cùm sit prima entitas; quo fit, ut conceptus relatiuus non possit esse quiditatiuus, non modò diuinæ essentiæ, sed ne vllius quidem substantiæ. Ex his patet, conceptus mixtos non esse quiditatiuos, quòd uel constent negatiuis, uel relatiuis, uel vtrisque.

Responsionis cuiusdam refutatio.

Iam purè positiui absoluti, si sint eorum attributorum, quæ propriè de Deo dicuntur, & si re uera essentiale aliquid Diuinæ naturę representant; nullus tamẽ (si modò naturaliter eliciatur) est quiditatiuus, eo pacto, quo in hac quæstione quiditatiui nomen accipiendũ diximus. Addidimus [si sint eorum attributorũ, quæ propriè de Deo dicuntur] quia conceptus eorũ, quæ de Deo dicuntur impropriè, seu figuratè, ut cùm Deus dicitur sedere, loqui, & similia, sæpe numero sunt relatiui. Neque enim cùm hæc de Deo affirmantur, illum re uera sedere, aut loqui cõcipimus, sed esse, sedenti, aut loquenti similem, seu, ut meliùs loquamur, habere se more sedentis, aut loquentis; nisi quis statim connolet ad attributum aliquod absolutum, quod innuatur; ut si sedentis nomine continuò intelligas constantem.

Quid concipiamus, cùm eorum, quæ de Deo figuratè dicũtur, conceptũ for mamus.

Quòd igitur nullus purè positiuus, & absolutus ex ijs, quos naturæ uiribus elicere possumus, sit quiditatiuus (hoc enim nondum probatum est) ex eo patet, quia si quis eorum quiditatiuus esset, non alius esse uideretur, quàm is, quo conciperemus omnia prædicata positiua, & absoluta, quę formaliter, & propriè Deo conueniunt: hęc enim omnia, & sola pertinent ad quiditatem Diuinam: at naturę uiribus, nec possumus omnia huiusmodi prædicata intellectu capere, nec item uel unum eorum concipere eadem omnino ratione, qua est in Deo; igitur nullus est quiditatiuus. Prior pars minoris ponatur modò, quæ probanda est lib. 12. ubi uerius esse patebit, huiusmodi prædicata (quæ eadem vocari solent perfectiones simpliciter) esse numero infinita; si tamen sumantur, ut à nobis naturaliter concipiuntur. Quod ideo addiderim, quia si

Cur pure positiuus nõ sit quiditatiuus.

Quæ prædicata ad Diuinã quiditatẽ pertineant.

specten

ſpectentur, ut ſunt in ſe ipſis, non ſunt infinita numero, ſed unica, & ſimpliciſſima eſſentia Diuina. Id quod huiuſmodi exemplo explicari poteſt. Nam quemadmodum volucres, quæ directò intuentur lucem ſolis, ut eſt in ſeipſa, unicam uiſionem habent; quæ autem eandem aſpiciunt, ut participatur in corporibus à ſole illuminatis, coguntur multos uidendi actus elicere; ita quiſquis Diuinæ eſſentiæ conſpectu ſupernaturali munere fruitur, vnum de eſſentia Diuina conceptum format; qui autem eandem cognoſcere enituntur, ut relucet in creaturis, coguntur in infinitum diſcurrere per uaria attributa Diuina à rebus creatis participata; quandoquidem dari non poteſt creatura ulla, aut certus creaturarum numerus, in quo Diuina perfectio perfectè repreſentetur. Poſterior pars minoris ex eo probatur, quia unumquodque illorum prædicatorum, ut eſt in Deo, eſt infinitæ perfectionis ſimpliciter, ſeu potiùs, omnia eiuſmodi prædicata ſunt vnica perfectio infinita ſimpliciter, vt lib. 12. patebit: Finita autem virtus intellectus noſtri nõ poteſt ſimul uiribus naturæ attingere infinitum, quicquid de ſupernaturali, & ſucceſſiua cognitionibus infiniti dicendũ ſit, de quibus non nihil cap. ſequẽti.

Quo pacto diuinæ perfectiones, ut à nobis concipiuntur ſint infinitæ.

Infinitum à uirtute finita non poſſe ſimul naturaliter attingi.

## *De ſignificatione nominum, quæ Deo ſunt propria.*

## SECTIO IIII.

SED eſt, quod aliquis contrà obijciat hunc in modũ. Hoc nomen Deus, quod eſt Græcè θεὸς, etſi dictum eſt à ſpectando, quod dicitur θεᾶσθαι, aut à currendo, quod eſt θέειν, à cognitione, inquam, aut prouidentia, qua omnia contuetur, & adminiſtrat; tamen impoſitum eſt ad ipſam Diuinam eſſentiam purè, & ſyncerè ſignificandam; quemadmodum lapis, & ſi dictus eſt hoc nomine ab actione lędendi pedem; impoſitum eſt tamen ad ſignificandam ipſam lapidis ſubſtantiam: atqui nomina nihil ſignificant, niſi medio conceptu; non eſt igitur negandum, dari in nobis conceptum, qui ad ipſam diuinam eſſentiam formaliter, ſiue ut talis eſt, terminetur: is autem neceſſariò eſt quiditatiuus: datur igitur in nobis conceptus Diuinæ eſſentiæ quiditatiuus. Idem clariùs concludi uidetur ex tetragrãmato Dei nomine יהוה, quod proferre Hebręis religio erat. Neque enim illud ab actione ulla diuina ducitur; ſed ab ipſo diuino eſſe, cui etiam ſignificando impoſitum eſt. Vnde patet, ſaltem apud eos, qui huiuſmodi nomina impoſuerunt, aut eorum germanã ſignificationem percipiunt, dari conceptum quiditatiuum Diuinæ eſſentiæ.

Argumentũ contra ſuperiorem concluſionem ductum ex diuinis nominibus.

Vt Capr. in 1. d. 22. q. 1. cõcluſione 4. & alij.

Sunt, qui reſpondeant, eſſe quidem nomina diuina impoſita ad ſignificandam ipſam diuinam eſſentiam purè, ſed tamen ijs auditis, nunquã eam à nobis purè, ac ſyncerè concipi, ſed ſemper eius conceptum eſſe complexum, vt entis infiniti, ſubſtantiæ independentis, perfectionis ſummæ &c. eſtque huiuſmodi ſententia opinioni Scoti conſentanea, qui

Aliorum reſponſio.

Digitized by Google

Scoti sententia de nominum significatione.

qui primo sent. d. 22. scribit, distinctiùs, hoc est, determinatiùs, & pũriùs posse nomina significare, quàm possit intellectus noster in hac vita concipere; quo pacto ait, omnia substantiarum nomina, etsi syncerè substantiam significent, tamen ijs auditis semper à nobis formari conceptũ complexum, quòd substantias ipsas per se, ac separatim in hac vita concipere non possimus, sed per negationes, relationes, & alia accidentia; affertque similitudinem hanc in alijs rebus; veluti si quis hebraicè nesciens, imponeret nomina ad significandos characteres hebraicos. neque enim is nosset eorum vim, & pronunciationem, nisi complexo, & confuso conceptu, hac nimirũ periphrasi, Hoc nomen, quod impono characteri א, significat pronunciationẽ quandam, quam nouit Hebræus; hoc verò, quo volo nominari characterem ב, significat aliam quandam, quã idẽ nouit, atq; ita in cæteris. Ita igitur nomina Diuina imposita esse ad significandã determinatè, ac purè Diuinam essentiam, sed tamen nunquam eam syncerè à nobis concipi, sed audito nomine Dei semper misceri in eius conceptu negationem, aut relationem, aut modum intrinsecum essendi, quo pacto conceptus non est vnus, sed mixtus; tametsi inter conceptus, quos habemus de Diuina natura, nullum esse ait, qui magis ad purum accedat, quàm conceptum entis infiniti simpliciter, siue immensi. eo quòd hęc nomina sumi possint, vt significant modum intrinsecum essendi naturę Diuinæ. Exemplo autem esse conceptum albedinis intensæ, quippe quem necesse sit fateri magis accedere ad simplicem, quàm quo concipimus albedinem, adiuncto quouis alio, propterea quod intensio, siue latitudo gradualis, sit modus intrinsecus essendi eius qualitatis.

Scoti in 1. d 22. q. 1. & Gabr. ibidẽ, & Ochami.

Refutatio ab ipsa nominũ natura.

Verùm hæc sententia non est approbanda. Primùm, quia etsi quodlibet nomen suapte natura aptius est ad hoc, quàm ad illud significandum; nullum est tamen, quod suapte natura id significet, ad quod significandum imponitur; alioqui non imponeretur: sed humana, aut diuina interdum lege statuitur, quid audito hoc, aut illo concipere debeamus. ergo si imponitur Diuinæ essentiæ purè, & syncerè significandæ; dubium non est, quin essentia Dei purè, & syncerè concipi à nobis possit.

A nominum impositione.

Deinde, quia ea de causa sunt nomina rebus imposita, vt homines suos conceptus sibi mutuò aperirent, & communicarent; igitur si in nobis non datur conceptus purus Diuinæ naturæ, nullum est nomen, quod ad huiusmodi conceptum communicandum impositum sit: at concedũt esse impositum: ergo datur conceptus purus Diuinæ naturę, qui alijs communicari possit.

A discrimine inter nomen Dei, & eius descriptiones

Tertiò, quia intellectus noster ponit discrimẽ inter id, cui significando impositũ est nomen Dei, & significata huiusmodi orationum, Entis independentis, Actus puri, & cæterarũ huiusmodi: alius igitur conceptus respondet nomini Dei; alij verò his, & alijs quasi descriptionibus Dei.

A nomine, &

Quartò, quia significatio nominis non differt à significatione conceptus,

Digitized by Google

ptus, nisi vt significatio ex impositione, à significatione naturali; alioqui in idem tendunt nomen, & conceptus, nisi quòd conceptus id facit immediatè, nomen autem medio conceptu; ergo si quid purè, & syncerè significatur nomine, id ipsum purè representatur conceptu, atque adeò longè meliùs, cùm immediatè, & ex natura sua illud significet. conceptus significatione.

Quintò, quia nomen Dei est incomplexum, vt omnes concedunt; nõ respondet igitur huic nomini, nisi simplex conceptus, quandoquidem complexio, & incomplexio nominum ex conceptu pendet, vt patet apud Dialecticos. At dicunt, Quòd hoc nomine audito non formemus simplicem conceptum, causam non esse ipsam eius significationem, sed imbecillitatem nostri intellectus, qui non potest syncerè concipere, quod syncerè significatur. Quasi verò nominis significatio sit quicquam aliud, quàm rei significatæ mediante conceptu repręsentatio; aut nomina Diuina sint Deo imposita, vt illis vtãtur ij soli, qui diuinã essentiã intuentur, quos tãtùm hi auctores existimant, posse syncerè diuinã naturã cõcipere. Ex eo, quòd nomen Deus est incomplexum.

Sextò, quia qui nomen Dei audiunt, veramque eius vocis significationem intelligunt, eundem omnes conceptum formant: vnico enim nomini vnicam significationem habenti, vnus tantum conceptus respõdeat necesse est, si est verus ac germanus: at conceptus cõplexi Diuinę naturæ proprij, non sunt vnus tantùm, sed multi, & varij: igitur conceptus, qui proposito nomini respondet, non est complexus, sed quędam Diuinæ naturæ simplex notio. Quòd si quis contendat, huic nomini certum aliquem conceptum respondere complexum, atque illum dicat esse v. g. entis independentis; præterquam quòd nulla ratione id defendet (cur enim non potiùs sit entis infiniti, actus puri, aut alicuius alterius complexionis?) illud quoque incommodum admittere cogetur, propositionem hanc, Deus est ens independens, esse omnino identicam, si enim ita res habet, idem omnino conceptus respondebit subiecto, qui prędicato; quod nemo nisi absurdissimè concesserit, cùm à posteriori demonstretur, imò etiã à priori ex infinitate Diuinę naturæ. Non igitur synceriùs significatur res per nomẽ, quàm per conceptũ, sed eadẽ est vtriusque significatio, quod ad syncerităt attinet, respectu eius rei, ad quam præcipuè significandam impositum est nomen. Dico autem, pręcipuè, quia nomen non est primò impositum ad significandum conceptũ, sed rẽ ipsam, iuxta illud Aristotelis initio Elenchorũ, Quia res (inquit) in disputationẽ afferre nõ possumus, nominibus pro rebus vt signis vtimur. Cap. 1. Ex communi concipiendi modo. A quodam incommodo. Eandem esse nominis, & conceptus significationẽ quoad syncerităt.

Dictum est igitur, conceptum, qui respondet huic nomini Deus, & alijs omnibus, quæ ipsi diuinę naturæ imposita sunt, non esse complexum, etiam in hac vita, sed simplicem, & qui nec conceptum negationis, nec relationis includat, tametsi à nobis necessariò explicetur per negationem aliquam, aut relationem, quæ sit Diuinæ naturæ propria; nec probandũ esse, quod Scotus ait, puriùs significare nomina, quàm cõceptus, qui nominibus respondent. Cæterum eiusmodi conceptum, Explicatur magis uera sententia de Dei nomine, & conceptu.

quem

quem de Deo habemus, & si est proprius Diuinæ naturę, non esse tamen quiditatiuum, quia non illam representat distinctè, sed confusè, non quidem ea ratione sola, quia simplex sit (etenim conceptus Beatorum simplex quoque est, & tamen est quiditatiuus, quod per illum omnes Diuinæ perfectiones clarè, ac perspicuè cognoscantur cognita vnica, & simplicissima Dei essentia) sed quia per eum nec concipimus omnia Diuina attributa, quæ, vt dictum est, continentur in Diuina essentia, nec ipse resultat ex perceptione omnium diuinorum attributorum. Nam hoc etiam posteriori modo, si possibilis esset, dicere possemus illũ esse quiditatiuũ, quo pacto quiditatiuus est is simplex conceptus hominis, qui nascitur ex conceptu definituo humanæ naturæ. Postquam enim definitiuè aliquid cognoscimus, tum demum possumus formare conceptum simplicem totius essentiæ, qui suo modo sit quiditatiuus. Neque enim is iam differet ab eo quiditatiuo, de quo hactenus loquuti sumus, vt prorsus nõ quiditatiuus à quiditatiuo, sed ut quiditatiuus secundarius, & cõsequutiuus à quiditatiuo primario, & qui magis propriè quiditatiuus appellatur. Vnde collige, imperfectiorem esse conceptum simplicem definiti, antè quàm definiatur, quàm post definitionem, quemadmodum imperfectior est assensus cõclusionis antè quàm ea demõstretur, quàm post demonstrationem: potestque prior conceptus quodammodo appellari quid nominis, quia ex ipsa nominis significatione nascitur; posterior autem quid rei, quòd resultet ex distincta cognitione quiditatis rei.

Conceptum beatorum de Deo simplicẽ, & quiditatiuũ esse.

Duplex genꝰ cõceptus quiditatiui.

Ad id autem, quod Scotus ait de nominibus substantiarum, dicendũ est, quemadmodum substantiæ syncerè nominibus significantur, ita posse syncerè cõcipi, etiamsi per cætera, quæ substantiæ non sunt, veniatur in simplicem substantię latentis conceptũ, eodemque modo dicendum est de nominibus characterum hebraicorum impositis ab eo, qui hebraicè nescit, seu potiùs de nominibus vocum earum simpliciũ, quę characteribus significãtur. si enim ille syncerè eas voces significare instituit, syncerè quoque concipit, tametsi confusè: imponit enim primum vocabulum primę voci simplici hębraicæ linguæ, quæcunque illa sit; secundum verò secundæ, & ita cętera deinceps, quemadmodum imponimus nomina rebus absentibus, quas nunquam vidimus, vt tartaro, aut cœlo Empyreo.

Solutio argumentorũ Scoti.

Ex his collige, conceptum Dei simplicem, siue incomplexum, quem in hac vita de natura Diuina habere possumus, non esse difficilem. Audita enim qualibet velut descriptione Dei, cuiusmodi sunt illę, Ens infinitum simpliciter, Causa prima, Id, quo maius cogitari nequit, & similes aliæ à Philosophis, & Theologis traditæ; nullo negotio possumus formare simplicem conceptum ipsius latentis substantiæ, vt in alijs rebus facimus: eum verò, qui est quasi diffinitiuus, siue quo Deus cognoscitur ex omnibus perfectionibus, quas formaliter continet, non modò esse difficilem nobis, sed etiam impossibilem naturaliter. Qua ratione meritò

Simplicem Dei cõceptũ facilè esse, quiditatiuũ uerò impossibilem naturaliter.

Digitized by Google

ritò dictum est à Veteribus, potiùs à nobis in hac vita cognosci de Deo, quid non sit, quàm quid sit. Vt enim cognoscamus quid Deus non sit, negatione nimirum aliqua, quæ propria sit diuinę essentiæ (de hac enim sola credendum est loquutos fuisse Veteres, cùm de alijs negationibus nulla omnino sit difficultas) satis est vnica negatio dependentię, aut aliæ similes, quæ omnia creata, & creabilia excludant. Vt autem cognoscamus quid Deus sit, percurrere oportet omnia Diuina attributa, quæ infinita & numero, & perfectione esse diximus, tametsi non desint, qui numero finita esse velint. Atque eodem videtur spectare illud Ciceronis libro primo de Natura Deorum, Rogas me (inquit) quid, aut qualis sit Deus, auctore vtar Simonide, de quo cùm quæsisset hoc idem tyrannus Hiero, deliberandi causa diem postulauit; cùm idem ex eo postridiè quæreret, biduum petiuit; cùm sæpius, duplicaret numerum dierum, admiransq; Hiero quęreret, cur id faceret, quia (inquit) quantò diutiùs cogito, tantò mihi res videtur obscurior. Rectè autem dixit obscurior, quia cognitis vtcunque quibuslibet attributis semper supersunt infinita cognoscęda, atque insuper nullum omnino est, quod percipi possit, vt in Deo est, sed vt est Deo & creaturis analogicè commune.

Cur de Deo in hac uita potiùs quid non sit, quàm qd sit, cognoscamus.

Dictum Simonidis de Deo.

## *Quo pacto cæteræ substantiæ separatæ à nobis cognoscantur.*

## SECTIO QVINTA.

Sectione 3.

QVOD verò attinet ad cęteras substantias separatas, Prima Assertio sit; Multò pauciora quiditatiua prędicata de illis, quàm de Deo à nobis in hac vita cognosci. Id quod ex eo probatur, quia quiditatiua Dei prædicata sunt infinita, quorũ nos etiam plurima cognoscimus, vt ex dictis apertum est; de cæteris autem substantijs separatis duo tantùm genera sub ente nouimus, substantiam, inquam, & substantiam incorpoream, cùm sub his nullũ aliud præterea determinatè percipiamus, vt paulò pòst patebit.

Prima Assertio.

Secunda Assertio sit, Aliqua earũ quiditatiua prędicata multò meliùs, quã quiditatiua Dei prędicata percipi. Hæc assertio ex eo primùm patet, quia aliqua earũ quiditatiua prædicata sunt pluribus rebus vniuocè cõmunia, nempè earũ generata, & differẽtię; Dei autẽ nullũ quiditatiuũ prędicatum vniuocũ est, sed omnia sunt analoga, quę vt minorem vnitatẽ habent, ita minùs bene à nobis percipiuntur. Deinde, quia aliqua earũ quiditatiua prędicata sunt finita, & limitata ad certũ genus; quiditatiua autẽ Dei prædicata omnia sunt indifferentia ad naturã finitam, & infinitã. Dixi [Aliqua earum quiditatiua] non autem [omnia] quia non nulla etiam sunt communia Deo, & creaturis, vt ens, substantia, incorporeum, & substantia incorporea, seu spiritus, si modò in commune sumantur, qua ratione sunt ad naturam finitam, & infinitam indifferentia.

Secunda Assertio.

Nullum quiditatiuũ Dei prædicatum certo generi addictũ esse.

Tertia Assertio; Ex quiditatiuis prædicatis substantiarum separatarum

Tertia Assertio.



Digitized by Google

solam substantiam quiditatiuè à nobis in hac vita cognosci posse. Hæc assertio ex eo probatur, quia conceptus entis,& cæterorum, quæ Deo,& creaturis sunt communia,si confusus quidem sit, & solùm quid nominis, vt à quibusdam appellatur, perspicuum est non esse quiditatiuum: si verò sit distinctus, vt potè, quo determinatè percipiantur naturę omnes, quæ immediatè ijs nominibus significantur (neque enim naturam aliquam vnam communem significare posunt,cùm analoga sint omnia) non potest ille à nobis haberi non modò naturaliter, sed ne supernaturaliter quidem. Est enim proprium Dei, naturam suam,& omnium simplicium entitatum possibilium, quę eiusmodi nominibus significantur, percipere. Nec verò substantiam incorpoream, quatenus incorporea est,aut vllum inferius prædicatum quiditatiuè cognoscere hic possumus. Substantia enim incorporea, vt talis est,nec continetur formaliter in essentia substantiarũ corporearũ, cùm de illis nõ prædicetur essentialiter; nec item eminenter,hoc est altiùs,& excellentiùs, quo pacto effecta cõtinentur in suis causis efficientibus æquinocis, siue superioris ordinis,cùm substantiæ corporeæ non sint superiores, & perfectiores incorporeis;nec denique participatiuè participatione adæquata, quo pacto causa continetur in effectu adęquato,quiq; totã causæ virtutẽ quasi exhaurit,quippe cùm effecta substantiarum incorporearum non reperiantur adæquatè in rebus corporeis. multa enim agere posunt incorporeæ substantiæ extra res corporeas, & sensibiles. Cùm igitur substantia incorporea non possit à nobis quiditatiuè cognosci per corporeas, nisi aliquo ex his tribus modis in eis contineatur; efficitur, vt non cognoscatur à nobis quiditatiuè, vt incorporea est, præsertim si completa sit, de qua tantùm loquimur. Quod addiderim propter formam humanam, de qua paulò pòst non nihil dicendum.

A solo Deo haberi posse quiditatiuum cõceptum entis.

Cur substantia incorporea, qua talis est, non possit à nobis quiditatiuè cognosci.

Cur nullum prædicatum sub incorporea substantia.

Nullum autem earum quiditatiuum prædicatum sub incorporea substantia cognosci à nobis posse in hac vita, duobus argumẽtis patet. Vno, quia fieri non potest, vt inferior natura quiditatiuè cognoscatur,cùm superior quiditatiuè non cognoscitur; idquod facilè colliges ex quiditatiuæ cognitionis explicatione initio proposita. Altero, quia quæ non possunt determinatè cognosci in hac vita, minùs poterunt quiditatiuè; prædicata verò,quæ sub incorporea substantia continẽtur, non posse determinatè cognosci,ex eo ostenditur, quia nihil peculiare de substantijs incorporeis colligere possumus in hac vita, nisi ex earum effectis; nullum autem eorum cognoscimus, aut cognoscere posumus naturaliter, quod nos ducat in certam aliquam speciem, aut indiuiduum substantiæ incorporeę. omnia enim proueniunt ab earum potentia intellectiua, appetitiua, & motiua, quæ quidem omnibus substantijs separatis communes sunt,nullamque peculiarem naturam siue specificam sub incorporea substantia,siue indiuidualẽ nobis designant; nisi quòd Aristoteles ex motu orbiũ cœlestium,ab illis profecto quadraginta septem esse

Sect. 1.

substantias

Digitized by Google

cap. 8. à tex. 42. substantias separatas colligit libro duodecimo, non tamen determinatè hanc, & illam &c. quas etiam easdem confusè docet specie distingui, vt eo loco patebit, non ostendens, qua differentia vnaquęque species earum ab alijs distinguatur.

Ex his apertum est, si quod substantiarum separatarum quiditatiuum prædicatum, quod vniuocum sit, naturamque vnam significet, quiditatiuè cognosci à nobis potest in hac uita, illud esse solum genus summum prædicamenti substantiæ. Quòd autem illud reuera à nobis quiditatiuè cognoscatur, aut cognosci possit, ex eo primùm patet, quia alioqui nullam quiditatiuã cognitionem substantiarũ corporalium, & sensibiliũ habere possemus, cùm tamen Physicus supponat quiditatiuã cognitionẽ entis naturalis inuentam à primo Philosopho; & definiendi præcepta maximè propter substantias sensibiles, & corporeas tradita sint. Deinde, quia definitiones omnium, siue substantiarum, siue accidentium resoluuntur vltimò in substantiam genus summũ, tanquam in primum omnium fundamentum, cùm substantiæ omnes per illud, accidentia autem per substantias definiantur. Hinc enim fit, vt si quicquam, siue substantiarum, siue accidentium quiditatiuè cognoscimus, necessariò concedendum sit, substantiam genus summum quiditatiuè à nobis percipi. Non loquor autem de sola ea quiditatiua cognitione, quæ per genus, & differentiam habetur, sed de ea, qua nihil essentiale rei non intelligitur, etiamsi rei natura sit simpliciter simplex, qualis est generum summorũ, ac differentiarum omnium; & cognitio etiam ipsa sit simplex.

Dari posse quiditatiuam cognitionem generis summi prædicamenti substãtiæ.

Omnium substantiarum, & accidentium definitiones resolui in substantiam genus summũ.

Ex his planè infertur, non posse substantias separatas quiditatiuè à nobis in hac uita cognosci, de qua re quæstio instituta erat. Nec dubium esse debet, quin ea ab Aristotele hoc loco similitudine vespertilionum breuiter explicata sit, si modò similitudo intelligatur, ut eam in superiori quęstione exposuimus.

Consectariũ.

## *Dilutio quorundã obiectorum contra tertiam Assertionem.* SECT. VI.

In 1. d. 3. q. 1. SED contra hanc tertiam Assertionem se offert primùm sententia Scoti, qui asserit, ens cõmune Deo, & creaturis, substantijs, & accidentibus cognosci à nobis quiditatiuè. Quod ex eo probat, quia est aliquid simpliciter simplex, quodque non possit partim cognosci, partim ignorari. Item, quia est vniuocum rebus omnibus, ac proinde abstrahi potest à qualibet earum quiditatiuè cognita.

Quo pacto Scotus probet, posse ens à nobis quiditatiuè cognosci.

Deinde illud obijcitur, quod adiungit idem auctor, substantiam genus summum non posse à nobis in hac vita quiditatiuè cognosci. Id, quod ex eo ostendere conatur, quia non datur in hac uita species vlla intelligibilis, quæ sit propria substantię (vt ipse putat) sed solius accidentis sensibilis, à quo solo sensus nostri immutantur. Nam si in nobis, inquit, gigneretur species substantiæ, non gigneretur vtique species panis

Quo pacto, substantiã genus summum non posse.



Digitized by Google

cùm in hostia cõsecrata percipimus propria panis accidẽtia, utpote quibus iã nõ subest panis substãtia; quo fieret, ut naturaliter cognoscere possemus, nõ esse iam ibi substantiã panis, quo pacto cognoscimus, non esse lumen in aëre, cũ aspectus noster apertis oculis nõ immutatur à lumine.

Ex ea cognitione, quam habemus de forma humana.

Tertiò, sic obijci potest. Forma humana cognoscitur à nobis quiditatiuè, alioqui non cognosceremus quiditatiuè naturam humanam, quam tamen uel maximè uidemur quiditatiuè cognoscere, ut patet ex ipsa hominis definitione, quam passim in ore habemus, & in exemplum quiditatiuarum afferimus: igitur non est cur cæteras substantias incorporeas, quatenus incorporeæ sunt, cognoscere non possimus. Quòd si dicas, non esse parem rationem, eo quòd nihil sit nobis ipsis familiarius & notius; contrà uerò nihil à consortio humano remotius, quàm substantię separatę; sic potest contrà obijci, Nihil iam hoc pacto habere momenti ea argumenta, quę desumpta sunt ex immaterialitate substantiarũ separatarũ, quãdo præcipua pars hominis, etsi immaterialis est, quiditatiuè tamen cognoscitur. Quare, aut negandũ esse formã humanam cognosci à nobis quiditatiuè, aut concedendũ, omnes omnino formas immateriales, etsi separatę sint, posse à nobis in hac uita quiditatiuè cognosci.

Solutio argumentorũ, quę contra rectã assertionem apposita erãt.

Ad primum tamen negandum est, nomine entis significari aliquid simpliciter simplex, quod sit omnibus entibus commune, sed dicendũ, significari immediatè infinita simpliciter simplicia, ut Deum, genera summa, & omnes per se differentias; proinde fieri non posse, ut ens à nobis quiditatiuè cognoscatur, nisi hęc omnia cognoscamus, quod tamen fieri nequit, non modò in hac uita, sed ne in futura quidem. Præterea, etsi simpliciter simplicia non possunt, partim cognosci, partim ignorari; tamen non continuò sequitur, ea, quandocunque cognoscuntur, quiditatiuè cognosci. Nam, etsi hoc verum est, cùm cognoscuntur per intrinseca, non est tamen verum, cùm per extrinseca, & quę illis accidunt. Negandum quoque est, esse ens vniuocum, siue sumatur, ut commune Deo, & creaturis, siue vt substantijs, & accidentibus, quod faciendũ esse patebit lib. 4. Ex qua re efficitur, falsum quoque esse, quod Scotus ait, posse ens abstrahi à quauis re quiditatiuè cognita. Id enim, quod vniuocum, & differentijs quibusdam ad partes subiectas contractum non est, abstrahi vt vniuersale à particularibus non potest.

Ens neque Deo, & creaturis, neque substantijs, & accidentibus vniuocũ esse.

Ad secundum dicendum est, primùm quidem, non deesse Philosophos, qui ad intelligendum species intelligibiles necessarias esse negẽt; proinde eam rationem non ab omnibus approbandam. Deinde, multa esse, quę per species aliorũ intelligi posse dicantur, vt, quorundã sentẽtia, proprietates per species earũ rerum, quarũ sunt proprietates. Atq; hoc pacto dicet fortasse aliquis, quemadmodũ substantia per accidentia, tanquam per instrumenta gignitur, ita quoq; per species intelligibiles accidentiũ posse quiditatiuè cognosci. Deniq;, vt admittamus nullã substantiam quiditatiuè cognosci, nisi per speciẽ intelligibilẽ substantiæ propriã; negandum

In his est Dur. in 2. d. 3. q. 6 & in 4. d. 49. q. 2. & alij nonnulli.

Digitized by Google

negandũ tamen est, solas species intelligibiles sensibilium imprimi in nostrũ intellectũ in hac vita. Nam cùm accidentia sensibilia agant in nos nõ modò virtute propria, sed etiam virtute substantię, consequens est vt eorũ actione gignantur in nobis non modò species intelligibiles eorũ proprię, verùm etiam substantiarũ, quarum sunt accidentia, quod lib. 7. apertiùs intelliges; quo loco argumentũ desumptũ ex absentia substantię in hostia consecrata, plenius dissoluemus. Nunc illud breuiter dicimus, non esse negãdũ gigni in nobis, ea sensibus percepta, speciem intelligibilẽ panis, si antè genita nõ sit; agunt enim accidẽtia illa virtute præcedentis substantię panis. Atq; hinc fit, vt qui sequuntur sensuum iudicium, & intellectũ à sensibus ductum, iudicent esse sub ijs accidentibus substantiam panis. Eiusmodi autem iudicium etsi temerarium non est, si sola natura consulatur, est tamen ea ratione deceptioni obnoxium, quia potentia diuina fieri potest, vt accidentibus panis non subsit panis substantia. Itaque vbi de rei præsentia verè iudicemus, non satis est species intelligibilis illius, sed necessaria quoque est eius existentia.

*In intellectu nostro nõ modo accidentium, sed substantiarũ etiã species intelligibiles reperiri.*

Ad tertium, si id quidem verum esset, quod nonnulli aiunt, in forma humana, quatenus humana est, esse duos gradus essentialis perfectionis, eamq; secundum alterum esse actum corporis; secundũ alterum verò separabilem à corpore, facilè responderi posset, cognosci eam à nobis in hac vita quidditatiuè, quatenus est actus corporis, nempè cognitis adequatè eius operationibus, quas in corpore exercere potest; non autem quatenus est à corpore separabilis, quòd eas operationes, quas extra corpus exercet, nondum cognoscamus. Verùm sententia hæc nulla ratione probanda est. Primùm, quia anima nostra, vt specie distinguitur à cæteris, quę sub eodem immediato genere continẽtur, vnum tantùm gradum essentialem generi adiungit, differentia nimirum ipsam specificam; in differentia autem specifica, cùm sit simpliciter simplex, fingi nullo modo possunt diuersi gradus essentiales, sed nonnunquam accidentarij secundùm magis, & minùs, atque hoc in ijs tantùm formis, quæ magis, & minùs susciplunt, vt in calore, aut in albedine. Deinde quia quemadmodum hoc pacto anima nostra secundum aliquid sui esset forma corporis, ita secundum aliquid sui (etiam dum esset in corpore) non esset actus corporis, ac proinde à corpore separata; quod ne fingi quidẽ potest. Tertiò, quia, quẽadmodũ existimant, illam non posse esse actum corporis secundùm eum gradũ, quo est separabilis à corpore, ita necessariò fateri debent, nõ posse esse separatam secundum eum, quo est actus corporis; alioquin superuacaneus esset alter gradus, quẽ ponunt: quare fieri non potest, vt anima separetur à corpore, nisi huiusmodi gradũ essentialẽ in ipsa separatione amittat, ideſt, aliquid propriæ substantiæ; imò verò totum illud, quo erat actus corporis, quod certè nihil est aliud, quã formã humanam prorsus mortalẽ facere. nullo igitur modo audienda est opinio hęc; tametsi eius auctores minimè videntur aduertere, quæ absurda eam consequantur.

*Sententia quorundã de duplici gradu essentiali humanæ formæ.*

*Impugnatio.*

*Absurda, quæ hanc opinionem consequantur.*

Caietanus

Digitized by Google

opinio Caiet. de cognitione quiditatiua animæ rationalis.

Caietanus in loco superiùs citato videtur asserere, posse omnino à nobis in hac vita formam humanã quiditatiuè cognosci, quòd propria eius virtus, quæ in intelligendo posita est, percipi à nobis possit: & forsitan addidisset, si ea de re fusiùs egisset, modum intelligendi, quem illa habere potest à corpore separata, esse accidentarium: proinde, etsi illum in hac vita non experiamur, nihil tamen impedire, quominus quiditatiuè illam intelligamus; præsertim cùm cognoscamus, operationes intellectus ex suo genere non pendere à corpore, & posse sine adminiculo phantasmatum exerceri, idque in hac uita nonnunquam experiantur ij, qui rerum excellentium considerationi dediti sunt; vt suprà diximus, cùm phantasmatum vsum per accidens concurrere in percipiendis naturis vniuersalibus asseruimus. Aegidius quoque Romanus in hunc librum, etsi negat, posse substantias separatas in hac vita à nobis quiditatiuè cognosci; id tamen videtur concedere de anima intellectiua; quia, etsi nec de actu intelligendi, nec de intellectu ipso habeamus phantasmata; sunt tamen, inquit, actus intelligendi, & intellectus ipse proportionati rebus, de quibus habentur phantasmata: quod satis esse censet, vt eorum quiditatiuam cognitionem habere possimus. Cohærere autem videbitur hæc opinio cum ea D. Tho. qua putat, animam separatã à corpore, nec distinctiùs, nec meliùs intelligere naturaliter, quàm cùm exiſtit in corpore. Si enim ita res habet, profectò cùm idẽ eodẽ loco fateatur, animã cuiusque separatam posse quiditatiuè se ipsam intelligere, potiori ratione id videbitur dicendum de ea adhuc existente incorpore.

De Ente & essent: cap. 6. q. 14.

Cap. 2. q. 3. Sect. 6. Aegid. hoc loco q. 15.

Eadem opinio Aegidij Romani.

1. p. q. 89. ar. 1.

Dubitatur de proposita opinione.

Hęc tamen sentẽtia non parũ dubia est. Primùm, quia cùm tam multa controuersa sint apud Philosophos & veteres, & recentiores de ipsa animæ substantia, de eius origine, & duratione, nec eius quiditatiua cognitio tanta adhibita diligentia adhuc sit planè comperta; verisimile nõ videtur, haberi posse naturaliter in hac vita quiditatiuã eius cognitionẽ. Alia ratio de ea est, cùm separata erit à corpore. Intelliget enim, atque adeò experietur, se esse substantiam, hoc est, per se potentem cohærere sine corpore, & alia omnia, quæ ad quiditatiuam sui cognitionem pertinent. Deinde, quia etsi in hac vita vtcunque cognoscimus, & aliqua ex parte experimur, posse aliquando animam nostram sine phantasmatibus intelligere; non omnino tamen eum intelligendi modum percipimus, quem anima extra corpus habitura sit, præsertim in intelligendis rebus materiæ expertibus: non percepta autem omnino virtute intellectus, non possumus quoque animam ipsam quiditatiuè intelligere. Postremò, quia nõ videmur habere posse quiditatiuã substantiarũ cognitionẽ in hac vita, nisi quarũ habemus species intelligibiles; animæ autẽ nostrę, vt intellectiua est, non possumus in hac vita speciem intelligibilem habere, cùm ipsa nec sensibilis sit, vt eius phantasmata habere possimus, neque eius specifica differentia contineatur in substantia vlla sensibili tanquam superius in inferiori, vt per eius speciem representari possit.

Non omnino percipi i hac uita modum intelligendi animæ separatæ.

Fortasse

Digitized by Google

Fortasse igitur dicendum, non posse cognosci animam nostram à nobis quiditatiuè in hac vita, quatenus intellectiua est; neque incommodū esse aſserere, naturam humanam, quatenus humana est, non posse à nobis quiditatiuè percipi, dum anima est in corpore, quia nec tota vis formæ intellectiuæ percipiatur. Alia ratio est de cęteris formis substantialibus, quæ cùm operari non valeant extra corpus, non est cur non possimus totam earum virtutem in hac vita percipere. Atque idem videtur sentire D. Tho. cùm docet, animam nostram cognoscere se in hac vita per species aliarum rerum; post separationem verò per suam essentiam, & sine specie, quo pacto cæteræ substantiæ separatæ se ipsas intelligunt. Quod verò idem ait, non distinctiùs, nec meliùs animā extra corpus, quā in corpore intelligere, de rebus tantùm sensibilibus dictum esse, accipiendum est: tametsi ne id quidem videtur vsque quaque asserendum. Minùs autem id, quod addit, non posse animam separatam intelligere naturaliter vllam separatarum substantiarum, vsque ad vltimas differentias, seu, quod idem est, quiditatiuè. Si enim illi infunduntur naturaliter species, quibus intelligat substantias separatas, cur non per eas intelliget specificam earum distinctionem, præsertim cùm species illæ talis naturę sint, vt per eas indiuidua etiam percipi possint, vt ipse ait? An quia intellectus noster non est speciebus illis proportionatus, vt inquit? at si est proportionatus, vt eas naturaliter accipiat, cur non etiam vt per eas intelligat? Itaque, etsi hæc nobis nunc occulta sunt, verisimilius tamen fortasse videbitur, posse animam separatam, non modò seipsam, sed alias etiam substantias separatas, saltem complures quiditatiuè intelligere: id, quod & ratio suadet, & Philosophi cōmuni cōsensu dicunt. Quòd si tunc anima substantias etiam separatas quiditatiuè cognoscere potest, quas nunc quiditatiuè non percipit; cur non multa quoque alia entia sensibilia distinctiùs intelligat? Hæc de proposita dubitatione se obtulerunt hoc loco. Quicquid tamen de ea omino dicendum sit (de qua libro duodecimo commodiùs disputari potest) longè profectò alia ratio est de substantijs separatis, quę nequeunt esse formæ corporum, atque de anima humana, quæ & vera forma corporis humani est, & essentialis pars humanę naturæ, & cuius denique opera omnia, si non exercere, saltem percipere in hac vita forsitan possimus.

Cur anima humana videatur in hac vita quiditatiuè percipi non posse.

Cur aliæ formæ possint.

1. p. q. 89. ar. 2.

Eodem loco art. 2.

Nonnulla de cognitione animæ separatæ.

Magis probatur opinio, quæ in anima separata quiditatiuā substantiarum separatarum cognitionē concedit.

## *Solutio argumentorum affirmatiuæ partis.* SECTIO VII.

AD primum igitur pro parte negatiua propositum argumētum dicendum est, nullam formam naturalem, quia cōiuncta sit cum propria materia, impediri à propria operatione, quæ ab ea, vt à forma naturali, profluat, sed potiùs iuuari: at cognitionem quiditatiuam substantiarum separatarum non esse propriam operationem animæ nostrę, vt forma naturalis

Digitized by Google

turalis est, sed vt participat conditionem substantiarum separatarum, quę non numerantur in formis naturalibus. Neque verò felicitatem humanam præcipuè consistere in cognitione illarum quiditatiua, sed in ea, quam naturaliter in hac vita assequi possumus. Sed neque illam felicitatem naturalem, quam anima extra corpus habet, qua sanctorum Patrum animæ ante passionem Christi fruebantur. Neque enim quiditatiua Dei cognitio possibilis est naturaliter, etiam post separationem animæ à corpore, vt dictum est. Quòd autem felicitas humana ponitur perfecta hominis operatio, de perfecta possibili secundum naturam, non de perfecta absolutè, aut extraordinario Dei munere intelligitur.

Qua in re cõsistat felicitas humana contemplatiua.

Sectione 3.

Ad secundam distinguit Caiet. obiectum adæquatum, in adæquatum extensiuè, & intensiuè; adęquatum extensiuè ait esse illud, ad cuius omnes, ac solas partes subiectas potentia quomodocunque extendi potest, quo pacto luminosũ dici potest obiectũ visus noctuæ, quòd solem quoq; ipsum aliquo modo percipere valeat. Atque hoc pacto ens est obiectum adęquatum intellectus nostri. namque omnia entia vtcunq; possumus intelligere, etiam Deum ipsum; & sola ea, quæ sunt, sub intellectum cadere possunt. Adæquatum intensiuè appellat illud, quod omnia & sola ea complectitur, in quæ potentia perfectè ferri potest, quo pacto obiectum visus noctuæ est lumen nocturnum, vel tale, quale est nocturnum, quòd noctua illud omne, ac solum perfectè intueri possit. Atque hoc pacto ens corporeum, siue sensibile est adęquatum obiectum intellectus nostri corpori adhuc vniti, quòd omnia ac sola entia sensibilia perfectè intelligere possimus. Potest in eodem sensu distingui adæquatum obiectum in adæquatum vtcunque, & adęquatum conuenienter ad naturam & modum potentię: quo pacto luminosum est vtcunque adęquatum obiectum sensus nocturnarum volucrum; nocturnum autem, aut nocturno simile, adęquatum conuenienter earum videndi facultati. Quicquid ergo continetur sub obiecto adęquato potentię, eo modo sub illam naturaliter cadit, quo illud est adæquatum. At substantiæ separatæ, etsi cadunt sub obiectum quomodocunque adęquatum intellectus tantùm; non cadunt tamen sub adæquatum conuenienter ad naturam, & modũ intellectus corpori adhuc coniuncti. quo fit, vt mirum non sit, si quiditatiuè à nobis intelligi nequeant. Id autem, quod additur; Quod magis participat obiecti rationem, id magis cadere sub potentiam; non est verum vniuersè, remotis etiam impedimentis; nisi potentia accipiatur indefinitè, aut pro perfectissima; vt sit sensus, Cui magis ratio rei obiectę conuenit, id magis cadit sub aliquam potentiam earum, quæ circa illam versantur, aut certè sub perfectissimam. Quo pacto Deus, cui maximè conuenit ratio entis, maximè cadit sub intellectum aliquem, vtpote sub diuinum; & sol, qui maximè participat rationem visibilis, maximè cadit sub aliquem aspectum, cuiusmodi est aspectus aquilæ.

Duplex obiectum adęquatum intellectus, quidque adæquatũ extensiuè.

Caiet. 1. p. q. 12. ar. 4.

Quid intensiuè adæquatũ.

Eadem diuisio adæquati obiecti alijs uerbis tradita.

Quo pacto intelligi debeat, id magis sub potẽtiam cadere, quod obiecti rationem magis participat

Ad tertiam dicendum, & si aliqua realis similitudo interdum requiritur

ſitur in ſubiecto potentiæ, tamen pronunciatum illud Philoſophorum abſolutè ac ſimpliciter ſumptum, de intentionali intelligendum eſſe, vt verum ſit. A nonnullis enim, qui omnia in omnibus eſſe volebant, perperam de reali intellectum, & vſurpatum eſt. Cauſa verò, ob quam ſpecies intelligibiles ſubſtantiarum ſeparatarum acquirere non poſſumus, hæc eſt, quia nulla accidentia ſenſibilia illis inhærent, vt virtute ſubſtantiarum ſubiectarum noſtros ſenſus moueant, phantaſmataque earum in nos imprimant, quorum actione ſpecies earum intelligibiles gignantur.

Cur in hac uita ſubſtantiarum ſeparatarum ſpecies intelligibiles habere. nō poſſumus

Ad quartum dicendum eſt, non eſſe in nobis appetitum naturalem ad ſubſtantias ſeparatas in hac vita quiditatiuè cognoſcendas, tametſi eſt ad eas cognoſcendas in futuro animæ ſtatu, quatenus anima ſeparata naturaliter poteſt. Nec verò Deū fruſtrà nobis exhibuiſſe hoc ſenſibile ſpectaculū cauſa cognoſcendarū rerum illius excellentis generis naturæ expertium. Quanquā enim hæc diuinarum illarum ſubſtantiarū effecta intelligere, non eſt intelligere Deū, & cęteras ſubſtantias ſeparatas; tamen huius generis cognitionem per intelligentiam illius inferioris nanciſcimur.

Ad quintum dicendum eſt, ea, quæ ſunt omnino abſtracta à materia, non ideo à nobis quiditatiuè intelligi non poſſe, quia non ſint magis intelligibilia, quàm materialia, quippe cùm hęc, vt intelligantur à nobis, abſtractione aliqua opus habeant; ſed quia non poſſunt per ſe mouere ſenſus noſtros, per quos in hac vita omnem cognitionem comparamus. Mouent enim nos ad ſui cognitionem, per ſua effecta dumtaxat, eaque inadequata, & quæ imperfectè, & incōpletè ipſarum virtutē repreſentāt.

Ad ſextum dicendum eſt, entia immaterialia (etſi ſunt magis actiua, & potentiora, quàm materialia) non poſſe in nos imprimere ſpecies intelligibiles, non ſolùm quia intellectus noſter alligatus adhuc corpori non eſt naturaliter capax earum ſimilitudinum intelligibilium, quas per ſenſus haurire non poteſt; ſed fortaſſe etiam, quia ſpecies intelligibiles rerum immaterialium non imprimuntur ab obiectis, ſed more proprietatum profluunt ab ipſis ſubſtantijs incorporeis, quibus inhærent, quo pacto profluēt ab anima, cùm primùm à corpore ſeparabitur. Quo fit vt eiuſmodi ſpecierum productio ſoli conditori immaterialiū ſubſtantiarū tribuenda ſit, quo pacto reliquarum proprietatum generatio tribuitur cauſæ efficienti naturæ ſubiectæ. De qua re fuſiùs agendum libro 12.

Quarum ſimilitudinum ſit capax intellectus noſter in hac uita.

Ad ea verò, quę ex libro nono, & duodecimo adducta ſunt, dicendum eſt, non eſſe in ijs libris ſermonem de cognitione quiditatiua, ſed de ea, quā loco quiditatiuæ in hac vita habere poſſumus; quanquā Auerroes, & alij nonnulli oppoſitū exiſtimarunt, deluſi cōmento illo copulationis intellectus poſſibilis ſpeculatiuis ſcientijs iam prædití (ſiue, vt ipſi appellant, intellectus adepti) cū intellectu agente ſeparato, quā putant viris doctiſſimis, & virtutibus heroicis ornatis poſſe contingere; cōtra quos ſuo loco diſſerendū eſt. Atq; hæc de propoſita quæſtione dicta ſint, quæ ex ijs, quæ de ſubſtātijs ſeparatis lib. 12. diſputabuntur, planiora fient.

Quorundam Ethnicorum cōmentum.



Digitized by Google

## Capitis secundi Explanatio.

Institutū Aristotelis i hoc capite.

AT uerò a quoddam] Quoniam Arist. in posteriori parte superioris capitis ex eo probauit, cognitionem ueritatis maximè pertinere ad hāc scientiam, quia scientia hæc uersatur circa primas causas, ut docuerat capite 2. primi libri; neque id hactenus ostenderat, quod utroque loco supponitur, dari uidelicet primas causas, seu, quod eodem redit, causarum numerum non esse infinitum; id ipsum iam demonstrat hoc capite. Quod quidem in hoc libello, qui de modo inuestigandæ ueritatis institutus est, necessariò faciendum esse, in præfatione monuimus. Proponit ergo initio capitis duas conclusiones, quæ eodem ordine in progressu probandæ sunt. Vna est, Numerum causarum in eodem genere causæ nō esse infinitum. Altera, Ipsa causarum genera non esse infinita. Itaque necessariò dandam esse primam causam, & principium, tum in quolibet genere causarum, siue progressione recta, ut ait; tum etiam in diuersis generibus, quod est, non esse infinitas specie, siue secundum speciem, ut ipse loquitur.

Ius sententia in quæstione de causarum infinitione.

b Neque enim fieri potest] Proponit distinctè priorem conclusionem adhibitis exemplis ad singula causarū genera, præterquàm ad formalem, quam hic more suo uocat Quod quid erat esse, siue Quod quicquid est. Ideo autem huius generis exempla prætermisit, quia in formis physicis, non facilè occurrit quo pacto quis fingere possit, dari eiusdem rei infinitas formas subordinatas, ac existentes in eadem re, cùm certum sit dari in unaquaq; suprema, & præcipuam, à qua res sumit speciem, & denominationem. In formis autem, quæ uocari solent metaphysicæ, nempe in prædicatis essentialibus, & apertissima erant exempla, & ipse latè id ostenderat primo post cap. 18.

Cur Aristoteles omiserit exempla causæ formalis.

c Ex medijs enim] Alexander ait, Aristotelem hoc loco uti demonstratione uniuersali, ut probet, sursum uersus, hoc est, facto progressu à causa proxima effectui ad causas superiores, ac remotiores, in nullo genere causarum posse dari infinitas. Et quidem, si uerba contextus sola spectentur, non dubium est, quin ad omnia causarum genera accommodari possint. Verùm, quia Arist. initio etiam sequentis argumentationis utitur uerbis generalibus, & tamen ea argumentatio planè pertinet ad causam materialem, ut patebit; crediderim

Alexādri sententia.

### Κεφ. Β'.

Ἀλλὰ μὴν ὅτι γ' ἔστιν ἀρχή τις, καὶ οὐκ ἄπειρα τὰ αἴτια τῶν ὄντων, οὔτ' εἰς διαιρέσεις, ἅτε κατ' εἴδος δῆλον. ἅτε γὰρ ὡς ἐξ ὕλης, τόδ' ἐκ τοῦδε δυνατὸν εἶναι εἰς ἄπειρον. οἷον σάρκα μὲν ἐκ γῆς, γῆν δ' ἐκ τοῦ ἀέρος, ἀέρα δ' ἐκ πυρός, κἄπειτα μὴ ἑστάναι. ἅτε ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως. οἷον τὸν μὲν ἄνθρωπον ὑπὸ τοῦ ἀέρος κινηθῆναι, τοῦτον δ' ὑπὸ τοῦ ἡλίου, τὸν δὲ ἥλιον ὑπὸ τοῦ νείκους, καὶ τοῦτο μηδὲν εἰς πέρας. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ οὗ ἕνεκα εἰς ἄπειρον οἷόν τε ἰέναι, βάδισιν μὲν ὑγιείας ἕνεκα, ταύτην δ' εὐδαιμονίας, τὴν δ' εὐδαιμονίαν ἄλλο, καὶ ἁπλῶς ἀεὶ ἄλλο ἄλλου ἕνεκεν εἶναι. ¶ καὶ ὅτι τῶν ἐπὶ ἓν εἶδος ὡσαύτως.

Textus.

Textus 6.

Τῶν γὰρ μέσων, ὧν ἔστιν ἔξω τι ἔχειν, καὶ πρότερον, ἀναγκαῖον εἶναι τὸ πρότερον ἄπορον τοῦ μετ' αὐτό. εἰ γὰρ εἰπεῖν ἡμᾶς δεῖ τί τῶν ζῴων ἄπορον, τὸ πρῶτον ἐροῦμεν. ἀδένος γὰρ δὴ τόγε ἔχαδον. ἀδένος γὰρ τόγε τελευταῖον. ἀλλὰ μὴν ἀδὲν τὸ μέσον, ἐνὸς γὰρ. ἀδὲν γὰρ διαφέρει ἐν ᾧ πλείω εἶναι, ἀδ' ἄπειρα ἃ πεπεράσμεθα.

Text. 35. Comm. 10.

Digitized by Google

credíderim potiùs, Aristotelem in hac prima ratione nomen causarum pro solis efficientibus accepisse, ut D. Thom. Magnus Alb. & Auerroës existimant; præsertim cùm in toto cap. nulla sit alia ratio, qua conclusio proposita in causis efficientibus ostendatur, ut ostenditur in alijs generibus causarum. Ratio igitur hæc est. Si daretur infinitus progressus in causis efficientibus, facto initio ab ultima, quæ proximè cum effectu cohæret, omnes superiores essent mediæ; si omnes superiores essent mediæ, nulla esset prima; si nulla esset prima, nulla earum esset causa, ne ipsa quidem ultima, quę proximè cohæret cum effectu; igitur si datur huiusmodi progressus infinitus in causis, nulla prorsus est causa efficiens, quod communi hypothesi, & aduersarij etiam propriæ positioni repugnat. Ponit enim Aristoteles cum aduersario, dari extremam causam proximè cohærentem cum effectu, & ipse etiam aduersarius ex propria sententia asserit, dari infinitas superiores illa; quorum utrunque hac conclusione euertitur. Ac prima quidem conditionalis perspicuè ponitur in contextu, sed tamen non probatur, quia satis aperta est. Secunda uerò, quia multò est planior, nec probatur, nec exprimitur. At tertia & exprimitur, & probatur similitudine trium causarum subordinatarum, quarum ultima cohęret cum effectu. Ostendit enim, sublata prima, quæ est causa reliquarum, ut ait, hoc est, à qua reliquæ in causando pendent, reliquas nihil posse efficere. Verùm, quia diceret aliquis, non esse parem rationem in causa una media, atque in infinitis medijs; occurrit Aristoteles, nihil referre, sit ne una causa media, an plures; finitę, an infinitę. Modò enim sint mediæ, necesse est, ut sublata prima omnes desinant esse causæ, ac proinde ipsa ultima, quæ ex medijs pendet.

D. Th. lect. 3. p. 1. Mag. Alb. cap. 6. Auer. com. 6.

Vera interpretatio.

Ratio Aristotelis in causis efficientibus.

Obiectionis dilutio.

## CAPVT II.

Textus 5. *T[a]uerò quoddam esse principium, nec infinitas esse rerum causas, siue progressione recta, siue specie, perspicuum est. Neque[b] enim fieri potest, vt hoc ex hoc, tanquam ex materia in infinitum abeat, veluti caro ex terra, terra ex aere, aer ex igne; atq; huius progressionis nullus sit status. Neque id, vnde est principium motus; vt si homo ab aere moueatur, hic à sole, sol à contentione, & huius progressus nullus sit finis. Eodem modo, neque id, cuius gratia, in infinitum ire potest; vt deambulatio quidem bonæ valetudinis causa sit, hæc autem felicitatis, felicitas verò alterius rei, atque hac ratione semper alterum alterius*

Textus 6. *sit gratia. ¶ Similiter res habet in eo, quod quidque est.*

EX[c] *mediis enim, extra quæ aliquid extremum est, aliquid*[d] *prius, id, quod prius est, eorum, quæ sunt post illud, causa sit necesse est. Si.n. nos dicere oporteat, quod*[e] *nã ex tribus causa sit; primum dicemus. Neq; enim extremũ sanè, cùm ultimũ nullius sit causa. Sed neq; mediũ, cùm sit vnius causa. Nihil.n. interest, vnum ne an plura sint; infinita, an finita: certè*

[a] Aliquid prius] Etsi uerba græca eodem modo habent, tamen Bessario, & Perionius, loco uerbi [Prius] scribunt [Primum] sed in idem redit utraque lectio. quod enim est prius omnibus mediis, id necessariò primum est.

[b] Quod nam ex tribus causa sit] Subaudi, Reliquorum duorum. Quare cùm postea subditur [cùm ultimum nullius sit causa] uerbum [nullius] pro, Neutrius, hoc est; nec primi nec medij, accipiendũ est. Quanquàm illud [nullius] pro, Nullius causæ accipi potest, quemadmodũ post uerba [causa sit] potest subaudiri, Reliquarũ causarũ. Quòd si uelis nomine ultimi, & extremi, in tota hac ratione effectũ intelligere, & nomine medij omnes causas, præter primã; eadem erit uis demonstrationis.



Digitized by Google

τὴν [f] δὲ ἀπείρων τοῦτον τὸν τρόπον, ὅλως τῶ ἀπείρου πάντα τὰ μόρια μέσα ὁμοίως μέχρι τοῦ νῦν. ὥστ' εἴπερ μηδέν ἐστι τὸ πρῶτον, ὅλως οὐδὲν ἔστιν.

Comm. 11.

Probatur D. Thomæ, & aliorum interpretatio.

Textus 7.

Ἀλλὰ [g] μὴν οὐδὲ τοῦτο τὸ πόρρω οἷόν τ' ἔστιν ἐπ' ἄπειρον ἰέναι τοῦ ἄνω ἐχόντος ἀρχήν, ὥστ' ἐκ πυρὸς μὲν ὕδωρ, ἐκ δὲ τούτου γῆν, καὶ ἔτως ἀεὶ ἄλλό τι γίγνεσθαι γλυκύ. διχῶς δὲ γίγνεται τόδε ἐκ τοῦδε (μὴ ὡς τόδε λέγεται) μὲν τόδε, οἷον ἐξ ἰατροῦ ὁλύμπια, ἢ ἐκ παιδὸς ἀνὴρ μᾶλλον τος, ἢ ἐξ ὕδατος ἀήρ. ὡς μὲν οὖν ἐκ παιδὸς ἄνδρα γίγνεσθαί φαμεν, ὡς ἐκ τοῦ γιγνομένου τὸ γεγονός, ἢ ἐκ τοῦ ἀπολελυμένου, τὸ τετελεσμένον. ἀεὶ [k] γὰρ ὄντι μέν τι, ὥσπερ τοῦ ἐόντος καὶ μὴ ἐόντος γένεσις, ἔστιν ὅτε καὶ τὸ γιγνόμενον τοῦ ὄντος καὶ μὴ ὄντος. ἔστι δ' ὁ μανθάνων γιγνόμενος ἐπιστήμων, καὶ τοῦτ' ἔστιν ὃ λέγεται, ὅτι γίγνεται ἐκ μανθάνοντος ἐπιστήμων: τὸ [k] δ' ὡς ἐξ ἀέρος ὕδωρ, φθειρομένου θατέρου. διὸ [l] ἐκεῖνα μὲν οὐκ ἀναγκαῖόν ἐστι πρὸς ἄλληλα, ὁδὶ γίγνεται ἐξ ἀνδρὸς παῖς. οὐ [m] γὰρ γίγνεται ἐκ τῆς γενέσεως τὸ γιγνόμενον, ἀλλ' ἔστι

Lect. 3. p. 2.

f Certè infinitorum] Hoc est, in infinitis, siue rebus actu distinctis, quales ponerentur causæ efficientes infinitæ; siue coniunctis in aliquo toto, ut sunt partes proportionales in magnitudine, & unitates in numero; omnes partes, hoc est, omnia, quę sunt in illa multitudine usq; ad præsentem, id est, usque ad ultimam causam, quæ sensu patet, primamque partem proportionalē, à qua incipit is, qui illas percurrit, & eam unitatem, quæ designaretur in numero, si daretur infinitus; omnes, inquit, eadē ratione mediæ erunt.

g At uerò, neque deorsum] Hoc etiā loco ait Alex. Aristotelem uti generali demonstratione in omnibus generibus causarū, ut probet deorsum uersus, hoc est, posita prima causa, non dari infra illā, seu (quod idem est) inter illam, & effectū, infinitas. Placet tamen magis sententia D. Tho. & aliorum dicentiū, nō agi hoc loco, nisi de causa materiali; nō quidē ea ratione, qua D. Tho. in priori expositione huius loci ait, uerbo [Deorsum] significari causam materialem, eò quòd propriū sit materiæ subijci efficienti, & esse illo inferiorem: uera enim interpretatio eius uerbi est ea, quam ex Alexādro attulimus, ut patet ex contextu; in quam ipse etiam D. Thom. paulò pòst magis inclinat: sed quia exempla, & probatio Aristotelis ad solas materiales causas accommodantur.

Duplex modus, quo aliquid ex aliquo fit.

h Duobus enim modis] Vt ostendat propositum, hanc præmittit diuisionē: Duob⁹ modis aliquid ex aliquo fieri, excluso illo, quo solus ordo temporis designatur, tanquam improprio, & qui nihil attinet ad eos, quibus aliquid ex aliquo, tanquam ex materia fieri dicitur, quo pacto apud Græcos, ludi Olympici dicebantur fieri ex Isthmijs, idest, post Isthmios, & nos fortasse dicere possemus, Pascha fieri ex Quadragesima. Nam, & latinè dicitur, Ex eo die, & Ex eo tempore, hoc uel illud factū esse, pro, Post eum diem, & Post id tempus. Prior modus est, quo aliquid fieri dicitur ex eo, quod perficitur, totumq; manet in eo, quod fit, abiecta imperfectione, ut cùm dicimus, uirum fieri ex puero. Posterior est, quo aliquid dicitur fieri ex eo, quod corrumpitur, nec permanet totum in eo, quod ex ipso fit, quo pacto dicimus aërem fieri ex aqua, eò quòd aqua in generatione aëris corrūpatur, nec maneat in aëre, nisi ratione materiæ primæ. Atq; id quidē, ex quo aliquid fieri dicitur priori modo, appellari potest materia transiens, quod necessariò est materia secunda. Materia enim prima nunquam esse desinit. Itaque puer potest dici priori modo materia uiri, & discens, scientis: aqua uerò posteriori modo materia aëris, qui ex aqua generatur.

Primus.

Secundus.

Quo pacto differant.

i Ac ut ex puero] Ponit hoc discrimen inter membra propositæ diuisionis, Quòd id, ex

ex quo aliquid fiebat priori modo, sit mediũ naturaliter ordinatũ ad id, quod absoluta, & peracta generatione factum est, ut puer ad uirũ, & propterea maneat in cõpositione eius, quod factũ est, ut imperfectum in perfecto, siue ut pars materialis in toto, accepta iam perfectione: id autẽ, ex quo aliquid fiebat posteriori modo, nõ sit mediũ naturaliter ordinatũ ad id, quod peracta generatione confectũ est, sed potiùs, ut terminus, à quo recedebatur, quo pacto aqua se habet ad aërem; atq; ea de causa nõ maneat simpliciter in cõpositione eius, quod fit, quanquam quodãmodo maneat, ratione materiæ. Quòd autẽ id, ex quo aliquid fiebat priori modo, sit mediũ naturaliter ordinatũ ad id, quod peracta generatione cõfectum relinquitur, ex eo ostẽdit Arist. quia ut generatio est mediũ inter esse simpliciter, & non esse simpliciter (quod enim generatur, quamdiu ita generatur, ut nondum genitum sit, id certè, neque omnino iam est, neque prorsus nondum est, sed partim est, partim non est, ut patet in generatione domus) sic etiam id, quod fit priori modo (quod Aristoteles, ut placet Alexandro, explicationis causa uocat id, quod perficiebatur, seu perficitur) est medium inter id, quod est absolutũ, atq; perfectũ, & id, quod nullo modo est; quasi ita accipiens perfectionẽ, ut nõdum planè illam sit assequutum.

Generationẽ esse medium inter esse simpliciter, & non esse simpliciter.

*certè [f] infinitorum hoc pacto, & omnino infiniti partes omnes usque ad præsentem, ratione eadem mediæ sunt. Quare si nihil est primum, nulla omnino causa est.*

**Textus 7.** *At [g] uerò neque deorsum uersus, cùm superiora principium habent, infinitus progressus esse potest, ita ut ex igne aqua, ex aqua terra, eodemq; modo semper aliud quoddam genus fiat. Duobus [h] enim modis hoc fit ex hoc (non ut post hoc fieri dicitur, ueluti ex Isthmijs ludis, Olympici) aut, ut uir ex puero mutationem subeunte; aut ut [i] aër ex aqua.*

**Comm. 12.** *Ac [k] ut ex puero quidem uirum fieri dicimus, tanquam ex eo, quod fiebat, id quod factum est, aut ex eo, quod perficiebatur, id quod perfectum est. Semper enim, quemadmodum generatio inter esse, et non esse, ita id, quod*

**Cap. 4.** *fit, inter id, quod est, & quod non est, medium est quiddam. Qui autem discit, fit sciens, idq; est, quod dicitur, ex discente fieri scientem: ut [k] ex aëre uerò aquam fieri, altero corruptionem subeunte, intelligitur. Quocirca [l] non reciprocantur illa mutuò, nec fit ex uiro puer. Etenim [m] neque id, quod fit, ex generatione fit, sed post*

x Vt ex aëre uerò] Coniicere quoq; hoc loco possumus, ut superiori libro, cùm opinio Democriti, & Leucippi de pleno, & uacuo explicaret, Aristotelẽ, scribendi incuria, aut festinatione uerba cõmutasse. Debuit. n. dicere potiùs [ut ex aqua uerò aërem fieri] hoc enim exemplum acceperat in diuisione, quod nunc exponendum erat, post illius, uiri ex puero explicationẽ. Non mutauimus tamen uerba, quia eadem omnino ratio est in utraque generatione, aquę nimirum ex aëre, & aëris ex aqua.

l Quocirca non] Ex superiori discrimine hoc alterũ colligit Aristoteles, In ijs, quorũ alterum ex altero priori modo fieri dicitur, non dari reflexionem, ut quemadmodum uir fit ex puero, sic uicissim puer fiat ex uiro; & quemadmodum sciens fit ex discente, sic discens fiat ex sciente. qui enim scit aliquid, illud ipsum, dum scit, addiscere non potest. In ijs autem, quorum alterum ex altero posteriori modo fit, posse dari reflexionem. perinde enim aqua generatur ex aëre, ut aër ex aqua. Ratio uerò huius discriminis est, quia in ijs, quæ generantur ex aliquo priori modo, datur præfinitus ordo à natura; in ijs autem, quę posteriori, non item. De qua re Arist. fusiùs agit lib. 8. cap. 5.

Aliud discrimen inter utrunque modum.

Ratio discriminis.

**tex. 14.**

m Etenim neque] Quia ex similitudine naturalis ordinis, quem habet generatio ad esse,

Digitized by Google

esse explicauerat ordinem, quem habet materia priori modo sumpta ad id, quod ex ea generatur; ostendit nunc in eadem generatione quasi in re simili, In ijs, quorum alterum ex altero priori modo gignitur, non dari reflexionem; quia id, quod fit, non dicatur fieri ex generatione, tanquam ex eo, quod precedit solo ordine temporis (quo pacto suprà dictum est, ludos Isthmios præcedere Olympicos) sed esse post illam ordine naturæ, ac perfectionis, quo pacto dicimus diem fieri ex diluculo. Neq; enim diluculum solo temporis ordine præcedit diem, sed naturæ etiam, cùm ipso diei lumine perficiatur. Differt enim non aliter diluculum à die, quàm ut inchoata communicatio luminis solaris ab ea, quæ iam perfecta est, & uelut puer à uiro.

ἔστι μὴ τὸ ὑγιεσθαι. οὕτω γὰρ ἡ ἡμέρα ἐκ τῆς ἕωθινῆς, ὅτι μὴ τοῦτο. διὸ οὐδὲ τὸ ἕωθινὸν ἐξ ἡμέρας. δεύτερα δὲ ἀναγκαῖον εἶναι. ἀμφοτέρως δὲ ἀδύνατον εἰς ἄπειρον ἰέναι. τῶν μὲν γὰρ ὄντων μεταξύ, ἀνάγκη τέλος εἶναι, τὰ δὲ εἰς ἄλληλα ἀναγκάζει. ἡ γὰρ δευτέρου φθορὰ, δευτέρου ἐστὶ γένεσις. ἅμα δὲ καὶ ἀδύνατον τὸ πρῶτον ἀίδιον ὂν φθαρῆναι. ἐπεὶ γὰρ ἐκ ἄπειρος ἡ γένεσις ὅτι τῶν ἄνω, ἀνάγκη, ἐξ οὗ φθαρέντος πρώτου τὸ ἐγένετο, μὴ ἀίδιον εἶναι: τοῦτο δὲ ἀδύνατον.

**Non esse progressum infinitum in causis materialibus, initio sumpto à prima materia.**

**n Neutro autem modo.** Iam ostendit in causis materialibus non dari progressum infinitum. Ratio hæc est. Duobus modis aliquid fit ex altero, ut materia, quod ex dictis patet: neutro autē potest dari progressus infinitus, facto initio enumerationis ab aliqua prima materia, quæ sit aliarum fundamentum, ut supponimus: ergo nullo. Prior pars Minoris probatur, quia inter ea, quorum alterum ex altero posteriori modo generatur, datur reflexio, seu reditus ad eandem speciem; ubi autē datur reditus ad eandem speciem, non datur is progressus infinitus, de quo hic agimus. Neque enim loquimur de materijs solo numero distinctis, sed specie etiam.

**Quo pacto res fiant ex materia prima.**

**o Simul autem fieri non potest.** Docet utro ex duobus propositis modis aliquid fiat ex materia prima, quod hactenus non apertè exposuerat. Ait ergo, nihil ex ea fieri posteriori modo, seu (quod idem est) ea corrupta, sed priori, siue ea seruata, quod hac ratione uidetur probare: Id, ex quo primo corrupto, hoc est per se corrupto, aliquid generatur, non est perpetuum; materia prima est perpetua; igitur nihil generatur ex materia per se corrupta. Dictum est in Maiore [Id ex quo per se corrupto] quia nihil prohibet, aliquid per accidens corruptū, esse sempiternū, ueluti Cœlum, quod corrumpitur ratione singularum reuolutionū. Ideo autem infertur in conclusione, nihil generari ex materia per se corrupta, quo pacto intelligebatur ex aëre generari aquam; quia non dubium est, quin omnia, quę ex materia fiunt, generentur ex ea per accidens corrupta, nempe ratione priuationis adiunctæ. Ita patet maior propositio. Minorem uerò ex eo uidetur Arist. probare, quia generationes materiæ non sunt infinitę sursum uersus, quasi omnis materia, ex qua aliquid generatur, generetur ex alia materia, quæ ordine naturæ sit prior; sed datur aliqua prima, ut supponebatur, quæ quidem ex alia non generatur, cùm subsit omnibus generationibus, uelut omnium transmutationum commune subiectum. Locus tamen hic perturbatior est, nec satis aptam connexionem habet. Quinetiam credit Alex. Aristotelem aliquid reticuisse. Proinde non mirum est, si à nemine satis aptè

**Cur obscurè auctores hūc locum interpretentur.**

**Comm. 14.**

Ἔπι δὲ τὸ ἕνεκα, τέλος. τοιοῦτον δὲ ὃ μὴ ἄλλου ἕνεκα, ἀλλὰ τὰ ἄλλα ἐκείνου. ὥς εἰ μὴ ἔστι τοιοῦτο τὸ ἔσχατον, οὐκ ἔσται ἄπειρον: εἰ δὲ μηδὲν τοιοῦτον, οὐκ ἔσται τὸ οὗ ἕνεκα. ἀλλ' οἱ τὸ ἄπειρον ποιοῦντες, λανθάνουσιν ἀφαιροῦντες τὴν τοῦ ἀγαθοῦ φύσιν. καίτοι οὐθεὶς ἂν ἐγχειρήσειεν οὐθὲν πραγματεύεσθαι, μὴ μέλλων ὅτι πέρας ἕξειν. ἔοικε δ' ἂν εἶναι τοῖς

**Textus 8.**

**Textus 9.**

Digitized by Google

optè uideatur exponi. Quod ad uerba attinet, particula illa [Necessariò efficitur, ut id, ex quo primo &c.] sic exponēda est: Necessariò efficitur, ut si quis primā illā materiā, quæ supponitur, per se corrūpi dicat, eadē ratione fateatur, illā nō esse perpetuā; quod certè fieri nō potest, cùm ponatur cōmune subiectū omniū generationū. Ita igitur patet, res fieri ex materia prima nō posteriori modo, sed priori, quod erat ostendendum.

*post generationem est. hoc enim facto dies fit ex diluculo, quod post illud existat: qua de causa nec ex die fit diluculum. In alijs uerò datur reciprocatio. Neutro [n] autem modo fieri potest, ut progressus sit infinitus. Aliorum enim, cùm media sint, finis sit necesse est: alia uerò reciprocantur mutuò, quippe cùm alterius corruptio, alterius sit generatio. Simul [o] autem fieri non potest, ut primum ipsum, cùm perpetuum sit, corrumpatur. Nam cùm generatio superiora uersus infinita non sit, necessariò sequitur, id, ex quo primo corrupto aliquid gignitur, perpetuum non esse: quod fieri nequit.*

Lect. 4. p. 2.

Textus 8. *Præterea [p] id, cuius gratia, finis est; eiusmodi est autem id, quod non est alterius gratia, sed alia illius causa sunt. Quare si id erit ultimum, non erit infinitio: sin autem nihil tale fuerit, non erit id, cuius gratia. Sed [q] qui infinitionem inducunt, non animaduertunt, se boni naturam de medio tollere. Atqui [r] nemo agere quicquam aggrederetur nō peruenturus*

Textus 9. *ad extremum.* ¶ *Neque [s] uerò in his*

p Præterea id cuius} Ostendit, non dari progressum infinitum in causis finalibus. Primò quidem hac ratione. Aut datur ultimus finis, aut minimè; si datur, igitur non proceditur in infinitum in finibus; si nō datur, nullus omnino erit finis; at hoc & experientiæ, & suppositioni aduersarij repugnat; ergo & illud. Secunda conditionalis eodem modo probari potest, quo probatum est in causis efficiētibus, si nulla sit prima, nullam omnino fore efficientem. Vltimus enim finis perinde se habet ad reliquos fines, ut se habet prima causa efficiens ad cæteras efficientes.

Non esse progressum infinitum in finibus, ac primùm ex ipsa ratione finis.

q Sed qui infinitionem} Secūda ratio est, Quia qui infinitionem in finibus inducūt, naturam boni, etsi id minimè aduertant, de medio tollunt, quam tollere extremæ amentię est. Vis sequelæ D. Tho. & Alensis sententiâ in eo posita est, quòd eadem sit ratio boni, & finis; posita autem infinitione finiū necessariò tollitur ratio finis, cùm sublato extremo, finis quoque tollatur necessariò. est enim omnis finis extremum. At cùm ratio boni latiùs pateat, quàm finis, ut alio loco apertum erit; dici potest, ideo naturam boni tolli, sublata ratione finis, quia bonum, aut expetitur propter se, quo pacto est finis; aut propter aliud, quo pacto est medium; sublato autem eo, quod expetitur propter se, tollitur etiam illud, quod expetitur propter aliud. hoc enim gratiâ illius expetitur, ut perspicuum est. Quòd si quis obijciat, latiùs patere expetibile, seu amabile propter se, quàm finem: diuina enim Bonitas necessariò est amabilis propter se,

Ex natura boni.

Cur sublata ratione finis, natura boni euertatur.

Obiectio.

nec tamen necessariò est finis, cùm nec respectu sui causa finalis esse possit, nec respectu creaturarum sit finis necessariò (quandoquidem liberè uelit creaturas esse) occurrendum est, incommodum, quod Aristoteles obijcit, non inferri sublato fine actu, sed sublato fine potentia, siue, ut clariùs dicā, eo, quod potest esse finis: hoc enim si tollatur, necessariò tollitur omne bonum per se, & (quod hinc sequi dicebamus) omne bonum propter aliud. Diuina autem bonitas, etsi potuit non esse finis actu creaturarum; tamen semper fuit natura sua apta, ut esset earum supremus finis.

Diluitur.

Ex ipso efficiente, quod gratia finis operatur.

r Atqui nemo} Tertia ratio est, Quia nemo quicquam agere aggrederetur, nisi speraret, se aliquando ad extremum peruenturum. Hoc idem habes 1. Eth. c. 2.

Ex incommodo.

s Neque uerò in his} Quarta ratio est, Quia si in hoc genere causarum daretur infinitio, nemo uteretur mente in his, hoc est, in rebus agendis, de quibus proximè loquebatur.

Digitized by Google

quebatur. Semper enim, qui considerate, & non temere, aut naturæ impetu agit, extremum aliquid concipit, cuius gratia operetur; extremum autem, cuius gratia aliquid fit, proculdubio causa finalis est.

Non dari infinitionem in causis formalibus.

t At uerò nec quiditas] Ostendit non dari infinitionem in causis formalibus, ac primùm quidem in prædicatis essentialibus, quæ more metaphysico dicuntur formæ; deinde in formis physicis. Ait igitur, neque quiditatem rei in aliam, atq; alia superiorem, & latiùs patentè reuocari posse, ita ut ascendendo ad superiora genera nullus unquam sit futurus terminus, sed omnia genera definiantur per alia superiora genera. Quod probat tribus rationibus. Primùm, quia semper definitio obiectiua, siue quiditas, & essentia rei, quò est superior, eò est magis, hoc est, prior essendi causa; quò uerò inferior, eò minùs, id est, posterior causa essendi, & à pluribus pendens. quo fit, ut si non detur aliqua prima, qua nulla sit superior, omnes inferiores funditus corruant, ut suprà in causis efficientibus ostensum est. Quod ad uerba attinet, illud [ratione abundãtem] idem ualet, quod latiùs patentem, & quæ pluribus rebus in definiendo accommodari possit, cuiusmodi sunt omnes definitiones superiorum collatæ cum definitionibus inferiorum.

Probatio ex ratione quiditatis.

νοις ἐν τοῖς τοιούτοις. ἕνεκα γάρ τινος ἀεὶ φαίτλει ὅγε νοῦν ἔχων. τοῦτο γάρ ἐστι πέρας: τὸ δὲ τέλος, πέρας ἐστίν.

Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τὸ τί ἦν εἶναι Text° 10.
ἐνδέχεται ἀνάγεσθαι εἰς ἄλλον ὁρισμὸν πλεονάζοντα τῷ λόγῳ. ἀεί τε γάρ ἐστιν ὁ ἔμπροσθεν μᾶλλον, ὁ δ' ὕστερος οὐκ ἔστιν: εἰ δὲ τὸ πρῶτον μή ἐστιν, οὐδὲ τὸ ἐχόμενόν ἐστιν. ἔπι Text° 11.
τὸ διῖσασθαι ἀναιροῦσιν οἱ οὕτω λέγοντες. οὐδὲ οἷόν τε εἰδέναι, πρὶν εἰς τὰ ἄτομα ἐλθεῖν. ἀ τὸ γινώσκειν οὐκ ἔστι. τὰ δὲ ὅπως ἄπειρα πῶς ἐνδέχεται νοεῖν; οὐ γὰρ ὅμοιον ὅπερ ἐπὶ τῆς γραμμῆς, ἣ κατὰ τὰς διαιρέσεις μὴ οὐκ ἴσασται, νοῆσαι δ' οὐκ ἔστι μὴ στήσαντα. διόπερ οὐκ ἀριθμῷ τὰς τομὰς ὁ τὸ ἄπειρον διεξιών. ἀλλὰ Text° 12.
οὐ τὴν ὕλην ἐν κινουμένῳ νοεῖν ἀνάγκη. ἀπείρῳ οὐδέν ἐστιν εἶναι. εἰ δὲ

Ex natura scientiæ.

u Tollunt item] Secunda ratio est, Quia qui infinita essentialia prædicata esse dicunt, scientiam de medio tollunt; siquidem scientia definitiua, &, ex cõsequenti, demonstratiua haberi non potest antequàm ascendendo, & essentiã rei in simpliciores naturas resoluendo, ueniatur ad indiuiduas, & quę in alias simpliciores resolui nequeãt. Alij aliter exponũt rationẽ hãc, sed hęc explicatio apertior est, & quę magis cũ uerbis cõtext⁹ uideat cõgruere.

Ex natura cognitionis.

x Cognitio quoque ipsa] Tertia ratio est, Quia si formæ rerum essent infinitæ, non posset haberi illarum cognitio, quippe cùm infinita percurri, ac percipi nequeant. Differt hæc ratio à superiori, Primùm, quia illa habet uim ex natura resolutionis; hæc uniuersè ex ipsâ cognitionis natura, cognitio enim non solùm resoluẽdo, sed etiã componendo comparatur. Deinde, quia illa non impugnat directò, nisi infinitionem, quæ fingi posset ascendendo in prædicatis essentialibus; hæc autem infinitionẽ omniũ omnino eiusmodi prædicatorũ quomodocunque se habentium; ut si quis dicat, de eadem re prędicari infinitas differẽtias essentiales, aut species, quæ ex opposito idem genus diuidant, aut oppolita genera, & minimè subalternata; ut si quis dicat calorẽ esse dispositionem, potentiam, patibilem qualitatẽ, & cætera huiusmodi in infinitũ. Postremò, quia illa solis formis metaphysico more componentibus accõmodatur; hæc autẽ physicis etiam. Nec enim minùs euerteretur cognitio rerum, si formæ physicæ in eadem re essent infinitæ, quàm si prædicata essentialia.

Quibus formis propositæ ratio accõmodetur.

Obiectio.

y Neque enim simile] Obijceret aliquis, nihil obstare, quò minùs res aliqua infinitis formis constet, & tamen intelligatur à nobis; cùm linea, etsi constat infinitis partibus, optimè

optimè tamen percipiatur. Cui tacitæ obiectioni respondet Aristoteles, non esse parem rationem in formis, atque in partibus lineæ. Formæ enim necessariò debent esse actu distinctæ, cùm diuersis formis diuersæ conueniant proprietates; partes autem lineæ, etsi sunt infinitæ, non sunt tamen actu distinctæ, sed potentia duntaxat; quo etiam pacto intelligendum est esse eas infinitas. Vnde fit, ut si partes etiam lineæ sumantur quatenus sunt actu distinctæ per diuisionem, aut designationem (ea nimirum ratione, qua diuisio, & designatio à nobis comprehendi possunt) nunquam tota linea per eas intelligatur, quia semper aliæ minores in infinitum relinquêtur sumendæ: sed eatenus tantùm per eiusmodi partes intelligatur linea, quatenus peruenerint diuisiones, aut designationes. at in his, certum est non posse dari statum. Ex his patet, essentialia prædicata esse apud Aristotelem distincta plusquam ratione, & cogitatione, nempe distinctione formali, ut loquitur Scotus, aut ex natura rei, ut alij nonnulli; quippe cùm non sint distincta sola designatione, aut cogitatione, quemadmodum partes lineæ. Nec puto D. Thomam, aut eius grauiores sectatores, aliud sentire, cùm dicunt illa distingui sola ratione; quandoquidem nomine rationis non intelligunt rationem ratiocinantem, siue distinguentem, sed ratiocinatam, ut quidam eorum loquuntur, siue obiectiuè distinctam.

Diluitur.

Prædicata essentialia esse apud Aristotelē plusquā ratione distincta.

Eandem esse D. Thomę sẽtentiam.

*his menti locus relinquitur: semper enim alicuius rei gratia agit, qui mentem habet. hoc enim extremum est, quandoquidem finis extremum.*

Text⁹ 10. *At[1] uerò, nec quiditas in aliam definitionem ratione abundantem reduci potest. Semper enim prior definitio magis est, posterior uerò non est.*

Text⁹ 11. *Cuius autem primum non est, neque quod sequatur, est. ¶Tollunt[2] item funditus scientiam ij, qui hoc pacto dicunt. Neque enim fieri potest, ut priùs quicquam sciatur, quàm ad indiuidua peruentum sit. Cognitio[3] quoque ipsa euertitur. Quæ enim hoc pacto infinita sunt, quo modo intelligi possunt? Neque[4] enim simile accidit in linea, in qua quidem diuidenda non statur, intelligere autem non poterit, qui non consistat. Quocirca[z] non numerabit diuisiones, qui*

Text⁹ 12. *infinitã per curret. ¶Sed[aa] et materia in eo, quod mouetur, intelligatur necesse est. Infiniti etiã nullum est esse. Quod*

z Quocirca non numerabit] Sensus est: Hinc fit, ut qui per lineam infinitè diuiduam diuidendo progreditur, nunquam numerum, seu potiùs multitudinem diuisionum absoluturus sit; seu, quod eôdem redit, nunquam diuisiones omnes numeraturus.

aa Sed & materia] Subijcit quartam rationem, quæ formis Physicis accõmodatur; quod Magnus etiam Albertus existimat. Potest autem ea, quantùm ex uerbis obscurissimis conijcere possumus, hunc in modũ intelligi. Materia necessariò intelligitur in omni re, quę mouetur, seu mutatur; igitur, quę mutatur ad formam substantialem, est secundum se infinita, siue indeterminata. nam cùm omnis determinatio fiat per aliquam formam; forma autem substantialis sit prima omnium formarum, quæ in materia inesse possunt; efficitur, ut materia, quatenus suapte natura præcedit formam substantialem, sit infinita, siue indeterminata; huiusmodi autem rei infinitæ nullum est esse actuale, cùm sit pura potentia; non habet igitur materia ex se ullum esse actuale. atqui materia non est re ipsa destituta omni esse actuali, cùm semper sit pars alicuius indiuidui certæ speciei prædicamenti substantiæ, quæ habet esse actuale limitatum, & circumscriptum; igitur esse actuale, quod materia alioquin infinita, & indeterminata habet in rerum natura, infinitum non est, sed finibus certæ alicuius speciei substantię definitum, & limitatum. est enim esse materiæ humanæ, aut equinæ, aut quod ad aliquam aliam speciem rei naturalis pertineat. Cùm igitur materia habeat tale esse à formis substantialibus,

Quarta ratio ex formis Physicis petita.

Omnem determinationẽ fieri per aliquam formã.

Cap. 9.



Digitized by Google

quibus subest, efficitur, ut formę substantiales non sint infinitæ in eadem materia. Hęc extrema consequentia, quæ cum alijs pluribus pronunciatis subaudienda est in contextu, ex eo etiam probari potest, quia, quod infinitum est, non potest per seipsum formaliter limitare, & finire id, quod ex se infinitum est, & illimitatum, cùm ipsum sit illimitatum, & ; ut ita dicam, interminatũ, quanquam id effectiuè præstare possit per aliquam formam à se introductã, quo pacto Deus Opt. Max. etsi infinitus est, finit tamen, ac terminat materiam. Sed hæc ratio, quæ propter expositionem cõtextus longior aliquantò est, hoc modo in pauca contrahi potest. Materia est infinita, & interminata ex se ; & tamen non existit in rerum natura nisi finita, & terminata per formas substantiales; igitur formæ substantiales non sunt infinitæ in eadem materia ; siquidem infinitio materialis non potest finiri per infinitionem formalem.

Quod infinitum est, non posse per se ipsum formaliter finire.

Confertur in pauciora eadem ratio.

εἰ δὲ μή, οὐκ ἄπειρον γ' ἔξιν τὸ ἀπείρῳ εἶ).

Ἀλλὰ μὴν καὶ εἰ ἄπειρόν γ' ἔστιν πλήθει τὰ εἴδη τῆς αἰτίων, οὐκ ἂν ἴσως οὐδ' οὕτω τὸ γινώσκειν. τότε γὰρ εἰδέναι οἰόμεθα, ὅταν τὰ ἄπτα γνωρίσωμεν: τὸ δ' ἄπειρον κατὰ τὸν ποσόν, οὐκ ἔστιν ἐν πεπερασμένῳ διεξελθεῖν. Text. 13.

Animaduerte autem hoc loco, aliter infinitionem conuenire primo efficienti, aliter materiæ primæ. Nam primum efficiens ideo est infinitum, quia perfectissimum; materia uerò, quia imperfectissima. Illud enim, quia est actus purus, siue pura perfectio, habet esse actuale illimitatum; hęc autem, quia est pura potentia, hoc est, omni perfectione carens, habet esse potentiale illimitatum.

Quod

## NVM EIVSDEM REI DARI POSSINT INFINITÆ CAVSÆ. QVÆSTIO PRIMA.

### *Quòd videantur dari posse in omnibus causarum generibus.* SECTIO PRIMA.

OCCASIO, qua hoc loco Aristoteles hanc quæstionem tractandam suscepit, initio huius capitis exposita est. Cur autem disputatio de causarum infinitate ad hanc scientiam pertineat, ex eo patet, quia tractatio de causis absolutè ad aliam scientiam pertinere nõ potest, vt ostendimus ad calcem superioris libri. Quocirca demonstrationes, quibus Arist. in hoc cap. vtitur, vniuersaliores sunt ijs, quibus vsus est 7. & 8. Phys. non solùm, quia omnia causarum genera complectuntur (in Physicis enim de sola infinitate efficientium disputatum est) sed etiam, quia in Physicis non disseritur, nisi de efficientibus per motum, hic autem de efficientibus absolutè.

Vniuersaliùs Metaphysicũ de causis agere, quàm Physicum.

Cap. ult. q. 1. Sect. 2.

7. quidem c. 1. à tex. 3. 8. autem c. 5. à tex. 33.

Impugnatur ratio Aristotelis in causis efficientibus.

Quod igitur nihil repugnet, quo minùs eiusdem rei infinitę sint causę, impugnatione earum rationum, quibus Arist. in hoc cap. oppositum probat, ostendi potest. A nemine enim meliores afferuntur. Ac primùm quidem

I

Quod uerò attinet ad uerba, illud [quod si non ita est] hunc sensum habet, Quòd si materia non caret esse actuali, ut re uera non caret, quatenus est pars rei naturalis; [infiniti, esse infinitum, non est] hoc est, cius esse non est infinitum, tametsi ipsa secundum se ponebatur infinita, & interminata. Ideo autem diximus [infiniti esse] pro eo, quod Græcè est, τὸ ἀπείρῳ εἶναι, Id-est infinito esse; quia ualde familiare Aristoteli est, ut hac in re utatur dandi casu pro gignèdi, cùm passim scribat, Homini esse, pro Hominis esse, Equo esse, pro Equi esse. Hoc autem, etsi latina etiam consuetudo ferret, adiuncto uerbo, Est, & relatiuo pronomine (dicere enim possemus, Esse, quod Infinito est, pro Esse infiniti, quemadmodum dicimus, Facultas dicendi, quæ Ciceroni est, pro eo quod dicitur, Facultas dicendi Ciceronis) simpliciter tamen, & sine adiectione id nō admittit. Proinde boni interpretes in cōuertenda hac Aristotelica phrasi gignendi casu potiùs, quàm dandi uti solent. Quod propter nouitios semel admonuisse sit satis.

*Quòd si non ita est, profectò infiniti esse, infinitum non est.*

Text. 13. *Atqui* [bb] *si etiā causarum species infinitæ essent, neque hoc pacto esset cognitio. tunc enim nos scire putamus, cùm causas cognoscimus: id autem, quod additione infinitum est, tempore finito percurri nequit.*

bb *Atqui si causarum*] Hactenus probauit nō dari infinitas causis progressione recta, seu in eodem genere causæ; nunc probat, neque in diuersis generibus infinitas concedi posse. Probatio uerò apertior est, quàm ut expositione indigeat. Multò enim magis aduersatur cognitioni per causam infinitio causarum diuersorum generū, quæ hic uocantur species, quàm diuersarū specierū eiusdē generis, quæ hactenus impugnata est.

quidem, quod uitiosè probet, non posse dari infinitionem efficientium, ex eo primùm uidetur ostendi, quia ratio, qua utitur, si quicquam efficit, planè uidetur concludere infinitos equos, qui iuxta eius sententiam de Mundi æternitate præcesserunt Bucephalum Alexandri, non fuisse causas efficientes illius, quod tamen falsum est, cum quicquid est causa efficiens causæ, sit etiam causa efficiens causati, tametsi mediatè. Quòd autem id concludat, ex ipsa argumentatione intelliges, quę sic habet: si causæ essent infinitæ, omnes, præter ultimam, essent mediæ; si omnes essent mediæ, nulla esset prima; si nulla esset prima, nulla esset prorsus causa; igitur si essent infinitæ causę, nulla omnino causa esset. An non hęc ratio, si ullam uim habet, apertè concludit, non fuisse Bucephalum progenitum ab infinitis equis? Secundò, quia prima illa conditionalis; Si causæ essent infinitæ, omnes essent mediæ, uidetur planè falsa; contrà enim dicendum uidebatur, nempe si essent infinitę, nulla esset media quippe cùm nihil dicatur medium, nisi quod inter extrema continetur. Tertiò, quia tertia illa conditionalis, Si nulla esset prima causa, nulla esset prorsus causa, uitiosè assumi uidetur. Quis enim non uideat esse in hac re petitionem principij? siquidem de hoc ipso erat contentio, Num causæ dari possint, quę aliquid efficiant absque prima: hoc enim affirmat aduersarius, quo cum Arist. se fingit disputare, ipse autem Aristoteles infirmare contendit. 2 3

Impugnatur probatio in causis materialibus.

Quòd autem non rectè probet, non posse dari infinitionem materia-



Digitized by Google

lium, ex eo primùm patet, quia ad eius rei probationem **supponit, dari** aliquam primam materiam; deinceps verò expendit, num infra illam dentur infinitæ. Id autem, quod supponit, nec sensu est per se notum, vt patet, nec verò intellectu, cùm de natura materiæ primæ permagna sit
2 cõtentio inter Philosophos. Secundò, quia cùm esset probaturus, infra primam materiam non dari infinitas, accepit pro materijs res, quæ non sunt re uera materiæ, vt puerum pro materia viri, & aquam pro ma-
3 teria aëris. Tertiò, quia etsi demus, puerum esse materiam viri, tamen nulla videtur consecutio illa, qua vtitur, Generatio, qua vir fit ex puero, terminatur ad virum; vbi autem datur terminus non proceditur in infinitum; igitur in materijs viri non proceditur in infinitum. Cernimus enim lineam terminari ad punctum, cùm tamen puncta, & partes proportionales lineæ versus eundem terminum procedãt in infinitum. Nec obest, quòd puncta, & partes proportionales sint entia incompleta, sed potiùs est ad rem, cùm materia quoque sit ens incompletum. Quo fit, vt nihil repugnet, dari infra primam infinitas in eodem composito.

Contra rationes allatas in causis finalibus.

Iam verò rationes eas, quibus Aristoteles probat, non posse dari infinitionem in causis finalibus, nihil efficere, primùm probatur ex eo, quia propositio illa, quam assumit, Si datur vltimus finis, non proceditur in
1 infinitum in finibus, & ratione, & experientia videtur falsa. Ratione quidem, quia vt se habent principia in rebus cognoscendis, ita se habent fines in rebus agendis, quod docet Arist. 2. Phys. cap. vltimo; atqui à pri- tex. 89.
mis principijs ad conclusiones datur progressus in infinitum, vt patet apud Mathematicos, qui ex alijs conclusionibus ad alias, atque alias, sine nullo termino procedunt, aut certè procedere possunt; ergo à fine vltimo ad alios fines non vltimos potest dari progressus in infinitum. Experientia verò ex eo patet, quia pecuniæ cupidus propter vltimum finem, quem in pecunijs constituit, nullis vnquam satiatur pecunijs, sed alias semper atque alias quęritat; vnde est illud Solonis apud Arist. 1.
2 Politicorum libro, Finis opum positus non est mortalibus vllus. Secun- Cap. 5.
dò; Quia propositio illa sequens, qua vtitur, Si non datur finis vltimus, nullus omnino datur finis, videtur falsa. Neque enim ita finis proximus pendet ex vltimo, vt proxima causa efficiens pendet ex prima. Multi enim appetunt fines proximos non propter vltimum, vt ij, qui nihil de beata vita cogitant: imò etiam sunt, qui data opera aliquid appetunt, quo sibi aditum ad beatam vitam apertissimè præcludunt, velut ij, qui
3 ferro, aut laqueo vitam sibi adimere conantur. Tertiò, quia ne illud quidem, quod sequitur, verum esse videtur, Qui infinitionem in finibus admittunt, boni naturam de medio tollunt. Nam etsi infinitio finium rationem finis euertat, non continuò tamen euertit rationem boni, cùm ratio boni latiùs pateat, quàm ratio finis. Facultates enim, ac membra corporis humani, sunt bona hominis, nec tamen sunt fines hominis.

Infirmantur rationes pro

Denique nec rationes eas, quibus probat, non dari infinitionem in causis

Digitized by Google

causis formalibus quicquam efficere, ea ratione primùm videtur, Quia cùm probaturus sit, non dari eiusdem rei infinitas formas substantiales, quæ materiam informent, hoc tantùm probat, non dari infinita essentialia prædicata; ex qua re non colligitur institutum: nisi fortè quis dicat, quot sunt prædicata essentialia cuiusque rei naturalis, tot esse in ea formas substantiales, quibus materia informetur, quod falsum est, vt 7. lib. patebit. Secundò, quia maior est distinctio inter partes proportionales eiusdem lineæ, quàm inter prædicata essentialia eiusdem rei, cùm illæ differant re ipsa, hæc minimè; cùm igitur illę sint infinitæ, quid prohibet, quominùs hæc infinita sint? Nec obstant rationes, quibus Arist. probat, si daretur infinitio in huiusmodi prædicatis, nullam futuram scientiam earum rerum, quæ illis constarent. nihil enim impedit, quominùs habeatur scientia de linea, etiam si in ea dentur infinitæ partes. Nec item vt natura rei distinctè percipiatur, necesse est omnia illius prædicata essentialia distinctè intelligere, cùm videamus Physicum, & alios artifices palam fateri, se tenere naturam animalis, hominis, candoris, & cæterarum specierum, si quamque per genus proximum, & differentiam proximam cognitam habeant. Tertiò, quia etsi formę Physicæ essent infinitæ in eadem re, non sequeretur, materiam habere per eas esse infinitum, & illimitatum, vt Arist. se putat colligere extrema ratione, qua infinitionem formarum impugnat. Nam si in eadem re essent infinitæ formæ animalium, adhuc compositum ex materia, & huiusmodi formis esset finitum, & limitatum, si non ad certam speciem, quia ibi non daretur vltima forma, saltem ad certum genus. adhuc enim esset animal. Ita videtur satis confirmatum, nihil obesse, quominùs eiusdem rei infinitæ causæ esse possint, quando argumenta Aristotelis, quæ maximè ad id confirmandum valere creduntur, id non efficiunt.

1 causis formalibus adductum.

2

3

## *De causis per se, & per accidens; item que de essentialiter, & accidentaliter subordinatis.* SECTIO II.

NON est tamen cur hæc argumenta nos moueant, quominùs cum Arist. ac cæteris Philosophis sentiamus, nullius rei posse dari infinitas causas, siue in eodem genere, siue in diuersis; dummodo nomine causarum eiusdem generis intelligamus causas per se, & essentialiter subordinatas: alioqui nihil impediet infinitas esse. Quod vt planum fiat, explicandum est priùs, quę nam sint causæ per se, ac per accidens; quę item essentialiter, quę accidentaliter subordinatę.

In quibus causis uera sit Aristotelis sententia.

Causæ per se sunt, quę secundum naturas proprias, & non secundum aliquid, quod eis accidat, sunt causæ. Hoc pacto statuarius est causa statuæ, quia quatenus statuarius est, statuam efficit.

Causæ per se.

Causæ

Cauſæ per accidens.

Cauſæ per accidens ſunt, quæ vel non per ſe ipſas, ſed per aliquid, quod ipſis accidit, ſunt cauſæ; vel dicuntur cauſæ comparatione eorum, quæ accidunt ſuis per ſe effectibus. Priori modo dicimus Phidiam fuiſſe cauſam efficientẽ Mineruæ; neq; enim illam confecit, quatenus Phidias erat, ſed quatenus ei accidebat, ſtatuariũ eſſe. Poſteriori modo ſtatuarius eſt cauſa cãdidi, ſi accidat ſtatuæ, vt ſit candida. Atq; in hac cauſarum cõparatione ſat eſt vnã tantùm cauſam accipere, vt expendatur, ſit ne per ſe, an p accidẽs. At vt pateat, ſint ne eſſentialiter, an accidẽtaliter ſubordinatæ, neceſſe eſt, vt ſumantur plures; quod ex earum explicatione patebit.

Cauſæ eſſentialiter ſubordinatæ.

Cauſæ eſſentialiter ſubordinatæ (quę etiam dicuntur per ſe ordinatæ) ſunt quælibet duæ cauſæ eiuſdem generis, quæ ita ſunt affectæ inter ſe, vt altera ex natura ſua pendeat ab altera in cauſando; quo pacto ſol & homo generant hominem, vt ait Ariſt. 2. Phyſ. cap. 2. Homo enim in generando ex natura ſua pendet à ſole concurrente ad generationem. Atque hoc pacto intelligendum eſt, quod idem hoc loco ait, cauſam ſuperiorem, ſiue priorem, eſſe cauſam inferioris, ſiue poſterioris cauſæ. Nec enim ſolùm id intelligendum eſt quoad conſeruationem cauſæ inferioris à ſuperiori, vt quidam Theologi affirmant, ſed etiam quoad ipſam actionem inferioris cauſæ, quæ non exercetur ſine concurſu ſuperioris, vt Ariſtoteles expoſuit in generatione hominis à ſole & homine; tametſi lib. 5. expendemus, rectè ne an perperam Ariſtoteles hominem Soli in generando homine eſſentialiter ſubordinauerit, & quo pacto ſuperiores cauſæ cum inferioribus concurrant ad eundem effectum. pertinet enim hæc quæſtio ad tractationem de rationibus cauſandi; quæ eo loco expedienda eſt. Dixi [eiuſdem generis] quia materia non dicitur eſſentialiter ſubordinata formæ, nec forma efficienti, nec omnino vnum genus cauſę alteri, etiam ſi quis dicat vnum; pendere ab altero in cauſando; quod tamen non propriè dicetur, ſed potiùs vnum indigere altero, tanquam eo, ſine quo cauſare non poſſit. Vnumquodque enim genus cauſæ ſufficiens eſt ad ſuam cauſandi rationem, ſiue cauſalitatem, vt vocant, etiamſi effectum habere non poſſit, ad quem non alię cauſæ ſimul concurrant. At in eodem genere, non dubium eſt, quin alię cauſę verè pendeant ab alijs, quoad ipſam cauſandi rationem, vt cauſæ ſecundæ efficientes à prima cauſa efficiente, & fines medij à fine vltimo. Addidi [ex natura ſua] quia duo homines impellentes aliquid, quod neuter per ſe mouere poſſet, pendent à ſe inuicem in impellendo, nec tamen ſunt eſſentialiter ſubordinati, quia vis impellendi vnius non pendet ex natura ſua à ui impellendi alterius, cùm vtriuſque vires ſint eiuſdem ſpeciei inter ſe, & perinde concurrant, ac ſi eſſent partes unius cauſæ potentioris eiuſdem ſpeciei cum qualibet ipſarum. Adieci demum [In cauſando] quia non ſatis eſt ad cauſarum ſubordinationem, ſi vna alio modo pendeat ab altera, veluti eo modo, quo filius pendet à patre, & ab auo; ſed opus eſt, vt ea, quæ alteri ſubordinata eſt (quam vocamus inferiorem) pendeat à ſupe-

Scot. 1. ſent. d. 2. q. 2.

tex. 16.

tex. 10.

Quo pacto cauſa inferior à ſuperiore pendeat.

Durand. 2. d. 1. q. 5.

Vnum genus cauſæ nõ pendere ab alio genere quoad ſuã cauſandi actionem.

à ſuperiori in cauſando, hoc eſt, indigeat actuali concurſu illius ad ipſum cauſandi actum.

Cauſæ accidentaliter ſubordinatæ (quæ & per accidens ſubordinatæ appellantur) ſunt quælibet duæ cauſæ eiuſdem generis, quæ ita ſunt affectæ inter ſe, vt altera pendeat aliquo modo ab altera, non tamen in cauſando; quo pacto pater Socratis, eiusque auus dicuntur cauſæ Socratis, quòd pater Socratis, etſi non generat Socratem, niſi genitus à ſuis parentibus; tamen in generando Socrate, ab illis non pendet. Cauſæ accidentaliter ſubordinatæ.

Ex his collige tria diſcrimina inter cauſas eſſentialiter, & accidentaliter ſubordinatas. Primum eſt, quòd accidentaliter ſubordinatæ poſſunt eſſe eiuſdē ſpeciei, vt perſpicuum eſt; eſſentialiter autem ſubordinatæ, minimè, quippe cùm in eſſentialiter ſubordinatis, altera ex natura ſua pendeat ab altera in cauſando, quæ dependentia nō datur in rebus eiuſdem ſpeciei. Sunt enim natura ſua pares in cauſandi facultate. Primum diſcrimen inter cauſas eſſentialiter, & accidentaliter ſubordinatas.

Quòd ſi quis obijciat, fines eſſentialiter ſubordinatos poſſe eſſe eiuſdem ſpeciei, vt ſi quis expetat frumentum, vt ex eo ſato accipiat aliud; occurrendum eſt, rem vnam non ſemper expeti propter aliam, quia alia ſit ſuapte natura melior, ſed quia apprehenditur vt melior. Fundamentum enim relationis cauſę finalis non eſt natura rerum, quatenus res ſunt, ſed quatenus bonæ ſunt, aut apprehenduntur vt bonę. Inter duas autem res eiuſdem ſpeciei, nihil impedit, quo minùs altera apprehendatur ut melior, etiamſi ſit æqualis perfectionis, aut etiam minoris: nec ſolùm poteſt apprehendi, ut melior, ſed etiam ut digna, propter quam altera expetatur, quę eſt ratio bonitatis differentis ſpecie. Bonum enim quod expetitur, vt tale eſt, propter ſe, differt ſpecie à bono, quod expetitur propter aliud. Obiectio. Dilatio. Bonum propter ſe differre ſpecie à bono propter aliud.

Alterum diſcrimen eſt, in eſſentialiter ſubordinatis, neceſſe eſſe, vt ratio cauſandi ſuperioris ſit nobilior, & perfectior, quàm inferioris, cùm inferior à ſuperiori pendeat in cauſando; in accidentaliter autem ſubordinatis id non eſſe neceſſarium, cùm in eis non detur tanta dependentia. Secundum diſcrimen.

Tertium eſt, omnes eſſentialiter ſubordinatas ſimul exiſtere eo pacto, quo concurrunt ad eundem effectum. Hoc enim planè neceſſarium eſt, cùm inferior in ipſo cauſandi actu pendeat à ſuperiori; quod tamen non eſt opus in accidentaliter ſubordinatis. Dixi [eo modo, quo concurrunt] quia cùm fines eſſentialiter ſubordinati concurrūt ad eundem effectum, non eſt neceſſaria eorum exiſtentia realis, ſed obiectiua tantùm, hoc eſt, vt ambo ſimul apprehendantur. Tertium.

## *In quibus cauſis dari poſſit infinitio, in quibus non item* SECT. III.

EX dictis facilè colligi poſſunt tres concluſiones, quibus quæſtio expediatur. Prima ſit, Non ſolùm in cauſis per accidens dari infinitionem, ſed etiam Ariſtotelis ſententia in cauſis per ſe, accidentaliter tamen ſubordinatis. Prior pars ex eo probatur, quia & cauſę, & effectui accidunt Prima concluſio.

Vide Auicennam 8. ſuæ Metaph. c. 1. & eqt.

Digitized by Google

dunt infinita, vt infinitæ negationes, & infinitæ relationes ſimilitudinis, & diſſimilitudinis, ſi non reales, certè rationis. ex quo fit, vt hoc ſtatuario conficiente hanc ſtatuam, poſſimus dicere, Hic homo conficit ſtatuam, hic expers Grammaticæ, hic ſimilis Platoni, hic diſſimilis Socrati, & ita deinceps in infinitum; atq; ex altera parte, hic ſtatuarius conficit hoc ligneum, hoc non album, hoc ſimile Cęſari, hoc diſſimile Neroni, atque ita in infinitum, quod idem in alijs cauſarum, & effectorum generibus facile eſt exemplis exponere. Poſterior pars ea ratione patet, quia Ariſt. putauit Mundum, quoad ea etiam, quæ gignuntur, & intereunt, fuiſſe ab æterno, hoc ipſo ordine, quem nunc cernimus. quod ſi verum eſſet, non dubium eſt, quin hic equus eſſet effectus per ſe reſpectu infinitorum equorum, quibus eſſet accidentaliter ſubordinatus: quanquã id nos ne fieri quidem potuiſſe oſtendemus libro duodecimo.

Lege Scot. in 1. d 2. q. 2. & alios hoc loco.

Secunda, præcipuaq; concluſio.

Secunda concluſio, & in hac quæſtione præcipua, huiuſmodi ſit, In cauſis per ſe, eſſentialiterque ſubordinatis non poſſe dari infinitionem. Hæc concluſio probari poteſt, tum generaliter in omnibus cauſis eiuſdem generis, tum etiã in ſingulis generibus ſpeciatim. Generaliter quidem, Primò, quia cauſæ eſſentialiter ſubordinatæ non cauſant, niſi ſimul exiſtant, vt explicatum eſt, infinita autem ſimul exiſtere nequeunt, quod plerique exiſtimant demonſtratum tertio Phyſicorum libro, ſaltem quoad corporea, nosque vniuersè conabimur oſtendere libro xi. huius operis. Hac tamen ratione non eſt hic vſus Ariſtoteles, quia fingit ſibi aduerſarium negantem primas cauſas, nec credentem abſurdum eſſe, dari ſimul infinitas eiuſdem effectus.

Quia infinita nequeant ſimul exiſtere.

Quia neque à nobis cognoſci.

Secundò, quia ſi eſſent infinitæ, nulla res à nobis cognoſci poſſet, ſaltem perfectè, cùm perfecta rerum cognitio ex cognitione omnium cauſarum eſſentialiter ſubordinatarum pendeat. Atq; hac ratione vſus eſt Ariſt. in refutanda infinitione cauſarum formalium, & earum, quæ ſunt diuerſorum generum. Quæ & ſi parum valeat apud Scepticos, & quoſdã Academicos, qui certam rerum ſcientiam, nedum perfectam, & abſolutam, hominibus negant; ex eorum tamen refutatione, quam fortaſſe libro 4. inſtituemus, patebit quàm ſit efficax.

Ratione Ariſtotelica, quæ explicatur.

Tertiò, ratione ea, qua Ariſt. vtitur in cauſis efficientibus. Valet enim in omnes cauſas eſſentialiter ſubordinatas, vt in expoſitione contextus diximus. Continet autem ea ratio non commune argumentum, & quod poſſit alijs pleriſque rebus accommodari, vt duæ ſuperiores, ſed ex proprijs ductum, hoc eſt, ex ipſa cauſandi ratione, ſi modò hoc pacto explicetur. Si cauſæ eſſentialiter ſubordinatæ eſſent infinitę, omnes præter vltimam eſſent mediæ, hoc eſt, haberent aliam ſuperiorem, & aliam inferiorem, vt patet; ſi autem omnes præter vltimam eſſent medię, nulla ex tota ſerie eſſet prima, id eſt, non habens aliam ſuperiorem, vt perſpicuum eſt; ſi verò nulla ex tota ſerie eſſet prima, nulla omnino earum eſſet cauſa; igitur ſi cauſæ eſſentialiter ſubordinatæ eſſent infinitę, nulla

earum

Digitized by Google

earum esset causa, quod repugnat hypothesi. Tertia conditionalis, quæ sola indiget probatione, ostenditur ex similitudine trium causarum essentialiter subordinatarum, hoc penè modo. Ideo in tribus causis essentialiter subordinatis sublata prima reliquę nihil causare possunt, quia pendent ab illa in causando; at omnes causæ medię simul sumptæ necessariò pendent in causando ab alia superiori, etiamsi ponantur infinitæ; igitur si non datur aliqua superior omnibus medijs (quæ quidē nō potest esse alia, nisi prima) nulla omnino erit causa media, & quod est consequens, neq; vltima, quæ pendet à medijs, ac proinde neq; vlla omnino.

Obiectio prior.

Sed obijciat aliquis, non esse parem rationem in tribus causis essentialiter subordinatis, sublata prima, atque in infinitis. Nam in tribus, sublata prima, efficitur, vt quæ erat media, iam non sit media, cùm iam non habeat superiorem; sic enim diximus sumendam esse hoc loco causam mediam: in infinitis autem omnes habent superiorem; quo fit, vt etiamsi in eis nō detur causa prima, adhuc tamen omnes, prēter vltimā, sint causę medię, ac proinde causæ. Præterea obijciat, vltimā consequentiam esse vitiosam. Nam cùm hoc solùm inferendum esset, Igitur si nulla earum habet superiorem, nulla earum est causa, illatum est, Igitur si omnes collectiuè non habent superiorem, nulla earum est causa, quod sanè longè aliud est, nec videtur ex præmissis effici.

Posterior.

Prioris solutio.

Verùm ad priorem obiectionem dicendum est, in tribus causis essentialiter subordinatis, non ea ratione sola secundam amittere rationem causandi, quia tollitur superior, sed quia tollitur ea superior, quę ex se habet vim causandi, quam inferioribus communicat; quæ certè alia esse non potest, nisi prima. In infinitis autem, licet omnes habeant superiorem causam ex hypothesi aduersarij, tamen nec earum vlla, nec omnes simul habēt superiorem, quæ ex se sola causandi vim habeat, & cuius concursu cęterę vtantur in causando. Quo fit, vt nulla earum dici possit causa media, etiamsi ponatur habere superiorem.

Posterioris.

Ad posteriorem dicendum est, vtroque modo esse bonam consequētiam. Quod enim hac in re diuisim colligitur, coniunctim quoque colligi potest, si non ratione formæ colligendi, certè ratione materię, vt Scotus aduertit hoc loco. Nam cùm quælibet causa media, quatenus media, sit dependens ab alia superiori; necessariò efficitur, vt tota collectio causarum mediarum, quantacunque illa sit, dependeat ab alia superiori, vt rectè idem Scot. ait ad primum sententiarum librum. Tota enim (inquit) vniuersitas dependentiū dependet, & à nullo illius vniuersitatis. Idem porrò Aristotelem sensisse in proposita consequentia, planum est, cùm dicat, nihil referre vnum ne sit medium, an plura, finita, an infinita: modò enim sit medium, necessariò indigere alio superiori, quod medium non sit, & ex quo pendeat in causando. Ita patet, rectè probatam esse ab Arist. tertiam conditionalem.

Scotus hoc loco q. 6.

Scot. 1. d. 2. q. 2.

Caiet. 1. p. q. 2. ar. 3.

Ratione Caietani.

Quartò probatur cōclusio ratione ea, qua Caietanus in primam par-



Digitized by Google

tem D. Thomæ vtitur, hunc ferè in modum. Causa proxima, siue cohærens cum effectu, habet causalitatem completam, quod patet ex ipso effectu, quem causat; alioqui nihil causaret: non potest autem habere causalitatem completam, si pendeat in causando ab alia superiori, & illa ab alia, & illa iterum ab alia, atque ita res habeat deinceps sine vllo complemento: oportet igitur dare aliquam causam superiorem, qua causalitas proximæ causæ compleatur, quæ quidem erit prima necessariò. Ita fit, vt causæ essentialiter subordinatæ non possint esse infinitæ. Hæc tamen ratio, si rectè perpendatur, non differt à superiori, sed illam explicat.

A limitatione effectus.

Quintò, quia effecta, quæ cernimus, sunt definita, & limitata; definitus autem, & limitatus effectus, quo pacto à concursibus infinitis proueniat, ne fingi quidem potest. Quod vt meliùs intelligas aduerte, longè aliam rationem esse de concursu causæ infinitæ, atque de concursu infinitarum. Infinitæ enim causæ, qualem fatemur esse Deum opt. Max. finitus est cõcursus, quia limitatus secundum diuinam voluntatem. at causæ infinitæ simul, non possent finitè cõcurrere, etsi liberè concurrerent: vnaquæque enim certo aliquo, & designato cõcursu causaret; concursus autem constans ex infinitis concursibus, ijsque certis, & designatis infinitus esset necessariò. Verùm hæc ratio contra eos locum habet, qui existimauerint, causas essentialiter subordinatas concurrere ad eundem effectum eo modo, quo multi trahentes, aut impellentes idem saxum concurrunt ad tractum eundem, aut impulsum, nisi quòd in his nullus est ordo prioris, & posterioris in concurrendo, quem tamen nõ omnino negabunt in essentialiter subordinatis. Valet autẽ contra hos proposita ratio, quia totus cõcursus huiusmodi causarũ partialium conflatur ex concursibus singularũ. conatus enim, exempli causa, trium æquè pellentium idem saxum efficiunt conatum quendam integrum, qualem adhibere posset is, qui triplo fuerit singulis robustior ad pellendum. Ita patet conclusio in omnibus causis eiusdem generis.

Contra quos vim habeat proposita ratio.

*Probatur eadem secunda assertio in singulis causarum generibus speciatim, & additur tertia.*

## SECTIO QVARTA.

Probatio eiusdem concl. ex Scot. Dur. & alijs.

IN efficientibus autẽ priuatim hoc pacto eam probãt Scotus, Durandus, & alij quidam; Quia, vt inquiunt, si causæ efficientes essentialiter subordinatæ, essent numero infinitæ, aliqua earum esset infinitè perfecta. Nam cùm in ordine efficientium, essentialiter subordinatorum, quò causæ sunt superiores, eò sint perfectiores; necessariò efficeretur, dari in aliqua superiori infinitam perfectionem: omnes enim simul existerent (alioqui non essent essentialiter subordinatæ) nec vlla perfectio causæ efficientis daretur, qua non daretur actu maior in tali multitudine. Quo concluso sic argumentãtur. Aut illa infinitè perfecta esset prima, aut media;

Scot. 1. d. 2. q. 2. Dur. ibid. q. 1. Anton. Tromb. hoc loco. q. 4.

Digitized by Google

dia; non esset autem media, quia hoc pacto non esset infinitè perfecta (haberet enim superiorem, quæ necessariò esset perfectior) esset igitur prima, quo fieret, vt non darentur infinitę. Hæc tamen ratio facilè ab aduersario eludetur. Negabit enim fore, vt detur aliqua infinitè perfecta. Neque enim id rectè sequitur, sed potiùs, nullam fore infinitè perfectam, cùm ponatur, qualibet causa efficiente data, dari aliam superiorem, ac proinde perfectiorem. Idem vitium est in hac argumentatione; Si vlna ponatur diuisa versus dexteram in partes proportionales, quò partes erunt remotiores à prima, eò erunt minores; ergo dabitur in eis alia, quę sit minima. potiùs enim sequitur, nullam fore minimam. Qui enim ponit factam diuisionem in partes proportionales, nullam concedit diuisionem factam, qua vltetior aliqua facta non sit. Poterit tamen res aliter probari ex perfectione causarum efficientium, Vt si dicas, necessariò dandam esse infinitam in aliqua superiori, vt omnes, quæ sunt finitę perfectionis, pendeant ab ea tanquam ab independenti; vel alia simili argumentatione; quemadmodum probari potest, in prædicta diuisione vlnæ dandam esse necessariò minimam partem, non illo quidem argumento, quod propositum est, sed quia terminus dexter vlnę non potest inhærere nisi minimæ parti; alioqui non esset peracta diuisio, quod est contra hypothesim.

*Examinatur proposita ratio.*

*Quo pacto probatio ex perfectione duci possit.*

Probari igitur potest conclusio in causis efficiętibus hoc pacto. Si efficientes essentialiter subordinatæ, essent infinitæ, omnes essent instrumentales; implicat autem contradictionem omnes esse instrumentales (vt argumentatur Alensis hoc loco) non sunt igitur infinitę. Quòd autem omnes essent instrumentales ex eo patet, quia nulla esset principalis, opponuntur enim immediatè principalis, & instrumentalis. Quòd verò implicet contradictionem, omnes esse instrumentales, ex eo probatur, quia si omnes essent instrumentales, nulla esset principalis, si autem nulla principalis, nulla quoque esset instrumentalis; quandoquidem instrumentalis causa est, quę agit mota à principali, seu virtute principalis. Aduerte tamen non sumi in hac argumentatione causam instrumentalem pro sola instrumentali propriè dicta, sed pro omni ea, quæ indiget concursu superioris ad agendum. Vnde cùm causa instrumentalis hoc pacto sumpta idem sit, quod causa media, & causa principalis idem, quod causa prima; non alia erit distinctio inter rationem hanc, & argumentationem Aristotelis, quàm quòd Aristotelica extructa sit in proprijs terminis; hæc autem ducatur ex similitudine propriè dictarum instrumentalium.

*Ex discrimine principalis, & instrumentalis causæ.*

Item hoc modo. Si efficientes essent infinitæ, formales quoque, & finales infinitæ essent; hoc autem falsum esse paulò pòst seperatim ostendetur; ergo & illud falsum est. Consequutio ex eo constat, quia quò efficientes sunt superiores, eò plures formas introducere possunt, atque adeo vniuersalioris naturæ sunt effectiuæ; eodemque modo communio-

*Ex finitione formalium, & finalium.*



Digitized by Google

rem finem proprium ſpectant, qua ratione cœlum plures formas introducit, quàm ignis, & Dux in cõmuniorem finem intendit, quàm miles.

In cauſis materialibus ex ipſa natura materiæ primæ, & ſecundę.

In materialibus verò cauſis hoc pacto poteſt cõcluſio probari. Si dantur infinitę materiæ eſſentialiter ſubordinatę, ac proinde in eodẽ cõpoſito, aliæ ex alijs in eo conſtituẽdo dependentes; aut illæ ſunt primæ, aut ſecũdæ; nõ poſſunt autẽ eſſe primę, nec itẽ ſecundæ; nõ ſunt igitur infinitæ. Prior pars aſsumptionis ex eo patet, quia eſsẽtialis ſubordinatio materiæ ea ratione dari poteſt, quatenus vna conſtat ex alia vt ſubiecto, quo pacto mixtũ, quod eſt materia viuentis, conſtat ex elementis, hæc autẽ cõpoſitio non poteſt dari in materia prima, cùm illi repugnet cõpoſitio ex priori materia; igitur ſi dantur infinitæ materiæ in eodem cõpoſito, nulla earũ eſt prima; quo fit, vt conuerſa argumentatione, ſi datur materia prima, nõ dẽtur primæ materiæ infinitę. Poſterior pars aſsumptionis ex eo probatur, quia ſecundæ materiæ, quæ ſunt compoſita ipſa ex prioribus formis, reſpectu cõpoſitorum ex poſterioribus, nõ poſsunt eſse infinitæ, niſi formæ ſint infinitę; ergo ſi formę nõ poſſunt eſse infinitę, vt probauimus,

Ex generatione rerum.

nec materiæ erunt infinitæ. Præterea, in rebus corruptibilibus, quæ plus difficultatis in hac quæſtione exhibere vidẽtur, nõ dantur generationes infinitę ſecundum ſpeciem, ſed ſemper fit reditus ad eandem ſpeciem, vt experientia patet; igitur non proceditur infinitè in materijs, vt aliæ ex alijs fiant, & in alias reſoluantur, nec tandem conſiſtatur in aliqua, quę nec ex alia fiat, nec in aliam reſoluatur. cùm enim diuerſę materię, quæ eædem ſint eſsentialiter ſubordinatę, debeant inter ſe ſe differre ſpecie, ac proinde generationes eæ, quibus aliæ ex alijs fiant; neceſsariò ſequitur, non dari eiuſmodi materias infinitas, ſi non dantur infinitæ generationes ſecundum ſpeciem. Denique idem hac ratione probatur,

Ex inuentione materiæ primæ.

Quia cùm neceſsariò danda ſit forma ſubſtantialis (quod probatum eſt ad finem ſuperioris libri) neceſsariò efficitur, dandam eſſe materiam primam, vt patet eodem loco: data autem materia prima, itemque vltima, in quam ferè ſenſu ipſo cernimus induci vltimam formam, à qua res denominatur (ſi tamen multæ dantur formæ in eadẽ re, & non vna potiùs) numerus materierum neceſsariò finitus eſt. Ita fit, vt non dentur infinitæ materiæ in eodem compoſito.

Cap. 7. q. 3. à ſect. 2.

In cauſis formalibus.

Iam in formis hoc pacto oſtenditur concluſio. Nomine formarum eſſentialiter ſubordinatarum, aut intelliguntur formæ phyſicæ, quæ ſunt re ipſa diſtinctæ inter ſe, quo pacto quidã exiſtimãt animam, & formam mixti, & corporeitatis, vt vocant, eſse eſsentialiter ſubordinatas, quòd anima pendeat in informando à forma mixti, & forma mixti à forma corporeitatis; aut intelliguntur gradus, vt ita dicam, eſsentiales eiuſdem formæ, iuxta quos diſtinguuntur eſsentialia prædicata eiuſdem rei, quę dicuntur formæ metaphyſicæ; neutro autem modo poſsunt formæ eſſe infinitę; igitur nullo. Aſsumptio probatur primùm, quia vtrouis modo eſsent infinitæ formæ in eadẽ re, nõ dubium eſt, quin res, quæ ex illis conſtarent;

Digitized by Google

cõtinarent, essent infinitę perfectionis. omnes enim formæ substantiales (de his enim in hac quæstione loquimur) siue priori, siue posteriori modo sumantur, sunt perfectiones quædam certæ, ac definitæ, quę si infinitę sint, efficiant perfectionẽ infinitam. Deinde, quia darentur in eadem re infinitę proprietates, omnes enim substantiales formæ siue Physicè sumantur, siue Metaphysicè, habent peculiares proprietates, quę quidem in nulla re cernuntur infinitę, sed certę numero, ac designatæ. Postremò, quod quidem attinet ad formas physicas, hoc pacto idem probatur. Datur prima in quolibet composito, nempè quæ immediatè inhęret materiæ primę; datur item vltima, à qua res denominatur, & accipit speciem; igitur non dantur infinitę. Quod uerò attinet ad prædicata essentialia, hoc modo. Primùm quidem, quia si essent infinita, non posset tradi definitio omnino explicita, aut demonstratio, quæ ex hoc genere definitionum conficeretur; neque enim res vlla, quæ genus habeat, omnino explicitè definiri potest, nisi per genus remotissimum, & omnes interiectas differentias: at positis infinitis prędicatis essentialibus, nullum inueniri potest genus remotissimum, nullaque differentiarum certa, & definita summa colligi. Deinde uerò hac ratione. Nomen substantiæ, quatenus dicitur de substantijs completis, & incompletis, ac finitis (mittamus enim sermonem de Deo, in quo nulla est dictarum formarum distinctio) aut significat immediatè unam aliquam naturam, aut plures; non potest autem significare immediatè vnam tantùm omnibus substantijs communem, quandoquidem isto modo non darentur vllę omnino differentię substantiarum, quæ etiam essent substantiæ: oporteret enim, naturam illam diuidi per differentias, vt cætera omnia vniuoca, ac proinde non dici essentialiter de ulla differentia substantię, quandoquidem nihil potest essentialiter dici de differentia, per quam diuiditur, vt patebit libro quarto: significat ergo immediatè plures naturas. Atqui nõ significat immediatè omnes substantias: est enim perspicuum nomina communia significare immediatè naturas communes, mediatè uerò particularia omnia, & singularia, quæ sub communibus essentialiter continentur: nec item significat solas differentias substantiarum, tum quia hoc pacto de nulla re diceretur in quęstione quid est, tum quia etiam differentiæ ipsę per seso, & sine aliquo quasi subiecto, quod per eas diuidatur, nullam substantiam siue specificam, siue indiuidualem constituunt: ergo significat immediatè non solùm differentias omnes tam specificas, quàm indiuiduantes, vt quæ nulli naturæ vniuocę essentialiter subduntur; sed etiam unum aliquod genus summum, aut plura, sub quo, aut sub quibus cętera genera omnia mediatè significata contineantur. Cùm igitur perspicuum sit, dari species infimas substantiarum; dato autem siue uno, siue pluribus generibus summis earum specierum, nec differentię diuidentes, nec genera media, quę vsque ad speciem infimam interiecta sunt, infinita esse possint; efficitur, vt formæ substantiales hoc pacto

Omnibus formis tam physicis, quàm metaphysicis peculiares proprietates respondere.

Explicita omnino definitio.

Nomen substantiæ quidnam immediatè significet.

Genᵃ nõ dici essentialiter de differẽtijs diuidentibus.

sumptæ

sumptæ, infinitę esse nequeant. Eadem ratione vti possumus ad probandum, nec in cæteris prędicamentis dari infinitionem prædicatorum essentialium.

In causis finalibus ex ipsa ratione finis.

Denique in causis finalibus sic potest conclusio confirmari. Primùm, quia aut omnes fines, qui actu intenduntur, expetuntur propter aliquem ultimum, aut singuli propter se; si singuli propter se, igitur non sunt essentialiter subordinati; si omnes propter aliquem ultimum, ergo non dato vltimo, nullus est finis; ex quo efficitur, vt fines non sint infiniti. Deinde, quia si fines essentialiter subordinati, essent infiniti, tolleretur de medio natura boni, ut Arist. ait, quod nos quo pacto intelligendum sit, in expositione contextus ostendimus: cùm ergo sit absurdissimum tollere de medio naturam boni, absurdissimum quoque erit finiũ infinitatem inducere. Tertiò, quia si darentur infiniti fines essentialiter subordinati, nulla esset deliberatio, quę semper incipit ab vltimo aliquo fine; quare neque electio, neque actio agentis per intellectum, & (quod hinc sequitur) neque agentis naturalis. Namque omne agens naturale agit directum, & quasi impulsum ab agente per intellectum. Postremò, Quia si in finibus daretur infinitio, non posset designari certa mensura propensionis appetitus in ea, quę appetuntur propter finem, solus enim finis vltimus, propter quem quisq; operatur, dici potest regula & quasi mensura eiusmodi propensionis, quandoquidem medij omnes propter vltimum expetuntur.

Ex natura boni.

Ex actione, tum libera, tũ naturali.

Ex quantitate appetitionis.

Ita patet secunda conclusio cùm in omnibus causis eiusdem generis simul, tum singulorum generum priuatim. Quę eadem cõclusio omnibus Philosophis communis est. Quanquam enim non defuerunt, qui dicerent, dari in rerum natura actu infinita entia completa, ut Democritus infinitos Mundos; nec desint etiam nunc, qui res infinitas simul existentes absoluta Dei potestate dari posse contendant; nullus tamen adhuc ita insaniuit, vt diceret, rem eandem ab infinitis causis, essentialiter subordinatis pendere, aut pendere posse.

Consensus Philosophorum in secunda conclusione.

Vt Ochamus 1 2.d.1. Greg. Arimin. in 1. d. 44. q. 4. & alij.

Illud tamen prętereundum non est, ex hac conclusione, si nihil aliud addatur, non continuò sequi, dari vnam primam causam efficientem, aut finalem, à qua tota rerum vniuersitas pendeat; sed in omni serie causarum efficientium essẽtialiter subordinatarum dari unam primam efficientem, eodemque modo rem habere in causis finalibus; siue omnes huiusmodi causarum series reducantur ad unum caput, siue ad diuersa: quemadmodum nec, si omnes species eiusdem seriei prędicamentalis reducuntur ad aliquod summum genus, continuò sequitur, omnes omnino species rerum reuocari ad vnum cõmune genus omnium. Id quod dixerim, ne putes demonstrari hoc capitè, vnum esse Deum auctorem, ac finem vniuersi. eius enim assertionis cõfirmatio maioris negotij est, quãquam hoc loco non infirma iaciuntur fundamenta ad eam confirmandam, de qua disserendum extremo cap. libr 12. Eodem pacto non docetur hoc

Non colligi ex dictis una tantum esse primam causam rerũ omnium.

Digitized by Google

tur hoc loco, unam esse primam materiam, aut formam, sed in omni serie materierum, & formarum essentialiter subordinatarum dari primam eius generis causam. Quin etiam demonstrari non potest, unam esse numero primam materiam, aut primam formam, etiamsi formæ nomine exemplar intelligas. Distinctio enim rerum eam demonstrationem non admittit.

Tertia conclusio. Tertia conclusio sit, In diuersis quoque generibus causarum non posse dari infinitionem. Hanc conclusionem ea ratione probat Arist. hoc loco, quia si genera causarum essent infinita, nempè materialis, formalis, efficiens, finalis, & aliud atque aliud sine vllo statu, nemo esset, qui posset scientiam rerum assequi; quippe cùm scire sit rem per causas cognoscere; infinita autem in tempore finito percurri nequeant. Probari etiam potest eadem conclusio ex impossibilitate infinitionis rerũ, quẽ admodũ superior. Deinde, quia etsi ipsa genera causarum non sunt essentialiter subordinata inter se; tamen nullum genus earum potest quicquã causare, non concurrentibus cæteris generibus. Quare quemadmodum in causis essentialiter subordinatis causę inferiores nihil possunt causare, nisi detur status in superioribus; ita vnum genus causæ non potest causare suum effectum, nisi ponatur status in cæteris generibus. Accedunt tertio loco eæ rationes, quibus ad finem superioris libri vsi sumus, vt ostenderemus, quatuor esse causarum genera, non plura, nec pauciora. Postremò hęc ipsa est omnium Philosophorum sententia: siquidem nullus eorum aliud genus causę inuenit pręter quatuor ab Arist. tradita, vt ipse eodem loco docet.

Quo pacto inter sese affecta sint quatuor genera causarum.

Cap. 7. q. 2. sect. 4.

Ter. 50.

*Dilutio eorum, quæ pro infinitate efficientium proposita sunt.*

## SECTIO QVINTA.

AD primum igitur argumentum eorum, quibus colligebatur, infinitionem causarum efficientium nõ esse impossibilem, dicendum est, rationem illam Arist. non euertere infinitionem causarum accidentaliter sub ordinatarũ, sed essentialiter. Quòd si quis eam accidentaliter etiam subordinatis accommodare velit, neganda est tertia condirionalis, siquidem in ordine huiusmodi causarum posteriores non pendent à prioribus in causando, ac proinde nec tota earũ multitudo est dependẽs ab ali qua priore eius ordinis, cùm nulla earũ causet virtute pręcedẽtis, sed suą; quamuis & singulę, & omnes simul pendeant ab aliqua superioris generis, vt omnes equi à sole. Quod tamen non ideo dicimus, quia credamus, generationes rerum ab ęterno esse potuisse; sed vt ostendamus, rationem Aristot. non euertere infinitionem eorum, quę ipse successiuè putauit fuisse ab ęterno.

Vis rationis Aristotelis.

Ad secundum dicendum est, non semper id dici medium, quod inter duo

Quid dicamus medium.

Digitized by Google

duo extrema continetur, sed interdum etiam quicquid inter duo quælibet collocatum est, quamuis illa extrema non sint; quemadmodum dicimus, signum Arietis esse mediũ inter signa Piscium, & Tauri; & quasuis cuiusq; circuli partes appellamus medias respectu aliarum, tametsi earum nullæ sunt extremæ. Hoc igitur pacto perspicuum est, veram esse primam conditionalem.

Defenditur ratio Aristotelis.

Ad tertium dicendum est, non esse Aristotelem ea in re notandum vitio petitionis principij. Nam nec contentio eius cum aduersario, quem ipse sibi fingit, versatur in illa conditionali, saltem formaliter, & expresè, sed in ea quęstione, Num dentur infinitę causę eiusdem rei. Nec item Aristoteles eam conditionalem gratis sumit, sed contra renitentem lectorem accurratè probat, simil tudine trium causarum essentialiter subordinatarum, vt diximus. Quin etiam ipso orationis contextu probatio antecedit eiusmodi conditionalem.

## *Dilutio eorum, quæ adducta sunt pro infinitione causarum materialium.*

## SECTIO SEXTA.

AD primum autem eorum, quæ proposita sunt pro infinitione causarum materialium, dicendũ est cum Cõmentatore, quẽ Albert. Magnus, & D. Tho. sequũtur, aliter progressum fuisse Aristotelẽ in refellenda infinitione causarum efficientium, aliter in materialium. Nam, quia in causis efficientibus perspicuum erat dari vltimam, siue proximam effectui; quęsitum est, an sursum versus daretur progressus infinitus. Contrà verò, quia in causis materialibus omnes supponebãt, dari aliquod primum principium, quod esset basis, ac fundamentum cæterorum; quęsitum est, num post illud darentur infinita subiecta, quę ex primo illo penderent. Quanquam uerò nec sensu, nec intellectu per se notum est, dari materiam primam; tamen ita facilè id concluditur, sumpta materia prima secundum communem, vulgatamque eius rationem (quod ad finem superioris libri ostendimus) vt meritò ab omnibus Philosophis supponatur.

Albert. cap. 9. D. Th. lect. 3. p. 2.

Cur Aristoteles aliter in efficientibus, aliter in materialib⁹ causis progressus fuerit.

Cap. 7. q. 2. sect. 6.

Ad secundum dicendum est, infra materiam primam, hoc est, si progrediaris ab illa ad vltimum compositum, non dari plures materias primas, quemadmodum cùm progredimur ab vnitate ad binarium, & ternarium dantur aliæ vnitates, & plures deinceps ad alios sequentes numeros; sed tamen dari posse plures, vel pauciores materias secundas, pro ratione perfectionis cuiusq; rei generabilis. Res enim, quæ sunt perfectiores, pluribus materijs secundis indigẽt; quæ verò imperfectiores, pauciores ibus. Exempli causa, mixtũ indiget elemẽtis ad materialẽ sui cõpositionem; & homo, vt docet Arist. 2. de generatione animaliũ cap. 3. priùs viuit vita plantæ, deinde animalis, tandemq; hominis; ex qua re fit, vt à materia

Perfectiora pluribus, imperfectiora pauciorib materijs secũdis indigere.

Digitized by Google

teria prima vſque ad hominis complementũ multas numerare liceat materias ſecundas, compoſita'ue ſubſtantialia interiecta, ſiue eorum formæ maneant formaliter in homine, vt quidam volunt; ſiue ſola virtute, quẽ admodũ res habet. hunc ergo progreſſum ſignificauit Ariſt. exẽplo illo pueri, & ſenis; non quòd in ea tranſmutatione ſit vera generatio, ſed quia perinde ſe habet, vt generationes illæ, quibus imperfectioribus formis adduntur perfectiores, manentibus prioribus, ſi non formaliter, certè virtute. Manẽt enim in viro pueri qualitates, abiecta imperfectione, vt patet in figura, robore, ſcientia, & ſimilibus. Quod autem Ariſt. addit, aquam eſſe materiam aëris, & reliqua omnia, quæ dicuntur corrumpi, & non manere in genito, eſſe materias eorum, quæ gignuntur; ad complementum doctrinæ adiectum eſt. Nec enim huiuſmodi materiæ ſunt eſſentialiter ſubordinatæ, vt elementa, mixtum, embryon, cùm nec formaliter, nec virtute concurrant ad conſtitutionem eiuſdem compoſiti. Sed tamen Ariſtoteles, quia loquebatur de materia immanente, eſſentialiterq; ſubordinata, ſimul loqui voluit de oppoſita, quę dicitur tranſiens, quo pacto aqua dicitur materia aëris; vt in eo etiam genere, amplioris doctrinæ gratia, oſtenderet, non dari infinitionem ſecundũ ſpeciem.

Si quis autem quærat, cur Ariſtoteles, cùm agit de materijs immanentibus, non ſit loquutus de progreſſu earum, quando aliquid tendit in deteriores formas, vt cùm ex viuente fit cadauer; dicendum eſt, cauſam eius rei fuiſſe, quia mutationes huiuſmodi non ſolent appellari generationes, ſed potiùs corruptiones, cùm potiùs denominentur ab expoliatione præſtantionis formæ, quàm ab introductione, aut permanentia deterioris. Exempli cauſa, mutatio hominis in cadauer, potiùs dicitur corruptio, quàm generatio, quia per eam abijcitur rationalis anima, quę præſtantior forma eſt, quàm cadaueris, quæ introducitur, aut corporeitatis, quæ manet iuxta ſententiam eorum, qui volunt dari in morte viuentium corruptionem ſine generatione.

Mutationes, quę tendunt in deterius, cur non dicãtur generationes.

Vt Scoti in 4. d. 11. q. 3.

Ad tertiùm, quicquid de punctis, & partibus proportionalibus lineæ dicendum ſit, ſint ne infinita actu in eadem, vt multi dicunt, an verò potentia tantùm, de qua re lib. 5. diſputabimus; reſpondendum eſt, non eſſe parem rationem in materia ſecunda, atque in illis. eſt enim materia ſecunda ens actu, & completum; ſiue forma, quam includit, maneat formaliter in compoſito, quod ex illa fit, ſiue ſola virtute.

## *Dilutio argumentorum, quibus finalium cauſarum infinitio oſtendi videbatur.* SECTIO SEPTIMA.

IAM ad primum eorum, quæ infinitionem cauſarum finalium oſtendere videbantur, dicendum eſt, propoſitionem illam, ſi datur vltimus finis, non datur proceſſus infinitus in finibus, eſſe veriſſimam in finibus eſſentialiter ſubordinatis, neque oppoſitum probari. Nam, etſi de-

Quid colligatur ex ſimilitudine finitũ cum principijs mathematicis.



Digitized by Google

mus, quemadmodum ex principijs mathematicis proceditur in infinitum ad alias, atque alias conclusiones, ita etiam ex fine vltimo procedi posse in infinitum ad alios, atque alios fines medios propter illum expetendos, vt in cupido pecuniarum patet; tamen non ex eo sequitur, dari infinitos fines essentialiter subordinatos respectu eiusdem actionis; imò verò oppositum ex eadem similitudine colligi potest. Vt enim nulla datur conclusio, quæ ex infinitis principijs pendeat, ita nullus datur finis, qui propter infinitos expetatur; quod tamen concludendum erat, vt subordinatio infinitorum finium ostenderetur.

Ad secundum dicendum est, neque in propositione illa, neque in toto discursu de finibus sermonem esse de vltimo fine simpliciter, qui est Beatitudo, sed de vltimo fine eorum, quæ subordinatè expetuntur in quauis actione, quamuis non sit vltimus simpliciter, vt, si cibum expetam propter vitæ conseruationem, nihil de vlteriore fine cogitans, vitæ conseruatio erit vltimus finis eius essentialis subordinationis. Tametsi verum est, in omni appetitione nostra appeti felicitatem, aut aliquam eius particulam, vt ita loquar. Nam qui sibi vim inferre volunt, id ea de causa expetunt, vt à præsentibus molestijs liberentur, quæ est quædam beatitudinis conditio, etsi planè sciunt, se ab integra beatitudinis ratione ea via aberrare.

In omni appetitione aliquid felicitatis appeti.

Ad tertium, dicendum est, & si bonum, qua ratione bonum est, latiùs pateat, quàm ratio finis; adhuc tamen sublata ratione finis, tolli de medio rationem boni, vt in expositione contextus diximus.

*Dilutio eorum, quæ infinitionem formarum dari posse contendebant.*

## SECTIO OCTAVA.

DENIQVE, vt dissoluamus ea, quæ pro infinitione causarum formalium proposita sunt, dicendum est ad primum, non ideo Aristotelem probasse in prædicatis essentialibus, quod probaturus erat in formis naturalibus, quia quot sunt differentiæ essentiales constitutiuæ rerum naturalium, tot sint formæ naturales earum realiter distinctę inter se, vt putat Ioannes Gandauensis, contra quem libro 8. disputandum est; sed iccirco id fecisse, quia re vera non dantur plures formæ substantiales in eadem re, & tamen in eadem forma dantur plures gradus essentiales, secundum quos sumuntur omnes essentiales differentiæ, quæ rem constituunt. Nam ex primo gradu formæ humanæ sumitur in homine esse corporei, ex secundo autem, aut potiùs tertio, vel quarto sumitur esse viuentis, & ita deinceps. Vnde autem sumatur esse substantiæ, quod D. Tho. hic videtur velle, sumi ex primo gradu formæ, libro quinto expędemus.

Hoc lib. q. 10.

Gradus metaphysici.

Lect. 4. p. 5.

Ad secundum dicendum est, & si partes lineæ distinguuntur realiter, non distingui tamen actu, sed potentia duntaxat: at prædicata essentialia, etsi nec

etsi nec actu, nec potentia distinguuntur realiter; distingui tamen formaliter, siue ex natura rei, idque non potentia solùm, sed actu. plus enim perfectionis essentialis includunt inferiora, quàm superiora, quod patet ex eorum definitionibus, & proprietatibus. Quapropter, etsi lineæ natura distinctè cognoscitur, non distinctè cognitis omnibus eius partibus; tamen nullius speciei natura distinctè intelligi potest, nisi omnia eius prædicata essentialia distinctè percipiantur. Nullus enim Philosophus putat, se distinctè cognoscere speciem, distinctione pertinente ad suam scientiam; nisi sciat resoluere definitionem illius, usque ad supremum eius genus, quod ad eandem scientiam spectet, etsi breuitatis gratia per genus proximum, & differentiam proximam sæpe illam definiat. Prædicatorũ essentialium distinctio.

Quæres tamen obiter hoc loco, Num prædicata essentialia eiusdem rei sint essentialiter subordinata inter se. Nec enim uidentur essentialiter subordinata, si vera sunt illa, quæ suprà diximus, Omnes superiores causas essentialiter subordinatas differre specie ab inferioribus; item q;, Rationem causandi superiorum perfectiorem esse ratione causandi inferiorum: quorum neutrum prædicatis essentialibus uidetur posse accõmodari. Nam neque superiora uidentur differre specie ab inferioribus, cùm de illis essentialiter dicantur; nec ratio causandi eorum perfectior videtur esse, quàm ratio causandi inferiorum, quippe cùm superiora sint imperfectiora inferioribus. Hoc eodem posteriori argumento effici uidetur, materiam secundam non esse essentialiter subordinatam materiæ primæ. Nam cùm materia prima sit imperfectior, necessariò videtur sequi, eius causandi rationem esse imperfectiorem. Prædicata essentialia, nõ essentialiter subordinata. Sect. 2.

Ad hanc dubitationem dicendum est, inferiora esse essentialiter subordinata superioribus, & materiam secundam materiæ primæ; imò verò nomen essentialis subordinationis forsitan ex subordinatione essentialiũ prædicatorum, abusione quadam, accommodatum fuisse causis efficientibus, & finalibus, quæ per Catachresin dicuntur essentialiter subordinatę. neque enim superiores fines, aut efficientia ad essentiam inferiorum pertinent. Prior autem obiectio hunc in modum diluenda est. Superiora non differre specie ab inferioribus, quasi ex opposito diuidant genus aliquod, aut pertineant ad opposita genera, ueluti homo, & equus, homo & candor (id enim rectè probatum est) sed ea ratione differre specie, quòd nõ sint eadem species. differunt enim, vt species superiores ab speciebus inferioribus, quod satis est, vt possint esse essentialiter subordinata. Vel dic, satis esse ad essentialem subordinationem, quòd non sint indiuidua eiusdem speciei infimæ: hanc enim solam identitatem intelleximus excludi à causis essentialiter subordinatis, cùm diximus, eas non posse esse eiusdem speciei. Ad posteriorem dicito, superiora, etsi sint imperfectiora inferioribus, tamen rationem causandi eorum esse perfectiorem. perfectiùs enim, ideſt, minùs dependenter dant esse superiora, quàm inferiora. Eodem modo respondendum est ad id, quod obijcie- Respondetur dubitationi. Solutio primę obiectionis. Essentialis subordinatio. Solutio secunda.



Digitized by Google

batur contra rationem causandi materiæ primæ. Nam etiam si materia prima est imperfectior, quàm secunda; tamen ratio causandi illius, in genere causalitatis materialis, perfectior est, ac minùs dependens, quàm ratio causandi materiæ secundæ, ut apertissimum est. Itaque in causis internis essentialiter subordinatis nihil repugnant hæc, minùs perfectã esse rem, quæ dicitur causa, & perfectiùs causare, siue minùs dependenter; cùm interim in causis efficientibus essentialiter subordinatis semper res, quæ perfectiùs causant (si modò id efficiant, ut principales causę, & non instrumenta tantùm) sint perfectiores. quod idem accidit in finibus, qui ex natura sua subordinati sunt. Alia enim ratio est de ijs, quos sibi appetitus proponit, quippe qui non rarò expetit res meliores propter deteriores.

Comparatio causarum essẽtialiter subordinatarum in perfectione.

Ad tertium argumentum dicendum est, quicquid est in genere, necessariò esse in aliqua eius specie. Genus enim, ne potentia quidem diuina separari potest à suis speciebus. Proinde si datis infinitis formis animalium in eadem materia, compositum ex illis non pertineret ad aliquam speciem animalium, ne ad ipsum quidem genus pertineret. Quanquã, ut Arist. ratione illa id, quod uult, efficiat, satis est, si ostendat, tale compositum ad nullam speciem posse pertinere. Patet enim, nullum ens naturale in rerũ natura esse posse, quod ad aliquam speciẽ non pertineat.

Genus, & species.

## NVM INFINITA TEMPORE FINITO cognosci possint. QVAESTIO II.

*Qua in re præcipuè posita sit huius quæstionis difficultas.*

### SECTIO PRIMA.

VM non semel hoc capite positum sit, infinita nõ posse cognosci, idque non videatur per se notum, sed res, de qua cõtrouersia esse meritò possit; operæpretium erit id explicare, atque probare hoc loco, altiùs principio repetito.

Prima infiniti significatio.

Infiniti nomen tribus modis accipi potest. Vno, vt significat negationem finitionis, seu limitationis; quo pacto infinitum facillimè intelligitur. etenim cùm negationes cognoscantur per ea, quæ negantur; finitio verò siue limitatio omnibus sit non solùm nota, sed etiam obuia; non dubium est, quin per eam nullo negotio intelligamus negationem finitionis, ac proinde infinitum, vt est affectum ea negatione. Altero, vt significat id, quod infinitum est, non tamen qua ratione infinitum est, siue illimitatum; quo pacto intelligimus tempus infinitum sub communi ratione temporis; spatium infinitum, sub communi ratione spatij; magnitudinem infinitam, si dari potest, vel sub ratione magnitudinis,

Secunda.

Digitized by Google

dinis, vel, si non sit omni ex parte infinita, secundum eam dimensionem, qua finita est; & infinita multitudo rerum, siue specie, siue numero differentium, sub conceptu generis earum, aut speciei. Tertiò, vt significat id, quod infinitum est, qua ratione infinitum est, siue infinitio sit modus essendi rei infinitę, vt ait Scotus, siue quiduis aliud, quod proprium fundamentum sit eius negationis, quam in prima significatione exposuimus. Atque in hac vsurpatione infiniti tota est quæstionis difficultas; non quidem collata re infinita cum infinitio intellectu, qui est solus Diuinus, sed cum finito, siue creato; Neque verò accepta cognitione pro imperfecta, & confusa: non enim dubium est, quin infinitum ab intellectu creato hoc pacto cognosci possit: sed pro perfecta, & distincta.

Tertia.

Quodl. 5. §. De primo. & quodlib. 6. §. Restat nunc.

Difficultas quæstionis.

Verùm, quia duplex est infinitum, vnum intensiuè, vt dici solet, alterum extensiuè; id, quod intensiuè infinitum est, cùm maximam rei perfectionem significet, nemo negauerit, esse natura sua maximè aptum, vt intelligatur; simpliciter quidem, si sit infinitum simpliciter, in hoc autem aut illo genere, si sit infinitum in certo aliquo genere. Quantò enim quidque perfectius est, tantò magis ens, magisque intelligibile ex se se; cæterum an huiusmodi infinitum possit à nobis clarè, ac perspicuè cognosci, quæstio est. Ac de eo quidem, quod est infinitum simpliciter, de Deo, inquam opt. Maximo, non defuerunt, qui dicerent, nulla potentia fieri posse, vt in seipso ab intellectu creato perspicuè cognoscatur, in quibus numerantur Hæretici ij, qui existimabant beatitudinem cœlestem à Deo promissam, non in familiari illo, quem speramus, Diuinæ naturæ intuitu, sed cuiusdam creati fulgoris ab ea manantis, positam esse. Quem errorem ante aliquot secula damnauit Sancta Dei Ecclesia, quę columna est, & firmamentum veritatis. Nam etsi Deus à nullo intellectu creato clarè cognosci potest viribus naturæ; nec etiam potestate Diuina comprehendi, vt sacra item oracula nos docent; videri tamen clarè, ac perspicuè potest ab ijs, quorum mentes Diuina bonitas supra naturæ modum illustrauerit, & ad quandam Diuinæ naturę participationem euexerit; de qua re Theologi est disserere. Quòd si non repugnat, infinitum simpliciter ab intellectu creato perspicuè cognosci; longè minùs repugnabit, cognosci infinitum in certo genere; si modò illud dari possit, vt albedinem infinitè intensam in genere colorum, & calorem infinitè intensum in genere tangibilium qualitatum.

Infinitum intensiuè.

Armenij, & alij quidam apud D. Bernar. epist. 190. Turr. e Crem. de potestate eccles. c. 35. & Alfonsum à Castro aduersus hæresuer bo Beatitudo. Vide ibi decretū Innoc. 3. & Benedicti 11. lege nē Cōcil. Florēt.

Hæresis negātiū posse Deū à nobis clarè cognosci.

Breuis impugnatio.

Infinitum extensiuè triplex est; Magnitudine, vt corpus, aut spatium infinitum; Successione, vt motus, aut tempus infinitum; & Multitudine, vt infinitæ species, aut indiuidua. Sed cùm distincta cognitio infiniti siue magnitudine, siue successione, haberi nequeat, nisi eiusmodi infinitum cognoscatur quo ad omnes partes, in quas diuidi potest (quę est cōprehensiua) vel saltem, quoad omnes certæ alicuius extensionis, ut si in tempore infinito intelligantur distinctè omnes dies, & in linea infinita omnes

Triplex infinitum extensiuè.

Digitized by Google

omnes palmi: tota huius generis infinitorum difficultas ad infinitum multitudine reducitur; de quo proinde solo satis erit, si in hac quæstione disseramus. Verùm, quia dubium non est, quin possit infinitum multitudine in tempore infinito percurri, atque cognosci, quo pacto Aristoteles fateatur, necesse est, substantias cœlorum motrices infinitas suorum orbium conuersiones cognouisse; de sola cognitione infiniti multitudine in tempore finito, quo pacto idem extremis verbis huius capitis illam dari posse negat, futura est disputatio, quemadmodum de ea sola à nobis est quæstio proposita.

Tempore infinito posse cognosci infinitum.

*Quibus argumentis uideantur infinita in tempore finito posse cognosci.*

## SECTIO SECVNDA.

QVOD ergo huiusmodi infinitum in tempore finito cognosci possit, his argumentis ostendi uidetur. Primùm, quia materia, itemque magnitudo, cùm sint entia creata, non dubium est, quin ab aliquo intellectu creato in tempore finito non modò quiditatiuè intelligi, sed etiam comprehendi possint; alioqui pares essent Creatori hac in re: at materia comprehendi non potest, nisi intelligantur formæ omnes, ad quas habet potentiam (hoc est enim omnino penetrare, ut sic dicam, potestatem materiæ) magnitudo etiam nō uidetur posse comprehendi, nisi intelligantur omnes omnino partes, ex quibus constat, & in quas diuidi potest: igitur cùm & formæ, ad quas materia est in potentia, & partes item magnitudinis infinitæ sint; negandum non est, intellectum creatum in tempore finito posse intelligere infinita.

Primum argumentum.

2 Deinde, quia Angeli comprehendunt suam potentiam actiuam, ij saltem, qui superiores sunt, & præstantioris naturæ, uim, & actiuam potentiam inferiorum; omnes item comprehendunt actiuam potentiam animæ nostræ, & corporum cœlestium: atqui huiusmodi actiuæ potentiæ comprehendi nequeunt, nisi intelligantur omnia effecta, quæ ab eis produci possunt, quæ sunt infinita; id autem nisi fiat tempore finito, nunquam tales potentiæ comprehensæ erunt: possunt igitur Angeli tempore finito intelligere infinita.

3 Tertiò, quia ijdem intelligunt, atq; comprehendunt uim, & naturam specierum intelligibilium, quæ ipsis concreatæ sunt: Cùm igitur hæ species eius conditionis sint, ut non solùm representent naturas specificas, sed etiam indiuidua omnia, quæ sub speciebus continentur; non dubiū est, quin Angeli, finito in tempore, infinita cognoscant.

4 Quartò, quia possunt ijdem, si uelint, per instantia horæ, non quidē immediata (quæ nulla sunt) sed per mediata, intelligere successiuè partes proportionales cuiuscunque propositæ magnitudinis finitæ: at huiusmodi

Digitized by Google

iusmodi partes infinitæ sunt; possunt ergo Angeli tempore finito intelligere infinita. Nec uerò ullum impedimentum est, quod possis obijcere, siue ex parte ipsorum Angelorum, cùm ij, saltem aliqua mora interposita, quantumcunque ea parua sit, elicere possint alium intelligendi actum; siue ex parte temporis, aut magnitudinis, cùm vtrumque constet partibus proportionalibus infinitis.

5 Postremò, quia non Angeli modò, sed & homines etiam possunt in tempore finito infinita percipere. Quisquis enim ante speculum mouetur, coniectis oculis in imaginem sui, quæ in speculo apparet; is dum mouetur, siue ad illud, siue ab illo, siue circa illud, uidet omnes sui imagines, quę in speculum imprimuntur; nulla prętermissa (ponamus enim non interrumpi visionem) at illæ imagines sunt infinitę; videt igitur tempore finito infinita, atq; adeo intelligit, si modò ad id attendat mente, quod oculis intuetur. Assumptio ex eo patet, quia imago, quę imprimitur ex vno puncto spatij, nec est eadem cum imagine impressa ex alio puncto; nec item est pars illius, sed noua quędam prorsus, ac omnino diuersa. Si enim demus, moueri hominem rectà ad speculum, & sumamus duo puncta spatij, unum post aliud, secundùm ordinem motus; non dubium erit, quin imago genita ex remotiori minor sit, quàm quę ex propinquiori generatur; at minor nō potest fieri maior, siue extēsior nulla parte addita, nisi partes incipiant esse in alia, atque alia parte subiecti, quod est impossibile; imago item minor, non potest fieri pars maioris per additionem nouarum partium circumcirca (alioqui appareret in speculo ex propinquiori puncto imago quędam composita ex uultu minore, qui ante apparebat, & eiusmodi additione circum minorem; quod pugnat cum experientia) est igitur imago, quę generatur ex priori puncto, prorsus diuersa ab ea, quæ generatur ex posteriori. Atq; idem eodem ferè modo ostendi potest, si motus fiat ab speculo, aut circa speculum. Cùm igitur puncta spatij, quæ percurrit is, qui mouetur, sint infinita; elicitur necessariò, imagines esse infinitas, ac proinde uideri, & intelligi etiam à nobis tempore finito infinita. Quòd si dicas, uideri quidem à nobis, & intelligi infinita, non tamen distingui; Primùm quidem oportebit, te nouam expositionem pronunciato Aristotelis adhibere. Ait enim absolutè, non posse infinita finito tempore percurri. Deinde eo concesso, saltem non uidetur negandum, distingui posse ab Angelis, cùm imagines ipsę (si re uera in speculum imprimuntur) distinctæ sint, & earum quæque sit ens completum, neque alia immediatè succedat alij, quemadmodum, nec punctus immediatus est puncto, nec momentum momento. Postremò difficillimum quoque creditu videtur, fieri naturaliter multitudinem successiuam entium distinctorum inter sese, & tamen non posse intelligi, & distingui successiuè ab ullo intellectu creato.

Responsionis impugnatio.

Non

Digitized by Google

*Non posse infinita in se ipsis cognosci.* SECTIO III.

Duplex cognitio distincta.

VT igitur quęstio expediatur, duo antè animaduertenda sunt. Vnum est, nomine distinctæ cognitionis infinitorum intelligi posse, vel eam, qua infinita cognoscuntur in seipsis; quod genus cognitionis dicitur cognitio rerum in proprio genere; vel eam, qua cognoscuntur in alio cognito, quo pacto Beati cognoscunt plurima in essentia diuina.

Alterum est, vt infinita à nobis finito in tempore cognoscantur, duobus modis posse accidere. vno successiuè, altero simul, hoc est, non percepto vno post aliud, siue id fiat in toto aliquo tempore, siue in aliquo tantùm eius momento.

Prima conclusio.

His positis sit prima conclusio; Infinita non posse tempore finito siue in se ipsis, siue in alio, successiuè cognosci. Hæc conclusio ex eo primùm patet, quia hoc pacto daretur primum cognitum, & vltimum cognitũ; vbi autem datur primum, & vltimum, non dantur infinita. Prior propositio ex eo patet, quia cùm multa successiuè, ac tempore finito cognoscuntur; quemadmodum cognitio intrinsecùs incipit in primo cognito, ita intrinsecus desinit in vltimo cognito, alioqui non desineret, sed in infinitum tenderet. Nec obijcias contra posteriorem propositionem, dari in linea primum, & vltimum punctum, & in hora primum, & vltimũ momentum; & tamen ea puncta, & momenta, quæ interiecta sunt, esse infinita. Non uidentur enim indiuisibilia esse actu in medio continuo, sed potestate tantùm, vt sępe ait Arist. de qua re quinto libro agendum; aduersarius autem inter primam, & vltimam cognitionem fingit infinitas cognitiones actu.

Obiectionis dilutio.

Deinde, si infinita hoc pacto cognoscerentur, absoluto tandem tempore prędscripto iam innumerabilia numerata essent; hoc autem contradictionẽ inuoluit; ergo & illud. Propositio ex eo perspicua fit; quia vt primò cognoscimus Socratem, secundò Platonem, tertiò Aristotelem, eodemq; ordine procedimus intelligendo alium, atque alium hominem, ita possumus primò cognoscere Socratem, vt primum, secundò Platonem, vt secundum, tertiò Aristotelem, vt tertium, eodemque ordine cæteros; hoc autem nihil aliud est, quàm numerare: igitur si totam summam eorum, quæ hoc pacto intelligimus, absoluamus; iam à nobis omnia erunt numerata, numerari enim, & numeratum esse non alia ratione differunt, quam vt numeratio passiua in fieri, & in facto esse. Quare cùm infinita, ut infinita sunt, innumerabilia sint; efficitur necessariò, vt si tempore finito successiuè intelligi possunt, cùm tandem ad finem eius temporis peruentum fuerit, iam innumerabilia numerata sint.

Infinita suapte natura innumerabilia.

Tertiò, si infinita successiuè cognosci possent in tempore finito, possent vtique cognosci per partes proportionales temporis, aut per instantia, quibus illæ inchoantur, aut finiuntur (etenim per æquales partes temporis

Digitized by Google

poris finiti, aut per instantia, quibus æquales terminãtur, fieri nullo modo potest, cùm infinita sint; & minùs probabile est, posse intelligi per omnia omnino instantia, quàm per ea, quæ proportionaliter distant inter sese) at hoc concesso iam daretur pars temporis, quæ eadem esset diuisibilis, & indiuisibilis, vltima & non vltima, quæ contradictionem implicant: non possunt igitur infinita finito tempore successiuè cognosci. Assumptio ex eo probatur, quia quemadmodũ si daretur in rerum natura columna re ipsa diuisa in partes proportionales uersus basim, necesariò pars illa, cui ineset superficies, qua columna contigua est basi, esset diuisibilis, & indiuisibilis, ultima, & non ultima; diuisibilis quidem, quia pars proportionalis; indiuisibilis, quia alioqui nõdum esset peracta diuisio; vltima verò, quia indiuisibilis; non vltima, quia diuisibilis: ita prorsus accideret si nõ esset re ipsa, sed sola designatione diuisa: at tempus diuiditur designatione per actus intelligendi: igitur, si quis in tempore finito percurreret intellectu infinita per partes proportionales tẽporis, aut per instantia, quibus illæ terminantur; iam daretur pars quædam illius diuisibilis, & indiuisibilis, vltima, & non vltima; ea videlicet, cuius finis esset instans, quo tempus illud finitum finiretur.

Quo pacto tempus diuidatur.

Postremò probatur eadem conclusio, ex ipsa ratione infiniti ab Arist. tradita 3. Phys. cap. 7. ait enim, infinitum extensiuè (de hoc enim solo ille eo loco, & nos in hac disputatione loquimur) esse id, cuius semper aliud extra, ratione quantitatis, accipi potest; hoc est, in quo sumpta quauis quantitatis parte, semper alia restat accipienda. Si hoc igitur infinitum est, constat manifestè, non posse eius partes finito tempore percurri; alioqui nulla iam pars accipienda supereset, ac proinde infinitum non esset infinitum. Eodem pertinet id, quod idem eodem loco subdit, infinitum potiùs rationẽ partis, quàm totius subire. Infinitæ enim quantitatis quicquid aut est in rerum natura, aut concipitur, pars est respectu ipsius infiniti; nec tamen ipsum infinitum propriè habet rationem totius, quia nunquam absolui potest, siue quo ad existentiam, siue quo ad intelligentiam; si tamen successiuè esse, ac intelligi incipiat. Quod addiderim, quia non incipiendo, non dubium est, quin absolui possit, vt motus, & cogitationes Angelorum, si Mundus ab æterno fuisset: q̃quam ne hoc quidem modo infinitum finiretur, aut successiuè intelligeretur, quatenus infinitum, sed quatenus finitum, hoc est, versus eam partem, qua esset finitum, & terminatum. Eodem quoque pertinere potest id, quod idem scribit primo Physicorum libro cap. 4. Infinitum, quà infinitum est, ignotum esse. Intelligenda est enim in eo pronunciato ignoratio opposita cognitioni accommodatæ ad naturam huiusmodi infiniti, quæ cognitio est successiua, discurrens ex parte in partem. Atque in hac conclusione conueniunt grauissimi quique Philosophi, & Theologi, addentes, non modo à finito intellectu, sed ne ab infinito quidem posse infinita hoc pacto cognosci, etiam si daremus, infinitum intellectũ posse

Infinitum ex tensiuè quid?

tex. 63.

Infinitũ hoc partis rationẽ habere.

tex. 66.

Quo pacto possit absolui

Quo pacto fit ignotum.

tex. 35.

D. Tho. 1. p. q. 86. ar. 2. & alibi sæpe. Scot. in 1. d. 3. q. 2. & alij.



Digitized by Google

rem vnam post aliam cognoscere.

Secunda conclusio.

Secunda conclusio sit; Infinita in seipsis non posse simul distinctè cognosci ab intellectu creato. Conclusio hæc facilè ex eo probatur, quia vt quotidiano experimento didicimus, quo pluribus rebus simul in se, siue immediatè cognoscendis intellectus noster intentus est, eò minùs perfectè, ac distinctè singulas percipit; quod idem priùs in sensibus accidere videmus. Sed et in alijs potentijs, siue conseruatiuis, vt in mandandis rebus memoriæ, aut retinendis; siue motiuis, vt in trahendis, aut pellendis corporibus; siue alio modo actiuis, vt in digerendo cibo; semper plura simul, quàm pauciora minùs perfectè expediuntur. Et optima quidem ratione; est enim cuiq; potentiæ, vt certa natura, ita certus quidam, ac præscriptus agendi simul, aut patiendi terminus naturalis, quem naturæ viribus excedere non potest. Ergo, si infinita intellectui creato obijciantur, etsi illa modo aliquo cognoscet (iam enim sæpe diximus, nihil esse, quod à nobis modo aliquo intelligi non possit) imperfectissimè sanè, & confusissimè ea cognoscet. Atque hæc conclusio non de intellectu nostro tantùm, sed de angelico etiam, & proposita, & probata est. De diuino alia est ratio. Nam etsi diuinus propter suam perfectionem non intelligit plura immediatè, siue in seipsis, sed in ipsa diuina essentia cognita; tamen si plura immediatè intelligeret, nihil impediret, quominùs eo pacto infinita perciperet.

Cur potentiæ pluribus intentæ imperfectiùs singula perficiant.

Cognitio diuina.

Infinita posse confusè cõcipi, & appeti.

Nihil est autem contra conclusionem hanc, si voluntas creata feratur simul in infinita, vt si quis cupiat viuere annos infinitos. Nec enim hoc argumento colliges, intellectum nostrum posse concipere simul infinita, nisi confusè, quippe cùm ea etiam appetitio confusa sit. Namque fieri nõ potest, vt voluntas quicquam appetat distinctè, nisi præeunte distincta cognitione aliqua intellectus.

Obiectio.

At obijcies, Angeli, si creati essent ab æterno, possent modò recordari distinctè infinitorum annorum præteritorum, quos distinctè, & singulatim nouissent; ergo aliquis intellectus creatus potest simul percipere infinita in seipsis. Sed occurrendum est, fieri quidem potuisse, vt successiuè cognouissent infinitos annos præteritos, si Mũdus, saltem quoad incorruptibilia, ab æterno esse potuit; non tamen vt omnium simul distinctè recordarentur: hoc enim arguit illimitationem actus intelligendi, quæ non datur in intellectu creato; illud autem solius durationis, quæ cum natura rerum incorruptibilium congruit.

Dilutio.

A nullo intellectu infinita in seipsis posse distinctè cognosci.

Ex his duabus conclusionibus patet, infinita in seipsis à nullo intellectu posse distinctè intelligi. Etenim successiuè, ne à Diuino quidem intellectu percipi possunt, vt patet ex prima conclusione: simul autem, & si nihil repugnaret percipi à diuino ex parte rerum infinitarum simul acceptarum, repugnat tamen ex parte perfectionis diuini intellectus, cuius immediatum obiectum necessariò est sola diuina essentia, idque, quia in ea perfectissimè continentur cætera omnia, quod de nullo obiecto creato

Digitized by Google

creato dici potest. Itaque omni multitudini infinitæ repugnat percipi in seipsa; verùm percipi successiuè repugnat ex parte ipsius infinitionis, simul autem, non ex parte infinitionis, sed ex parte intellectus; finiti quidē, propter eius imperfectionē; infiniti autē, propter eius perfectionem. Nota hæc.

Atque iuxta huius cōsectarij sensum potest modo aliquo exponi pronunciatum illud Aristotelis; Infinitū, vt infinitū est, ignotū esse. est enim verū, si sermo sit de cognitione infinitæ multitudinis in seipsa, tametsi meliùs exponitur iuxta sensum solius primæ cōclusionis, vt factum est superiùs. Exponitur dictum Aristotelis alio modo quam supra.

## *Quo pacto infinita, in alio cognosci possint.* SECTIO IIII.

TERTIA conclusio sit, Etsi intellectus creatus, etiam in alia re naturaliter cognita, non potest simul infinita percipere naturaliter; nihil tamē videri repugnare, quin possit supernaturali Dei munere. Tertia conclusio.

Hanc conclusionem vt meliùs, & faciliùs intelligas; aduerte, duobus modis rem vnam posse cognosci in alia, seu, quod idem est, per aliam. Vno, vt per aliam cognitam, quo pacto cognoscimus Cæsarem per imaginem illius, causas per effecta, vicissimque effecta per causas, & vnum oppositum per alterum. Altero, per aliam non cognitam, quo pacto videmus colores per species sensibiles diffusas in aëre, ac impressas in oculis, & cognoscimus res corporeas per phantasmata, ac species intelligibiles earum, & per ipsam denique intelligendi facultatem. Quæ quidem accipienda volumus formaliter, quasi dixerimus, Vno modo, per aliam cognitam, quia cognita est, ac ratio cognoscendi aliam; altero, per aliam, quæ non sit ratio cognoscendi aliam, ac proinde non necessariò cognoscenda, vt per eam cognoscatur alia. Nā etsi pleriq; nouimus species sensibiles, & intelligibiles, & ipsum etiā intellectū, per quem alia cognoscimus; non ideo tamen alia per ista cognoscimus, quia ista cognoscamus. Quod vel ex eo perspicuū est, quia multi sunt, qui ignorent, aut etiā negēt species sensibiles, & intelligibiles; nec defuerint, qui intellectū à sensu non distinxerint; cùm tamen iuxta verā sentētiam, omnes per ista res naturales sentiamus, ac intelligamus. Hac igitur de causa nō diximus in cōclusione, In alia re absolutè, sed in alia re cognita. Dupler cognitio in alio. Quo pacto utraque accipienda.

Prior igitur conclusionis pars ex eo aperta est, quia infinitorum distincta, & non successiua cognitio (utcunque infinita sumantur, siue ut in se cognita, siue vt in alio) semper excedit proportionē naturæ finitæ naturaliter operantis. Et quidem, si infinita sumantur in seipsis; perspicuum id est ex secunda conclusione. Si verò, vt in alia re naturaliter cognita (qui sensus est huius conclusionis proprius) ex eo facilè probatur, quia experimento didicimus, minùs distinctè percipi naturaliter quamcunq; rerū multitudinem, cùm percipitur in alia re naturaliter cognita, quàm cùm pcipitur in seipsa; quo pacto Medici distinctiùs pcipiunt multitudi- Non posse naturaliter à creatura ulla simul, & distinctè cognosci infinita.



Digitized by Google

nem effectorum huius, vel illius medicamenti, cùm effecta ipsa immediatè cognoscunt, quàm cùm illa cognoscunt in medicamento, etiam postquam eius vim ex varijs euentis perceperunt: atqui ex eadem secunda conclusione patet, distinctã cognitionem infinitorum in se ipsis excedere proportionem naturæ finitæ naturaliter operantis; ergo magis illã excedit distincta cognitio infinitorum in alia re naturaliter cognita. Quocirca nemo est, siue ex Philosophis, siue ex Theologis, qui dixerit, posse nos, aut aliam creaturam intellectualem, naturaliter, ac simul percipere infinita, etiam in alio naturaliter cognito. Ita non opus est, priorẽ partem conclusionis aliter probare, de qua est communis omnium consensio. Nec Theologi, qui aiunt cognoscere Christum infinita per scientiã infusam, quæ est scientia rerũ in proprio genere (omnia, inquam, quæ sunt in potentia creaturarum, quas Deus cõdidit, & omnia omnino, quę sunt, fuerunt, ac erunt) id aserunt de scientia actuali, quasi per eam scientiam cognoscat actu infinita; sed de habituali, vt possit, cùm uoluerit, quidlibet eorum actu intelligere.

Scientia Christi infusa.

Sententia eorum, qui putant neque in Verbo posse infinita cognosci.

De posteriori autem dissensio est inter Theologos. sunt enim, qui asserant, ne in diuina quidem essentia perspicuè cognita posse intellectum creatũ infinita simul cognoscere. Primùm, quia eiusmodi cognitio, si esset finitæ perfectionis, esset cõfusissima; si uerò esset distincta, esset infinitè perfecta (maior enim perfectio requiritur vt plura simul distinctè cognoscãtur, quàm ut pauciora) at horum alterum repugnat hypothesi, alterum conditioni creaturæ. Deinde, quia absurdum est aserere, plura simul à creatura intelligi, quàm Deus simul creare possit: constat autẽ, Deum non posse simul creare infinita. Postremò, quia cùm infinitio extensiua supponat intensiuam; esset hoc pacto uirtus intelligendi creata, intensiuè infinita, ac proinde æquaretur uirtuti Diuinæ. Ita concludunt, nullum intellectum creatum posse simul cognoscere infinita, etiã in essentia diuina, sed habitu duntaxat. Quod animę Christi concessum esse aiunt, eo quòd possit cognoscere in diuina essentia quicquid voluerit, etiam si id in rerum natura, nec sit, nec fuerit, nec futurum sit unquam. Quo autem modo illa cognoscat habitu infinita, Scotus [a] sic exponit, vt putet, ipsum eius actum videndi diuinam essentiam censeri quasi habitum, respectu cognitionis creaturarum in illa, quippe cùm ea uisio sufficiens sit ad cognoscenda quælibet entia pro libito. Nonnulli [b] tamen existimant animam Christi id facere posse per habitum quem ad id infusum à Deo cum ipsa diuinæ essentiæ beatifica uisione.

Adamus in 3. Sent. q. 10. apud Capr. in eodem 3. d. 14. q. 2. ar. 2. & Scot. eadẽ d. & q. & alij apud eundẽ.

1

2

3

Cognitio habitualis animæ Christi.

a Scot. in 3. d. 14 q. 2.

b Marsil. in 2. q. 10. ar 2. & D. Bon. in 3. d. 14. 2. p. d. q 2.

Opinio eorũ, qui affirmãt, quẽlibet Beatum omnia possibilia cognoscere in Verbo.

Primum eorum argumẽtum.

2

Alij [c] uerò contra omnino sentientes, existimant, quemlibet intellectum creatum cognoscere actu, ac simul in diuina essentia omnia quomodocũque possibilia, saltem quoad eorum quiditates, & naturas, etiam singulares, ac proinde infinita. Primùm, quia omnia hæc naturaliter, & necessariò relucent in diuina essentia, unde fit, ut essentia diuina clarè cognita non possint illa ignorari. Deinde, quia alioqui non esset

c Dur. in 4. d. 49. q. 3. & Godofredus quodl. 6. q. 3. apud Capreolum in 4. d. 49. q. 6. ar. 2. & alij apud Dur. in loco cit. Idem aserunt de anima Christi Alex. Alensis 3. p. q 13. membro 7. & Alb. Mag. i 3. d. 14. ar. 1.

Beatitudo

Digitized by Google

Beatitudo illa, ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus, quippe in qua non eſset rerum omnium cognitio, & perceptio. Poſtremò, quia maius eſt videre eſſentiam infinitam ſimpliciter, quàm infinitũ numerum creaturarum; quare cùm illa uideatur à Beatis, & hanc quoque uideri concedendum eſſe. Quòd ſi quis obijciat, Quemlibet Beatum, eorum ſententia, cognoſcere quicquid Deus facere poteſt, igitur diuinam eſſentiam à quolibet Beato comprehendi; negant conſequentiam, eò quòd ex ea ſola cognitione creaturarum omnium colligatur comprehenſio diuinæ eſſentiæ, qua creaturę omnes ita cognoſcantur, ut meliùs cognoſci nequeant; quo pacto non dubium eſt, quin creaturarum poſſibilium uniuerſitas à ſolo diuino intellectu cognoſcatur. 3

D. Thom. 3. contra gent. c 60 & Ferrarienſis ibi idem aſſerit D. Thom. de anima Chriſti. 3 p. q. 10. ar. 2. & 3. & quodl. 3. q. 1. ar. 2. & Capr. in 3. d. 14. q. 2. ar. 1. & alij multi ſectatores D. Tho.

Alij denique, quorum opinio nobis probabilior uidetur, mediam quandam uiam tenent, aſſerentes, non poſſe quidem intellectum creatum cognoſcere omnia omnino, quæ in diuina eſſentia relucent; nihil tamen repugnare, quominùs poſſit cognoſcere aliqua infinita. Priorem partem ex eo probant, quia infinitas extenſiua cognitionis omnium omnino rerum arguit infinitatem cognitionis intenſiuam ſimpliciter, quę ſoli Deo conuenit, quod latè oſtendemus libro 12. Poſteriorem uerò, quę eſt poſterior pars concluſionis noſtrę, ex eo colligunt, quia cognoſcere in diuina eſſentia aliqua infinita, & non omnia omnino, uelut infinita indiuidua naturalia poſsibilia, & infinitas hominum cogitationes futuras (quorum illud à pleriſque Theologis tribuitur cuilibet Beato, hoc autem animæ Chriſti) non infert cognitionem ita perfectam, ut perfectior dari non poſſit, & quæ iam ſit propria Deo, quippe cùm perfectior ſit ea, qua plura infinita cognoſcuntur, & infinitè perfectior, qua omnia omnino poſſibilia. Adde hanc rationem. Plus eſt diſtinctè cognoſcere infinitam eſſentiam, quàm infinitam aliquam multitudinẽ particularẽ rerum finitarũ; at intellectus creatus poteſt ſupernaturali cognitione diſtinctè, ſiue quiditatiuè cognoſcere eſſentiam infinitã; ergo & infinitam aliquam multitudinẽ particularem rerum finitarũ. Dico autem, particularem, quia cognitio omnium omnino, quæ à Deo effici poſſunt, dari non poteſt ſine comprehenſione Diuinę eſſentię.

Media ſententia, quę & approbatur.

Cognitio animę Chriſti, & Beatorum.

Quocirca primum argumentum primæ opinionis ita diſſoluendum eſt, ut dicamus, etſi ex cognitione infinitorum in ſe ipſis rectè ſequitur, cognitionem intellectus creati, quæ circa ea uerſetur, fore confuſiſsimam, aut uerò infinitè perfectam; neutrum tamen ſequi ex cognitione infinitorum in eſſentia Diuina finitè cognita. Eadẽ enim ipſa cognitio Diuinæ eſſentię terminari poteſt ſecũdaria ratione ad aliqua infinita pro menſura luminis gloriæ, ueluti ad infinita animalia, quę ſunt in poteſtate naturali cauſarum; nec diſtincta cognitio illius impediet diſtinctã horũ cognitionẽ, ſed potiùs erit ratio, cur hęc diſtinctè percipiantur. Hoc enim intereſt inter excellens ſenſibile, & excellens intelligibile, quòd illud, cùm percipitur, ſæpe lędat ſenſum, & aliarũ rerũ perceptionẽ impe-

Cognitionis infinitorũ in ſe, & in diuina eſſentia diuerſimodi.

Digitized by Google

impedit; hoc autē nō ſolùm non lædit intellectū, neq; impedimento eſt, quominùs alia percipiat, ſed etiam quantò eſt excellentius, perfectiùsq; percipitur, tantò plurium rerum, ac excellentiorum cognitionem ſecum affert; ita, ut ſæpe eadem cognitione, qua illud percipitur, multa eius effecta ſimul diſtinctè intelligantur. Quòd ſi hoc accidit in naturali cognitione, non eſt cur negandum ſit, Beatos cognitione ſupernaturali, ac diſtincta infinitæ eſſentiæ infinitam aliquam multitudinem in ea relucentem diſtinctè percipere, ita fit, ut cognitio ſupernaturalis, infinitæ multitudinis, in Diuina eſſentia finitè cognita, nec debeat eſſe confuſiſſima, nec infinitè perfecta; quod tamen ſequeretur ex cognitione naturali infinitorum, ſiue in ſe ipſis, ſiue in alia re naturaliter cognita, vt ex dictis patet.

Non omnia, quę ſimul cognoſci poſſunt, ſimul etiam creari poſſe.

Secundum hoc pacto diſſoluitur, Non eſſe mirum, ſi creatura in Deo cognito plura ſimul cognoſcere valeat, quàm à Deo ſimul creari poſſint, cùm & maius, ſiue perfectius aliquid cognoſcamus, quàm à Deo poſſit effici, ipſum nimirū Deum; & ſimul concipiamus, quæ à Deo ſimul produci nequeunt, propter rei ipſius repugnantiam, ueluti motum, tempus, & ſi quę ſunt alia eſſentialiter ſucceſſiua. Itaque tota repugnantia in effectu eſt, aut in modo efficiendi, cùm tamen nulla ſit in cognitione, aut modo cognoſcendi. Accedit, quòd creatio multorum diuidit; cognitio autem eorum in uno non diuidit, ſed unit; at infinita in ſe ipſis dari nō poſſunt; in virtute autem cauſæ primæ, quę vna eſt, poſſunt.

Non omnem infinitatē intenſiuā ęquari diuinæ.

Tertium denique ex dictis diluitur. Dictum eſt enim, non omnem infinitatem extenſionis ſupponere infinitatem intenſionis, ſed eam ſolam, quæ omnia omnino poſſibilia complectitur. Adde, peccari etiam in eo, quod iudicatur, omnem infinitatem intenſiuam æquari infinitati diuinę. Nam, etſi calor eſſet infinitè intenſus; adhuc tamen non eſſet ita infinitus, vt cum infinitate diuina æquari poſſet. Quod idem, diceretur de infinitate actus intelligendi intellectus creati, ſi infinitè intenſus elicerētur. Quod autem addunt, poſſe omnes rerum quiditates, quę in diuina eſſentia relucent, habitu cognoſci ab intellectu creato, etſi nobis non placet, tamen quia noſtrę concluſioni nihil officit, alijs nunc diſcutiendum relinquimus.

Primum uerò ſecundæ opinionis (quanquam ea nihil propoſitæ cōcluſioni aduerſatur) facilè diluetur, ſi dicas, Etſi omnes rerum quiditates, etiam ſingulares, naturaliter, ac neceſsariò relucent in diuina eſſentia; non continuò tamen ſequi, cognoſci eas omnes à quouis intellectu, qui diuinam eſſentiā intueatur, ſed ab eo ſolo, qui illā videat tanta perſpicuitate, quanta ipſa cognoſci poteſt, quod eſt propriū intellectus Diuini. Itaq; pro menſura luminis diuinitus conceſſi, vt quiſq; clariùs intuetur diuinam eſſentiam, ita plures quiditates creabiles cognoſcit. niſi quòd eas tantùm, quę actu exiſtunt, cognoſcit notitia intuitiua. Num autem omnes actu exiſtentes cognoſcat notitia intuitiua; cæteras uerò abſtractiua

Cognitionem Beatorum in Verbo ad plura, uel paucio ra extēdi pro ratione lumi nis gloriæ.

Digitized by Google

ſtractiua, ſiue ſimplicis intelligentię, vt vocatur, alibi exponendum eſt.

Secundum autẽ quàm parum habeat virium, apertũ eſt. Neque enim dici poteſt, deeſse quicquam ſtatui humanorum bonorum aggregatione perfecto, ſi ei aliquid deſit, quod non in humanis bonis, ſed in diuinis numerandum ſit, cuiuſmodi eſt cognitio omnium omnino quiditatum poſſibilium. Beatitudo.

Tertium denique facilè dilues, ſi dicas, etſi maius eſt, videre diuinam eſsentiam, quàm omnes omnino res creabiles, ſi eę cognoſcerentur in ſe ipſis; non maius tamen eſse, videre diuinã eſsentiã, quàm uidere omnes in ipſa diuina eſsentia; cùm utrunque fiat eodem actu, eoque infinito, & diuinæ naturę proprio.

## *Solutio argumentorum, quibus infinita in ſeipſis finito tempore videbantur poſſe cognoſci.* SECTIO QVINTA.

QVPEREST igitur, vt diſſoluamus argumenta ea, quibus infinita in ſeipſis finito tempore videbantur poſſe cognoſci: ad quorum primum dicendum eſt, quiditatem quidem potentię paſſiuę ex ordine ad actum adęquatum intelligendam eſſe, ac proinde quiditatem materiæ primæ ex ordine ad formam ſubſtantialem in commune; materiæ verò cœli, ex ordine ad formæ ſubſtantialem inſeparabilem; denique materię horum inferiorum ex ordine ad formam ſeparabilem: at num ea comprehendi poſſit, ex ordine ad potentiam actiuam, & introductiuam formarum intelligendum eſſe. Ac ſi materia quidem conferatur cum abſoluta Dei potentia, non dubium eſt, quin ſit naturaliter incomprehenſibilis ab intellectu creato, propterea quòd virtus diuina poteſt in ea introducere, non modò infinitas ſpecie formas, ſed etiam in infinitum perfectiores. Si verò conferatur cum potentia actiua naturali (quæ comparatio in ſola materia horum inferiorum habet locum) veluti cum virtute Solis, aut etiam omnium ſecundarum cauſarum naturalium ſimul; dicendum eſt, eam poſſe comprehendi naturaliter ab intellectu creato, etiam noſtro, quia formis, quæ à cauſis naturalibus introduci poſſunt, certus præfixus eſt terminus; ſiue ſingulorum agentium vim ſpectes, ſiue omnium ſimul concurrentium. Eodem penè modo reſpondendum eſt ad id, quod de magnitudine proponebatur. Nam etſi diuiſiones, quibus magnitudo, diuina poteſtate diuidi poteſt, naturaliter percipi nequeunt ab intellectu creato, ſiue ſimul, ſiue ita ſucceſſiuè, vt earum cognitio abſoluatur; eæ tamen, in quas diuidi poteſt per cauſas naturales, poſſunt; id, quod propterea euenit, quia omnibus rebus naturalibus certus paruitatis terminus præfinitus eſt. Potentiæ paſſiuę cognitio. Materia qua ratione comprehendatur. Magnitudo quo pacto.

Sed, vt ad Materiam reuertamur, obijciat aliquis, non poſſe eam naturaliter comprehendi, non ſolùm quia formæ ſingulares, quas naturaliter Obiectio.

Digitized by Google

liter recipere poteſt, ſunt infinitæ numero; ſed etiam quia ſpecies ipſæ rerum naturalium poſſunt in infinitum augeri per cauſas naturales; velu ti in miſtis inanimatis per varia genera compoſitionum, quas quotidie humana induſtria excogitat, quibus, applicando actiua paſſiuis, ſæpe nouæ rerum ſpecies oriuntur, quæ nunquam anteà extiterunt: in ſtirpibus item adhibita ſerendi, & inſerendi arte, cuius vſu nouas ſpecies genitas videmus: ac denique in animalibus propter commiſtionem diuerſarum ſpecierum, vnde tam multiformes partus accidunt in Africa, cõuenientibus feris propter aquæ penuriam ad paucos amnes, vt inde exiſtimet Ariſtoteles in ſecundo libro de generatione animalium originem habuiſſe prouerbium illud, Semper noui aliquid Africam afferre; quam Ariſtotelis ſententiam tranſtulit Plinius in octauum librum Naturalis Hiſtoriæ. Quòd ſi formæ, quæ naturaliter introduci poſſunt, infinitæ ſunt, præſertim ſpecie; perſpicuum eſt, materiam horum inferiorum eſſe naturaliter incomprehenſibilem ab intellectu creato. Cap. 5. Lege c. 16.

Solutio. Ad hanc obiectionem, quod quidem attinet ad formas ſingulares, dicendum eſt, earum cognitionem non eſſe neceſſariam ad comprehenſionem materiæ. Nam vt intentio agentium naturalium (primo excepto) non fertur in productionem ſingularis ullius determinati; ita ad comprehenſionem eorum non requiritur vllius certi ſingularis perceptio, nedum infinitorum: quare neque ad comprehenſionem materiæ. Quod verò attinet ad formas ſpecificas, communis Philoſophorum ſententia eſt, eas, quæ naturaliter introduci poſſunt, eſſe finitas. Vnde eſt illud Platonis à Porphyrio relatũ in Iſagoge, non eſſe Philoſopho deſcendendũ à ſpeciebus infimis ad indiuidua, quòd illæ finitę, hæc infinita ſint, & ſub ſcientiã cadere non poſſint; quod idẽ cùm Ariſtoteles, tũ cæteri Philoſophi paſſim in ore habent. Item illud, quod omnes aiunt, circulo quodam eaſdem ſpecies rerum per generationem reuerti, non item eadem indiuidua. Et, quod hoc ipſo capite docet Ariſtoteles in eo loco, in quo tranſeuntes etiam materias, finitas eſſe probat, Non progredi rectà in infinitum generationes ſecundum ſpeciem, ſed identidem fieri earundem repetitionem. Cuius rei argumẽto eſt finita virtus naturalium cauſarum, earumq; determinatio in agendo. Quo poſito, haud dubiè dicent Philoſophi, generationes illas, quas obiecimus, etſi videntur procedere in infinitum ſecundum ſpeciem, ſuum tamen habere terminum; vt ſi in aliquibus tandem animal genitum per commiſtionem diuerſarum ſpecierũ ſequatur naturã ſpecificã agentis; & compoſitũ ex diuerſis ſpecie componentibus, tandẽ aliquando non coaleſcat in tertiã ſpeciem. Quòd ſi hoc difficilè quis ſibi perſuadeat, nec credat Philoſophos loqui, niſi de ordinarijs ſpeciebus, cùm aiunt eſſe finitas; dicendum illi erit, ad comprehenſionem naturalem materię ſatis eſſe, ſi cognoſcantur omnes formæ ſubſtantiales pręſtantiſſimæ cuiuſque generis infimi; quandoquidem hæ continent, non modò eminenter cæteras, quæ idem genus diuidunt;

Formæ num infinitę ſecundum ſpeciẽ.

Cap. de ſpecie.

Digitized by Google

diuiduntur, sed etiam formaliter omnia formarum substantialium genera; acdenique introductio singularum est simillima introductioni cæterarum sui generis quod ex similitudine generationum patet, vt canis, & lupi. Quòd si obijcias, ergo satis erit cognoscere formam humanam, quæ est omnium perfectissima, & eminenter continet cæteras; negandũ illis id erit. forma enim humana nec continet formaliter omnia substantialium formarum genera, nec eius introductio est similis omniũ aliarũ introductionibus, quemadmodum nec generatio humana generationibus aliarum omnium rerum naturalium, vt ignis, aut aquę; nec omniũ etiam animalium, vt ouiparorum, & cæt. Quocirca satis putat Philosophus naturalis se explicare vim materię, si modos specialium generationum tradat, etsi sub eundem cadant multæ, aut forsitan infinitę. Quòd si hanc materiæ cognitionem non libenter appellaueris comprehensiuã, dicent quęstionem esse de nomine, tametsi affirmatiuam partem approbandam iudicabunt, cùm in ea non sit sermo de omnino comprehensiua cognitione, sed de comprehensiua naturali, siue quam viribus naturæ consequi possumus. Obiectionis dilutio.

Ad secundum dicendum est, Primùm quidem, comprehensionem naturalem potentię actiuę creatę non requirere perceptionem omnium indiuiduorum, imò ne vnius quidem determinatè, vt dictum est de comprehensione naturali materiæ. Deinde, si quis admittat multiplicationem specierum in infinitum per causas naturales; satis fore ad comprehensionem agentiũ naturalium, si percipiãtur perfectissimæ omnes species infimorum generũ, quę ab eis effici possunt, vt dictum est de materia. De comprehensione potentiæ actiuæ naturalis.

Quòd si obijcias, ergo agentia naturalia esse infinitæ perfectionis, si possunt introducere formas substantiales infinitas secundũ speciẽ, neganda erit consequẽtia. Neque enim possunt formæ substantiales ita in infinitũ augeri secundum speciem, iuxta hanc sententiam, vt earũ perfectio in infinitum possit esse maior. Nam in animantibus genitis à diuersis specie, semper genitum degenerat à perfectiori, vt mulus ab equo. In cæteris autem, & si ex duabus speciebus potest generari perfectior, vt in plerisque vnguentis, & medicamentis patet; non procedet tamen hoc in infinitum, quia virtus cœli, cui eorum generatio tribuenda videbitur, certa & præfinita est, neque ex quacumque rerum coniunctione tertiam efficiet speciem. Quòd potiori ratione dicẽdum erit de cęteris agẽtibus inferioribus, si eorum virtute fiat generatio vnius ex multis. Itaque ordo perfectionis huiusmodi formarũ, si dabitur in infinitũ, similis erit ordini partium proportionaliũ, quæ continetur in qualibet finita magnitudine, non autem ordini numerorũ, qui ita progrediuntur in infinitũ, vt excedant quamcunq; datã multitudinẽ. Si illud quoque obijcias, quod paulò antè dictum erat, virtutem agẽtium naturaliũ esse certam, & determinatã; ergo non posse producere in infinitum diuersas specie formas: duobus modis pro ea sententia respõderi potest. Primùm, virtutem agentium naturalium Obiectio 1. Dilutio. Obiectio 2. Prior solutio.

ralium esse certam, & determinatam, quoad vltimum potētię, vt dici solet, siue quoad perfectissimum effectum cuiusque, vt virtus canis ad generandum canem; at infra perfectissimum effectum nihil repugnare varietatem infinitam, vt in caloris etiam effectu cernere est, quoad graduum varietatem. Deinde singula quidem agentia per se se, & respectu determinatæ materiæ secundæ, aut adiuncto certo alio, & determinato agente determinatum effectum habere; at cum alia atque alia materia, aut alio atque alio agente coniuncta, posse habere alia atque alia effecta; quo pacto sol cum equo & equa generat equum; cum equa & asino, mulum; atque hoc pacto iuxta hanc sententiam posse dari processum in infinitum.

Posterior.

Ad tertium dicendum est, vt species intelligibiles Angelorum comprehendantur, satis esse, si percipiantur naturæ generales, & speciales, quas repræsentant, in quibus per se scientia consistit; harum autem naturarum in nulla eiusmodi specie repræsentari infinitas. Eas enim solas generales, & speciales naturas referunt (plures tamen vel pauciores pro cuiusque speciei præstantia) ex quibus mundus à Deo constitutus est, quas paulò antè ordinarias appellauimus. Nam vt ex his cęteræ multiplicari possunt, siue ad certū numerum, siue in infinitum; ita & intelligi possunt per species, quibus hæ repræsentantur. Neque verò ad comprehensionem repręsentantium requiritur perceptio eorum omniū, quę quomodocumque repręsentantur (hoc enim pacto nullum repręsentans comprehendi posset ab intellectu creato) sed eorum tantùm, ad quæ illa immediatè repræsentanda vim habent. Quo autem modo huiusmodi species repræsentent infinita indiuidua, & quo pacto indiuidua per eas intelligantur, & quæ contra hoc specierum genus obijciat Scotus, suo loco patebit.

Species intelligib. Angelorum.

Ad quartum dicendum est, fieri non posse, vt Angelus intelligat successiuè omnes partes proportionales columnæ per instantia, quibus copulantur partes horæ proportionales. Primùm, quia sequeretur, designatas esse in fine horę partes proportionales columnæ. intelligere enim successiuè atq; ordine partes cuiusq; magnitudinis, percurrere eas mēte, atque designare est; hoc autē si fieret à capite ad basim, iam designata esset vltima pars, vt superiùs ostensum est. Deinde, quia eadem incōmodā accidunt ex designatione, atque ex reali diuisione; aut si nō eadē omnia, saltem Angelus, qui posset eas partes designare, posset etiā designando, realiter diuidere; data autem reali diuisione prædicta, iam in aliqua una dumtaxat earum inesset prædicta superficies, nec enim in pluribus inesset, quia omnes iam essent à se inuicem realiter diuisæ. Ex qua re quæ incommoda sequantur, ad primam cōclusionem dictum est. Tertiò, quia aut inter eam intellectionem, quam Angelus eliceret in fine horæ, & omnes alias intellectiones præcedentes mediaret aliquid temporis, aut nihil. Si nihil; ergo intellectiones eiusmodi non processissent per instan-

Cur partes omnes proportionales continui successiuè ab Angelo cognosci nequeant.

tia

tia inter se distantia, vt supponebatur: si aliquid; ergo illud esset diuisibile, & indiuisibile; diuisibile, quia pars horę; indiuisibile, quia alioqui iam esset actu diuisum per alias intellectiones Angeli, quę tamen nullæ esse potuerunt. Inuoluit enim contradictionem intercedere aliquam potuisse inter eam, quę eliceretur in vltimo instanti horæ, & omnes precedentes. Postremò, quia si id facere posset Angelus per instantia proportionaliter distantia, posset quoque per omnia; sunt enim mediata omnia, nec ex parte aut Angeli, aut temporis vllum esset impedimentum; at si quemadmodum id mente fieret, ita columna re ipsa diuideretur (quod simul Angelus æquè posset facere) iam columna esset re ipsa diuisa in omnes omnino sui partes, quę eædem omnes absoluta hora essent diuisibiles, & indiuisibiles; igitur fieri non potest, vt Angelus successiuè intelligat infinita per instantia proportionaliter distantia temporis finiti.

Ad vltimum ponamus, eiusmodi imagines esse qualitates visibiles, & quæ immediatè, licet minùs principaliter, terminent aspectum, quod argumentum ponere videtur. Hoc si quis probet, hunc in modum respondeat necesse est; si illæ sunt infinitæ, rectè occursum esse, hominem pergentem ad speculum cognoscere infinita; sed tamen non ea distinguere, seu, quod idem est, non ea cognoscere, vt infinita; quod superstitiosè sic ex primerent quidam recentiores Dialectici, Infinita quidem illum cognoscere, sed non cognoscere infinita. Propositio enim Aristotelica, qua pronunciatur, non posse infinita finito tempore cognosci, de distincta cognitione planè intelligenda est, vt patet ex ipso quæstionis initio. Sed quid de Angelis? An non illi eas imagines distinctè cognoscere poterunt, cùm ad intelligendum non egeant adminiculo sensuum? Quòd si dicas, infinitas quidem imagines generari in speculo obiecto, sed tamen ne ab Angelis quidē eas omnes posse distinctè intelligi, propter ea incōmoda, quæ in confirmatione primę conclusionis proposita sunt; Primùm obstat id, quod additur in argumentatione, difficillimū esse creditu, fieri naturaliter multitudinem aliquam successiuam distinctorum entium, nec eam ab vllo intellectu creato successiuè percipi, ac distingui posse. Deinde obstat libertas, qua Angelus in quolibet temporis momento intelligere potest quoduis corporeum accidens, quod tunc existat, ac proinde imaginē uultus in eo momento impressam in speculū. Quòd si velit intelligere omnes, quæ gignuntur in omnibus momentis horæ cōtinua proportione distantibus; nihil iam erit, quod impediat. Iam enim constabit, nihil id repugnare ex parte effectus, cùm ponantur infinitæ imagines successiuè genitæ in speculo, finito temporis spatio. Tertiò, quia incommoda, ob quæ infinita finito tempore successiuè intelligi non posse ostendimus, eadem eueniunt, si infinitæ imagines eodem modo gignantur; quod facilè intelliges, si ad primam, & secundam argumentationem vel leuiter attendas; tertiam verò hoc pacto imaginibus accommodes, si

Exponitur propositio Aristotelis.

Responsio.

Impugnatio.

Nō posse successiuè tempore finito infinitas rerum similitudines produci.



Digitized by Google

in quolibet momento eius temporis generetur noua omnino imago, fore, vt illius temporis detur pars vltima, & non vltima, diuisibilis, & indiuisibilis. Nam cùm momenta non sint immediata inter sese, necessariò fit, vt inter generationem ultimę imaginis, quæ generabitur in ultimo instanti eius temporis, & generationes aliarum omnium mediet pars aliqua temporis, quæ eadem, & diuisibilis erit, quia pars, & indiuisibilis, quia nullum cõplectetur momẽtum. ponimus enim in omnibus ijs, quę ultimum præcesserunt, genitam fuisse aliquam imaginem, & quærimus partẽ interiectam inter ultimum, & reliqua omnia, quę pars nullum omnino momentum cõplectatur necesse est. Ita fiet, vt eadem quoque pars, & sit ultima, quia in alias minores diuidi non potest, & nõ ultima, quia potest, cùm sit pars temporis. Postremò, quia si eę imagines successiuè infinitę essent, successiuè quoque à Deo, à quo præcipuè penderent, intelligi possent, posito eo, quod fieri nequit, Deum intelligere posse successiuè; at dictum à nobis erat, ne à Deo quidem posse intelligi infinita successiuè, & incipiendo, etiam si diuinus intellectus successiuè intelligere posse fingatur.

Cognitionem diuinam successiuam esse non posse.

Κεφ. Γ'.

Ἀπορήσειε δ' ἂν τις καὶ τὰ ἔθη συμβαίνειν. ὡς γὰρ εἰώθαμεν, ὅταν ἀξιῶμεν λέγειν: Ἐπὶ τοῖς τοιούτοις, οὐχ ὅμοια φαίνεται, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀσυνήθειαν ἀγνοοῦμεν καὶ ἐξισταμεν τὸ γὰρ Text. 14.

Alia solutio.

Dicendum est igitur iuxta hypothesin initio responsionis factã, imagines eo pacto in speculo genitas, non esse infinitas, sed unam duntaxat, quę continua generatione fit maior, cùm quis ad speculum accedit. Nam cùm motus accedentis ponatur coutinuus; necessariò efficitur, vt generatio quoque imaginis sit continua, & non interrupta; quod autem continuum est, non est multa, sed unum. Præterea, uisio eius imaginis est una; ergo & imago una. Quare non generantur aliæ, atque aliæ imagines in alijs, atque alijs momentis eius temporis, sed quę primo illius momento genita est, eadem in toto, & in singulis eius partibus augetur, ac proinde in cæteris omnibus momentis aucta est. Nec tamen ea ita augetur, vt eædem partes, quæ antè erant, incipiant esse in alia parte subiecti, in qua non erant; aut maior imago componatur ex minore. Fluit enim imago illa, cum mouemur, stat, cùm stamus, neque quicquam eius, quod in uno momento existit, permanet in alio, si locũ mutemus. Idem accidit, cùm corpus continuè & mouetur loco, & augetur. Nam existentia continua in loco, quem cõtinenter acquirit, est una numero duntaxat, quæ toto tempore fit longior successione, & maior occupatione spatij, nec potest esse multæ numero, nisi uel reali diuisione per quietes interrumpẽtes motum, uel designatione per distinctos designandi actus: at no-

Digitized by Google

at n: que quietes interrumpentes, neque actus designantes possunt esse infiniti, vt ex dictis patet: non acquirit igitur corpus, quod eo pacto mouetur, existentias in loco infinitas. quare neque in speculo gignuntur infinitæ imagines. Verùm prædicta imaginum suppositio magis popularis est, quàm Philosophica. Probant enim Perspectiui, nullam imaginem videri in speculo, sed aspectū immediatè terminari per radios reflexos ad rem ipsam obiectam speculo. Vsi tamen sumus ea suppositione, quia etsi uera esset, nihil incommodi accideret, contra conclusionem argumento impugnatam.

In speculo non imaginē rei, sed rem ipsam immediatè uideri.

## CAPVT III.

Text. 14 *Iscendi autem rationes consuetudinibus respondent. Vt enim soliti sumus, ita rem exponendam esse censemus: & quæ præter hæc dicuntur, haud similia uidentur nobis; sed propter insolentiam ignotiora, magisq; peregrina.*

Absolutè igitur, & ut res habet, dicendum est, cùm quis in speculum mouetur, iccirco in illo uideri continenter augeri imaginē uultus, quia basis triāguli uisualis, quę est in uultu ipso, cōtinenter fit propinquior angulo uisuali opposito, qui est in potentia uisiua, in qua triangulus visualis reflexus terminatur; ac proinde linea diuidens eiusmodi triangulum in duas dimidietates, hoc est, in partem directā, & reflexam (quæ linea est in superficie speculi) continenter fit maior. Num autem radij visuales facientes eiusmodi triangulum, sint species ipsæ uisibiles, quæ progrediantur à vultu, & reflectantur ad oculos, an aliquid aliud; & quo pacto ijdem radij in speculū directè incidant, & reflectātur ad oculos, ac denique num in prædicto motu aliqua qualitas successiuè fiat extensior in speculo; alio fortasse loco exponemus. Illud nūnc satis sit, si qualitas aliqua ibi successiuè fit extensior, idem de ea dicendum esse, atque dictum est de imagine, quam videmur videre in speculo.

Vera argumenti solutio.

## *Capitis tertij Explanatio.*

ISCENDI autē rationes] In hoc capite, quod est tertia huius libelli pars, docet Arist. qui nam modus tenendus sit in inuestigatione ueritatis. Quoniam uerò consuetudo sæpe in causa est, ut plerique certiores rationes flagitēt, quàm patiatur natura rerum, de quibus agitur; aut infirmioribus contenti sint, quàm earum certitudo postulet; ostendit Arist. initio capitis, quantam uim habeat consuetudo in capessendis disciplinis, ut inde pateat, quantum impedimēti eis per discendis afferri possit, si aliter, atque res postulet, scientię tractentur. Eum enim ferè solum docendi modum probat quisque, quo ipse longo tempore discere consueuit. Vnde fit, ut quæ ab antiqua discendi consuetudine nostra uidentur abhorrere, ea tanquam peregrina, & parum similia ijs, quæ ante didicimus, facilè repudiemus. Causam uerò huius rei eam esse ait, quia quod consuetum est, id nobis notius est. Quocirca cùm nemo discat, nisi ex sibi notioribus; ea sola accipit quisque tanquam

Vis consuetudinis in discipliniis capessendis.

Consuetu notiora esse.

Digitized by Google

tanquam notiora sibi, ijsq; putat se absque periculo errandi fidem habere posse, quibus ex longo tempore assuetus est. Diximus autem, Discendi rationes, pro eo, quod Græcè est, ἀκροάσεις, ideſt, auſcultationes, ſiue auditus; quia nomen ἀκροάσεως non ſumitur hoc loco, quemadmodum in inſcriptione librorum de Phyſica auſcultatione, in eaque diuiſione librorum Ariſtotelis, qua alij dicuntur auſcultatorij, alij exoterici. Complectitur enim Ariſtoteles in hoc capite uerbo ἀκροάσεως omnia diſcendi genera, etiam parum accurata, cuiuſmodi eſt ratio diſcendi per exempla, teſtimonia, &c.

τὸ γὰρ συνήθης, γνωριμώτερον. ἡλίκλῳ [b] δὲ ἰσχυὶ ἔχει τὸ συνήθης, οἱ νόμοι δηλοῦσιν, ἐν οἷς τὰ μυθώδη καὶ παιδαριώδη μεῖζον ἰσχύει τοῦ γινώσκειν πρὸς αὐτὸ ὑπὲρ τοῦ ἔθους. οἱ μὲν οὖν ἐὰν μὴ μαθηματικῶς λέγῃ τις, ἐκ δυσκόλου τὰ λεγόμενα· οἱ δ' ἂν μὴ ὡδὶ διαγραφικῶς· οἱ δὲ μάρτυρα ἀξιοῦσι τὸν πάντα ποιητήν. καὶ οἱ μὲν πάντα ἀκριβῶς· τοῖς δὲ λυπεῖ τὸ ἀκριβὲς, ἢ ὑπὲρ τὸ μὴ δύνασθαι συνεῖρειν, ἢ ὑπὲρ τὴν μικρολογίαν. ἔχει γάρ τι τὸ ἀκριβὲς τοιοῦτον. ὥστε καθάπερ ἐπὶ τῶν συμβολαίων, καὶ ἐπὶ τῶν λόγων ἀναγκαῖόν ἐστιν εἶναί ποτε δοκεῖ. διὸ [c] δεῖ πεπαιδεῦσθαι πῶς ἕκαστα ἀποδεκτέον, ὡς ἄτοπον ἅμα ζητεῖν ἐπιστήμην, καὶ τρόπον ἐπιστήμης· ἔστι δὲ οὐδέτερον ῥᾴδιον λαβεῖν. τὴν [c] δ' ἀκριβολογίαν τῶν μαθηματικῶν οὐκ ἐν ἅ-

Plus aliquando conſuetudinem, quàm ueritatē poſſe.

b Quantam porrò uim] Quantã uim habeat conſuetudo, ex eo etiam confirmat, quia nonnunquam plus poteſt conſuetudo, quàm aperta ueritas. Multa enim planè fabuloſa, & puerilia tradebantur in legibus, & ſtatutis Ethnicorum, quibus contra apertam ueritatem propterea habebatur fides, quòd populus ijs audiendis aſſuetus eſſet; ut quòd homines eſſent ex ſatis dentibus procreati, ac proinde pro terra matre pugnare oporteret, quod exẽplũ eſt apud Alex. Forſitan ſcriptũ reperit in antiquis legibus alicuius Reipublicę. *

Text. 15.

Quàm uariè homines doceri uelint.

c Quidam igitur niſi] Exponit, quàm uariè homines doceri uelint propter uariũ diſcendi modũ, cui aſſueuerunt. Nam qui in Mathematicis longo tempore uerſati ſunt, non alium probandi modum, quàm mathematicum admittunt. Qui uerò per exempla diſcere conſueuerunt, exemplis quoque omnia ſibi explanari uolunt. Iam qui in Poëtis ætatem triuerunt, niſi quis teſtem Poëtam producat, ferè audire contemnunt. Sunt, qui omnia ſibi accuratè, ac perfectè explicari cupiant, quòd eo pacto diſcere aſſueuerint. Alios, qui parum res diſcutere, & rudi Minerua trãſigere ſolent, omne accuratum, ac ſubtile docendi genus offendit. Quoniã uerò

Hoc loco cõm. 20.

* Fortaſſe tamen nomine τῶν νόμων intelligit Ariſtot. ueteres q̃ dam cantilenas. lege illũ in Probl. Sect. 19. q. 28.

Text. 16.

Conſuetudo altera natura.

cõſuetudo, ut aiunt, altera natura eſt; nihilq; ab uno p cõſuetudinẽ fit, quod alteri per naturam cõtingere nõ poſſit; peripicuũ eſt, uariã quoq; hominũ conſtitutionẽ, & peculiarẽ cuiuſq; naturã in cauſa eſſe poſſe, ut alij aliter doceri uelint. Nã qui ſunt tenacis imaginationis, parumq; eleuatum intellectũ habent, & parum liberũ à phantaſmatibus, omnia ſibi more mathematico tradi poſtulant. Qui uerò ratiocinandi facultate nõ admodũ ualent, exẽplis delectantur. Qui autẽ ſuo iudicio, quaſi parum perſpicaci diffidunt, omnia aliorum teſtimonio confirmari uolunt. Iam, qui ingenio pollent, nõ niſi ſubtili, & accurato docendi genere gaudent; niſi res ſint eiuſmodi, ut non admodũ certas demõſtrationes patiantur. etenim ad defectum ingenij pertinet, omnia accuratè, ac ſubtiliter doceri poſſe exiſtimare. Demũ, qui ſubtile docẽdi genus aſſequi nõ poſſũt, aut ut in contractibus, & cõuentibus; ſic in diſciplinis illiberale eſſe putant, minutiſſima quæq; perſequi, & quaſi ad calculos reuocare; ij rudi Minerua, omnia ſibi exponẽda cenſent. Ita fit, ut quemadmodũ conſuetudo, ſic etiã naturæ particularis cõſtitutio ſæpe in cauſa ſit, ut res, quarum ſcientia quæritur, aliter, atq; debeant, tractentur.

Quo-

Digitized by Google

d Quocirca institutus} Tradit duo documẽta, quibus nõ modò occurrit utriq; impedimento cõsuetudinis, & particularis naturę: sed etiã docet, quo pacto ueritas in diuersis scientijs sit inuestigãda, quod ipsi præcipuè propositum erat in hoc libro. Eorum alterũ generale est, speciale alterũ. Generale est, ut ante omnes alias sciẽtias quęratur modus sciendi, hoc est disciplina ea, quæ modum sciẽdi tradit. Ita his uerbis docet Aristoteles, ante omnia dandã esse operã Dialecticæ, siue Logicę. ut Alex. D. Tho. Mag. Alb. & Cõment. exponunt. Hæc. n. docet, quibus rebus, quę probandi ratio, ac tractatio cõueniat, ut patet ex libris Analyticis, & Topicis, Num autẽ Arist. cùm distinguit Dialecticam à scientia, uelit eam à numero scientiarum excludere, an uerò solùm distinguere ab ijs scientijs, quæ ita sunt sciẽtię, ut non etiam tradant modum sciendi, paulò pòst expendemus.

Ante alias scientias modum sciendi quærendum esse.

Alex. cõ. 21. D. Th. lect. 5. p. 4. Albert. cap. 13. Auer. comm. 15.

*Quod. n. consuetum est, id notius est. Quantã* [b] *porrò uim habeat consuetudo, leges declarant, in quibus fabulosa, & puerilia plus ualẽt, propterea q̃ eis assueti sumus, quàm quæ de ijs rebus cognitio habetur.* ¶ *Quidã igitur, nisi Mathematicorum more quis doceat, neminem dicentem admittũt: Alij, nisi exẽplis utaris, nihil approbant: Alij Poẽtã testem producendũ uolunt. Ac alij quidem omnia accuratè docenda existimãt: alijs ipsa exquisita docẽdi ratio molesta est; siue quòd rem cõplecti nequeant, siue quòd eam diligentiam nimiã esse iudicent. Habet. n. tale quiddã ipsum accuratum. Vnde fit, ut quemadmodũm cõtractibus, ita in disputationib⁹ illiberale quibusdã id esse uideatur. Quapropter* [d] *institutus esse quisq; debet, quo pacto singula approbãda sint; quoniam absurdũ est scientiam simul, & scientiæ modum quærere; præsertim cùm neutrum assequi facile sit.* ¶ *Mathematicorũ* [e] *autem accurata docendi ratio non in*

Text⁹ 15.

Text⁹ 16.

e Mathematicorum autem} Speciale documentum est; Initio cuiusq; sciẽtiæ perspiciendas esse res, in quibus illa uersatur, quæ si materiæ sensibilis, ac proinde mutabilitatis expertes fuerint, & à nobis, ut etusmodi sunt. considerari potuerint, ueluti eę, quæ à Mathematicis tractantur; tum demum poscendæ à nobis erunt accuratæ demõstrationes. Sin autẽ materiæ, ac mutabilitatis participes, ut forsitan res omnes naturales; tunc minùs certas, ac perfectas demonstrationes flagitabimus. Quòd si immutabiles quidem fuerint, & tamen non per se ipsas, sed per eas, quæ mutabiles sunt, necessariò à nobis cognoscendæ fuerint; cuiusmodi sunt res metaphysicę; aliquantò minùs exquisitas rationes expectabimus. lege pro ijs, quæ hoc loco ab Arist. dicuntur, caput tertium primi Ethicorum. Dixi, Materiæ sensibilis, quia intelligibilis materia, qua cõstant res Mathematicæ, ut non est causa mutabilitatis, & inconstantiæ, ita non impedit accuratam, & exquisitam demonstrandi rationem.

Initio cuiusque scientię esse cognoscẽda ea, in quibus illa uersatur.

a tex. 12.
b tex. 10 & 3. de Cœlo cap. 9. tex. 95. & alibi.
Scotus hoc loco idẽ sentit.
c D. Thom. hic lect. 5. p. 5. & 1. p. q. 66. ar. 2. & Caiet. ibidem & Cap. 2. d. 9. cõclusione 2.
d Auer. hoc loco com. 16. Alber. cap 13.
e Comm. 24.

Illud tamen aduerte, Aristotelem, cùm ait fortasse omnem naturã, hoc est res omnes naturales, materiã habere, nõ dubitare, quin materia sit in cœlestibus corporibus, quippe qui in capite superiori apertè dixerit, in omni re, quę mouetur, necessariò intelligendã esse materia. & lib. 12. c. 2. b. alijsq; locis planè fateatur in cœlis esse materiã: sed ea de causa uideri uti particula [fortasse] quia materia cœlorum diuersa est à materia rerum corruptibilium, ut ipse perspicuè docet ultimo ex citatis locis & 8. lib. c. 4. ubi ait, in perpetuis substantijs naturalibus fortasse non esse materiam, aut non talem, qualis est in rebus caducis, & mortalibus. Id, quod uel ideo dicit, quia materia cœlorum etsi est pura potentia, est tamen diuersa à materia rerum corruptibilium, ut est sententia D.e Thom. & aliorum complurium: uel quia est substantia simplex actualis, &, ut putat d Auerroës, Albertus, alijque nonnulli, potentia ad Vbi duntaxat, atque æquiuocè dicta materia; quo pacto intelligendus est Alexander hoc loco, e cùm ait Aristotelem uerbo [fortasse] significare, non esse in cœlo materiam. significauit

Materia cœli.

tex. 22.

Digitized by Google

ficauit enim ut ipse credit, non esse materiã primam, siue purã potentiam, non autem nullã omnino. Si.n. cœlos materiæ sensibilis expertes esse docuisset, profectò Mathematico: ũ accuratã docendi rationẽ in eis expectandã esse existimasset, cùm tamen proximè scripserit, Mathematicorũ demonstrandi modũ non esse naturalẽ. Auerroës existimat idcirco Aristotelẽ adhibuisse uerbũ [fortasse] ut innueret, excipiendũ esse intellectum nostrum, quem ille putat esse formã per se subsistentẽ, ac proinde non habentem materiã in qua sit. Hæc tñ expositio præterquam quòd grauissimum errorẽ supponit, ideo etiã non placet, quia nõ dubiũ est, quin Arist. hoc loco Naturæ nomine intelligat res naturales, quemadmodũ lib. 12. c. 7. cùm ait. Ab hoc principio tùm cœlum, tum natura pendet. Nãq; res naturales sunt, quæ materiã habere dicuntur, nõ formę ipsę, quæ magis dicũtur esse in materia, quàm habere materiam. At intellectus non est res naturalis, cùm non sit mobilis. Sed neq; si nomine Naturæ formã physicam intelligeret, expositio esset ad rem. Intellectus enim is, qui Auerr. sententia non est in materia, nõ censetur ab eo forma physica. Aliam etiam cõminiscitur Auerroes expositionem, ut nomine Naturę intelligãtur res omnes; quo fortasitan modo Arist. in loco citato intelligendus est, & nos dicimus hoc uel illud esse in rerum natura. i. in rebus, siue in tota rerum uniuersitate. Verùm obstat, quòd res mathematicæ planè, & ut ipse proximè sensserat, carent materia sensibili, de qua sola hic est sermo, quicquid dicendum sit de cæteris rebus. Arist. autem nunquam adhibet particulam [fortasse] quia dubitet omnino de pronũciato, sed aut modestiæ causa, aut quia eo loco nõ agit ex instituto de re proposita. Itaq; sola prima expositio amplectẽda est.

ἐν ἅπασιν ἀπαγτητέον, ἀλλ' ἐν τοῖς μὴ ἔχουσιν ὕλλω. διόπερ ἡ φυσικὸς ὁ τρόπος: ἅπασα γὰρ ἴσως ἡ φύσις ἔχει ὕλην. διὸ σκεπτέον περὶ τοῦ τί ἐστιν ἡ φύσις: ἔτι γὰρ καὶ περὶ τίνος ἡ φυσικὴ ἴδιον ἔσται, καὶ εἰ μιᾶς ἐπιστήμης, ἢ πλειόνων τὰ αἴτια, καὶ τὰς ἀρχὰς θεωρῆσαι ἐστίν.

tex. 38.

Reijcitur prima Auerrois interpretatio.

3. de anima com. 5.

Reijcitur secunda.

f Quocirca considerandum] Ex hoc potissimùm loco Franciscus Beatus, Sadoleto Cardinali patrono cùm alijs argumentis, tum præcipuè duobus probat, libellum hunc exordiũ esse secundi lib. Phys. Vnum est, quia, quæ hic proponuntur explicanda, non tractantur in hoc opere, sed in 2. Phys. Hic.n. dicitur agendum esse primùm de natura, de qua tñ nõ agitur in hoc opere, nisi post duos sequentes libros, cùm alia quãplurima explicantur attributa cõmunia, quæ in quintũ librũ gratia explicandæ eorũ analogię cõgesta sunt; secundus autẽ Physicorũ per omnia huic exordio respõdet. Alterũ est, quia finis libri primi huius operis nullam habet connexionẽ cum initio huius, sed optimè cõuenit cum initio sequentis lib. quẽ nos per errorẽ tertiũ appellamus; fini autẽ primi Phys. optimè respondet principiũ huius. extrema.n. uerba primi Phys. hæc sunt [Rursus autẽ alio principio sumpto dicamus] secundus autẽ Physicorũ, nisi hoc quasi proœmium præponatur, non exorditur ab alio principio, sed à quadam diuisione rerũ naturaliũ à non naturalibus, ut planè sit mutilus, nisi hoc uelut exordium præponatur.

Initio com. in 2. Metaph.

Primum argumentũ pro opinione Frãcisci Beati de ordine huius libri ad reliquos Aristotelis.

2

Verùm hi authores, primùm quidẽ, & omnibus Græcis, & Latinis repugnãt, quod nõ ideo minùs incõmodũ esse putandũ est, q; ipsi apertè id fateãtur. Deinde, nihil propositis argumentationibus cõcludunt. Ad priorẽ.n. dicendũ est cum D Thoma, Aristotelẽ nõ docere his uerbis, quo modo procedendũ sit in hoc opere, sed in naturali Philosophia, in qua proximè dixerat, nõ esse requirẽdã illã accuratã docendi rationẽ, quã patiuntur res mathematicæ. Modũ autẽ naturalẽ in tribus ait cõsistere. Primum est, ut ante omnia intelligatur, quid sit Natura, quod Arist. initio secundi Phys. colligit ex differentia naturaliũ ab artificialibus. Secundum, ut ex ratione naturę ostẽdatur quatenus Philosophus naturalis se possit extendere, siue quas res proprias tractare debeat; quas Mathematico, & primo Philosopho relinquere, quod fit secundo cap. eiusdẽ lib. Tertium, ut ex collatione causarũ inter seſe disquirat, omnes ne ad se pertineant, an ad primum Philosophũ omnes, an uerò quædã ad se, aliæ ad illũ, quod fit eodẽ lib. c. 7. in quo

Refelluntur hęc opinio, & eius argumẽta soluuntur.

Hoc loco lect. 5. p. 5.

Modꝰ procedendi in Philosophia naturali tenendus.

c. 1. à tex. 1.

à tex. 16.

à tex. 70.

Digitized by Google

quo Arist. docet, eas tandem causas, quæ ita mouent, ut nõ moueantur ipsæ, nõ pertinere ad Philosophum naturalem, plenè nimirum, ac omnino, quasi de quibus ipse attributa omnia disquirere, atq; ostendere possit. Quòd si quis obijciat. ergo primũ lib. Phys. nõ pertinere ad Philosophiã naturalẽ, quòd antecedat cognitionẽ Naturæ, à qua inchoandũ hîc dicitur, in ea scientia. Deinde, mutilã esse hãc libri tractationẽ, si ea pertinet ad hoc opus, cũm nõ tradat, quo pacto præcedendũ sit in Metaphysica; hunc in modũ occurrendũ est. primum Physicorũ librũ, etsi pertinet ad Physicã, multa tñ accipere ex Metaphysica: incipit enim à generali diuisione principiorũ in unũ, & multa, & multorum in finita, & infinita &c. Secundum autem librũ statim exordiri à distinctione rerũ naturaliũ ab artificiosis, quæ propria, & peculiaris est Physico. At hoc loco sermonẽ esse de processu omnino Physico. Quòd si in hoc libello nõ traditur modus procedẽdi in Metaphysica; satis tñ esse, si tradatur, quo pacto inchoanda ab eo sit tractatio, quæ propriè sit Metaphysica, nempe à causis, quæ excedunt tractationẽ Physicã, quod fit lib. 12. in quo ex motu sempiterno colliguntur causæ mouentes immobiles, quæ sunt substantiæ separatæ, de quibus deinceps tametsi breuiter agitur. Itaque pauca dicturo Aristoteli de substantijs separatis, satis fuit, pauca etiam hoc loco insinuasse de transitu à rebus mobilibus ad immobiles.

Obiectio prima.

Solutio primæ.

*non in omnibus postulanda est, sed in ijs, quæ materiam non habent. Quo fit, ut is modus naturalis non sit. Fortasse enim omnis natura materiam habet. Quocirca cõsiderandum est primùm, quid sit natura: hoc enim pacto, et in qua re naturalis Philosophia uersetur; &, unius ne scientiæ, an plurium sit, causas, & principia contemplari, perspicuum erit.*

Quòd si uerba illa [Quid sit natura] non propriè sumantur, sed ut sit sensus; Quæ & quales sint res naturales, quemadmodum Naturæ nomen proximè acceptum erat; dici potest cum Alex. in secunda expositione huius loci, docere Aristotelem in hac ultima capitis particula, eum modum inuestigandi ueritatem tenendum esse in reliqua Philosophia contemplatiua, ut priùs differatur de rebus naturalibus, quàm de diuinis, & materiæ expertibus. Qui enim fuerit in doctrina rerum naturalium exercitatus, ut Alex. ait, is demum ea, quæ diuinæ Philosophiæ propria sunt, assequi poterit. Nam, qui de rebus naturalibus, earumque principijs, & causis disseruerit, is sibi uiam aperiet ad distinguendas res, de quibus agit Philosophia naturalis, ab ijs, quæ ad Metaphysicam pertinent, quandoquidem ex consideratione causarum mobilium ad causas mouentes immobiles perueniet; atque ita intelliget, non omnes causas rerum naturaliũ simpliciter, atq; absolutè ad naturalem Philosophũ pertinere, sed tantùm eas, quæ ita mouent, ut moueantur etiã, quemadmodum habes 2. Phys. c. 7. Quibus rebus cõparatis, iam habebit Metaphysicus propriam materiã, in qua uersetur, res uidelicet, materiæ expertes, primasq; rerũ causas. Pro qua re lege finẽ cap. 1. lib. 6. huius operis.

Comm. 21.

Modus in prima Philosophia tenẽdus.

text. 70. & 71.

Ad posteriorem argumentationem, quod quidem attinet ad connexionẽ primi lib. huius operis cum eo, quem nos tertium appellamus, satis dictum est in Præfatione huius libelli. Quod uerò attinet ad connexionem 1. Phys. cum secundo, mirum sanè est, cur secundus uideatur cuiquam mutilus, nisi hoc quasi caput illi præponatur. Magis certè mihi uideretur portentosum corpus illius lib. si hoc alterũ caput illi iungeretur. Nam neq; bene illi aptaretur, cùm supponat tractationẽ causarũ iam factã, de quarũ ipsa à text. 29. distinctione agitur cap. 3. eius libri. Neq; ut ille liber ab alio quasi principio exordiatur, necesse est tam ingens, ideſt tã generale caput apponi, utpote apertè Metaphysicũ, præsertim cùm habeat egregiũ, & maximè conueniens Physico initiũ à perspicua illa, & nemini dubia distinctione rerum naturalium ab artificialibus. Neque uerò illa uerba [alio principio sumpto] quæ sunt in fine primi, significãt aliud exordiũ operis, quod faciendũ uideatur, sed aliud quasi initiũ tractationis; quod est ualde familiare Arist. non solùm cùm librum alium inchoaturus est, sed in ipso etiã discursu eiusdem libri. Ita patet, quid Arist. doceat in ultima particula huius capitis, & quàm parũ uiriũ habeat

Solutio secundæ.

Recte primũ Physicorum fine hoc libello cum secundo coniungi; perperam uero, si hic insereatur medius.

noua horum censura; quam alij quidam Recentiores consultiùs forsitan silentio præterijssent, quàm alijs quibusdam non valde dissimilibus cõmentationibus refutassent. De qua re extrema quæstione in hoc caput agendum est. Ant. Mirand. 18. lib. de singul. cert.

# NVM DIALECTICA SIT SCIENTIA NEC NE. QVAESTIO PRIMA.

## *Non uideri scientiam.* SECTIO PRIMA.

Vnde tempus sit huius quæstionis occasio.

OCCASIONEM huius disputationis nobis præbet Arist. prope finem huius capitis, cùm ait, absurdum esse, scientiam simul, & modum sciendi quærere. omnes enim penè intelligunt eo loco nomine modi sciẽdi significari Dialecticam; quę & si apud grauissimos auctores non solùm scientiæ nomine, sed etiam præcipuę, ac veluti cæterarum parentis digna censetur; his tamen verbis planè videtur, Aristotelis iudicio, à numero scientiarum excludi. Nam si illa propriè dicitur modus sciendi; cùm modus rei non idem sit, atque res ipsa, quod in alijs rebus inductione perspicuum est; non erit vtique modus sciendi scientia ipsa: quare nec Dialectica scientia. Si verò appellatur modus sciendi, quia tradit modum, quo scientia comparari possit; minùs adhuc rationi consentaneum videtur, vt in numero scientiarum ponatur. Si enim ea sola tradit modum, & rationem scientiam comparandi, qui fieri potest, vt sit scientia, nisi sit prior seipsa? tex. 15.

Primum argumentũ eorum, quibus probatur Dialecticam non esse scientiã.

2 Idem quoque apertè videtur Aristoteles docere 4. lib. huius operis cap. 2.[a] & 1. de Posteriori resolutione[b] cap. 8. cùm ait Dialecticum non habere certum aliquod genus subiectum, de quo disserat, sed per omnia rerum genera vagari, cùm tamen & Aristotelis sententia[c] plerisque locis, & cæterorum omnium Philosophorum, omnis scientia in re aliqua certa, & definita versari debeat. confunderentur enim alioqui scientiæ inter sese, nec vllus earum esset ordo, aut distinctio.

a tex. 5.
b tex. 27. & 1. lib. Rhetor. ad Theodect. c. 1.
c Vt 4. lib. huius operis cap. 1. tex. 1. & 11. c. 6. & 1. post. c. 23. tex. 43.

3 Id ipsum colliges ex eo, quod traditur primo Topicorum cap. 1. & 2. quod idem lib. 3. huius operis cap. 1. assumitur, Dialecticos ex solis probabilibus disserere. Nam si ex solis probabilibus disserunt, fieri non potest, vt Dialectica sit scientia; quippe cùm omnis scientia ex necessarijs rem conficiat, neque id, quod scientia tenetur, aliter habere possit, vt Arist.[a] passim scribit, & cæteri communi consensu approbant. tex. 2.

a Vt 1. Post. c. 2. tex. 5. & cap. 5. 6. 7. & alibi sæpe.

4 Accedit plana, & aperta Aristotelis sententia, qui libro primo Rhetoricæ ad Theodectem[b] disertis verbis scribit, Dialecticam non esse scientiam, vt nullus iam de hac re sit dubitandi locus.
b Cap. 2.

5 Ad hæc, scientiæ diuiduntur, quemadmodum & res, vt idem docet certiò libro de Anima cap. 8. Dialectica autem, siue Logica non agit de rebus tex. 38.

Digitized by Google

rebus, sed de sermone, siue oratione, vt patet ex tota arte Dialectica; non est igitur Dialectica scientia.

Hoc lib. c.1. tex. 3. cap. 2. lib. 6. cap. 1. tex. 1. Postremò, scientia omnis aut est contemplatiua, aut practica, vt cap. primo huius libri, & cap. item 1. lib. sexti docet Aristoteles, omnesque sentiunt; Dialectica autem neque in practicis, neque in contemplatiuis numeratur: namque omnes practicæ, nisi sint Mechanicę, in moribus versantur, Ethica videlicet, Oeconomica, & Politica; contemplatiuarum autem tria tantùm genera tradit Aristoteles posteriori loco, Physicam, Mathematicam, & Metaphysicam; non est igitur Dialectica inter scientias habenda.

tex. 2.

## *De proprio, & peculiari fine Dialecticæ, eius q; nominibus, & natura.*

## SECTIO SECVNDA.

De quibus agendum sit in hac quæstione. VT igitur, quid hac in re dicendum sit, planiùs perspiciamus, tria antè discutienda sunt. Primùm, quis nam sit proprius, ac peculiaris finis Dialecticæ, ex quo & ratio nominum, & naturæ huius artis facilè colligentur. Deinde, quo in subiecto, siue materia versetur. Postremò, sit ne admittẽda trita, & vulgata illa distinctio Dialecticę in docentem, & vtentẽ.

Prima opinio de fine Dialecticæ. Reijcitur. Ac sunt, qui velint, Dialecticæ finem esse veri, & falsi iudicium. Vnde est illud, quod sæpe Cicero scribit, Dialecticam esse scientiam vera, & falsa dijudicandi. Attamen hoc omnibus scientijs cõmune est, præsertim contemplatiuis, nec potest esse proprius cuiusquam finis; nisi fortasse primæ Philosophiæ, quòd ea maximè in consideratione veritatis versetur, vt patet ex primo capite huius libri. Nam quòd ad eam disciplinam falsi iudicium pertineat, ad quam spectat veri, haud obscurum est, cùm falsum, nisi ex vero, deprehendi nequeat, quemadmodum neque obliquum nisi ex recto.

Vt 2. de Orat. tex. 3.

Secunda opinio. Refellitur. Alij dicunt, finem huius artis esse disputationem de quauis re proposita ex probabilibus, id quod Arist. initio Topicorum videtur significare. Idem innuitur apud Ciceronem in Academicis, cùm Dialectica dicitur inuenta, veri, & falsi quasi disceptatrix, nisi quòd addit, & Iudex, quod in impugnatam sententiam incidit. Sed neque hi rectè sentiunt. Differere enim ex probabilibus, si finis proximus est Dialecticæ, & non potiùs remotus, non ad totam artem spectat, sed ad quandam eius partem, quæ Topice dicitur; nos autem quęrimus finem totius Dialecticę, siue Logicæ, quibus nominibus eandem artem significari certum est, vt mox patebit.

cap. 1. 2. Acad. quæst.

Vnde colligatur Dialecticæ finis. Quis nam igitur sit Dialecticę, ac Logicæ finis, ex imbecillitate rationis humanæ colligendum est. Nam cùm hæc ars ad emendanda propria rationis vitia, quæsita atque inuenta sit, vt est communis Philosophorum sententia; propria autem rationis vitia in eo cernantur, quòd



Digitized by Google

nec facilè, nec sine erroris periculo per ea, quæ nouimus, incognita inuestigemus; efficitur, vt proprius, ac peculiaris Dialecticæ finis sit, uiam & rationem tradere, qua facilè, & sine errore possimus ex cognitis incognita intelligere. Dixi, propria rationis vitia, non intellectus, quia intellectus humanus, vt distinguitur ab intellectu substantiarum separatarum, dicitur ratio, propriumque eius est, ex cognitis incognita discursu quodam cognoscere, cùm illarum intellectus simul percipiat in alio id, quod ex illius cognitione pendet.

Quis ille sit.

Cur hæc scientia Dialectica, & Logica dicta sit.

Hinc patet primùm, rectè nominatam esse hanc artem, & antiquiori vocabulo, Dialecticam, & recentiori, atque à veteribus Peripateticis inuento, vt ait Boëtius ad Topica Ciceronis, Logicam. vtrunque enim ipso Cicerone interprete significat differendi rationem, siue artem; præcipuum autem differendi significatum est, incognita ex cognitis aperire. Id, quod hinc facilè intelliges. Differere interdum idem valet, quod sermone vti, vt apud Platonē in priori Alcibiade: διαλέγεσθαι, inquit, hoc est differere, & sermone vti an non idem vocas? Potiùs enim eo loco dicendum est, differere, quàm disputare; & sermone vti, quàm ratione vti, vt quidam vertunt. Eodem modo vtitur Arist. differendi verbo 4. lib. huius operis cap. 4. cùm sic ait [ sublata autem nominum significatione ipsum quoque διαλέγεσθαι hoc est, ipse etiam sermonis vsus hominum inter ipsos, & vniuscuiusque secum sublatus est. ] Vnde Dialogus nihil est aliud, quàm sermonis cum altero collatio. Atque hoc pacto Dialecticæ, & Logicæ vocabula significant Sermocinalem facultatem, quę vsurpatio, etsi est omnium latissimè patens, quippe quæ & Rhetoricā etiam, & Grammaticam complectitur: est tamen rara admodum, præsertim quod attinet ad nomen Dialecticæ.

Ad initium lib. primi suorum cōment.

Prima significatio uerbi differere.

tex. 10.

Secunda.

Interdum verò idem est differere, atque probabiliter disputare; qua significatione vtitur Cotta Ciceronianus extremo tertio de natura Deorū, cùm ait, Opto redargui me Balbe, & ea, quę disputaui, differere malui, quàm iudicare. Atque hæc significatio contra, atque superior est omniū frequentissima apud Aristotelem, Platonem, & cęteros Philosophos, tametsi omnium astrictissima, quemadmodum & Dialecticę, & Logicę, vt ab eodem verbo in hac significatione dicuntur.

Tertia.

Interdum denique significat, incognitum aliquid ex ijs, quę nota sunt, oratione patefacere, siue id fiat argumentatione probabili, siue necessaria, siue etiam definitione, aut diuisione. Dixi, oratione, quia si factis notioribus res ignota patefiat, vt cùm vultu, aut lacrymis affectus animi declaratur, non comprehendetur ea manifestatio differendi uerbo, sed tantùm si fiat oratione, siue mentali, siue vocali, siue scripta. Hac signi ficatione vtitur Varro apud Ciceronem in Academicis, cùm de quibusdam imperitis sic ait, Nihil definiunt, nihil partiuntur, nihil apta interrogatione concludunt, nullam denique (vt hæc omnia vno differendi uerbo complectatur) artem esse differēdi putant. cuius significationis minùs

Lib. 1.

Digitized by Google

minùs quidem frequens est vsus apud Aristotelem, & reliquos, quàm secundæ, sed tamen non rarus. Atque ab hac, quæ media est inter duas superiores, & omnium item præcipua, magisque philosophica, imposita sunt nomina Dialecticę, ac Logicæ toti huic arti, de qua præsens quęstio instituta est.

A tertia dici hanc artem Logicam, & Dialecticam.

Quare cùm finis Dialecticæ sit, viam, & rationem tradere, qua incognita ex cognitis aperiantur; præcipuum autem differendi significatum, magisque accommodatum ad Philosophos sit incognita ex cognitis aperire; perspicuum relinquitur, optimè nominatam esse hanc artem siue Dialecticam, siue Logicã. æquum est enim, ut ait Aristoteles secundo de anima, cap. 4. res omnes à fine appellare. Atque hoc pacto accipit Aristoteles nomen Dialecticæ primo Rhetoricæ libro, cùm ait, omnem Syllogisinorum doctrinam ad totam Dialecticam, aut ad aliquam eius partem spectare. Quanquam multi, & graues enarratores Aristotelis, in quibus sunt Alexander Aphrodisiensis, & Seuerinus Boëtius nunquam ferè appellant totam hanc artem Dialecticam, sed Logicam; quod tamen vocabulum, quia nusquam apud Aristotelem reperio, minùs libenter vsurpo. libentiùs hac eadem significatione dicam, logicas tum propositiones, tum quæstiones, quo pacto Aristoteles sæpe loquitur.

Res debere à suo fine appellari.

tex. 49. Cap. 1.

Vt 1. Top. c. 9. & 12.

Patet etiam, quænam sit natura huius artis. Nam cùm proprius, atq; immediatus finis cuiusque habitus sit propria eius operatio; omnes autem potentiæ, & habitus per proprias operationes, siue actus definiri debeant; proprius denique, atque immediatus finis Dialecticæ artis sit docere quo nam pacto differendum sit, iuxta tertiam huius verbi significationem; efficitur, vt non meliùs natura eius explicari possit, quàm si definiatur differendi ratio, & doctrina. non quòd ea sola differat, cùm id omnibus scientijs, & artibus liberalibus sit commune; sed quòd sola doceat, quo pacto differendum sit. Sequitur iam, vt quodnam sit eius subiectum, disquiramus.

Natura, ac definitio Dialecticæ.

## *Ens rationis non esse subiectum Dialecticæ.* SECTIO III.

CVM scientiarum tractatores subiectum alicuius artis, aut scientiæ quærunt, non ambigunt de subiecto, in quo ars ipsa, aut scientia inhæreat, quod Recentiores inhæsionis subiectum vocant. perspicuum est enim, eas omnes in intellectu inhærere; sed dubitant, quid nam sit illud, ad quod cognoscendum, siue etiam agendum, aut efficiendum tota scientiæ cura refertur. Hoc enim in quauis facultate vnum aliquid est, cuius causa omnis labor ab Artifice suscipitur, quod Aristoteles tum subiectum, tum genus subiectum, recentiores Philosophi subiectum scibile, & subiectum attributionis vocant, cuiusmodi est in Philosophia naturali Ens mobile, in scientia de moribus Homo probus, in ædifi-

De quo subiecto hic sermo fit.

Vt 1. Post. c. 7. tex. 22. & c. 23. tex. 42.

Digitized by Google

ædificandi peritia ædificium. Hęc autem ideo dicuntur scientiarum subiecta, quòd sub earum considerationem præcipuè cadant.

Prima conditio ad subiecti attributionis cuiusque scientię constituendum.

Vt autem meliùs teneas, quale esse debeat cuiusq; scientię proprium, atque adæquatum, accipe tres conditiones. Prima est, vt sit vnum quid, saltem eo pacto, vt definitione aliquo modo vna explicari possit, & proprias affectiones, siue proprietates habere, veluti ens, quod est subiectum Metaphysicæ. Omnis namque ars, omnisque scientia accipit vnitatem ex vnitate subiecti, in quo versatur, vt Arist. primo Post. cap. 23. & cæteri Philosophi docent; idque curat, vt & naturam subiecti, eiusq; 2 partium subiectarum, & omnium affectiones tradat. Secunda est, ut reliqua omnia, quę in scientia traduntur, ad illud modo aliquo reuocentur (siue vt partes constituentes, aut subiectæ, siue vt proprietates, siue alia quauis ratione) & eius gratia præcipuè considerentur, nempè ut illud, & secundum se, & secundum suas partes subiectas plenè cognoscatur. Hoc enim pacto nihil horum censebitur alienum à subiecto totius scientiæ; proinde omnia ad vnam, eandemque scientiam pertinebunt. text. 43.

3 Tertia est, ut scientia, quæ circa illud versatur, ratione eius distingua tur à cęteris scientijs. Vt enim naturales facultates distinguuntur inter se ratione diuersorum obiectorum, veluti aspectus, & auditus, quòd hic circa sonum, ille circa colorem versetur; sic etiam scientiæ ratione diuersorum subiectorum, vt Geometria, & Arithmetica, quòd illa de quantitate continua, hęc de discreta differat, & ita reliquæ. Atque hæc de ratione subiecti cuiusque artis.

Opinio D. Thomæ de subiecto Dialecticæ.

Quod verò attinet ad subiectum Dialecticæ, D. Thomas in quartum librum huius operis asserit esse ens rationis, à cuius opinione nō videntur disentire, qui aiunt esse secundas intentiones, seu, vt Auicenna uocat, secunda in intellecta. Probat suam sententiam D. Thomas ex ipso Aristotele planè dicente eo loco, Primum Philosophum, & Dialecticum uersari circa ens: id, quod alia ratione non credit dici potuisse, nisi, quia primus Philosophus agit de ente, quo ad ea, quę illi conueniunt in rerum natura, ex quibus habet, ut ens reale sit; Dialecticus autem quoad ea, quę illi proueniunt ex operatione intellectus, quę sunt 2 attributa rationis, ut esse genus, esse speciem, & similia. Idem alij confirmant inductione eorum, quę in Logica tractantur. etenim uniuersale, prædicabile, genus, species, differentia, & reliqua omnia in entibus rationis, non realibus numerantur; quippe cùm ea ratione, qua talia sunt, 3 ab operatione intellectus pendeant. Item hac ratione, Quia si eius subiectum esset reale, numeraretur utique Dialectica in scientijs realibus, quod inauditum est. Lectione 4. p. 2. Primum huius opinionis argumentum c. 2. text. 8.

Nō probatur in eo sensu, quem præfert.

Verùm hęc sententia, nisi quis eam in uero sensu exponat, facilè refellitur. Primùm, quia Dialecticus non tradit, quę sit natura entium rationis, neque earum causas, principia, & affectiones, sed suo modo Metaphysicus. Quòd si dicas, ens rationis non esse subiectum Dialecticæ

secun-

Digitized by Google

ſecundum naturam ſuam ſpectatum, ſed quatenus rationi diſſerendi ſubſeruit, quemadmodum non nulli minus cautè reſpondent; uerum quidem dices, & hoc pacto crediderim D. Thomam intelligendum; ſed tamen planè cogeris cõcedere, non ipſum ens rationis, ſed aliquid, quod adæquatè commune ſit omnibus diſſerẽdi formis, eſſe Dialecticæ ſubiectum: quemadmodum, quia ſtatuarius non agit de ligno, niſi quatenus ex eo efficit ſtatuam, non lignum, ſed ſtatua conſtituendum eſt ſtatuarij ſubiectum.

Quo pacto D. Thomas intelligendus ſit.

Secundò refutari poteſt ex traditis conditionibus ſubiecti cuiuſque artis. Ex prima quidem, quia ſi ens rationis ſit ſubiectum Dialecticæ, non habebit vtique proprietates, quæ vllo modo ſint entia, quod durum eſt negare. neque enim illæ poterunt eſſe reales, cùm ens reale ſit prius natura ente rationis: ſi autem ſint entia rationis, iam continebuntur eſſentialiter ſub ente rationis, quo fiet, vt eius proprietates eſſe nequeant; inferiora enim non ſunt proprietates ſuperiorum. At dicunt duplex eſſe ſubiectum artis, vnum attributionis, alterum adæquationis; ens autem rationis, & ſi non eſt ſubiectum attributionis, cui ſolent proprietates aſſignari; eſſe tamen adæquationis, quia adæquatè dicatur de omnibus quæ in Logica traduntur. Sed non rectè occurrunt. Primùm, quia iſto modo oportebit quærere in Phyſica aliud ſubiectum longè ſuperius ente naturali, quòd non modò de omnibus rebus naturalibus, & earum partibus dicatur; ſed etiam de motu, & cæteris proprietatibus rerum naturalium, imò etiam de infinito, de vacuo, & reliquis omnibus, quæ in Phyſicis tractantur. Quærendum quoque erit in Arithmetica aliquid communiſſimum rebus Arithmeticis, quod de numeris, & affectionibus, ac proportionibus numerorum, itemq; de vnitate, & eius proprietatibus prædicetur: at hæc nemo vnquã tradere conatus eſt. Deinde, quia vt demus, quærendũ eſſe in vnaquaque arte tale ſubiectũ, non verũ eſt, omnia, quæ traduntur in Dialectica, eſſe entia rationis. Neque enim demonſtratio, aut vlla alia diſſerendi forma (ſi modo de ijs loquamur, quæ præcipuè ſub eius artis conſiderationem cadunt) eſt ens rationis, ſed diſcurſus quidam mentis verus, ac realis, vt apertum eſt. Quod enim attinet ad neſcio quas relationes rationis, quæ in his fundantur, cùm mens in ea reflectitur; nihil eas curat Dialecticus, niſi quatenus ad diſſerendi doctrinam, vtcunque ſunt vtiles.

Reſponſio ad aduerſarios.

Refellitur.

Mentales diſſerendi formas, non eſſe entia rationis.

Ex ſecunda verò conditione, quia etſi Dialectica modo aliquo agit de entibus rationis; non agit tamen de eis præcipuè, ſed quatenus eorum cognitio ſubſeruit rationi diſſerendi. hoc enim ijdem huius opinionis fautores paulò antè fatebantur.

Ex tertia denique, quia ſi ens rationis, cùm ſtatuitur ſubiectum Dialecticæ, ita latè ſumitur, vt complectatur omnia entia rationis, ea quoq; comprehendet, quę à Grammatico, & Rhetore tractantur, vt nominum ſignificationem, ſyllabarum quantitatem, verborum proprietatem, tropum,

Varia entium rationis genera.

Digitized by Google

pum, figuram, & similia. Si verò sumitur pro ente rationis, quòd non ex hominum instituto, & voluntate pendet, sed in ipsa rerum natura fundatur, vt excludantur entia rationis, quę à Grammatico, & Rhetore explicantur; cuiusmodi sunt notio generis, & speciei, prædicati, & subiecti; adhuc supersunt pleraque, quæ sub Dialecticâ artẽ non cadant, cuiusmodi sunt relatio creatoris, dextri, sinistri, & similia. Quòd si intelligant ea sola attributa rationis, quæ consequuntur res, quatenus mente tractantur; pertinebunt quidem ea omnia modo aliquo ad Dialecticam; sed tamen nec sola, nec principaliter, cùm Dialectica principaliter agat de modo tractandi res, quem illa consequuntur, qui modus non est ens rationis. Ita fit, vt ens rationis aut non adæquatè distinguat ea, quæ cadunt sub artem Dialecticam ab ijs, quę cadunt sub alias artes, quod est contra tertiam conditionem subiecti; aut certè non præcipuè sub eam cadat, quod est contra secundam. Quoniam verò hæc opinio remota admodum videbatur à uera sententia de subiecto Dialecticæ, ideo eam non commemorauimus inter eas, quas de subiecto Dialecticæ initio Institutionum Dialecticarum tetigimus. Lib. 1. cap. 3.

Soluuntur argumenta eorum, qui affirmant, ens rationis esse subiectũ Dialecticæ.

Ad primum igitur argumentum eorum, quæ pro hac sententia proposita sunt, dicendum est, non esse eo loco sermonem de Dialectica, quoad doctrinã, sed quoad usum, ut paulò pòst intelliges. Deinde, nõ ea ratione ibi distingui Dialecticum à primo Philosopho, quòd hic de ente reali, ille de ente rationis agat. Nam & sophistam quoque ait eo loco Aristoteles uersari circa ens, cùm tamen nõ detur ens tertio modo sumptum; nisi quis dicat, Sophistam uersari circa ens fictum, atque ad eam rem uti uelit Platone auctore, qui in Dialogo de Ente asserit, Sophistam uersari circa non ens, quod idem videtur esse, atque ens fictum; quod tamen nihil est ad rem. Aristoteles enim ait eo loco, hos tres artifices circa eadem versari, totumque eorum discrimen ad modum agendi refert, cùm ait de eisdem rebus agere primum Philosophum demonstratiuè, siue ad veritatem (ut loquitur) de quibus Dialecticus quidem pro vtraque parte disserit ex probabilibus; Sophista uerò ad speciem tantùm ueri Demonstratoris, aut Dialectici. Quo autem modo intelligendus sit Plato, cùm ait, Sophistam uersari circa non ens, libro sexto exponemus. Postremò, si eo loco traditur, Dialecticum uersari circa ens rationis, cùm Dialecticus de eo demonstratiuè agat, ut docent ij, qui eo pacto Aristotelem intelligunt; concedere debebunt, Dialecticum agere de ente ad ueritatem, quod tamen Aristoteles soli primo Philosopho ibidem tribuit.

Qua ratione differant primus Philosophus, Dialecticus, & Sophista.

Quo pacto Dialecticus agat de genere, & specie.

Ad secundum dicendum est, agere quidem Dialecticum de genere, specie, & cæteris huiusmodi, non tamen vt tradat cognitionem relationum rationis, sed vt doceat conficere orationes, quibus aptè disseramus. Quo circa non agit de genere quoad conditiones essendi, sed prædicandi, quæ sunt propinquiores tractationi modorum disserendi, quod

idem

Digitized by Google

idem de cæteris similibus dicendum est.

Ad tertium dicito, subiectum Dialecticę esse quippiam uerum ac reale, si pro eo accipiatur, in quo primò illa versatur, ut mox patebit: sed tamen non inde fieri, ut sit scientia realis. distinctio enim scientiarum in reales, & non reales desumpta est ex distinctione eorum, quæ sunt, in res, & uerba; ut scientiæ, quæ de rebus agunt, quatenus distinguuntur à uerbis, dicantur reales; quę autem de uerbis, sermone'ue, appellentur sermocinales. Quia igitur Dialectica de sermone agit, primò quidem de mentali, quo quisque secum quasi loquitur; secundaria verò ratione de uocali, & scripto; non in realibus, sed in sermocinalibus numeranda erit. quanquam etiam dicitur rationalis, non quia de ente rationis agat (isto enim modo potiùs dicendę essent rationales, Grammatica, & Rhetorica, quę agunt de solo sermone significatiuo ex instituto, quàm Dialectica, quæ primò agit de sermone significatiuo naturaliter) sed quia dirigit operationes intellectus nostri, qui propter naturalem discurrendi facultatem ratio appellatur.

Cur Dialectica sit sermocinalis scientia.

Cur scientia rationalis dicatur.

*Nec demonstrationem, nec modum sciendi propriè sumptum, nec uerò argumentationem, aut Syllogismum esse subiectum Dialecticæ, si ea in se spectetur.* SECTIO QVARTA.

Initio Prædicam. & primi Prior.

cap. 1. tex. 2.

QRAECI auctores Alexander, Ammonius, Simplicius, Philoponus, & alij censent, Logicæ subiectum esse demonstrationem, quòd Aristoteles initio librorum de priori resolutione (in quo opere latiùs, quàm vnquam de ratione disserendi uidetur loquutus) planè asserat, propositum sibi esse de demonstratione agere; quod idem in fine operis de posteriori resolutione se præstitisse concludit. Sed hęc opinio, vt est omnibus, quæ de Dialecticæ subiecto extant, astrictissima; ita minùs placet, quàm cæteræ, quas recensebimus: quo circa neque eam nos in Dialecticis Institutionibus tetigimus. De alijs enim plerisque diserendi modis, quàm de demonstratione, agit ars Dialectica, idque non tantùm propter demonstrationem, sed etiam propter alios fines; potissimùm uerò de Syllogismo Dialectico, qui est omnium usurpatissimus, & ad omnia utilis. Neque uerò Arist. initio Priorum proponit, ideo se de demonstratione disputaturum, & in fine Posteriorum idipsum se fecisse asserit, quòd demonstratio sit adæquatum Dialecticæ subiectum, sed quia principale; quo pacto sepè ait in hoc opere, institutũ sibi esse agere de substantia.

Sententia eorum, qui demonstrationẽ faciunt subiectum Dialecticæ.

Refutatio.

Cap. 17. tex. 26

Vt initio. 11. Met. tex 1. & & alibi sępe.

Arabes quidam, in quibus est Auicenna initio suæ Logicæ, & alij nonnulli ex nostris, faciunt subiectum Logicæ Modum sciendi, sumpto propriè sciendi verbo; quod subiectum asserunt complecti demonstrationem, & definitionem iuxta duos sciendi modos, quos aiunt, significasse Aristotelem primo Post. cap. 2. quorum alterum omnes demonstratio-

Auicẽna c. 2. idem Alphar. & Algaz.

tex. 5.

Sententia eorum, qui Modum sciendi.



Digitized by Google

nem esse dicunt, alterum plerique definitionem: id, quod Aristoteles in hoc opere ad finem superioris libri perspicuè exponere videtur, cùm ait, omnem doctrinã, aut demonstratione, aut definitione effici. Esse autem modum sciendi hoc pacto subiectum Logicæ, ex eo videtur perspicuum, quia Aristoteles hoc loco nomine modi sciendi Logicam significat, vt ex obiecto artem, quæ circa illud versatur. Verùm neque huiusmodi sententia omnino placet. Primùm, quia alij modi reperiuntur diserendi, qui sub demonstratione, & definitione non comprehendantur. Deinde, quia intelligere per definitionem, non est propriè scire, neque Aristoteles 1. Post. nomine modorum sciendi cognitionem demonstratiuam, & definituam significat, sed sciẽtiam propter quid, & alia duo sciendi genera: alterum, quo sciuntur principia, quod est nobilius scientia propter quid: alterum, quo sciuntur conclusiones per causas remotas, aut effecta, quod est minùs prestans. Quocirca in loco citato superioris libri huius operis, nomine doctrinæ non significatur traditio scientiæ, sed cuiusuis cognitionis rei per notiora; nomine autem demonstrationis quælibet argumentatio ad aliquid probandum idonea, vt sæpe alibi; diuisio uerò ad definitionem uidetur reuocanda eo loco, vt in eius expositione diximus. Quòd uerò hic Dialectica significatur nomine modi sciendi, non mirum est, quia sæpe numero scientiæ, non à subiecto adæquato, sed ab aliqua eius parte subiecta cognominantur; vt Theologia hæc naturalis à Deo, aut diuinis substantijs, & Astronomia ab astris.

Cap. 7. tex. 48

Refellitur.

Vt 1. Rhetor. cap. 1.

Cur Dialectica dicat modus sciendi.

Magnus Albertus partim latiùs, partim pressiùs tradit subiectum Logicæ. ait enim esse argumentationem, quæ & latiùs patet quàm demonstratio, & non complectitur definitionem. Eadem penè sententia est Scoti, qui existimat esse syllogismum. Et rectè quidem ambo sentiunt, cùm loquantur de subiecto Logicę, vt ab Aristotele tradita est in ijs libris, qui ad nos peruenerunt. Sola enim argumentatio ex instituto traditur ab Aristotele; cæteræ autem argumentorum formę ex syllogismo uim accipiunt, cùm materiales cõsequentiæ sint, vt in Dialecticis Institutionibus diximus. Quòd autem sola argumentatio ex instituto tradatur ab Aristotele, ex eo constat, quia liber prædicamentorum nihil est aliud, quàm seminarium quoddam vocũ omnium simpliciũ, ex quibus omnia enũciationũ genera confici possint; in libris uerò de interpretatione agitur de enunciationibus, ex quibus connectantur omnia argumentationũ genera; in reliquis autem de syllogismo, ac omnino de argumentatione, omnibusq; argumentationum formis tum simpliciter, & absolutè, tum etiam contractis ad certam materiam. De diuisione autem, & definitione non per se, sed obiter, & quatenus argumentationi subseruiunt, disserendum putauit, vt in [a] eodem libello diximus, & ipse [b] Albertus probè explicat. Quocirca in epilogo totius Dialecticæ de syllogismis, se doctrinam tradidisse planè scribit Aristoteles [c]. Quòd si Dialectica sumatur, non qua ratione ab Aristotele tradita est in libris, quos habemus sed vt

Sententia eorum, qui Argumentationem syllogismum.

Tractatu 2. in Porphyr. c. 4.

In Porphyr. q. 3.

Aristotelem solam argumentationẽ, ex instituto tradidisse.

Lib. 1. c. 5. & lib. 6. c. 3.

Non rectè argumentationem dici ad.

a Rodẽ lib. & cap.
b In Porphyr. tract. 1.
c Cap. ult. lib. 2. Elenchorum.

Digitized by Google

sed vt in se ipsa spectatur, non rectè dicetur siue syllogismus, siue argumentatio adequatum eius subiectum, cùm neutrum dicatur de diuisione, aut definitione, quæ tamen sunt per seſe speciales quędã deſserendi formulæ. Quòd si dicas, satis esse diuisionem, & definitionem utcunq; ad argumentationem reuocari, vt argumentatio adequatum subiectum dici possit; concedes quoque eadem ratione subiectum Metaphysicę esse substantiam incorpoream, aut verò Deum, quòd cætera, quę in Metaphysica traduntur, ad hæc vtcunque reducantur; cùm tamen Aristoteles dicat, nec leuiter confirmet esse ens, qua ratione est ens. Deinde, quia etsi diuisio, & definitio, quatenus sumuntur ad aliquid probãdum, reducuntur ad argumentationem; non tamen reducuntur, quatenus sunt per se quædam formulæ declarandi ignotũ ex notis, pręsertim cùm ab ea propriam declarandi vim non accipiant. Postremò, quia ea omnia cõplecti debet sub se subiectũ cuiusque artis, de quibus in illa tanquã de particularibus subiectis cõpletis, atque perfectis demonstrationes fiunt, proprietatesque demonstrantur; huiusmodi autem planè sunt diuisio, & definitio, de quibus multa demonstrari possunt in Dialectica, non tantùm ut de partibus argumentationis, alio'ue modo ad argumentationem pertinentibus, sed ut de quibusdam specialibus, ac integris differendi generibus.

æquatum totius Dialecticæ subiectũ.

Obiectionis dilutio.

Initio lib. 4.

Quæ debeant sub subiecto cuiusq; artis comprehẽdi.

*Modum differendi, siue sciendi latè sumptum, esse subiectum Dialecticæ.*

## SECTIO QVINTA.

EREGO si Dialectica in hac controuersia, non vt ab hoc, aut illo auctore traditur, sed in se ipsa spectari debet, ex proprio fine artis subiectum eius adæquatum colligendum est. Proprium enim, & adæquatum cuiusque disciplinæ subiectum illud est, ad quod cognoscendum, siue etiam agendum, aut efficiendum tota artis cura dirigitur. Cùm igitur à nobis sit constitutum, Dialecticę proprium finem, in quem tota ipsa incumbit, nihil esse aliud, quàm formas omnes, siue modos differendi, ignotum'ue ex notis oratione declarandi tradere; planè efficitur, modum differendi esse adæquatum Dialecticę subiectum. Potest idem probari ex tribus cõditionibus subiecti adæquati, quas proposuimus. In primis enim modus differendi est quodammodo vnum quid, & quod definitione aliquo modo una explicari possit. est enim oratio, qua ex notis incognitum declaratur. Deinde quicquid traditur in Dialectica, aut est modus differendi, ut argumentatio; aut ad illum reuocatur, & gratia illius præcipuè tractatur, vt nomen, verbum, & enunciatio. Denique ratione modorum differendi distinguitur Dialectica à cæteris, non quòd ipsa sola differat, sed quòd sola doceat, quo nam pacto differendum sit; ut in Institutionibus diximus. Quòd si differendi modum uocare uelis mo-

Vera sententia de subiecto Dialecticæ.

Ostenditur ex conditionib⁹ subiecti.

Sect. 3.

Lib. 1. c. 1.



Digitized by Google

Quo pacto modus sciendi dici possit subiectũ Dialecticæ.

dum sciendi, latè tamen accepto sciendi verbo, pro cognoscendi ex notioribus, quomodocunque id fiat; non est quòd repugnemus. certè Scotus in primum prioris Analyticæ ita accipit modum sciendi, cùm illud constituit subiectum Logicæ in seſe spectatę. Neque discrimen est inter modum diſserendi, & sciendi hoc pacto, nisi quòd diſserere sumitur actiuè, scire autem passiuè (scire enim est cognoscere ex notioribus; diſſerere autem declarare, siue efficere, ut cognoscas) & scire est terminus cognitionis; diſserere autem quasi uia ad cognoscẽdum. Cur autem diſſerendi modus à quibusdam dicatur [a] oratio Philosophorum, siue Philosophica, aliàs etiam [b] oratio ratione concluſa, initio [c] Dialecticarum Institutionum diximus.

1. Prior. 9. 2.

a à Cicer. in oratore ad Brutum.
b Acad. 2. edit. lib. 1.
c Lib. 1. cap. 3.

Dubitatio.

Sed quęrat aliquis, quæ nam oratio intelligenda sit, cùm dicimus subiectum Dialecticæ eſse orationem, qua incognitum ex cognitis aperitur; mentalis ne, an uocalis, an scripta, an uerò oratio in commune,

Reſponſio.

quæ dicitur de his omnibus orationum generibus. Ad quam dubitationem breuiter dicendum est, intelligendam eſse orationem in cõmune, præcipuè tamen mentalem, vt Aristoteles secundo de Interpretatione cap. 4. & primo poſt. cap. 8. & alijs locis innuit. Causa vero est, quia Dialectica cùm ad emendanda rationis uitia constituta sit; in dirigendis proprijs actibus rationis præcipuè versatur, nec ad uoces, & scripta deſcendit, nisi quatenus hominem instituit in ratione agendi cum altero. Atque hæc est sententia D. Thomæ, cùm aſserit, uersari Logicam in dirigendis operationibus intellectus. Vnde collige, subiectum Dialecticæ duabus rationibus differre à subiectis Grammaticæ, ac Rhetoricæ. Vna, quia subiecta Grammaticę, ac Rhetoricæ sunt orationes externæ duntaxat: Dialecticæ verò subiectum est prȩcipuè oratio interna. Altera, quia in ipsa etiam oratione externa, quę ab omnibus communiter tractatur, Grammatica solam integritatem considerat, Rhetorica solum ornatum; Dialectica uerò ipsam rei ignotę ex cognitis declarandi uim, quæ est quasi ratio, & mens orationis. Quanquam verò mentalis oratio præcipuè pertinet ad hanc artem, ut Auicenna initio suę Logicę, & Scotus, ac Caietanus in prædicamenta Aristotelis rectè annotarunt; tamen quia externa oratio magis patet, & in diſputatione cum altero prorsus neceſſaria est; idcirco subiectum Dialecticę, de quo huius artis tractatores apertè diſſerunt, potiùs constitutum est Modus diſserendi externus, quàm internus, & inter externos uocalis potiùs, quàm scriptus, quia uocalis oratio, quàm scripta, multò est notior, & usurpatior. Qua de causa effectum est, vt hæc ars inter sermocinales numerata sit.

primo poſt. cap. 8. tex. 25

Initio lib. periherme-nias lect. 1.

Diſcrimen inter subiecta Dialecticæ, Grammaticę, & Rhetoricæ.

Idem 1. lib. Institut. Dialect. cap. 7.

Altera dubitatio.

Quærat etiam aliquis, num subiectum Dialecticæ sit unum quippiam vnitate eſsentię, quemadmodum ens naturale, quod est subiectum Philoſophię naturalis, an verò unitate ordinis duntaxat, quemadmodum exercitus, qui cadit sub artis militaris considerationem. Cui quæstioni

Reſponſio quorundam.

sunt, qui reſpondeant, eſse unum unitate eſſentiæ. Aiunt enim, definitionem, &

Digitized by Google

nem, & quemlibet alium modum diſserendi ſignificare formaliter unã quandam relationem fundatam in tota oratione, atque huiuſmodi relationem eſse eſsentiam definitionis, ratione cuius oratio, quæ definitio dicitur, habet unitatem eſsentiæ; eodemque pacto rem habere in cæteris modis diſserendi, ac proinde in modo diſſerendi in cõmune ſumpto. Dicendum eſt tamen, ſuperuacaneum eſse, ac friuolum, quærere in ſubiectis artium huiuſmodi relationes rationis, ut ratione earum ſubiecta habeant unitatem eſsentiæ. ſublatis enim huiuſmodi unitatibus adhuc in eiſdem ſubiectis cernitur unitas, quę ſatis ſit, ut eorum quodlibet dicatur unum quippiam. Id quod in domo, in naui, & in exercitu cernere licet. Itaque reſpondendum eſt, modum diſserendi habere vnitatem ordinis, cùm ſit oratio quædam artificioſè diſpoſita ad diſserendum, ſatisque eſse, ſi ſubiectum artis ſit unum quid per ſe ordinatum ad aliquem finem, etiamſi non ſit per ſe cõpoſitum in unitatem unius eſsentię. Vera reſpoſio.

## *Dialecticam rectè diſtingui in docentem, & utentem.* SECT. VI.

IAM illud quęrendum eſt, num ſola diſserendi doctrina, an ipſe etiam diſserendi vſus ad Dialecticam ſpectet. hinc enim intelligi poteſt, recte ne, an ſecus diſtingui ſoleat Dialectica in docentem, & utentem. Ac illud in primis apertum eſt ex dictis, totam diſserendi doctrinam ad Dialecticam ſpectare, cùm eius proprius, ac peculiaris finis ſit, docere quo pacto diſserendum ſit. Illud etiam perſpicuum eſt, aliquem diſserendi uſum pertinere ad Dialecticam: neque enim aliter Dialecticus, quàm diſserendo, docere poteſt quo pacto ſit diſserendũ, ſi modò ille Philoſophico more, quod ponimus, diſserendi formas tradit. Verùm is vſus non diſtinguitur à doctrina diſserendi, cùm eo ipſo doceatur, quo pacto ſit diſserendum: ſed is ſolus à doctrina diſtinguitur, quo non traditur ex proprijs modus diſserendi vllus, veluti cùm quomodocunque diſſerimus de rebus naturalibus, aut mathematicis, aut etiam de logicis ex communibus, & vnicuique obuijs. Illud quoque haud obſcurum eſt, non omnem diſserendi uſum, qui uia, & ratione fiat (neque enim agimus de vſu artis experte, ſed de artificioſo) ad Dialecticum ſpectare. Omnes enim artifices in ſua quiſque materia ex proprijs, ac per ſe principijs diſſerunt, ut inductione patet. Alioqui ſi diuiſiones, definitiones, & demonſtrationes, quæ in alijs diſciplinis cernuntur, à Dialectico fierent, vna tantùm Dialectica eſſet ſcientia, quippe ad quam, vt omnis diſſerendi doctrina, ita etiam omnis uſus pertineret. Num diſſerẽdi uſus ad Dialecticam ſpectet.

Tota igitur ambiguitas eſt de vſu diſſerendi, non ex proprijs, & per ſe, ſed ex communibus, & quæ omnibus ſunt obuia, aut certè exiguo labore inueniuntur, hoc eſt, ex probabilibus, pertineat ne is totus ad Dialecticum; an uerò alius ad hunc, alius ad illum artificem pro ratione materiæ, In quo poſita ſit huius quæſtionis difficultas.

Digitized by Google

teriæ,ex qua differitur,an potiùs nullius disciplinæ sit proprius. Quòd enim nullius disciplinæ sit proprius,ex eo uidetur perspicuum, quia eorum, quæ omnibus sunt in promptu, aut facilè à quouis inueniuntur, non debet vsus censeri cuiquã proprius. Quòd uerò vnaquæque ars differat ex certis quibusdam probabilibus, seu verisimilibus, veluti Physica ex ijs probabilibus,quæ in rebus naturalibus reperiũtur, Metaphysica ex ijs,quę in metaphysicis, hac ratione suadetur;quia si ea omnia vni arti tribuenda essent,inopes & penè nullius pretij relinquerẽtur cęterę,exceptis Mathematicis:perpaucæ enim reperiuntur demonstrationes in reliquis disciplinis. Accedit,quòd eiusdem facultatis est, verum,& verisimile cognoscere,ut Arist.ait 1.Rhet.ad Theodectem; quare cùm vera,seu necessaria in vnaquaq; materia ad eum artificem pertineant, qui in ea versatur;efficitur, idẽ dicendũ esse de verisimilibus,seu probabilibus,nec omnium probabilium vnam tantùm disciplinam esse constituendã. At verò, quòd ad vnam Dialecticam ea omnia pertineant, intelligi potest ex Aristotele initio Topicorum,alijsq; locis quàmplurimis, in quibus ille nemine repugnante docet, proprium Dialectici esse,de quacunque re proposita ex probabilibus differere. Cap. 2. Lib.1. c.1.

Prima assertio. Probatio.

In hac igitur controuersia prior assertio sit,Vsum differendi ex probabilibus esse proprium Dialecticæ. Quæ assertio hunc in modũ probatur. Vsus differendi ex probabilibus,nec gignit habitum scientiæ,neq; ex habitu scientię gigni potest. vt enim nõ generat nisi opinionẽ, ita nasci non potest ex habitu scientiæ, quandoquidem actus, quibus generatur habitus,& qui ab eo generantur eiusdẽ speciei sunt. Ergo si vsus differendi ex probabilibus alicui scientię tribuendus est,non propter actum,aut habitum eo pacto differendi attribuendum illi erit, sed propter materiam,ex qua differit;aut propter formam differẽdi,vt ea scientia dicatur differere ex probabilibus,quę tradit formam differẽdi ex eiusmodi materia. Atqui materia probabilis nullius scientiæ propria est,cùm omnibus pateat,aut certè nullo penè negotio inueniri possit: sola autẽ Dialectica tradit differendi formã ex ueriſimilibus,quemadmodũ, & ex necessarijs, vt ex dictis cõstat: igitur soli Dialecticæ tribuendus est vsus differendi ex probabilibus. Atq; hoc pacto verum est id, quod tam sæpe tradit Aristoteles, proprium esse Dialectici,de quauis re proposita ex probabilibus differere. Quòd autem obijciebatur,vsum differendi ex cõmunibus,nullius disciplinæ proprium esse,concedendum est ratione materiæ, nõ autem ratione formę. Quod verò addebatur, vnamquamq; artẽ ex certis quibusdam probabilibus ad suã materiã pertinentibus differere, partim negandum,partim cõcedendum est. Nam neq; probabilia, si res ad viuũ resecetur,ad vllam scientiã propriè spectant;nec eorũ artificiosa tractatio ad aliũ artificẽ,quàm ad Dialecticũ pertinere potest. Nec verò mirũ est,si nõ satis locupletes sint plurimæ sciẽtiæ, detracta illis omni doctrina probabili: est enim nec facile, nec uulgare, propria rerũ principia percipere.

2.

Solutio argumentorum.

Verùm

Verùm, quia Dialectica, quatenus ex probabilibus differit, ministra censetur scientiarũ omniũ, easq; omnes præter quasdã Mathematicas anteire, illisq; facultate ea, qua pollet, vtramq; in partẽ disputandi, aditum aperire, & viam munire solet; nõ censentur alienę à quaq; scientia eę sentẽtiæ probabiles, quas Dialectica inuenit, quemadmodũ nec opes eę, quæ famulorum opera conquiruntur, alienæ sunt à facultatibus dominorum. Ita probabiles opiniones, quę in rebus metaphysicis ministerio Dialecticæ cõparantur, Metaphysicæ disciplinæ censentur, quæ in Physicis, Physicæ, atq; ita in cæteris; nec multò secus, atq; probationes Philosophiæ humanæ, quæ conclusionibus sacrę Theologię adhibentur, pertinent ad sacrã Theologiam, quòd subministrẽtur ab eius quasi famulabus. Quod deniq; additur, eiusdem facultatis esse, verum, & verisimile cognoscere, non tam ad veri, & verisimilis cognitionem, quàm ad regulã cognoscendi referendũ est; quasi dicat Arist. facultatem, quæ tradit regulã cognoscendi verum, eandem etiam tradere cognoscendi verisimile, quas certè regulas, quæ vna & eadem sunt, ad Dialecticam pertinere perspicuũ est.

Dialectica omnium scitiarum ministra.

Explicatur dictum Aristotelis.

Posterior assertio sit, Optimam, & necessariã esse distinctionem Dialecticæ in docentem, & vtentem, quam D. Thom. Scotus, & alij pleriq; scholastici tradunt, nec quicquam ab ea differre illam, qua Græci Dialecticam diuidunt in eam, quæ auulsa est à rebus, & in eam, quæ est rebus concreta. Prior pars ex dictis aperta est. Dialectica enim eatenus dicitur Docens, quatenus ex proprijs principijs modos differendi tradit. Vtens verò, quatenus ex probabilibus de quacunque re proposita differit. Posterior ex eo patet; quia Græci auctores intelligunt nomine Dialecticæ à rebus auulsæ habitum Dialecticæ, quatenus adhuc versatur in ipsa differendi doctrina tradenda; tametsi, quia eius præcepta collecta sunt ex vsu differendi de alijs rebus, à rebus auulsa videtur dicta. Nomine autẽ Dialecticæ rebus concretæ intelligunt eam ipsam, non quatenus omnibus differendi modis vtitur, vt pleriq; non rectè existimant, & iam impugnatũ est; sed quatenus vtitur modo probabiliter diserendi.

D. Thom. 4. Met. lect. 4. p. 2. Scot. hoc loco & in Porphy.

Secunda assertio.

Dialectica docens, & utens.

A rebus auulsa, & rebus concreta.

Ex his primùm patet, Dialecticam, siue Logicam docentem, & vtentẽ non esse duos habitus, cuius rei ignoratione plerique hallucinantur, sed vnum, atque eundẽ; cuius actus proprius ab ea elicitus, est docere, quo pacto, sit differendum; attributus autẽ, & quodammodo imperatus, differere ex probabilibus, quacunq; in materia id fiat.

Consectarij primum.

Deinde, Dialecticam esse docentem ratione totius artis, cùm tota in docendo versetur; utentem verò ratione eius partis, quæ tantùm docet ex probabilibus differere. Quanquam enim tota Dialectica ad vsum refertur, cùm præcepta vbiq; tradat ad differendũ comparata; vsus tamen demonstratiuę partis non ad eam pertinet, nisi in propria materia, quem tamen ab ipsa doctrina nihil differre diximus. Hoc ipsum D. Tho. hunc in modum explicat, Demonstratiuam Logicę partem solam doctrinam continere; Dialecticam verò, siue Topicam, & doctrinam, & vsum.

Secundum.

4. Met. lect. 4. p. 2.

Postre-

Digitized by Google

Textum. Postremò, si Dialectica accipiatur pro sola Topica disciplina, quę magis vsitatè dicitur Dialectica, tum demum eandem totam esse, & docentem, & vtentem, officijs distinctam à seipsa, quemadmodum differentiæ specificæ apud Porphyrium in diuisiuas, & constitutiuas distinguuntur: tametsi magna est alioqui inter has distinctiones dissimilitudo. Cap. de differentia.

Obiectiones eorũ, qui negant in Topica disciplina reperiri usũ, & doctrinã. Sed obijciat aliquis hoc loco, Topicam disciplinam non esse demonstratiuam, quòd in libris Topicis nullæ reperiantur demonstrationes; ergo non distingui Topicam in docentem, siue demonstrantem, & vtentem, siue diserentem ex probabilibus. Id quod vel ex ipso instituto Arist. in eo opere videtur abundè ostendi. scribit enim in ipso quasi procœmio eius operis, se in ijs libris nihil accuratè uelle tradere, sed omnia rudi Minerua, quòd ad eam disciplinam satis sit, simplicem quandam, & minùs accuratam rerum Dialecticarum cognitionem habere. Atque his argumẽtis ducti quidam recentiores existimant, inanèm esse diuisionem Dialecticæ in docentem, & vtentem, si Dialecticæ nomen sumatur pro Topica disciplina. Sed non vident primùm, siue ea demonstratiua sit, siue nõ sit, posse tamen ita sumi, vt adhuc in ea vsus à doctrina distingua tur. Neque enim dubium est, quin doceat disserere, cùm rationem ex probabilibus disserendi tradit, etiam si quis velit, eam non vti veris demonstrationibus in ea re; & vtatur præceptis sic disserendi (vsu videlicet à doctrina distincto) cùm illa rebus alijs accommodat. Sed & Rhetorica, quæ à plerisque non censetur demonstratiua, eodem modo consideratur. Quatenus enim tradit præcepta dicendi, docens est, & à rebus auulsa; qua verò ratione ijs vtitur, vtens, & rebus concreta appellari potest. Deinde non tam considerandum est hac in re, quo pacto Dialectica topica ab Arist. tradita sit, quàm quo pacto tradi potuit. quanquam ex ijs, quæ ille docet in Topicis, non paucæ demonstrationes fieri possunt. Iam etiam, multa eorum, quæ demonstratiuè dici poterant de ratione disserendi ex probabilibus, dicta erant in Analyticis, vt, Ex contingentibus non posse necessaria demõstrari, &, Cum opinione, quam probabilia pariunt, non posse scientiam cohærere. Postremò, non si in materia aliqua paucæ reperiuntur demonstrationes, continuò dicendũ est, disciplinam, quæ in ea versatur, non esse demonstratiuam. Hoc enim pacto nec Moralis scientia demõstratiua dicenda esset, ac proinde nec scientia, quòd Arist. 1. Ethic. c. 3. eodem modo se de moribus acturum polliceatur, quo initio Topicorum de rebus dialecticis.

Lib. 1. cap. 1

Diffatio.

Rhetorica docens, & utẽs.

Non recte colligi expaucitate demonstrationũ, sciẽtiam aliquã non esse demonstratiuã.

Ita non efficiunt vllo modo propositę obiectiones, quo minùs etiam Dialectica Topica in docẽtem, & vtentem distingui debeat.

Dialecticam

*Dialecticam docentem siue à rebus auulsam, esse uerè scientiam.*

## SECTIO SEPTIMA.

His ita constitutis, vt veniamus ad id, de quo quæstio præcipuè instituta est, partem negantem sibi persuadent non nulli Recentiores, quorum opinio ijs ferè argumentis, quæ initio proposita sunt, probari solet. Verùm ea nec placet vllo modo, nec argumenta, quibus confirmatur, quicquam efficiunt, vt paulò pòst patebit.

Opinio eorũ, qui negant, Dialecticã esse scientiam.

Alij contrà omnino sentiunt, Dialecticã non modò esse scientiam, sed etiam scientiarum præstantissimam. Scribit enim Plato septimo libro de Repub. Dialecticam doctrinarum omnium apicem, ac finem esse; cæterasque disciplinas, etsi propter consuetudinem scientiæ dicuntur; si tamen cum Dialectica conferantur, non esse scientiæ nomine appellandas, sed alio quodam medio inter vocabula opinionis, & scientiæ. Quod idem videntur Stoici sensisse, qui primas scientiarum Dialecticæ tribuerunt. D. quoque Aug. in 3. lib. contra Academicos, itemq; secundo de Ordine eandem appellat disciplinarum disciplinam. & Cic. in lib. de claris oratoribus, artium maximam, atque omnium lucem. Ex quibus recentiores quidam Dialectici illud quasi commune artis huius encomium acceperunt, Dialecticam esse artem artium, & scientiam scientiarum. Verùm non omnes hi eadem ratione Dialecticam cæteris artibus anteponunt. Plato enim, vt videre est in loco citato, non distinxit Dialecticam à prima Philosophia, nisi quòd tres quasi status, si Ficino credimus, in ea scientia distinxit, vt à forma quidem sua, siue facultate veritatis indagandæ diceretur Dialectica; ab exordio autem, seu disserẽdi præceptis, Logica; à fine verò, hoc est, ab ipsa veri inuentione, Theologia, primaque Philosophia. Quanquam Plotinus inter Platonicos præcipuus auctor, etsi non distinguit Dialecticã à prima Philosophia, ait tamen Logicam, & Dialecticam non esse eandem disciplinam, sed Logicam esse ministrã Dialecticæ. Quo loco videtur Logicam pro Dialectica docente accepisse, vtentem verò Dialecticam confudisse cum prima Philosophia. Quod forsitan duabus de causis fecit. Vna, quia tam Dialectica, quàm prima Philosophia differit de rebus omnibus, ut Arist. ipse docet lib. 4. huius operis. Altera, quia veri inuestigatio, quæ Dialecticę tribuitur, ad eundem artificem videtur pertinere, ad quem spectat veritatis inuentio. absurdum est enim non eidem tribui inuentionem, cui tribuitur inuestigatio, & conquisitio. Alioqui aut primus Philosophus inuenit, quod non quærit, aut Dialecticus quærit, quod ipse inuenire nequit. Si ergo Dialectici est, uerum de quacunque re proposita differendo inuestigare; primi autem Philosophi, inuenire; idem artifex erit Dialecticus vtens, & primus Philosophus. Atque acutè quidem ista Plotinus, & alij Platonici, aut etiam ipse Plato, si hac ratione adducti sunt.

Cap. 13.

Cap. 13.

Ficinꝰ in eũdem locum, & in Euthydemum.

Enneade 1. li. 3. cap. 4. 5. & 6.

Cap. 2. text. 5.

Eorum, qui affirmant, & esse scientiam, & omniũ præstantissimam.

Platonis sententia de distinctione Dialecticæ à prima Philosophia.

Plotini.

Quibus rationibus inductus fuerit.

Eiusdem artificis esse aliquid quærere, & inuenire.



Digitized by Google

Sed longè maturiùs rem considerauit, Arist. cùm Dialecticam à prima Philosophia distinxit. Nam cùm nullus artifex constantior esse debeat primo Philosopho; Dialecticus verò vtens vtramque in partem de rebus propositis agat, meritò Arist. Dialecticam vtentem à prima Philosophia discreuit, non vt scientiam unam ab altera, sed ut facultatem, & scientiæ actum non exercentem à præstantissima omnium scientia. Neque quicquam obest, quòd Dialectica inquirat verum, & prima Philosophia inueniat. Duobus enim modis verum inquiritur. Vno ex proprijs rerum principijs, quod faciunt scientiæ omnes; altero ex verisimilibus, quod facit Dialectica vtens contenta etiam inuentione verisimilium, quibus mens disponitur, vt ex proprijs principijs verum inueniat. Nam neq; verum determinatè quærit Dialectica vtens, sed quod uerum sit, aut quàm simillimum uero. Itaque ij omnes, qui ea de causa Dialecticam scientiarum præstantissimam esse dixerunt, quòd crederent, eā à prima Philosophia, saltem quoad usum, non esse distinguendam, planè hallucinati sunt. At Diuus Aug. non ita Dialecticam cæteris anteponit, quòd credat, eam esse natura sua præstantissimam scientiam, sed quòd doctrinæ ordine præcedat cæteras. Quo pacto certum est, Ciceronem dixisse esse eam artium maximam, & lucem omnium, ut quæ omnibus modum sciendi tradat. Id quod ex loco citato, & ex primo de Orat. perspicuè intelliges. Atq; eodem modo volunt Iuniores, Dialecticam esse artem artium, & scientiam scientiarum. Quare cùm ij, qui Dialecticam præstantissimam scientiarum esse dicunt, partim de prima Philosophia loquantur, partim id de præstantia, quæ ad doctrinæ ordinem spectat, intelligendum uelint; non est cur hac ex parte reprehendendi sint, quòd eam cæteris scientijs anteposuerint.

Vt loco proximè citato, & alibi sæpe.

Aristotelis sententia.

Duplex ueri inquisitio.

Explicantur dicta Augustini, & Ciceronis de Dialectica.

Alij denique media ingressi uia asserunt, Dialecticam nō esse quidem natura sua scientiarum præstantissimam, sed tamen esse uerè ac propriè scientiam. Cui sententiæ, quæ scholasticorum veterum, & omnium penè grauium auctorum communis est, libenter subscribimus.

Vera opinio eorum, qui Dialecticā ueram scientiā faciunt, non omnium tamen præstantissimam.

D. Th. 4. Metaph. lect. 4. p. 2. Scot. in prædic. q. 1. Alb. Mag. c. 1. in Porphyr. Auicen. cap. etiā 1. suæ Logicæ. Aegid. Rom. &c.

Ac illam non esse natura sua præstantissimam scientiarum, ex eo constat, quia nec ex præstantia subiecti, in quo versatur, nec ex certitudine demonstrandi id concluditur, ex quorum tamen altero capite, uel utroque id ostendendum esset, vt Arist. sapienter docet initio lib. de anima.* Nam si de præstantia subiectorum agitur, nobilius est subiectum Philosophiæ naturalis, cùm sit substantia. Si de certitudine demonstrandi, potior demonstrandi modus est mathematicus.

* c. 1. tex. 1. & 8. Top. c. 2.

Esse autem verè ac propriè scientiam, his rationibus ostenditur. Primùm, quia partim comparatur, partim comparari potest per ueram demonstrationem, ac propriam; quod inductione patet in libris, quos habemus ex Aristotele. Exactis enim prædicamentorum, & de Interpret. libris, in quibus ille ferè definitionibus, ac diuisionibus principia modorum disserendi tradit; tàm multæ reperiuntur veræ, ac propriæ demonstrationes,

Digitized by Google

strationes, vt in conuertendis propositionibus, in reuocandis ratiocinationibus imperfectis ad perfectas, in mistionibus modorum, in medij inuentione, & alijs passim locis utriusque Analyticæ, vt nemo sit, qui negare id possit. Quòd si in libris Topicis, & ijs qui de Sophistarum reprehensionibus inscribuntur, non apertè inueniuntur demonstrationes; facilè tamen pleraque in demonstrationis formam redigi possunt; & si rei materia pauciores patitur, quàm quæ Analyticæ subiecta est. Potest item Dialecticus demonstrare de modo differendi in commune, Quòd sit aptus ad docendum: de diuisione, Quòd cõfusione mentem liberet: de definitione, Quòd perfectam naturæ perceptionem pariat: de argumentatione, Quòd fidem faciat: de demonstratione, Quòd scientiam gignat: de syllogismo dialectico, Quòd opinionem: de pseudographo, Quòd errorem: de sophistico, Quòd deceptionem, & alia quàmplurima de alijs rebus dialecticis. Ita perspicuum est, Dialecticam partim comparari demonstratione, partim comparari posse. Deinde, tunc aliquid uerè, ac propriè nos scire arbitramur, cùm illud per propria principia intelligimus. quod sæpe Arist. & cæteri Philosophi docent; at Dialecticus intelligit omnes differendi modos per propria eorum principia, hoc est, per proprias eorum partes, per peculiares definitiones, ac per se notas propositiones, ut ex vniuersa Dialectica perspicuum est; non est igitur dubium, quin Dialectica sit uerè, ac propriè scientia. Tertiò, Dialectica est ex ijs habitibus, quibus uero assentimur; atqui non est fides, vt Grammatica, quæ nititur auctoritate; neque item opinio, cùm sit euidens, & certus habitus; est igitur scientia. omnis enim habitus, quo aliquid tanquàm verum approbamus, aut est fides, aut opinio, aut scientia, quo nomine comprehendimus habitum principiorum, & propriè dictam scientiam, quæ sapientiam complectitur. Cùm igitur Dialectica non sit habitus principiorum; est enim de ijs, quæ probatione indigent; efficitur, ut sit propriè scientia; tametsi non est sapientia, quæ rerum omnium primas causas tradit. Quarto actus voluntatis, quatenus ad benè beatèque viuendum referuntur, cadunt sub aliquam verè, ac propriè dictam scientiam distinctam à Physica, quæ de natura eorum agit, sub Moralem uidelicet: actus item motiuarum potentiarum, etsi à Physico in tractatione de Anima explicantur, tamen quatenus aliquid arte conficiunt ad Mechanicas scientias spectant, ut patet ex plerisque mechanicis quæstionibus ab Arist. & alijs Philosophis demonstratiuè tractatis: igitur, & actus intellectus, quatenus ad disserendum spectant, cadent sub peculiarem aliquam uerè, & propriè dictam scientiam distinctam à scientia de Anima, quæ de eorum natura disputat: at hæc nulla est alia, quàm Dialectica: est igitur Dialectica verè, ac propriè scientia. Huius argumenti vim continet commendatio illa Dialecticæ Iamblichi ad Sopatrum [Absurdum, inquit, esset, cætera quidem omnia ratione iudicare, ipsam uerò absolutissimã rationis considerationem relinquere; & cùm ratione ani-

In Dialectica multas, & ueras demonstrationes reperiri.

Aliquot demonstrationes Dialecticæ.

Scire quid.

Habitus, quo uero assentimur.

Varias hominis actiones variè confideratas ad diuersas scientias spectare.

Encomium Dialecticę.

malibus alijs antecellamus, eximium istud humanæ naturæ bonum possidentes, temerè, & obiter eam excolere; rerumque omnium disquisitioni admistam rationis vim diligere, ipsam verò eius cognitionem, quæ cęteris dignissimam, ac pretiosissimam scientiam sui, per se constituit (vt testatur descriptio illa Delphica) velut improbandam reijcere. Postremò, cùm aliquid vno modo fit rectè, alio non rectè, potest reddi causa, cur rectè fiat, cur item non rectè; quam causam, qui tenuerit, uerè, ac propriè eius rei scientiam assequutus erit: nos autem aliquando rectè disserimus, aliàs peruersè, & uitiosè: dantur igitur causæ, cur rectè interdum disseramus, interdum nõ rectè: at Dialectica huiusmodi causas tenet, cùm principia omnia disserendi tradat: est igitur uerè, ac propriè scientia.

## *Dissoluuntur argumenta initio proposita.* SECT. VIII.

Quid nonnulli hoc loco intelligi uelint nomine modi scĕdi.

AD primum igitur argumentum pro negatiua parte initio quæstionis propositum, non desunt, qui dicant, nomine modi scientiæ in hoc capite non innui Dialecticam, sed significari methodũ, siue modũ procedendi in vnaquaque scientia, qui priùs haud dubiè tenendus est, quàm earum cuiquam detur opera. Verùm hęc expositio non placet. Primùm, quia Arist. loquutus fuerat eatenus de modo discendi ab alio, & admittendi, & approbandi ea, quæ à præceptore traduntur, quod certè non fit nisi argumentis: at omnis argumentandi ratio à solo Dialectico traditur. Deinde, quia & si nomine modi sciendi solus procedendi modus significaretur, cùm modus procedendi idem sit, quod ordo, & dispositio doctrinę, idq; ad vnum etiam Dialecticum spectet, ut in Dialecticis Institutionibus diximus; adhuc dicendum esset significari ijs verbis Dialecticã. Nisi quòd cùm hæc possit, & in genere tractari, & accommodatè ad diuersarum scientiarum materias; duplicem ait hoc loco Auerroës significari Logicam, generalem unam, alteram particularem. Quod sic crediderem intelligendum, ut Logica generalis dicatur tota ipsa ars Logica, quæ ante omnes alias scientias tradenda est; particularis autem Logica nihil aliud sit, quàm quædam logicorum præceptorum accommodatio ad materiam cuiusque scientiæ, ut quisque artifex intelligat, quo pacto in ea scientia, quam aggreditur, progredi debeat, & ea, quæ dicuntur, admittere; quę, vt ita dicam, Logica initio cuiusque scientię tradi debet, ut fit in proœmijs Physicorum, & librorũ de Anima, itemq; ad initiũ primi Ethic. c. 3. atq; hoc ipso opere, ac capite. Dicendũ est igitur, appellatione modi sciendi significari Dialecticam, nõ quòd ipsa vocetur modus sciendi, sed quia nomine modi sciẽdi, quo significatur Dialecticę subiectum, innuitur ipsa Dialectica. Nisi uelis eam vocari modũ sciendi, quo pacto hoc opus appellatur, Post naturalia, quòd in ijs uersetur. Quo autem

Refutatio.

Auerroïs distinctio.

Com. 40

Vera huius loci explicatio.

Digitized by Google

tem pacto fieri possit, vt ipsa sit scientia ea, quæ modum scientiam acquirendi tradit, nec tamen sit prior seipsa, inferiùs patebit.

Ad secundum, tertium, & quartum dicẽdum est, Arist. ijs in locis non de Dialectica, ut docet, & à rebus auulsa est, sed quatenus est vtens, & rebus concreta apertissimè loqui; quo pacto Dialectica non fungitur officio scientię, sed facultatis, vt eam meritò vocat Arist. 1. Rhet. ad Theod. cap. 2. & 4. lib. huius operis c. 2. Est enim scientiæ officium, ex certis principijs certas etiam conclusiones tradere; facultatis autem, siue potentiæ, posse attingere oppositа. Vnde quo pacto intellectus, quia facultas quędam est, nõ modò uera, sed etiã falsa approbare potest, voluntas autẽ eadẽ ratione, & bona, & mala amplecti, cùm tamen scientię vera tantùm, ac bona approbent; ita Dialectica, quatenus vtranque in partem prœceptis probabiliter disserendi utitur, potest ex contrarijs pronunciatis, quę diuersis hominibus probantur, contraria suadere, etsi, quatenus scientia est, certa habeat, & definita dogmata.

Explicantur uaria Aristotelis dicta.

tex. 5.

Ad quintum dicendum est, Aristotelem eo loco de scientijs realibus esse intelligendum, ubi etiam nomen rerum accipitur pro rebus, vt distinguuntur à sermone. Cùm autem Philosophi docent, scientiam esse de ijs, quę aliter habere non possunt; sic accipiendum id esse, quasi dicant, omnem scientiam haberi de conclusionibus necessarijs, & quę falsę esse nequeunt; huiusmodi autem esse conclusiones Dialecticę. Docet enim Dialectica, primum modum primę figurę concludere enunciationem vniuersè affirmantem; secundum verò, vniuersè negantem, & alia huiusmodi, quę falsa esse non possunt. Quocirca, etsi Dialectica agit de sermone, cuius significatio hominum voluntate mutari potest; cõclusiones tamen, quas tradit, non possunt ex ueris in falsas commutari. Hinc fit, vt Dialectica eadem sit apud omnes nationes, eademq; perseueraret, si omnis significatio sermonis, qua nunc vtimur, aboleretur, & alia omnino institueretur. Idem videtur dicendum de Rhetorica, quę maxima saltem ex parte certas, ac ratas habet cõclusiones, ex natura videlicet rerum profectas, ueluti quòd narratio breuis, credibilis, & dilucida esse debeat. Nisi quòd hęc ars paucas admodum demonstrationes patitur, nec per modum scientię tradi solet. Quamquam Arist. ad Theodectem accuratiùs reddit rationem eorum, quę ad Rhetoricam pertinent, quàm quisquam alius. Itaque hę duę artes ita de sermone agunt, vt qualecunq; sit idioma, quod ad earum substantiam attinet, nihil aut perparum referat. Aliter dicendum est de Grammatica, quę ut tota pendet ex hominũ uoluntate, sic in alijs idiomatis alias habet conclusiones, quę item facilè mutabuntur, si usus uolet. Quod enim nos, exempli causa, dicimus, Aristoteles fuit doctior Xenocrate, Græci more suo dicunt, fuit doctior Xenocratis, id quod nos etiam vsurpare possumus, si placuerit.

Dialecticæ cõclusiones esse necessarias.

Dialecticam, & Rhetoricã easdem esse apud omnes nationes.

Aug. 2. de doctr. Christ. 36.

Non idem dicendum esse de Grammatica.

SIT

Digitized by Google

## SIT NE DIALECTICA CONTEMPLATIVA an practica. QVÆSTIO II.

*Necessariò dicendam esse practicam, uel contemplatiuam.*

### SECTIO PRIMA.

Primum argumentum utrunque negantium.



VNT ex Recentioribus, qui velint, hanc artem neq; contemplatiuam esse scientiam, neq; practicam. Primùm, quia credunt, non esse scientiam. Secundò, quia dirigit operationes intellectus, qui secundum se spectatus nec contemplatiuus est determinatè, nec practicus. Tertiò, quia vt Arist. docet 1. Topic. cap. 9. problemata omnia aut sunt practica, aut contemplatiua, aut quæ ad hęc conducunt, quod tertium genus 4 c. 12. eiusdem lib. planè vocat Logica problemata. Postremò, quia Dialectica nec numeratur ab Arist. inter practicas, nec inter contemplatiuas, c. 1. tex. 2. quarum meminit 6. libro huius operis. Ita concludunt Dialecticam nec practicam scientiam esse, nec contemplatiuam, sed organicam, & admiiniculantem practicis & speculatiuis. Atq; hanc putant esse sententiam D. Thomæ, & aliorum quorundam grauium Auctorum.

Refellitur hæc opinio.

Hæc tamen opinio non placet. Primùm, quia Dialectica est verè, & propriè scientia, vt probatum est; quare & verè & propriè contemplatiua, aut practica. Deinde quia, etsi non esset scientia, tamen cùm sit habitus cognitiuus, necessariò dicenda esset aut practica, aut contemplatiua. Nam si eius cognitio non refertur ad opus, contemplatiua est; refertur, est practica, vt colligi potest ex 1. cap. huius libri. Postremò quia, tex. 3. etsi intellectus secundũ se non est determinatè contemplatiuus, aut practicus; tamen eius actus partim sunt contemplatiui determinatè, partim practici, atq; adeo vel sunt in intellectu contemplatiuo, vel in practico. Quare Dialecticę habitus vel in contemplatiuo intellectu erit, vel in practico, vel in vtroq;; atq; ita vel contemplatiuus, vel practicus, vel vtrunq;. vbi. n. est actus, quo proximè acquiritur habitus, ibidem est habitus ipse.

Actus intellectus partim practicos, partim contemplatiuos esse.

Solutio argumentorũ pro positę opinionis.

Ex his patet solutio primi, & secundi argumenti. Ad tertium dicendum est, primum membrum diuisionis problematum, siue quæstionum in loco citato non esse quæstionum practicarum absolutè, sed earum tantùm, quę pertinent ad prosequutionẽ boni, & fugam mali, quas Arist. cap. 12. eiusdem lib. uocat morales. Non sequitur autẽ, problemata logica nõ esse practica, quia non sint moralia, cùm latiùs pateat practicum, quàm morale. Ad quartum dicendum, non recenseri eo loco apertè Dialecticam inter contemplatiuas, aut practicas, quia Arist. non persequitur diuisionem

Digitized by Google

uisionem eorum generum usque ad vltimas species. Quanquam nõ desunt, qui respondeant, Aristotelem eo loco non diuidere scientiam absolutè, sed realem, vt distinguitur à sermocinalibus, quo pacto Dialectica in membris diuidentibus numerari non debuit. Non est igitur propter hæc argumenta dicẽdum, Dialecticam neque contemplatiuã esse, neque practicam. Si qui autem graues auctores uidentur sensisse, nec practicam esse, nec contemplatiuam, sed utriusque generis ministram; intelligendi omnino sunt de contemplatiuis, & practicis realibus, non uniuersè de omnibus practicis, & contemplatiuis.

## *Non rectè à plerisque probari contemplatiuam esse.*

## SECTIO II.

Vt Scot. in Aplogosent q. 4. Ant. Andr. lib. 6. Met. q. 3. Iauel. ibidem. q. 7. Soncin. q. 6. & pleriq; alij.

AListimant, esse contemplatiuam. Primùm, quia tractet omnia more contemplatiuo. Explicat enim naturam syllogismi, & aliorum modorum diserendi; eorumque principia, partes; & proprietates tradit. Secũdò, quia alioqui aut esset actiua, aut effectiua, ut patet ex libro 6. huius operis: *at actiuæ omnes pertinẽt ad mores; effectiuę autem sunt Mechanicæ, è quibus non est Dialectica. Tertiò, quia, etsi hæc ars referatur ad opus diserendi, eius tamen finis proximus non est ipsum diserendi opus (quod etiam suprà dictum est) sed intelligere, quo pacto sit diserendum. Quartò, quia practica scientia est, quæ dirigit praxim, ex qua Practicæ nomen desumptum est; at Dialectica non dirigit praxim, sed operationes intellectus, quarum nulla est praxis. Ita concludunt Scotus, & alij non pauci, Dialecticam non esse practicam, sed contemplatiuam.

*cap. 1. tex. 1.

sect. 2. q. 1.

Primum argumentũ eorum, qui existimant Dialecticam esse contemplatiuam scientiã. 2 3 4

Verùm quicquid de hac sententia dicendum sit, argumenta proposita nihil efficiunt. Non quidem primum, quia practicæ etiam scientię tradunt naturas rerum, de quibus peculiari ratione agunt, ut Morales naturam uirtutum, earumque partes, principia, & proprietates; neque in ea re discrimen est inter practicas, & contemplatiuas, ut paulò pòst patebit. Non secundum; quia neque omnes actiuę, etiam reales, sunt morales, neque omnes effectiuę, mechanicę; quod item ex sequentibus perspicuũ erit. Non tertium, quia etiam finis Moralis scientię proximus nõ est bene agere, sed intelligere, quo pacto benè agendum sit, cùm tamen Moralis sit practica. Non denique quartum, quia nomine praxeos comprehenduntur apud Philosophos non modò operationes uoluntatis, sed etiam intellectus, quatenus uoluntatis imperio subiectę sunt.

Soldtio argumentorum.

Finis scientiæ de moribus.

Praxis.

Nonnulli

*Nonnulla de discrimine contemplatiuæ scientiæ, ac practicæ.*

## SECTIO TERTIA.

Finis contemplatiuæ scientiæ cognitio, practicæ opus.

VT igitur faciliùs intelligas, Dialecticam esse practicam, quod [a] alijs meritò placet, non nulla præmittenda sunt de distinctione practicæ à contemplatiua, ut ab Arist. traditur primo cap. [b] huius libri, cùm ait, finem contemplatricis scientiæ, ueritatem esse, hoc est, ipsam ueritatis cognitionem; practicæ autem, opus. Qua in re nonnulla animaduertere oportet. Primùm, nomine finis eo loco non esse intelligendum finem, quem sibi quisque pro libito statuit (plerique appellant finem scientis) sed eum, ad quem scientia ipsa suapte natura dirigitur. Fieri enim potest, ac passim etiam accidit, ut finis eorum, qui scientijs contemplatiuis dant operam, non sit ipsa rerum cognitio, sed quæstus, quem ex ea cognitione facere, aut inanis gloria, quam ex ea captare volunt: contraque euenit, vt plerique viri principes dent operam practicis scientijs non gratia operis faciendi, sed solius cognitionis causa, eiusque oblectationis, quæ cognitionem consequitur. Non erit igitur vlla scientia contemplatiua, nisi ex natura sua sibi vendicet, ut finem, cognitionem ipsam rerum, de quibus agit: neque item practica, nisi cognitio rerum, quam tradit, suapte natura dirigatur ad opus. Eas autem iudicabimus uendicare sibi propriam cognitionem, vt finem, quæ in sola natura rerum explicanda uersantur, nec tradunt vllas regulas operis cuiusquam faciendi, etiamsi res, de quibus agunt, fieri possint humana opera. Qua ratione dicimus Physicam, & Geometriam esse contemplatiuas, quia nullas tradunt agendi, aut faciendi regulas, tametsi multæ res naturales, & Geometricæ possint fieri humana arte, ut aurum ab Alchimistis, pentangulum à fabro. Eas uerò iudicabimus suapte natura dirigere cognitionem propriam ad opus, quæ tradunt præcepta agendi aliquid, aut faciendi, etiamsi naturam eius, & partes, ac proprietates simul explicent. Qua ratione dicimus, Morales esse practicas, propter regulas agendi, quas tradunt, quanquã simul agant de natura virtutum, de speciebus Rerumpub. & cæteris huiusmodi.

Duplex finis scientiæ practicæ, & contemplatiuæ.

Ratio discernendi practicã à contemplatiua.

Per quos fines Aristoteles scientiam practicam, & contemplatiuam distinguat.

Deinde, non esse in eodem pronunciato Aristotelis præcisè intelligendum finem proximum scientiæ, sed principalem, quisquis sit ille. Nam etsi finis proximus contemplatiuæ est cognitio; tamen opus non est proximus, & immediatus finis practicæ, sed remotus. Ac potuisset quidem Aristoteles distinguere contemplatiuam & practicã per fines earum proximos, cùm apertum sit, omnem scientiam referri proximè ad aliquem actum proprium à se elicitum, qui alius, quàm cognitio esse non potest. Verùm quia cognitio contemplatiua non refertur ad opus, nisi forsitan ex proposito contemplantis; cognitio autem practica ex seipsa refertur ad opus, tanquam ad finem principalem; meritò iudicauit ille distinguẽdas esse per cognitionem, & opus, tanquam per fines principales. Vnde est

[a] In ijs sẽt ex Recentioribus Ochamo & Greg. in prolog. sent. Venetus ad initiũ Logicę. Iandun. 6. Met. q. 3. & 5. Mirãdulano, Scaliger & alij plerique.

[b] tex. 3.

Digitized by Google

Vt de Metaphysica 1. lib. cap. 2. Vt 2. Eth. c 2.

est illud de contemplatiuis dictū, Esse eas liberas, & sui gratia: de practicis autem moralibus, Non vt cognoscatur, quid sit virtus, sed ut boni efficiamur, de virtute agendum.

Diuerso modo scientiam practicam, & contemplatiuā fines suos principales attingere.

Tertiò, contemplatiuam scientiam semper attingere per se ipsam finē suū principalem, cùm is sit eius actus elicitus; at practicam non per se ipsam, sed per alium habitum, aut potentiam. Nam scientiæ Moralis finis præcipuus est opus virtutis; at hoc non à scientia ipsa Morali, sed à virtute attingitur. Eodemque modo Medicinæ finis principalis, est sanitas ægroti, & Militaris, victoria; sed tamen neutra attingit eum finem per se ipsam, sed per potentiam executiuam, aut suam, aut aliorum, aut aliorum & suam, vt perspicuum est.

Quartò, non esse intelligendum in eodem pronunciato nomine operis id solùm, quod confectum relinquitur extra eum, qui per scientiam agit, quemadmodum intelligitur primo Ethic. cap. primo, quo pacto statua est opus statuarij; sanitas, aut homo sanus, Medici; victoria, siue hostium subiectio, Ducis, & exercitus (neque enim practicæ omnes relinquunt opus confectum post actionem) sed est intelligendum id, ad quod vltimò terminatur intentio scientiæ, siue id sit tale opus, quale diximus, siue operatio regulata secundum normā scientiæ, ex qua operatione nullum tale opus confectum resultet; quo pacto actus virtutis est opus virtutis moralis, recta nauigatio Nauticę, & cōcentus Musicę. Sunt enim duo genera scientiarum practicarum, quorum aliud habet pro fine opus prioris modo sumptum, aliud posteriori, vt Arist. docet loco proximè citato: inter quæ opera hoc interest, quòd posterius dicitur praxis, prius non itē; sed tamen inter actum elicitum scientiæ, & opus prioris generis semper media est praxis aliqua, saltem actio ea, qua eiusmodi opus conficitur. Vnde fit, vt vtrumque genus scientiarum dicatur practicum à praxi; cæterū non semper, ut à fine principali, cùm praxis in priori genere sit medium ad opus, quod est finis principalis. Hoc tamen conueniunt hæ scientiæ, quòd earum regulæ operandi non sunt directiuæ, nisi praxeωs, quandoquidem regulæ non dirigunt res, quæ fiunt, sed actiones, quibus fiunt.

Duplex scientiarum practicarum genus.

Quid Praxis apud Scotū.

In prolog. Sent. q. 4. c. 10. tex. 49.

Postremò, nomine praxeωs apud Scotū intelligi solas operationes extra intellectum, quòd Arist. dicat in 3. de Anima, Intellectum extensione fieri practicum, ideſt, cùm regulat operationes, quæ sunt extra ipsum. Sed eiusmodi pronunciatum neque est apud Aristotelem eo loco, neque uerò alibi, quod sciam; neque si foret, ita esset intelligendum, sed hoc pacto, Intellectum, extensione, ideſt, dum iudicio suo ad aliquam operationem regulandam extenditur, fieri practicum. Siquidem tale iudiciū, non est contemplatiuum, sed actiuum, quod communi significatione sumptum appellamus practicum. De qua re accuratiùs lib. sexto. Potiùs ergo dicendum est, praxim esse actum cuiuscunque potentiæ aptum dirigi, siue regulari ab intellectu, etiamsi sit operatio intellectus. Alioqui actus prudentiæ, qui sunt operationes intellectus, & regulantur, siue di-

Ad cap. 1.

Vera sententia



Digitized by Google

riguntur per scientiam Moralem, non essent praxes, cùm tamen uel maximè hoc nomine à plerisque dignę censeantur.

*Dialecticam esse scientiam practicam, non tamen effectiuam, sed actiuam.*

## SECTIO QVARTA.

Ostenditur Dialecticam esse practicā ex fine illius principali.

His positis, facilè colliges, Dialecticam esse practicam: Primùm quia principalis finis, ad quem ipsa suapte natura dirigitur, est bene disserere. Nam etsi naturam, partes, & affectiones modorum disserendi tradit; tota tamen plena est præceptis bene disserendi, quod maximè patet in tota Analytica, & Topica, ad quæ præcepta, reliqua omnis consideratio dirigitur. Cùm ergo disserere, quatenus subest voluntati, & regulatur præceptis benè disserendi, sit vere praxis; erit & Dialectica practica. Deinde, quia ex dictis patet, proprium eius finem esse, docere quo pacto disserendum sit; docere autem quo pacto aliquid agendum sit, iudicium practicum est. Distinguuntur autem hæ duę rationes inter sese propter duos fines Dialecticæ, quorum alter est principalis, & remotus, atque communis ei cum cæteris scientijs; alter proprius, & immediatus. Prior est disserere, posterior docere quo pacto sit disserendum: prior est praxis; posterior iudicium practicum. Priorem consequitur Dialectica partim per seipsam, cùm differit demonstratiuè in propria materia, & de quauis re probabiliter; partim per alias scientias, quatenus vnaquęq; earū vtitur in sua materia demonstrandi præceptis à Dialectico traditis. Posteriorem sola ipsa per seipsam consequitur, cùm sola iudicet, ac doceat, quo pacto sit disserendum. Tertiò quia propria rationis opera cadunt sub considerationem Dialecticæ (ad ea.n. corrigenda inuentam esse diximus Dialecticam) non cadunt autē quoad propriam naturam, cùm sic pertineant ad scientiam naturalē, qua parte agit de anima; neque alia videtur esse ratio, qua cadant sub Dialecticam, nisi quatenus dirigūtur ad intelligenda ex cognitis ea, quę ignota sunt; dirigi autem hoc, aut illo modo, est practicè tractari, nō autem simpliciter cognosci; est igitur non contemplatiua, sed practica. Eadem ratione dicimus, artem fabrilē esse practicam, quia &si ligna, quæ sunt eius materia, sunt res naturales, & à Physico tractantur; tamen quia tractantur directiuè ab arte fabrili, vt de ijs fiat hoc pacto scamnum, illo autem mensa &c. ideo non est contemplatiua, sed practica. Accedit Arist. sententia, qui lib. 6. huius operis c. 1. non enumerat, nisi tres contemplatiuas scientias, Metaphysicam, Physicam, & Mathematicam, quo fit, vt cæteras omnes in practicis numerandas uelit. Quòd si dicas Arist. eo loco non diuidere nisi scientias reales; saltem hoc concedas necesse est, id, quod ait de practicis realibus, in Dialecticam quoque eadem ratione conuenire, Esse, inquam, in nobis principium rerum, quæ ab ea tra-

Ex fine proprio.

Finis Dialecticæ proximus, & remotus.

Ex ijs, in quibus Dialectica uersatur.

q. 1. Sect. 2.

Ex quibusdā locis Aristotelis.

tex. 2.

Digitized by Google

tractentur. Libro etiam 1. Topic. cap. 9. idem significatur in diuisione problematum. Cùm enim secundum membrum sit eorum, quæ pertinent ad contemplationem, reliquum est, vt cætera duo pertineant ad praxim, quorum alterum est poblematum logicorum. Idem quoque patet ex appellatione logicis problematis eo loco attributa. Vocătur enim adminiculantia, siue subseruientia moralibus, & cõtemplatiuis, quod ad praxim spectat, non ad contemplationem. Contemplatiuæ enim scientię non subseruiunt alijs, sed sua contemplatione contętæ sunt. Quia tamen Dialectica magis subseruit contemplatiuis, quàm practicis realibus, ideo à D. Aug. 8. lib. de ciuit. Dei, & D. Tho. in Boëtium de Trinitate* ad contemplatiuas scientias reuocatur. Quam eandem sententiam crediderim esse Aegidij Romani ad initium Logicæ, cùm vocat Logicam, speculatiuam adminiculantem, pręsertim cùm in hoc eodem genere ponat Rhetoricam, & Grammaticam, quæ planè numerantur in practicis artibus, nec alia ratione dici possunt speculatiuæ adminiculantes, nisi quia speculatiuis, vt dignioribus inseruiunt. Denique idē significarunt veteres Peripatetici, cùm Dialecticam organum Philosophiæ appellarunt, atq; adeò simpliciter organum. Perspicuum est enim, organum, siue instrumętum non ad contemplationem, sed ad actionem spectare.

Cur à quibusdam Dialectica reuocetur ad scientias contemplatiuas.

Aug. 8. de ciuit. Dei c. 4. * 9. 5. ar. 1.

Cur organū Philosophiæ dicatur.

Illius autē quæstionis, sit ne Dialectica in actiuis, an in effectiuis artibus ponenda, (in has enim diuiduntur practicę ab Arist. 6. lib. huius operis cap. 1.) perfacilis est explicatio. Si enim actiuę primò, & præcipuè in actibus immanentibus versantur, effectiuæ autem in ijs, qui transeunt in externam materiam; perspicuum est, Dialecticam esse actiuam, non effectiuam, quippe cùm primo uersetur in operationibus intellectus dirigendis, quamuis etiam descendat ad dirigēdum externum sermonem. Eodem pacto Moralis scientia est actiua, non effectiua, quia etsi uersatur in externis uirtutum actionibus, præcipuè tamen de internis agit. Alia ratio est de Rhetorica, & Grammatica: versantur enim primò, & præcipuè in externo sermone; tametsi Grammatica non est uerè, & propriè dicta scientia. Erunt igitur hac ratione Rhetorica, & Grammatica efficientes. Quòd si nomine agētium eæ quoq; intelligantur omnes, quę ita in externa materia uersantur, ut nullum opus confectum relinquant, quo pacto nō rarò intelligi solent; utraque in numero agentiū haberi poterit: quod idem Quintil. de Rhetorica censet. Eademque efficientium significatione nonnunquam vtitur Arist. ut in 1 libro Magnorum Moralium, ubi Citharistarum artem in agentibus numerat, non in efficientibus.

Quæ. 1.

Dialecticam esse scientiam agentem, nō efficientem.

Rhetoricam, & Grammaticam efficientes.

Lib. 2. c. 19.

Cap. 33.

Hinc collige, nec solas scientias Morales esse actiuas, cùm sermocinales quoque actiuæ sint; nec omnes effectiuas esse Mechanicas. Eas enim esse dicimus Mechanicas, quorum artifices manu conficiunt ea, in quibus versantur. Quamquā nōnulli eas excipiunt, quæ etsi in manuaria consistunt opera, haud magno tamen egent labore corporis; ut Galenus, pingendi, fingendiq; peritiā. Vnde patet, artem Ducis, Architecti, & huius-

Consectariū.

In exhortatione ad bonas artes.



Digitized by Google

modi alias, quæ præcipiendo aliquid efficiunt, ita esse effectiuas, ut multò etiam minùs, quàm pingendi ars, Mechanicarũ nomine comprehendantur. Itaque eæ tantùm apud omnes dicuntur Mechanicæ, quæ aut labore corporis, aut vilitate operis animum deprimunt, & quodammodo seruum faciunt. Quas Arist. lib. 8. Polit. βαναύσους, hoc est, sordidas, nos etiam Seruiles dicimus. Sed quoniam in distinctionem artium, & scientiarum incidimus; operæ pretium erit, tres quasdam earum generales diuisiones sub vnum aspectum proponere, latè tamen, ac promiscuè acceptis nominibus artis, & scientiæ.

Artes Mechanicæ.

Cap. 2.

## *Generalis Diuisio scientiarum.* SECTIO V.

SCIENTIÆ, siue artes tribus modis diuidi possunt; vno ratione eorum, in quibus versantur; altero, ratione finis; tertio, ratione ordinis.

Prima artiũ diuisio in reales, & sermocinales.

Prima diuisio. Artium, aliæ de rebus agunt, aliæ de sermone. Priores dicuntur reales, quod genus latissimè funditur, vt ex dicendis patebit: posteriores, sermocinales, quod genus Grãmaticam complectitur, Dialecticam, & Rhetoricã. Potest autem in hac diuisione nomine sermonis intelligi nõ modò sermo externus, quo cum alijs cũmunicamus, sed etiam internus, quo secum quisque ratiocinatur, circa quem præcipuè versatur Dialectica. Ac Grãmatica quidem tradit sermonẽ correctum, & emẽdatum, vt quod dicitur rectè, ac integrè percipiatur. Grãmatica, inquit D. Aug. discitur omnis orationis integritas.

Grãmatica.

De Doctr. Chr. lib. 3. c. 3. 1. de Orat.

Rhetorica.

Rhetorica ornatũ adhibet, ut moueatur affectus auditoris. Quod Cic. significat, cùm ait, Vnum erit profectò, quod ij, qui bene dicunt, afferunt propriũ, compositam orationem, & ornatam, & artificio quodam, & expolitione distinctam. Deniq; Dialectica versatur in tradendo sermone rationali. sic. n. vocari potest is, qui ignotum aliquid ex ijs, quæ nota sunt, declarat; in quo præcipua rationis, ac orationis vis cernitur. Ad Grãmaticã reuocantur à nonnullis Historica, & Poëtica. Potiùs tamen reuocandæ videntur ad Rhetoricam, ut fit apud Quintilianũ, quippè cùm historia, & poësis quendã sibi proprium ornatum habeãt, & ad mouẽdos suo modo affectus comparatæ sint. Etenim historia rerum gestarũ graui narratione animos impellit ad pleraq; agenda, fugiendaq;. Poësis verò ligatæ orationis suaui numero animum delectat, ac mulcet; eamq; in rebus ob oculos ponendis vim habet, vt eas non tam pingere, quàm facere videatur, unde & ποιητικὴν nomen arti tributum est. Ex his adductus est Cicero vt diceret, historiã esse opus maximè oratorium. & alibi, Videtis ne, inquit, quantũ munus Oratoris sit historia? Haud scio an flumine orationis, & varietate maximum. Et alio loco; Est finitimus Oratori Poëta, numeris astrictior paulò, verborum autem licentia liberior, multis

Dialectica.

Historica, & Poëtica. Recentiores quidam.

Lib. 2. cap. 19.

Quid Cicero de Historica, & Poëtica sen serit.

1. de Legib. 2. de Orat.

1. de Orat.

Digitized by Google

multis verò ornandi generibus socius, ac penè par; in hoc certè propè idem, nullis vt terminis circumscribat, aut definiat ius suum, quo minùs ei liceat, eadem illa facultate, & copia vagari, quà velit.

Secunda diuisio. Artium, quędam sunt theoreticæ, siue contemplatiuę, & speculatiuæ, vt vocant; aliæ practicę. Theoreticę sunt, quarum finis est ipsa veritatis cognitio. Practicæ, quarũ finis est opus. Porrò Practicæ, aut dirigunt actiones, quæ in ipso agente manent, quæ magis propriè dicuntur actiones, vt velle, nolle; aut eas, quæ in alia re exercentur, quæ vocantur effectiones, vt nauis extructionem. Priores nomine cõmuni sibi vendicato appellantur practicę, & actiuę; posteriores proprio vocabulo dicuntur effectiuæ. Hinc Arist. 8. Topic. c. 2. & 6. huius operis libro c. 1. tria scientiarũ genera esse dixit, vnum contemplantiũ, alterũ agentiũ, tertiũ efficientiũ; quę diuidendi ratio ab omnibus Philosophis sæpe vsurpatur. Contemplantiũ tria genera facit Arist. loco proximè citato, Physicã, Mathematicã, & Theologiam. Physica, seu Naturalis scientia, versatur in cognoscẽda natura earũ rerum, quæ mutationi subiectę sunt, vt cęlorum, elementorũ, stirpium, & animantium. Mathematica contemplatur quãtitatem, nõ spectata interim natura earum rerũ, in quibus quantitas existit. cuius artis duæ sunt species, Geometria, quæ quantitatem continuã, eiusque proprietates considerat; & Arithmetica, quæ discretã, hoc est, numerum, & eius affectiones. Sunt & alię artes partim Naturales, partim Mathematicę, vt Astrologia, Musica, Perspectiua, & Geographia, quarum prima de magnitudine, numero, & motu orbium cœlestium; altera de tonorum conuenientia, & concentu; tertia de ratione radiorũ aspectus, qui visuales appellantur; quarta de orbis terrarũ descriptione differit. Theologia uerò, seu Metaphysica, lumine naturali duce, eas cõtemplatur res, quæ omnis corporeæ molis, & mutationis sunt expertes, vt mentes eas, quibus cœlestia corpora mouentur. Verùm alia est longè nobilior Theologia, quam Dei omnium parentis singulari munere accepimus, quę nõ humano ingenio, sed diuinę reuelationis lumine edocta multò plura, multoq; certiora de diuinis rebus tradit. Atq; huic Theologię subijcitur Ius canonicũ, qua ex parte cõtinet ea, quæ Spiritus sancti numine de ijs, quę ad fidem, & mores, quos fides præscribit, pro ratione temporũ explicata sunt. Nam quoad cętera non dubium est, quin Politicę subijciatur.

Agentium uerò duo sunt genera. Vnum, quod dirigit actiones intellectus, quæ est Dialectica; alterum, quod dirigit actiones voluntatis, quod Moralis scientia vocatur. Quanquam si quis inter agentes, iuxta superiùs dicta, numerare velit artes eas, quæ etsi in externam materiam trãseunt, nullum tamen opus confectũ ex proxima, & immediata actione relinquunt; addendum erit tertium genus agentium, quod Grammaticam, Rhetoricam, Citharistarum artem, Tibicinum, & huiusmodi alias comprehendat. Quòd si quis obijciat, Grammaticam dici solere artem rectè loquendi, & scribendi; at scribendi arte ipsam scripturam confectam relinqui;

Hoc lib. c. 1. tex. 3.

tex. 1.

Secunda artium diuisio in Theoricas, & Practicas.

Tres Theoreticæ.

Physica.

Mathematicę

Quæ sint partim Naturales, partim Mathematicæ.

Metaphysica.

Ius canonicum.

Scientię agentes.

Qua ratione addi possit tertium genus agentium.

Digitized by Google

linqui; Occurrendum erit, Primùm quidem, non ideò Grammaticam dici rectè scribendi artem, quòd doceat lineas ducere, ipsosque characteres conficere (hoc enim omnes efficienti facultati tribuunt, non agenti) sed quòd tradat rectè, hoc est, congruè, & emendatè loquendi, ac scribendi præcepta; ita vt non dicatur simpliciter ars scribendi, sed ars ipsius, vt ita dicam, rectitudinis, siue congruitatis in scribendo. Deinde, præcepta, quæ traduntur à Grammatico, proximè & immediatè, atque adeò præcipuè ad orationem vocalem referri, ex qua certum est, nihil cõfectum relinqui, quemadmodum, neque ex proximo & immediato opere, quod Morales scientiæ præscribunt. Nam etsi multa extrinsecùs fieri iubent, quę diu permanent, ut sunt commutatio rerum, & distributio communium bonorum; proximè tamen, ac præcipuè uersantur in actibus, qui manent in animo, veluti in actibus interioribus iustitiæ, & aliarum virtutum.

Morales. Porrò Moralium scientiarum tres species tradi solent, Ethica, Oeconomica, Politica. Ethica sic vnumquemque probitate morum informat, vt etiamsi solitarius agat, possit (ut hæc uita fert) bene beateque viuere.

Ethica.

Oeconomica. Oeconomica, siue Ratio rei familiaris, tradit præcepta regendę familiæ.

Politica. Politica, quam nos Ciuilem dicimus, præscribit leges gubernandę Reip. ad quã pertinet tota iuris ciuilis prudentia, & magna pars iuris canonici.

Efficientes. Denique efficientium aliæ dirigunt externum sermonem, quibus homines inter se communicant, ut Grammatica, & Rhetorica; aliæ uerò res alias externas. Huius autem posterioris generis multæ traduntur diuisiones. Namque aliæ materiam præparant, ut quę metalla purgat; aliæ opus conficiunt, ut quæ arma fabricat; aliæ confecto opere utuntur, ut Militaris. Item, alię sunt principales, & quasi dominæ aliarum, ut Architectura respectu Cementarię; alię famulantes, ac subiectæ, ut hæc respectu illius. Ad hęc, aliæ post actionem nullum opus confectum relinquũt, ut ars Citharistarum; aliæ relinquunt, quorum tria genera traduntur. Siquidem alię noua conficiunt, ut figulorum ars; aliæ collapsa restaurant, ac reficiunt, ut Medicina; alię utrumque prestant, ut ars ædificandi. Rursus, quædam ad necessaria submini-stranda comparatæ sunt, vt Pistoria; aliæ meliùs, aut iucundiùs degendi gratia: vt Gladiatoria ad uitam tuendam; ad delicias, vnguentaria.

2. Phy. 2. à tex. 24. Laërtius li. 3. ex Platone.

1. Eth. c. 1. Aug. 2. de doctr. Chr. c. 3. Galenus de constit. artis Medicæ. 1. Meta. 1.

Tertia scientiarum diuisio in superiores, & inferiores.

Tertia diuisio. Artium, quædam sunt superiores; aliæ inferiores. Superiores sunt Morales scientiæ, Naturalis, & vtraque Theologia; atque hæ, scientiæ magis, quàm artes appellantur. Inferiores, quæque sæpius artes, quàm scientiæ dicuntur, ad septem liberales, & totidem seruiles reuocantur. Liberales sunt Grammatica, Rhetorica, Dialectica, Arithmetica, Musica, Geometria, & Astrologia. Seruiles, Agricultura, Venatoria, Militaris, Fabrilis, Chirurgia, Textoria, Nautica; quæ omnes hisce versibus comprehendi possunt.

Artes liberales, & seruiles

*Lingua, tropus, ratio, numerus, tonus, angulus, astra;*
*Rus, nemus, arma, faber, vulnera, lana, rates.*

Linguæ

Digitized by Google

Linguæ nomine intellige Grammaticam; Tropi, Rhetoricam; Rationis, Dialecticam; & sic cæteras deinceps. Priores septem ideo dicuntur liberales, siue ingenuæ, quia illis excolitur animus, libera, & ingenua pars hominis. Posteriores uocantur Seruiles, quòd eis potissimùm exerceatur corpus ad mercenarias, ac seruiles operas. Quo fit, vt nomine Seruilium non oporteat intelligere Militarem Ducis, aut Fabrilem Architecti, alias'ue huiusmodi, quæ artificis manu non exercentur. Possunt enim hæ ad liberales artes, aut etiam ad superiores scientias vtcunque reuocari, ut Architectura ad Geometriam, & ars ductandi exercitum ad Politicam. Sed quoniam cum quæstione hac coniuncta est illa, sit ne Dialectica pars Philosophiæ, an solum instrumentum; eam è uestigio discutiamus.

Cur liberales, & seruiles dicantur.

Præcipio.

## SIT NE DIALECTICA PARS PHIlosophiæ an solum instrumentum.

## QVÆSTIO TERTIA.

### *Non uideri partem Philosophiæ.* SECTIO PRIMA.

QVi Dialecticam neque in practicis scientijs, neque in contemplatiuis, neque omnino in scientijs numerandam censent, facilè se negatiuam huius quæst. partem concludere existimant. Et rectè quidem, si id, quod ponunt, uerum esset. Neque enim fieri potest, vt disciplina ulla sit pars Philosophiæ, quę in scientijs non numeretur. Sed quoniam eorum fundamenta nihil firmitatis habent, ut ex dictis patet; alia nobis afferenda sunt argumenta, quibus eadem conclusio uideri potest uerisimiliùs confirmari.

q. 1. Sect. 7. & 8. & q. 2. à Sect. 1.

Primùm, quia Philosophia non agit, nisi de rebus magni momenti; Dialectica uerò tota uersatur in sermone, aut etiam in entibus rationis, quæ nullius momenti sunt.

Primum argumenti pro parte negatiua.

Deinde, quia omnis Philosophorum cognitio est per se digna studio; Dialecticæ autem nemo dat operam propter ipsam, sed propter alias disciplinas, atque adeo propter Rhetoricam, quam nemo ponit in partibus Philosophiæ. Vnde fit, ut explicatio logicorum problematum non expetatur propter se, sed propter explicationem aliorum, ut habes primo Topic. cap. 9.

Secundum.

Tertiò, quia nulla pars Philosophiæ refertur ad aliam, aut est permista cum alijs, sed unaquæque per se ipsam quasi cohęret, & ab alia distinguitur; at Dialectica refertur ad omnes partes Philosophiæ, & est permixta

Tertium.

Digitized by Google

mixta cum omnibus, ut quæ omnibus modum differendi subministrat.

Quartum. Quartò, quia Philosophia non est à rebus auulsa, sed tota in rebus uersatur; Dialectica uerò quatenus rebus concreta est, aut non est scientia, ut suprà ostensum est, cùm differat ex probabilibus, aut si differit de omnibus rebus demonstratiuè, eadem est cum cæteris scientijs.

Quintum. Quintò, quia idem uidetur Arist. planè sentire primo libro Top. cap. 2. cùm ait, Dialecticã esse utilem ad disciplinas Philosophiæ; & cap. 12. cùm docet de quæstionibus, quæ in disputationem veniunt, aliter Dialecticum, aliter Philosophum differere: & initio lib. 8. cùm ita scribit. Quod ad loci inuentionem attinet, communem esse Philosopho cum Dialectico considerationem.

Sextum. Postremò, ex communi Veterum sententia, qui Logicam Philosophiæ organum appellauerunt. Nàm cùm organum, siue instrumentum Artificis, non sit eius pars; non erit Logica pars Philosophiæ, sed instrumentũ.

*Variæ Philosophorum sententiæ in hac Quæstione, quid'que sit Philosophia.*

## SECTIO SECVNDA.

Sententia quorundam Græcorum. Stoicorum. Platonis. Aristotelis.

IN hac Quæstione non mediocris contentio est inter Philosophos. Nam Græci quidam enarratores Arist. ut Alexander, Ammo. & Philop. existimant, Dialecticam, siue Logicam, non esse partem Philosophiæ, sed solum instrumentum. Stoici uerò cõtendunt non esse instrumentum, sed partem. At Plato, & Academici tùm partem, tùm instrumentum esse affirmant. In qua sententia (ut mihi quidem videtur) fuit Arist. quam apertè sequutus est ex Græcis Simplicius, & ex latinis Boëtius, Magnus Albertus, & ferè reliqui graues Auctores. Quanquam Arabes quidam, in quibus est Auicenna, totam hanc quæstionem de nomine esse existimant, quòd alij latiùs, alij pressiùs Philosophiæ uocabulum accipiant. Quapropter videndum est, quid sit Philosophia: hinc enim nullo negotio explicabitur quæstio.

Alex. & Philop. initio Priorum, Ammon. initio prædicamentorum.

Simplic. in prædic. Boëtius in Porphyr. in prologo, & Albibidem tract. 1. c. 2.

Auic. initio suæ Logicæ.

Germana Philosophiæ significatio.

Quę sit propria, & germana Philosophiæ significatio, ex causa, quæ priscos homines ad Philosophandum impulit, intelligi potest. Scribit Arist. 1. lib. cap. 2. post Platonem in Theæteto, ex admiratione effectorum, quarum causæ ignorabantur, cœpisse homines philosophari, hoc est, causas inuestigare. Si ergo studium fugiendæ ignorationis causarum mouit priscos, vt philosopharentur; efficitur ut nihil aliud sit Philosophari (si propriè loquendum est) quàm causas inuestigare. Vnde patet, Philosophiam, si vim nominis spectes, nihil esse aliud, quàm causarum inuestigationem, id quod magis ad verbum explicamus, cùm dicimus, Philosophiam esse amorem, studium'ue sapientię, hoc est, cognitionis rerum per omnes earum causas ad supremas vsque. Atq; hęc de germana Philosophiæ significationę. Re tamen ipsa, Philosophia, & Sophia

idem

Digitized by Google

idem ſunt. Qui enim priſcis temporibus ſophi ſeu ſapientes dicebantur, poſtea authore Pythagora modeſtiori uocabulo Philoſophi, quaſi ſapientiæ amatores appellari uoluerunt, ut initio diximus; unde factum eſt, vt quæ anteà dicebatur Sophia, deinceps Philoſophia appellata ſit.

In proœm. huius operis cap. 4.

Philoſophia igitur, ſiue Sophia definiri poteſt, ſcientia rerum per omnes cauſas. Duobus autem modis teneri poſſunt omnes cauſæ rerum: aut in certo aliquo genere dumtaxat; aut ſimpliciter. Qui ſcit rem per omnes cauſas ad certum genus pertinentes, ſapiens in eo genere dici poteſt: qui autem per omnes omnino, ſapiens ſimpliciter. Verbi cauſa, Medicus, qui nouit morbum per omnes cauſas ad medicinam pertinentes, ſapiens Medicus appellari poteſt. Metaphyſicus autem, quia tenet omnes omnino cauſas earum rerum, quę ſub ipſius conſiderationem cadunt, dicitur ſapiens ſimpliciter.

Prima Philoſophiæ definitio.

Idem valet ea Veterum definitio, quam Ammo. refert; Philoſophia, inquit, eſt cognitio rerum, ut ſunt. Nam cùm res omnes, quarum cauſę quæruntur, habeant eſſe per ſuas cauſas; tunc illæ cognitę erunt, vt ſunt, cùm omnes earum cauſæ ita perceptę fuerint, ut nulla iam ſuperior quæratur, ſaltem in eo rerum genere.

Initio Prędic. Secunda.

Clarior putatur hæc altera ſiue Platonis, ſiue Stoicorum definitio, Philoſophia eſt rerum diuinarum, & humanarum cognitio; quæ tamen mihi uidetur obſcurior, niſi ſuppleatur ex ſuperiori definitione particula illa [ ut ſunt, ] aut cognitio pro perfecta, & abſoluta cognitione, quæ per omnes cauſas habetur, accipiatur. Id quod videtur fuiſſe in cauſa, vt Cic. in Tuſcul. quęſtionibus longiorem fecerit eandem definitionem, cùm dixit, ſapientiam eſſe rerum diuinarum, & humanarum ſcientiam, cognitionemque, quæ cauſa cuiuſque rei ſit. Nomine uerò diuinarum intelligit Ammo. res ſempiternas; uocabulo autem humanarum, caducas. Honorius Auguſtudunenſis, nomine diuinarum, incorporeas, humanarum, corporeas, cùm ait, Philoſophiam eſſe eorum, quę ſunt, & nõ videntur, & eorum, quæ ſunt, ac uidentur, ueram comprehenſionem.

Ammo. ibidē Plutarch. 1. de Plac. c. 1.

4. Tuſcul.

Ibidem. Lib. 3. de Philoſophia mūdi. c. 1.

Tertia.

## *Dialecticam eſſe partem Philoſophiæ.* SECTIO TERTIA.

HIs poſitis, nullo negotio colliges, Dialecticam ſcientiam eſſe partem Philoſophiæ, & Dialecticum docentem, Philoſophum. Ac primùm ex Etymologia nominis Philoſophię. Neque enim minùs conuenit in artem diſſerendi, ſiue ratione vtendi, Eſſe ſtudium ſapientiæ, cognitioniſq; cauſarum, quàm in aliam quamcunque practicam, quæ in partibus Philoſophiæ numeretur.

Ex etymologia nominis.

Deinde ex ipſa Philoſophandi ratione. Sola enim Dialectica docet Philoſophari, quod eſt, ex effectis cognitis ignotas cauſas inueſtigare. Neque id dubium eſſe poteſt, cùm ea ſola tradat omnen diſſerendi

Ex ipſa philoſophandi ratione.



Digitized by Google

rationem. Nec uerò dici potest, Philosophiam id accipere à facultate aliqua, quę pars Philosophiæ non sit. Est enim Philosophari propriũ opus Philosophi, cuius ratio, & norma ab alio, quàm Philosopho, accipi non potest. Vnde, & subiectum Dialecticæ diximus Orationem Philosophorum olim appellatum; & qui Dialecticam inuenerunt, atque auxerunt, non modo Philosophi, sed præcipui etiam Philosophi habiti sunt, præcipuumque opus Philosophicum in ea re præstitisse existimantur.

Ex Philosophiæ definitione.

Tertiò ex definitione Philosophiæ tradita. Explicat enim Dialectica omnes differendi modos per omnes eorum causas, cùm tradat omnes diuisionum, definitionum, & argumentationum formulas, per partes materiales à primis vsque principijs, ac elementis, quæ in Prædicamentis continentur: per definitiones item, quæ sunt causæ formales: per cõmunia quoque, & per se nota pronunciata, quæ sunt causæ conferentes vim omnibus differendi modis: per omnium denique fines, cuiusmodi sunt, demonstrationis quidem efficere scientiam; syllogismi uerò probabilis, gignere opinionem, & alij huiusmodi: atque in hęc eadem principia, & causas resoluit ea, de quibus agit, quod sæpe videre est apud Aristotelem, præsertim in libris Analyticis.

Ex Veterum erroribus.

Quartò ex Veterum erroribus. Philosophi enim, qui primi cœperunt philosophari, in multos errores ineiderunt propter ignorantiam artis differendi, vt Arist. sæpe illis obijcit. Hinc enim fit vt vel dicendum sit, artem differẽdi esse partem Philosophiæ, quod volumus; vel certè ne totam quidem Philosophiam satis esse, vt suorum erroribus, & quasi morbis non quibusuis, sed præcipuæ partis humanæ naturæ medeatur; sed opus ei esse externo auxilio eius artis, quæ in partibus Philosophiæ non numeretur; quod dici nullo modo potest.

Vt 1. Phy. c. 2. tex. 10. & c. 3. tex. 22. & 25. & 4. lib. huius operis c. 3. tex. 8.

Ex comparatione cũ alijs partibus Philosophiæ.

Quintò ex comparatione Dialecticæ cum alijs partibus Philosophiæ. Cùm enim scientiæ Morales, quę dirigunt actus voluntatis, & appetitus sensitiui, habeantur in partibus Philosophię; non minori ratione ponenda est inter partes Philosophię Dialectica, quę dirigit actus rationis, ex quorũ rectitudine pẽdet rectitudo actuũ volũtatis, & appetitus sensitiui. Cùmq; Mathematicę, quæ de quãtitate agũt, in partibus Philosophię habeantur, nõ est cur ea scientia, quæ in rebus longè nobilioribus versatur, in operationibus nimirum intellectus, eo titulo indigna iudicetur.

Ex ipso Aristotele.

Accedit his perspicua Arist. sententia, qui 1. Topic. c. 12. recensitis tribus generibus Quæstionum, quæ in controuersiã venire possunt, Naturalibus, Moralibus, ac Logicis, siue rationalibus; mox subdit, de ijs omnibus Philosopho quidem ad veritatem agendum esse; Dialectico verò ad opinionem. Cùm igitur de quæstionibus logicis solus Philosophus ad ueritatem, id est, demonstratiuè agere possit, nullusq; alius de ijs demonstratiuè agat, nisi Dialecticus docens; sequitur, Aristotelẽ planè sentire, Dialecticum docentem Logicum'ue esse Philosophum, & Dialecticam, partem Philosophię.

Confir-

Digitized by Google

Confirmari potest eadem assertio ex distributione Philosophię, quam Veteres fecerunt. Plato enim, ut ex Aristotele refert Eusebius Pamphili in libris de præparatione Euangelica, & asserit D. Aug. in libris de Ciuit. Dei tres in partes Philosophiam partitus est; in Naturalem, Moralem, & Logicam; quam diuidendi rationem sequuti sunt Academici, & Arist. loco ex Topicis proximè citato. Stoici quoque eodem modo Philosophiam partiuntur, vt latè refert Laërtius Diogenes in vita Zenonis, hoc insuper addentes, Totam Philosophiam esse quoddam quasi animal, cuius ossibus similis sit Logica, carnibus Ethica, animę Physica. Aut esse veluti vrbem optimè administratam, in qua Logica vicem murorum subeat, Physica ciuium, Ethica optimarum legum. Quod idem alijs similitudinibus explicant. Eandem distributionem sequitur Cic. in libris de Orat. ad Q. fratrem; Omnis, inquit, Philosophia in tres partes est distributa, in naturæ obscuritatem, in differendi subtilitatem, in vitam atque mores. Sed & D. Aug. in proximè citato opere hanc eandē Philosophiæ sectionem magnificè collaudat, & ex impressione quadam Diuinæ Trinitatis in res creatas fluxisse suspicatur. Quantum, inquit, intelligi datur, hinc Philosophi Sapientiæ tripartitam disciplinam esse voluerunt, imò verò tripartitam esse animaduertere potuerunt. Neque enim ipsi instituerunt, vt ita esset, sed ita esse potiùs inuenerunt; cuius vna pars appellaretur Physica, altera Logica, tertia Ethica; quarū nomina Latina iam multorum litteris frequentata sunt, ut Naturalis, Rationalis, Moralisque uocentur. Non quòd sit consequens, vt isti in his tribus aliquid secundùm Deum de Trinitate cogitauerint. Quamuis Plato primus istam distributionem reperisse, & commendasse dicatur, cui neque naturarum omniū auctor, nisi Deus, visus est, neque intelligentiæ dator, neque amoris, quo bene beatéque viuatur, inspirator. Hæc, & alia Aug. in hanc sententiam pulcherrimè. Non est tamen putandum, prætermissas esse in hac distributione Mathematicas scientias, aut Metaphysicam; siquidem nomine Physicæ, seu Naturalis, Mathematicæ quoque, & Metaphysica intelligendę sunt; nisi quòd apud Platonem, & Stoicos nomine Logicę Metaphysica comprehenditur, ut ex suprà dictis patet.

Illud tamen animaduertēdum est hoc loco; etsi omnes scientiæ, quæ traduntur per omnes causas, & principia rerū, de quibus agunt, saltē per omnes, quæ pertineant ad genera illis subiecta, nomine partiū Philosophiæ censendæ sunt, ut ex dictis patet; tamen interdum quasdam nō ita dignas hoc nomine haberi, vel quòd de rebus facilioribus, aut minoris momenti agant; vel quia non sint ipsa ueritatis cognitione contentæ, quod proprium videtur esse Philosophię, si nominis etymologia spectetur; vel quia non videantur pertinere ad bene beatéque viuendum; uel quia non agant de rebus per se subsistentibus; vel quia non tradant prima omnino principia rerum, de quibu agunt; vel alias ob causas.

Propter primam causam sæpe Mathematicę scientiæ, quas Arist. 6. lib.

Ex distributione Philosophiæ à Veteribus tradita.

Pulchræ similitudines ad explicandam uim partium Philosophiæ.

Verba Augustini de eadem re.

In distributione Philosophiæ nomine Physicæ Mathematicas, & Metaphysicam cō prehendi.

Cur nonnullæ scientiæ à numero partium Philosophiæ interdū tergiantur.

Cur Mathematicæ.

Lib. 11. c. 1.
Lib. 8. c. 4.
1. lib.
8. lib. de Ciuit. Dei c. 4. & lib. 11. c. 25.
q. 1. Sect. 7.
cap. 1. text. 2.



Digitized by Google

huius operis nomine Philosophię cõplectitur, non numerantur in partibus Philosophiæ, ut apud eundem 4 lib. cap. 2. cùm ait, perinde se habere Philosophum, atq; Mathematicum, quatenus vterq; multas complectitur scientias. & apud Platonem 7. de Repub. cùm docet, Geometriam attollere ad veritatem animum, atque ad philosophandum præparare cogitationem; quod idem de Arithmetica alijs verbis dixerat. Et apud Cic. 1. de Orat. cùm ita scribit. At ne Philosophi quidem ipsi, qui omnia sicut sua propria esse, atque à se possideri volunt, dicere audent, Geometriam, aut Musicam Philosophi esse, quia Platonẽ omnes in illis artibus præstantissimum fuisse fateantur. Id, quod etiam sentit Alex. initio commentariorum in priorem Analyticam, inquiens, Geometriam non esse partem eius, quę propriè Philosophia dicitur. Non uidetur tamen in his Mathematicis comprehendi Astrologia, & Perspectiua, quòd de rebus maioris momenti, aut difficilioribus agant. tex. 4.

Cur aliquando solæ contemplatiuæ sibi nomen Philosophiæ uendicent.

Propter secundam, nonnunquam solę Contemplatiuę scientię Philosophię nomine dignę habentur, quòd Practicę, non ipsam veritatis cognitionem, sed opus aliquod, ut præcipuum finem propositũ habeant. Quo pacto sumitur Philosophiæ vocabulum 1. lib. huius operis cap. 2.

Cur interdũ Practicę tantùm.

Propter tertiam interdum solæ practicæ morales Philosophiæ vocabulo significantur, vt apud Platonem in dialogo de Philosophia, qui etiam Amatores inscribitur; quo loco cõcludit Socrates, eũ solum esse Philosophũ, qui in ratione viuẽdi, familiamq; administrãdi nulli defert primas.

Cur nonnunquam ex solùm, quæ agunt de substantia.

Propter quartam aliquãdo sumitur nomen Philosophiæ, pro ea duntaxat scientia, quæ agit de substantia, vt apud Arist. 4. lib. huius operis cap. 2. cùm ait tot esse Philosophiæ partes, quot sunt genera substantiarũ. tex. 4.

Cur aliquando sola Metaphysica.

Propter quintã, non rarò tribuitur Philosophiæ appellatio soli primæ Philosophiæ, vt cap. eodem non longè à fine, cùm dicitur, in eodẽ genere, in quo Philosophia, Dialecticã, & Sophisticã versari, & sæpius etiã c. 3. tex. 5. tex. 7. & 8.

Cur interdũ Dialectica à partibus Philosophiæ excludatur.

Cùm igitur his, & alijs de causis pleręq; scientiæ, quæ in partibus Philosophiæ iure censentur, ab earum numero excludantur; nil mirũ videri debet, si Dialectica quoad eam partem, qua de probabili differendi ratione agit, etiam quatenus docet, & vera scientia est, pars Philosophię interdum negetur, quòd materia probabilis non sit magni momenti, nec in se difficilis; tametsi modus eam tractandi per locos ab Arist. inuentos, adhibita etiam ratione interrogandi, & respondendi, non est facilis, nec uulgaris, sed planè Philosophicus, & quem grauissimi auctores in Aristotelis doctrina admirantur. Dixi quoad eam partem, qua de probabili differendi ratione agit, quia pars Analytica, cùm sit grauis admodum, & materiæ præstantia, & doctrinæ difficultate; immeritò ob eandẽ causam, qua Topica, à Philosophiæ partibus excluderetur; quanquàm excludi possit per secundam, & sequentes, quemadmodum pleręq; aliæ præstantissimæ scientiæ, de quibus nemo dubitat, quin simpliciter, & absolutè in partibus Philosophiæ numerari debeant.

Soluun-

Digitized by Google

*Soluuntur argumenta initio proposita.* SECTIO QVARTA.

Idem penè Arist. 1. de part. animal. cap. 5.

AD primum igitur argumentum pro negatiua parte quæstionis propositum dicendum est, primùm quidem, nullam esse rem adeo vilem, & abiectam, in qua mirandum aliquid non sit, & consideratione philosophica dignum. Deinde, res arti Dialecticæ subiectas non parui momenti esse, sed permagni potius, cùm sint operationes intellectus, quæ sunt omnium operationum præstantissimæ: nec Dialecticam agere de sermone externo, nisi minùs principaliter, & quatenus docet, quo pacto cum altero disputandum sit. Atqui minùs principaliter, etiã præstantissimæ scientiæ de tenuissimis rebus utcunque agunt, ueluti prima Philosophia de entibus rationis, quoad eorum esse, de quibus item agit Dialectica, quatenus eorum cognitio ad diserendi rationem conducit.

De quibus rebus agat Dialectica.

Ad secundum dicendum est, etsi cognitio rerum, in quibus Dialectica uersatur, non quæritur propter se ipsam, sed tota ad opus refertur; nõ tamen hinc effici, non esse Dialecticam Philosophiæ partẽ, sed non esse contemplatiuã. Ad argumentũ igitur non omnino admittenda est maior propositio, nisi in eo sensu, vt cõcedamus, omnẽ Philosophorũ cognitionem, vel ratione sui, vel ratione eius operis, ad quod dirigitur, esse dignã studio. Ad id autem, quod in minore additur, dicito, cùm Dialecticam expetamus non propter solam Rhetoricam, sed propter alias etiã disciplinas, inter quas multæ sunt quàm nobilissimæ partes Philosophię; non ideo colligi Dialecticam, nõ esse partem Philosophię, quòd Rhetorica in ijs etiã non numeretur: multa enim nobiliora propter minùs nobilia expetuntur; non precisè tamen, sed simul cum alijs præstantioribus. Quanquam illud hoc loco obiter admonuerim, id quod dici solet, Rhetoricã non esse partẽ Philosophiæ, intelligendum esse de Rhetorica, qua ratione ornata oratione vtitur. Sic. n. ut nihil demõstrat (imò nec ex probabilibus cõfirmat, nisi quatenus Dialectici utentis personã induit) ita Philosophię munere nõ fungitur. Quòd si eadẽ spectetur, quatenus docet cõficere ornatam orationem, quod unum Ciceronis sentẽtia est proprium Rhetoris; non est cur more philosophico magna ex parte tradi non possit; præsertim cùm orationis ornatus, quẽ Rhetores profitẽtur, nõ solùm ex significatione uerborum, quæ ex hominum instituto pendet, sed etiã ex natura rerum nascatur. Quia tamen Rhetorica vulgari potiùs, quàm philosophico more fermè traditur, simulq; paucas admodum demõstrationes admittit; iccirco à Philosophię partibus, etiã quatenus docet ornatè dicere, excludi à pleriſque solet. Accedit, quòd demonstrationes, quę in ea fieri possunt, à Morali, aut Naturali Philosophia maxima ex parte desumuntur.

Num Rhetorica sit pars Philosophiæ.

Cic. 1. de Orat.

Ad tertiũ dicendum est, multas Philosophię partes referri ad alias, ut Ethicam, & Oeconomicã ad Politicã; aut esse cum alijs partibus aliquo modo

Cur quædam partes Philosophię cum

aliqs modo aliquo permixtæ sint.

modo permistam, vt Geometriam cum Perspectiua, & Arithmeticã cum Musica. Neq; uerò ideo id accidere, quia singulę non sint proprijs finibus, siue terminis circumscriptę, sed quia mutuas sibi pręstant operas.

Ad quartum dicendum est, si nomine rerum intelligantur omnia verarum rerum genera, rectè quidem dici, non dari ullam partem Philosophię, quę à rebus auulsa sit, hoc est, in veris rebus non versetur. At si nomen rerum sumatur pro veris rebus, vt distinguuntur ab earum cõceptibus, sermoneque exteriori, quo illę tractantur, non esse negandum, partem aliquam Philosophię à rebus auulsam esse, cùm de ipso etiã disserendi modò Philosopho agendum sit.

Explicantur uarij Aristotelis loci.

Ad quintum dicẽdum est, Aristotelem ijs in locis accepisse Dialecticę, ac Dialectici uocabula, vt significant artem Topicam, & artificem, qui ea prędituς est; non tamen quatenus docet, qua ratione ex probabilibus disserendum sit; sed quatenus pręceptis probabiliter disserendi utitur.

Dialecticam esse & partem, & instrumentum Philosophiæ.

Ad ultimum dicendum est, nullum esse incommodum, si Logica simul dicatur, & pars, & instrumentum Philosophiæ, quemadmodum nihil absurdi est (ut inquit Boëtius) si dicas manum fabri esse simul, & fabri partem, & instrumentum. At urget Philoponus, non esse aptam similitudinem. Quia manus, inquit, non est pars eius, cuius est instrumẽtum. Est enim pars corporis; instrumentum autem, non corporis, sed animę. Verùm hæc refutatio nulla est. Manus enim etsi relata ad solum corpus, vel ad solam animam non est eiusdem pars, & instrumentum; relata tamen ad fabrum, tùm pars eius est, tùm instrumentum. Vtitur enim faber manu, vt parte sua, coniunctoque instrumento, ac naturali. Et Arist. tertio de anima cap. 8. uocat manum non modò instrumẽtum, sed etiam instrumentum instrumentorum.

Initio 2. Edit. in Porphy.

Obiectio.

In primum Prior. ad c. 1.

Dilutio.

tex. 38.

Dubitatio.

Quærat tamen aliquis hoc loco qua ratione Logica sit pars, qua item instrumentum. Ammo. & Philop. aiunt Platonis sententia esse partem Philosophiæ, quatenus est rebus coniuncta; instrumentum verò quatenus ab illis auulsa. Dicendum est tamen utrumque conuenire Logicę quatenus à rebus auulsa est. Hoc enim pacto, & scientia est, & cęteris scientijs modũ sciendi tradit. Nam quatenus rebus coniuncta est, non officiũ scientiæ exercet, sed facultatis. Quanquam eatenus potest hoc modo dici instrumentum Philosophiæ, quatenus probabilium tractatio uiam aperit ad veritatem inueniendam. Nec crediderim, auctores citatos satis percepisse mentem Platonis. Nam si Plato putauit, Logicam differere de rebus aliarum scientiarum demonstratiuè, vt quatenus rebus coniuncta est, verè dici possit pars Philosophiæ; non erit iam Logica pars Philosophiæ, sed tota Philosophia; quod Plato numquam voluit. Sed iam illud de Dialectica disquiramus, sit ne ad reliquas scientias capessendas necessaria, quod Arist. iudicat hoc loco.

Ammonius initio prædicamẽtorum: Philoponus initio Priorũ

Responsio.

SIT

Digitized by Google

# SIT NE DIALECTICA NECESSARIA AD cæteras scientias capessendas. QVÆST. IIII.

## *Non videri necessariam.* SECTIO PRIMA.

DIALECTICAM non videri necessariam ad cæteras scientias capessendas, his argumentis videtur perspicuum. Veteres Philosophi, qui ante Zenonem Eleaten primum Dialecticę cultorem extiterũt, ut Thales Milesius, & cæteri eius seculi sapientes, scientiam rerum naturalium sine Dialectica nacti sunt; Mathematici quoque, & antiquissimi apud Ægyptum, & plurimi ex posterioribus penè vbique terrarum Mathematicas scientias sine præsidio Dialecticæ didicerunt; quod idem de Iurisperitis dici potest: non est igitur Dialectica cæteris scientijs capessendis necessaria. Argumentũ primum.

Deinde, si esset necessaria, eò vel maximè esset, quòd modos sciendi tradat, sine quibus fieri non potest, vt vlla ex cęteris scientijs comparetur; at hoc concesso pari ratione dicendum erit, esse eam necessariam ad generationem sui, quandoquidem omnes scientiæ interuentu modorum sciendi gignuntur; non est igitur dicendum, Dialecticam ad alias scientias capessendas esse necessariam. Quòd si quis occurrat, duplicem esse Dialecticam, alteram inchoatam, & naturalem, quam imperiti etiam homines participiant; alteram perfectam, & artificiosam, qua de nunc agimus; atque hanc solius naturalis ope posse comparari; nulla apparet ratio, cur aliæ etiam omnes scientiæ solius naturalis Dialecticæ interuentu obtineri nequeant. 2

Tertiò, si esset necessaria, aut tardis, aut ingeniosis necessaria uideri posset; at ingeniosis non est necessaria, quòd facilius cæteras scientias assequantur naturali rationis ductu, quàm nodosis Dialecticæ præceptis; tardi autem plus impediuntur præceptorum multitudine, quàm iuuentur; nullo igitur modo videtur necessaria. Hanc rationem pulchrè tangit Aug. in libris de doctrina Christiana. Si quispiã, inquit, dare uolens præcepta ambulandi, moneat non esse cuique leuandum pedem posteriorem, nisi cùm posuerit priorem; deinde minutatim, quemadmodum articulorum, & poplitum cardines oporteat mouere, describat; uera dicit, nec aliter ambulari potest. sed faciliùs homines hoc faciendo ambulant, quàm animaduertunt, cùm faciunt; aut intelligunt, cùm audiunt: qui autem ambulare non possunt, multò minùs ea curant, quæ nec experiendo possunt attendere. Itaque plerunque citiùs ingeniosus videt non esse ratam conclusionem, quàm præcepta eius capit: tardus autem non eam videt, sed multò minùs quòd de illa præcipitur: magisque in his 3

Lib. 2. c. 37.

omnibus

omnibus ipſa ſpectacula veritatis ſæpe delectant, quàm ex eis in diſputando aut iudicando adiuuamur. Ita Auguſt.

4 Quartò, ſi Dialectica eſſet ante reliquas ſcientias adeunda, eſſet vtiq; omnium facillima perceptu, quandoquidem ordine doctrinæ à facilioribus ad difficiliora progrediendum eſt; at Dialectica eſt compluribus ſcientijs explicatu difficilior, ut apertè docet experientia; non eſt igitur ea ad reliquas omnes comparandas neceſſaria.

5 Quintò, qui dicunt eſſe neceſſariam, aut intelligunt Dialecticæ nomine vtentem, rebusq; concretam, aut docentem, & à rebus auulſam. Non poſſunt autem intelligere vtentem, quia hæc non generat ſcientiam, ſed opinionem: nec verò docentem, quia docens auulſa fuit, & abſtracta ab ipſo diſſerendi vſu, qui præceſſit in alijs rebus extra materiam Dialecticę, vt ſuprà dictum eſt. Non eſt igitur Dialectica neceſſaria ad cęterasſcientias capeſſendas. q. 1. Sect. 6.

6 Poſtremò, ſi eſſet neceſſaria ad cæteras omnes capeſſendas, ac proinde ipſa nulla indigeret alia; eſſet utique omnium ſibi maximè ſufficiens, ac proinde omnium Philoſophiæ partium nobiliſſima; atqui non eſt omnium nobiliſſima, cùm diſtinguatur à prima Philoſophia, cui uni is titulus tribuitur; non eſt igitur cæteris capeſſendis neceſſaria.

*Qua ratione ſit neceſſaria.* SECTIO SECVNDA.

Aſſertio.

HÆc quæſtio facilè hac vna aſſertione explicabitur. Dialecticam non eſſe ſimpliciter neceſſariam ad cæteras ſcientias cõparandas, ſed ex hypotheſi, ſi quis, inquam, facilè, & abſque erroris periculo, breuiter, atque ordine reliquas ſcientias aſſequi uelit.

Duo requiri ad quamlibet ſcientiam cõparandam.

Prior pars huius aſſertionis ex eo confirmatur, quia ad ſcientiam cõparandam duo tantùm neceſſaria ſunt. Vnum, vt is, qui illam conſecuturus eſt, inueniat eius principia, illisque aſſentiatur; alterum, vt certò ſciat, ſe vti aptis, & minimè fallacibus diſſerendi formis ad demonſtrandas ex eiuſmodi principijs concluſiones eas, quibus ſcientia continetur: at Dialecticæ ignarus vtrumque præſtare poteſt: ſatis eſt enim vnicuiq; lumen naturale intellectus, vt & principijs per ſe notis aſſentiatur, & aptas ac minimè fallaces diſſerendi formas inueniat: poteſt igitur Dialecticæ ignarus alias ſcientias comparare. Quare non eſt Dialectica ſimpliciter neceſſaria ad alias ſcientias capeſſendas.

Differendi formulas ſimiles eſſe manuarijs inſtrumentis.

Poſterior pars his argumentis probari poteſt. Vt ſe habent inſtrumenta manuaria ad ea, quæ manu conficiuntur, ſic ſe habent formulæ diſſerendi ad ſcientias, quæ ratione comparantur: atqui nullus opifex facilè, & ſine errore, aut ſaltem breuiter, & ordinatè abſoluit aliquid magnum opus, niſi iam parata habeat inſtrumenta, quibus in conficiendo opere vtatur: igitur nec ratio vnquam facilè, & ſine errore breui tempore, atq; ex ordine totam aliquam ſcientiam comparabit, niſi iam examinatas habeat,

Digitized by Google

beat, atque in promptu omnes diſserendi formulas, quæ ad efficiendam ſcientiam ſunt neceſsariæ. Quare cùm hę formulæ à ſolo Dialectico habeantur examinatæ, atque in promptu; efficitur, vt nemo abſque Dialectica facilè, & abſque errore, itemque breuiter, & ordinatè vllam aliam ſcientiam comparare poſſit.

Quàm laboriosũ ſit Dialecticæ ignarum aliis ſciẽtijs operam dare.

Præterea, qui alijs ſcientijs abſque Dialectica operam impendunt, duplicem laborem ſuſcipiunt, vnum, quærendi earum peculiaria principia; alterum, examinandi omnes diſſerendi formulas, quibus vtantur in demonſtrando: at ij, qui pluribus ſimul rebus dant operam, non facilè, nec abſque errore, nec diſtinctè, ſed confusè, & longo tempore propoſitum conſequuntur, quia pluribus intenta mens minùs facilè, ac perfectè percipit ſingula: igitur qui abſque Dialectica alijs ſcientijs dant operam, non facilè, nec abſque erroribus, aut certè perturbatè, & longo temporis interuallo eas ſcientias conſequuntur. Hæc duo argumenta, quorum eadem eſt vis, tangit Ariſt. hoc cap. cùm ait. Quapropter inſtitutus eſſe quiſque debet, quo pacto ſingula approbanda ſint; quoniam abſurdum eſt, ſcientiam ſimul, & ſciẽtiæ modum quærere, præſertim cùm neutrum aſſequi facile ſit.

text. 15.

Ea, in quibus Dialectica verſatur, omnibus ſciẽtijs eſſe communia.

Præterea, quæ omnibus ſcientijs communia ſunt, ante omnia tradi debent; quæ autem explicantur in Dialectica, omnibus ſcientijs ſunt communia; omnes enim definiunt, diuidunt & ratiocinantur, omnes inuenire argumenta enituntur, & ijs inuentis iudicium ad ea coaptanda, & accommodanda rei propoſitæ adhibent, quæ nemo facilè tenet, niſi qui Dialectica inſtructus ſit; eſt igitur Dialectica ante cæteras ſcientias tradenda, ſi cæterę, ut oportet, comparandę ſunt.

Ad hæc, priùs diſponi debet agens ad rectè & expeditè agẽdum, quàm actio ab eo rectè & expeditè exeat; atqui intellectus noſter eſt agens in acquiſitione ſcientiarum; igitur ſi ſcientiam aliquam aſſequi cupit, priùs ſe diſponere debet ad rectè, & expeditè intelligenda ignota ex ijs, quæ nouit; hæc autẽ diſpoſitio fit per Dialecticã; diſcenda igitur ante omnia eſt Dialectica. Atque hac ratione utitur D. Aug. 2. lib. de ordine. [ Quando, inquit, ratio ad alia fabricanda tranſiret, niſi ipſa ſua priùs quaſi machinamenta quædam, & inſtrumenta diſtingueret, notaret, dirigeret, proderetque ipſam diſciplinam diſciplinarum, quam Dialecticam uocant? Hæc docet docere, hæc docet diſcere, in hac ſe ipſa ratio demonſtrat, atque aperit, quę ſit, quid velit, quid valeat; ſcit ſcire, ſola ſcientes facere non ſolùm vult, ſed etiam poteſt. ] Eadem ratione vtitur Boëtius ad Topica Cic. [ Ratio inquit, niſi uia quadam proceſſerit, ſępe in multos neceſse eſt labatur errores. Quod ne paſſim fieret, atque vt certis regulis tractatus inſiſteret, viſum eſt antiquę Philoſophię ducibus, ut ipſarum ratiocinationum, quibus aliquid inquirendum eſſet, naturam penitus diſcuterent, ut his purgatis, atque compoſitis, vel in ſpeculatione ueritatis, uel in exercendis uirtutibus uteremur. ]

cap. 13.

Auguſtini dicta de neceſſitate Dialecticæ.

Dicta Boëtij.

Comment. lib. 1.



Digitized by Google

Solam Dialecticam probabilia artificiosè tractare.

Prętereà ueritas apud nos probabilium rationum frequenti tractatione detegitur; sola autem Dialectica potest artificiosè tractare probabilia in quauis materia; est igitur ante omnes alias scientias discenda. Huc spectat illud Parmenidis apud Platonem [Collige, inquit, te ipsum, diligentiùsque te in ea facultate exerce, quę inutilis esse videtur multis, & quędam garrulitas nuncupatur, dum iuuenis es; alioquin te veritas fugiet.] &, quod post pauca scriptum est [Ignorant, inquit, multi absque hoc per omnia velut discursu & errore, impossibile esse mentis veritati coniunctę compotem fieri.] In Parmenide Sectione 5.

Multos errores Veterum ab ignoratione Dialecticę profectos.

Postremò, veteres Philosophi summo studio in inuestigatione ueritatis posito, in multos tamen errores propter ignorationem Dialecticę inciderunt; est igitur ante omnia necessariò discenda Dialectica, si absque errore cęterę scientię discędę sunt. Vnde est illud Stoicorum, quod Laërtius refert in vita Zenonis Cittici, Absque cognitione Dialecticæ sapientem in oratione sine lapsu non futurum. Lib. 7.

Atque hęc est omnium Philosophorum sententia de necessitate Dialecticę ad cęteras scientias capessendas; pro qua lege Albertum initio Logicę, D. Thomam, & Ægidium Romanum initio Posteriorum, prętter Gręcos initio Prædicamentorum, & prioris Analyticæ. Vnum aut alterum refert Ammonius sensisse, primam omnium discendam esse Physicam; sed ea opinio satis superque refutata relinquitur ex ijs, quæ dicta sunt.

## *Dissoluuntur argumenta initio proposita.* SECT. III.

AD primum igitur argumentum eorum, quę initio proposita sunt, dicendum est, primos Gręcię Philosophos, quique sapientes dicti sunt, non ita nactos esse scientiã rerum naturalium, ut eorum Philosophia erroribus caruerit: hoc enim sæpè illis obijcit Arist. quòd propter ignorationem disserendi, quam cõmuni nomine, quasi proprio ἀπαιδευσίαν hoc est, ineruditionẽ appellat, sæpe hallucinati sint. Alia ratio est de Mathematicis, qui propter materiæ suę certitudinem, & perspicuitatem non tantopere indigent Dialectica. Quod uerò ad Iurisperitos attinet, cùm leges, & decreta, in quibus uersantur, sint conclusiones deductæ ex principijs Moralium scientiarum, nec apud eos valde curetur, quo pacto ea ex proprijs principijs oriantur; efficitur, vt nisi accedant ad Iuris peritiam Moralibus scientijs instructi, veram scientiam non assequantur. Quare cùm Morales scientiæ difficilè sine Dialectica comparari possint, consequens est, ut Iurisperitia multò difficiliùs, sine ea in modum scientiæ acquiratur. Id quod Cic. quod ad ius ciuile attinet, animaduertit in libro de claris Orat. Sic Brute, inquit, existimo Iuris Ciuilis magnum usum, & apud Scæuolam, & apud multos fuisse; artem in hoc

Cur Mathematici non magnopere Dialectica indigeant.

Vtriusque iuris scientiam sine Dialectica difficilè posse comparari.

Digitized by Google

Hoc uno: quod nunquam feciſſet ipſius Iuris ſcientia, niſi eam præterea didiciſſet artem, quæ docet rem vniuerſam tribuere in partes, latentem explicare definiendo; & quæ ſequuntur.

Ad ſecundum argumentum dicendum eſt, poſſe quidem omnes ſcientias abſolutè, ac ſimpliciter ope ſolius naturalis Dialecticæ comparari, ut diximus, idque concludere argumentum. Cæterùm non eſſe parem rationem in arte Dialectica, atque in cæteris; vt facilè, ac expeditè in nobis gignantur. Qui enim ſine Dialectica cæteris ſcientijs ſtudent, ſimul dant operam, & rebus, quas ſcire cupiunt, & examinandis ipſis diſſerendi formulis, quibus vtuntur. Qui uerò ſoli Dialecticæ incumbunt, ſolis diſſerendi modis, in quibus continentur modi ſciendi, ſtudium adhibent. Quare etſi vtriſque ſatis eſt naturalis, ſiue inchoata Dialectica, multò tamen faciliùs Dialectica ipſa per ſe, quàm vlla alia ſcientia, ſine Dialectica, in modum ſcientiæ acquiri poteſt.

Tert. 2.

Cur faciliùs Dialectica ipſa per ſe, quàm vlla alia ſcientia ſine Dialectica acquiratur.

Ad tertium dicendum eſt, & tardis, & ingenioſis neceſſariam eſſe Dialecticam artificioſam, vt expeditè reliquas ſcientias acquirant; modò Dialecticæ nomine non intelligatur Sophiſtica, quæ ſæpe honeſto Dialecticæ nomine ſe uenditat (hæc enim utroſque impedire ſolet) nec nimia ſit in ea arte tradenda præceptorum accumulatio. Hoc enim pacto rectè probat argumentum, non eſſe eam neceſſariam; idque uult D. Aug. in loco citato: alioqui proximè affirmauerat, plurimùm prodeſſe Dialecticam. [Illa uerò (inquit) concluſionum, & definitionum, & diſtributionum pars (uocat partem humanarum diſciplinarum Dialecticam) plurimùm intellectorem adiuuat: tantùm abſit error, quo uidentur homines ſibi ipſam beatæ vitæ veritatē didiciſſe, cùm iſta didicerint: quanquam plerunque accidat, ut faciliùs homines eas res aſsequantur, propter quas aſsequendas iſta diſcuntur, quàm talium præceptorum nodoſiſſimas, & ſpinoſiſſimas diſciplinas]

Ibidem.

Auguſtini locus pro utilitate Dialecticæ.

Ad quartum dicendum eſt, tria eſse potiſſimùm, quæ Dialectica obſcuriorem faciunt, quàm ipſa ſuapte natura ſit. Vnum eſt, quòd in ijs libris Dialecticæ, quos habemus ab Ariſt. conſcriptos, præſertim in Analyticis, multa afferantur exempla Geometrica, quæ non niſi ab ijs, qui in principijs Geometriæ uerſati ſunt, facilè percipiuntur. Quod ideo fecit Ariſt. quia ea ætate huiuſmodi principia ante Dialecticam tradebantur. Vnde erat illud Platonis pro foribus Academiæ inſcriptum. Nullus expers Geometriæ huc ingrediatur. Huic tamen incommodo facilè occurri poſſet, ſi auditoribus, nondum imbutis Geometria, alia exempla proponerentur. Neque enim pendet Dialectica à certo aliquo exemplorum genere. Alterum eſt, quòd multæ quæſtiones, ac difficultates, quæ ad Metaphyſicum re uera pertinent, in ea arte miſceantur; quod vitium huius ætatis proprium uideri poteſt. Naſcitur autem hoc uitium ex affinitate, quæ Dialecticę cum Metaphyſica intercedit, ob quam ſi quis uelit diligentiùs per ſequi, atque exsutere ea, quæ Dialecticæ propria ſunt,

Prima cauſa maioris obſcuritatis Dialecticæ.

Secunda.



Digitized by Google

ſtatim pro Dialectica Metaphyſica reſpondet. Verùm quoad fieri poteſt mitiùs agendum eſt cum Dialectica, nec ſubtiliora quæque ab ea importunè exigenda, ſed expectanda ſuo loco Metaphyſica, quæ prouectis iam Philoſophiæ alumnis, & ſuarum rerum, & Dialecticarum accuratã rationẽ reddet. Tertium eſt, quòd à pleriſque nimia exercitatio Dialectica in ipſa materia Dialecticæ ponitur: quo morbo ſuperiores Dialectici magis laborarunt. Hinc.n.tam multa, tamq; ſpinoſa naſcuntur ſophiſmata, ut ingenia potiùs lacerẽt, quàm doctrinæ fructu robuſtiora reddãt. Huic malo, ex quo plus interdum detrimenti, quàm ex ſuperiori accipitur, ſic occurrendum uidetur, ut uſque eò exerceantur adoleſcentes in materia propria Dialecticæ, dum planè intelligantur res, de quibus agitur, & præcepta ea, quæ uſui in alijs artibus futura ſint. Reliqua enim diligentia, inutilis potiùs curioſitas, quàm Dialectica exercitatio credenda eſt. Itaque breui expedienda ſunt præcepta, & relinquenda materia Dialecticæ, ut præcipua eius exercitatio in materia aliarum ſcientiarũ, hoc eſt in rebus ſolidioribus, ponatur. Quod Veteres faciebant, apud quos tota ferè Dialectica exercitatio conſumebatur in diſputatione de uirtutibus, de uitijs, de rebus naturalibus, de ijs denique, quæ magis extant, atque eminent; non de notionibus notionum, nec de cõtortis ſophiſmatis, in quibus rebus nullam utilitatem affert longior exercitatio, ſed magnum potiùs detrimentum, & pretioſi temporis iacturam. Itaque, qui totam exercitationẽ Dialecticã in ſola materia Dialecticæ ponunt, & diutiùs, quàm par eſt, in ea uerſantur, perſimiles uidentur eſse ijs, qui in libra, & lancibus probè examinandis totam libræ utilitatem ſitam eſse crederent, neq; unquàm lancibus quicquam ponderarent. Itemq; ijs, qui totum id temporis, quod ad ſcribendum datur, in aptando calamo conſumunt. Nam, ut hi nulla forma inciſionis contenti, uſque eò ſæpe calamum incidunt, dum qua parte ſcribant, uix ullam relinquant; ſic illi, cùm nouis in dies intra huius artis fines commentis inueſtigandis dant operam, aliquid ſemper latere arbitrati, quod longiori ſtudio, & maiore induſtria erui poſſit; tùm demum ad alias artes comparandas ſe conuertunt, cùm eis tempus ad id agendum opportunum deeſt. Hęc ferè ſunt, quæ obſcuriorem faciunt Dialecticam, quàm ipſa ſuapte natura ſit. Sed, ut ad ſolutionem argumenti ueniamus, quia negandum non eſt, hanc diſciplinam, etiam ratione rerum, de quibus agit, eſſe alijs nonnullis obſcuriorem; addendum, Non omnino ſemper à facilioribus ad difficiliora progrediendum eſſe ordine doctrinę, ſed quoad fieri poteſt, ut in Dialecticis Inſtitutionibus diximus. Nonnunquam enim contrà faciendũ eſt, cùm res difficilior non pendet ex faciliori, & tamen ea, quę facilior eſt, perfectè tradi non poteſt, niſi difficilior præmittatur. lib. 7. cap. 39.

Ad quintum dicendũ eſt, cùm Dialectica ad alias ſcientias perdiſcendas neceſſaria eſſe traditur, de Dialectica, ut eſt à rebus auulſa, propriè dictum eſſe accipi debere. Hoc enim pacto tradit illa omnes ſciendi modos.

Tertia.

Quouſq; progredi debeat dialectica exercitatio.

Quibus ſimiles ſint qui diutiùs, quã par eſt, in Dialectica verſantur.

Ordo doctrinæ.

Digitized by Google

dos. Verùm Dialecticam hoc pacto acceptam, nõ fuisse auulsam, & quasi desumptam ex rebus in alijs iam scientijs perfectè traditis, sed naturali tantùm discursu cognitis.

Ad ultimum dicendum est, cùm principia omnia Dialecticæ artis ad principia Metaphysicæ reuocentur, & eisdem innitantur, quemadmodũ & cęterarum omnium scientiarum principia; nõ ideo colligendum, esse Dialecticam omnium scientiarum maximè sibi sufficientem, quia sit prima ordine doctrinæ. Sola enim ea scientia, quæ est prima ordine naturę, & cuius principia ad alia priora principia non reuocantur, iudicanda est sibi sufficiens, si modò scientia ulla sibi omnino sufficiẽs dici potest, cùm omnes quibusdam alijs indigeant, si non à prioti, certè à posteriori.

Quæ scientia omnium nobilissima existimari debeat.

Atque hęc dicta sint, ut intelligatur, meritò docuisse hoc cap. Aristotelem, Si quis uelit ordine apto capessere quamlibet scientiã, discendã ei esse ante omnia Dialecticam. Num autem, & illud, quod adiungit, uerum sit, Physicam ante Metaphysicam discendam esse, nunc examinandum.

## VTRVM NATVRALIS PHILOSOPHIA, ET Mathematicę, doctrinę ordine Metaphysicam antecedant. QVÆSTIO V.

*Argumenta pro utraque parte.* SECTIO PRIMA.

TRIA docuit Arist. ad finem huius cap. Primum, ante omnes scientias, quæ modum sciendi non tradunt, discendam esse Dialecticam; id quod à nobis expeditum est. Alterum, accuratam sciendi, & demonstrandi rationem, Mathematicorum esse propriam, nec eam quærendam esse, nisi in ijs, quæ carent materia sensibili; qua in re nos lib. 13. illud disquiremus, num Mathematicæ accurata demonstrandi ratione utantur, quod à Recentioribus quibusdam negatur; aliasque nonnullas eius materiæ quæstiones tractabimus. Tertium est, Philosophiam naturalem antecedere doctrinæ ordine Metaphysicam, de qua re nunc agẽdum, facta simul collatione Philosophię naturalis, & Metaphysicę cum Mathematicis, ut doctrinę ordo inter omnes contemplatiuas scientias perspiciatur.

Occasio quæstionis.

Ac Physicã antecedere doctrinę ordine Mathematicas, & Metaphysicã, his duabus potissimùm rationibus ostendi uidetur. Entia Mathematica abstrahũtur à materia sensibili, sed nõ ab intelligibili; entia aũt Metaphysica sunt abstracta à sensibili, & intelligibili: id autẽ, à quo aliquid abstrahitur, est priùs cognitũ à nobis doctrinę ordine, cùm sit cognitioni sensitiuę propinquius, quàm quod abstrahitur; sunt igitur entia sensibilia notiora doctrinę ordine, quàm mathematica, & metaphysica entia; at sensibilia

Primum argumentum eorum, quibus uidetur ostendi Physicam antecedere Mathematicas, & Metaphysicã.

Digitized by Google

sibilia tractantur in Physica,&mathematica in Mathematicis:sunt igitur Physica, & Mathematicæ priores doctrinę ordine, quàm Metaphysica.

2 Pręterea, quæ sunt compositiora, sunt nobis notiora, ac proinde doctrinę ordine priora: quæ autem cadunt sub Physicam,& Mathematicas, compositiora sunt, quàm quæ sub Metaphysicam, quippe cùm physica constent materia,& forma, mathematica autem partibus integrantibus, quibus partium generibus Metaphysica non constant: sunt igitur Physica scientia,& Mathematicæ,doctrinę ordine priores Metaphysica.

Argumenti primum pro parte opposita.

Attamen,quòd pars opposita sit uerior, his argumentis concluditur. Quę sunt communiora priùs discenda sunt,ne is,qui docet, sępius eadē communiora in explicatione minùs communium repetere cogatur, ut Arist. pręclarè docet primo de part. animal. cap. 4. cōstat autem,ea,quę tractantur à Metaphysico,esse communiora ijs,quę à Physico,& Mathematico traduntur; est igitur Metaphysica prior doctrinę ordine, quàm Physica,& Mathematicę omnes.

2 Præterea, scientiæ, quæ agunt de notioribus nobis, sunt priores ordine doctrinæ; semper enim procedimus ab ijs, quæ nobis notiora sunt, cùm huiusmodi ordinē seruamus: at Metaphysica agit de vniuersalioribus,quæ in procemio Physicorum dicuntur notiora nobis: est igitur Metaphysica prior doctrinæ ordine, & Mathematicis, & Physica. c.1.tex.3.& 4.

3 Præterea, quæ scientiæ agunt de ijs,ad quorum intelligentiam paucio ra requiruntur,eæ sunt ordine doctrinæ priores;id quod est luce clarius: huiusmodi autem est Metaphysica cum Physica & Mathematicis collata; siquidem agit de ente, vno, & cæteris communissimis attributis, ad quorum intelligentiam multò pauciora requiruntur,quàm ad perceptionem entis naturalis, & mathematici: est igitur Metaphysica & Mathematicis scientijs & Physica, naturæ ordine prior.

4 Item, ea scientia est prima doctrinę ordine,à cuius principijs pendent cæterarum omnium principia; quandoquidem principijs, & quasi fundamētis haud stabilitis nihil potest firmiter doceri: atqui omnium aliarum principia innituntur principijs metaphysicis: ergo negari non potest, quin Metaphysica sit ordine doctrinæ prima.

5 Ad hæc, ea scientia, quæ cæteris omnibus præscribit, ac tribuit subiecta, est prima doctrinæ ordine: nulla est autem alia, quæ id possit efficere, nisi Metaphysica; quandoquidem cæteræ omnes partem aliquam tātùm entis considerant, non totum ens: est igitur Metaphysica ordine doctrinæ omnium scientiarum prima.

Sententia.

Digitized by Google

## *Sententia eorum, qui putant, libros Physicorum pertinere ad Metaphysicam, & eius refutatio.* SECTIO II.

Ant. Mirand. de sing. cert. lib. 15. & sequentibus.



VOD igitur attinet ad comparationem Physicę cum Metaphysica, nō desunt ex Recentioribus, qui hanc illi præponant doctrinæ ordine, idque ea peculiari ratione, ac sua persuadere enitantur, quòd credant, octo Physicorum libros (de quibus nemo dubitat, quin doctrinæ ordine antecedant reliquos Physicæ disciplinæ) esse Metaphysicos; quod his argumentis confirmant.

Primùm, Quia Physica (vt aiunt) incipit à libris de Cœlo, vt patet ex Proœmio eius operis, quod planè est commune toti Physicæ. Primum argumentum.

Cap. 1.

Deinde, Quia lib. Physicorum agunt de substantia, vt substantia est, eiusque affectionibus, cùm in eis quærantur, ac tradantur principia, & causæ substantię eodem modo, quo in primo lib. Metaphysicorum. Nihil enim differt vtraque tractatio in ea re, siue impugnationem aliorum Philosophorum spectes, siue Aristotelicę sententiæ constitutionem. 2

Tertiò, Quia vtroque in opere eodem modo, ijsdemque verbis agitur de causis, vt nihil sit aliud tractatio earum in libris Metaphysicorum, quàm repetitio quædam ex Physicorum libris. 3

Quartò, Quia quæstio ea, quam Arist. tertio libro huius operis cap. primo proponit, & cap. 2. pro vtraque parte discutit, definitur libro secundo Physicorū cap. 7. Num videlicet omnia causarum genera ad eundem artificem pertineant. 4

tex. 2. & 3. à tex. 68.

Quintò, quia ad Metaphysicum spectat, demōstrare veras substantias separatas esse, & falsas ac inanes illas Platonicas non esse; quas quæstiones pollicetur Arist. lib. sequenti se in hoc opere tractaturum, easdemq; definit, ac determinat lib. 12. & sequentibus. Cùm igitur octauo etiam libro Physicorum demonstretur, dari veram aliquam substantiam separatam, quæ sit primum mouens; perspicuum est, opus illud esse Metaphysicum. Nec audienda est, inquiunt, trita illa quorundam distinctio, & Physicum, & Metaphysicū agere de substantijs separatis, alia tamen atq; alia ratione; vt Physicus demonstret eas esse, Metaphysicus autem, quænam sit earum natura, quæ proprietates. Namque demonstrare substantias separatas esse, nihil aliud esse putant, quàm demonstrare eas esse materiæ expertes; ex quo attributo aiunt colligi posse attributa omnia, quæ Metaphysicus de substantijs separatis tradit. 5

cap. 1. tex. 2. c. 6. à tex. 45.

Sextò, quia ad Metaphycū pertinet agere de motu, ut motus est, de quo tamen eodem pacto agitur in libris Physicorū. Prior propositio ex eo primùm patet, quia Metaphysicus per motum demonstrat immobiles substantias esse, vt ex lib. 12. huius operis perspicuum est. Deinde, quia motus est quædam differētia entis, vt ens est; diuiditur enim ens in id, quod mouetur, & in id, quod non mouetur. Postremò, quia actus dicitur primùm 6

l. c. 6. & tex. 89.

Digitized by Google

mum de motu, vt Arist. docet nono huius operis lib. cap. 3. Metaphysici autem est agere de actu & potentia, magisq; de actu, quàm de potentia. tex. 7.

7 Postremò, quia Arist. planè docet extrema particula huius libelli expli candum esse à Metaphysico, quid sit natura, cùm sic ait; Quocirca considerandum est primùm, quid sit natura: at in lib. Phys. ex instituto agitur de Natura. Ita putant se probasse, libros Physicorum esse verè metaphysicos, atque adeo Metaphysicam vel hac vna de causa antecedere ordine doctrinæ Physicam.

Impugnatur hæc opinio ex variis Aristotelis locis.

Verùm hęc opinio de libris Physicorũ, vt noua est, & inaudita, ita nullo modo probanda. Id quod primùm patet ex eorũ auctoris sententia; deinde ex re ipsa. Nam quod ad auctorem attinet, vel ex ipsà librorum inscriptione cõstat, eos libros pertinere ad Physicã; inscripti enim sunt, de Physica auscultatione, tanquam qui accuratissimi esse iudicentur eorum, qui ad Physicam spectant. In ipso etiam proœmio operis apertè ait Aristoteles, agendum sibi esse de principijs Naturalis scientiæ, quo nihil clarius. Tum secundo primi lib. capite docet, impugnationẽ Parmenidis, & Melissi dicentiũ, omnia esse vnũ quid, atque immobile, nõ ad eam disciplinã propriè pertinere, sed ad superiorem scientiã, quòd & neget motum, quo negato necesse sit naturam negare, & omne principium de medio tollat: sed tamen operępretium esse contra eam opinionem disserere, eò quòd si minùs de natura est, tamen aliquot quęstiones naturales coniunctas habeat eius tractatio. Deinde in fine primi libri reijcit disputationem de formis separatis, ad primam Philosophiam, quòd nõ sit naturalis, vt ea, quę agit de formis rerum, quę gignuntur, & intereunt: quod rursus exponit 2. lib. cap. 2. Denique in his libris primę Philosophiæ, ad quam huius opinionis auctores Physicorum libros pertinere existimant, multa repetit Aristoteles ex libris Physicorum, tanquã ex inferiori scientia, quam uocat scientiam de Natura, ad quorũ differentiam inscripsit hoc opus, Post naturalia. Id autem vel ex initio disputationis, quam cum Veteribus inijt libro primo, intelliges, cùm alludens ad tractationem de causis, quæ habetur secundo Physicorum cap. 3. sic ait. De his quidem, & si satis disputatum est in libris de Natura; tamen &c. Ita non est dubium, quin opinio hæc pugnet cum Aristotelis sententia. tex. 8. & 12. tex. 83. tex. 26.

Ex Philosophiæ naturalis subiecto.

Quòd uerò ex re ipsa falsa esse comprobetur, hoc vno argumento patet; subiectum Physicæ est ens naturale, siue mobile, vt Aristoteles docet sexto libro huius operis cap. primo, & omnes fatentur; neq; aliud inueniri potest, quo Physica distinguatur à Metaphysica, & Mathematicis: in nullo autem libro Physicæ scientiæ de eo agitur, ut tale est, nisi in libris Physicorum, quippe cùm in eo solo opere agatur de eius principijs, causis, & affectionibus: sunt igitur libri Physicorum Physicæ scientiæ, non Metaphysicæ. tex. 2.

Reſpõſio aduersariorum.

At dicunt, omnes scientias, si ex natura rei loquendum est, esse partes vnius tantùm, atque eiusdem scientiæ rerum omnium, quam nos Metaphysicam

physicam appellamus; neq; distinctas esse à Philosophis, vt diuersas scientias, nisi propter commoditatem nostram; esse autem commodissimum, tractationem rerum naturalium in commune, Metaphysicæ tribuere, & incipere Physicam ab explicatione eorum, quę traduntur in libris de Cœlo. Verùm neque rectè dicunt, neque ad rem. Primùm enim, non sola commoditas nostra, sed natura quoque rerum, scientiarum distinctionē induxit. Quæ enim naturæ affinitate coniunctæ sunt, & eundem tractationis modū postulant, ad eandem scientiā suaptè natura pertinent. Quare si res physicę, quatenus mobiles sunt, diuersum modū tractationis sibi vendicant ab eo, quo res mathematicæ, ac metaphysicæ tractari volunt; ergo agere de ente mobili, vt mobile est, non ad Metaphysicā, aut Mathematicas, sed ad Physicā pertinebit. Deinde, Si cōmoditas nostra spectetur, potiùs tribuendum est Physicæ cōmune aliquod subiectum, in quo ipsa primò & adæquatè versetur, quàm particularia tantùm, & inadæquata; quæ tamen sola hi Physicæ subijciunt. Præterea, longè cōmodius est si in qualibet scientia tractentur ea, quæ adęquatè communia sunt rebus omnibus particularibus, siue specialibus, quæ in ea explicantur, quàm si eorum cognitio aliunde petatur. Adde, si commoditas nostra mouit Philosophos, vt partes vnius communis scientiæ, quasi diuersas scientias distinguerent; cur hactenus attributi sunt ab omnibus libri Physicosum, scientiæ Physicæ? An non quia omnes commodius id esse iudicarunt? Postremò, non est credendum, ita Aristotelem spectasse commodum nostrum in distinctione scientiarum, vt bis in eadem, eodemque modo eadem tractanda existimauerit; esset enim id superuacaneum, & incommodum: at hi dicunt, causas, & principia rerum naturalium eodem modo tractari in libris Physicorum, & Metaphysicorum: quod tamen non necesse est dicere, si alterum opus tribuatur Physico, alterum Metaphysico propter diuersam rationem tractandi Physicam & Metaphysicam, vt mox patebit.

Impugnatio.

## *Dissoluuntur argumenta impugnatæ opinionis.*

## SECTIO III.

AD primum igitur eorum argumentum dicendum est, pauca illa verba, quæ initio librorum de Cœlo præfatiunculam efficiunt, non esse procœmium totius Physicæ, sed esse breuem sumam eorum, quę traduntur in Physica, quā prę misit Aristoteles, ne ex abrupto opus illud inchoaret. Accedit, quòd illa pars Physicæ est ordine naturę prima earum omnium, quæ in specie agunt de rebus naturalibus, & quodammodò cæteris communis: quo fit, vt non mirum sit, si eius quoque prefatio suo modo sit communis.

Ad secundum non desunt, qui distinguant substantiam corpoream in

Respōsio quorundam di-

Distinguentium corpus Physicum à Metaphysico.

corpus Physicum, & Metaphysicum. Physicum corpus appellant substantiam corpoream, vt est affecta qualitatibus sensibilibus; metaphysicum, vt illas præcedit naturæ ordine, & sola quantitate affectum est. Quod quidem si verum esset, facilè distingueretur tractatio de substantia corporea,

Impugnatio.

quæ in Physicis libris habetur, ab ea, quæ in Metaphysicis. Verùm hæc distinctio nullo modo est admittenda. Primùm, quia si intelligunt, substantiam corpoream esse corpus physicum, quatenus includit qualitates sensibiles, atque ex ijs componitur, falsum id est: nulla enim substantia constat accidentibus. Atque eadem ratione non erit substantia corporea corpus metaphysicum, si intelligatur constare quantitate. Si verò intelligunt substantiam corpoream, vt habet ordinem, & propensionem naturalem ad qualitates sensibiles: verum quidem dicunt, sed eodem pacto dicant oportet, substantiam corpoream, vt habet ordinem ad quantitatem, esse corpus physicum. est enim huiusmodi ordo nihil aliud, quàm

Quid sit ordo substantiæ ad sua accidentia.

ipsa naturæ inclinatio, & propensio, quæ vt præcedit qualitates sensibiles, ita etiam præcedit quantitatem. Deinde, quia Physicus distinguit substantiam corpoream non solum à qualitatibus, sed etiam à quantitate; percipit igitur substantiam corpoream, non solùm vt est prior qualitatibus, sed etiam quantitate. Tertiò, quia Physicus agit de substantia corporea, vt constat materia, & forma; hoc autem pacto substantia præcedit naturæ ordine non modò qualitates, sed etiam quantitatem ipsam. Ita inanis est distinctio corporis in physicũ, & metaphysicum: tametsi physicum corpus (quod dixerim ad distinctionem mathematici) alio fine

Vera argumenti solutio.

tractetur à Physico, alio à Metaphysico. Dicendum est igitur ad argumẽtum, neque ex ijs, quę dicuntur in libris Physicorum, neque ex intentione auctoris in eo opere colligi posse, agi in ijs libris de substantia secundum communem rationem substantiæ; sed de substantia naturali, siue mobili, vt talis est.: in primo autem Metaphysicorum, si non ex re ipsa (quæ enim ibi de principijs rerum dicuntur, ad res tantùm naturales pertinent) certè ex intentione Philosophorum, quorum Aristoteles sententias examinat, perspicuum est disputari de principijs substantiarum, vt substantiæ sunt: omnes enim veteres putabant, se tradere principia, & causas omnium omnino substantiarum, vt Arist. sępe scribit, cùm tradebant sensibilium.

Ad Tertium dicendum, aliter agi de causis in libris Physicorum, aliter in libris Metaphysicorum, vt explicauimus ad finem vltimi capitis primi libri. Q. 1. sect. 2.

Ad quartum dicendum est, non tractari formaliter, & ex instituto in secundo Physicorum capite septimo quæstionem illam, vtrum ad vnam & eandem scientiam spectet, omnia causarum genera iuxta primas, ac summas earum rationes considerare (sic enim quæstio intelligenda est, & hoc pacto ad Metaphysicũ pertinet eius determinatio) sed, num Physicus per omnia causarum genera demonstret: tametsi ibi innuitur, inter

causas

Digitized by Google

causas efficientes, & quod consequens est, inter finales, per quas Physicus demonstrat, dari aliquas superiores, quarum plena tractatio ad Physicum non pertineat. Vnde illud colligi potest, causas, vt causæ sunt, nõ ad Physicum pertinere, sed tantùm vt sunt coniunctæ cum motu, ac proinde primam causarum distinctionem Metaphysici propriam esse.

Causas, ut causę sunt, ad Metaphysicu spectare.

Ad quintum dicendum est, etsi Physicus demonstrat substantias separatas esse, ad Metaphysicum tamen spectare, ut perfectè ostendat, quæ nam, & quales substantiæ illæ sint, vt patebit lib. 12. atque in hoc sensu rectè occursum erat argumento. Ad id autem, quod obijcitur, idem esse demonstrare, eas esse, atque demonstrare, esse materiæ expertes, etsi nõ est verum formaliter (quemadmodum non idem formaliter est, ostendere primum mobile esse, atque probare illud esse corporeum) quia tamen in idem incidit, respondendũ est, quanquã Physicus demonstrat aliquã, aut aliquas substantias esse materię expertes, ne detur progressus infinitus in ijs quę ita mouent, ut moueantur etiam; tamen nũ eæ sint naturæ intellectiuæ, id iam cum alijs plerisque earũ attributis à Metaphysico ostẽdi. Inuento enim genere rerum immaterialium, ex quo alia superior scientia nascitur; nihil amplius curat Physicus de eo agere, nisi vt de primo genere causarum mouentium. Itaque cætera omnia, quæ de substantijs separatis dici possunt, quæ ad motum non pertinent, relinquit Physicus Metaphysico; etiam si quis contendat, ea colligi posse ex separatione à materia, de qua re pleniùs libro 12.

Diuerso modo Physicũ, & Metaphysicum agere de substantijs separatis.

Ad sextum dicendum est, aliter pertinere motum ad Physicum, aliter ad Metaphysicum. Pertinet enim ad Physicum propriè, & ex peculiari officio, quo versatur in certo rerum genere; ad Metaphysicũ autem ex communi cura, quam sibi vendicat distinguendi ens in prima rerum genera, & constituendi subiecta cuiusque scientiæ. Quia uerò natura, à qua ens naturale cognominatur, sine motu mutatione'ue intelligi non potest; ad Metaphysicũ quoque pertinet cõsideratio de motu. Vnde non mirũ est si ipse etiam Metaphysicus per motũ demõstret, substantias separatas esse. Nec item, si per motum, seu potiùs per aptitudinem ad motũ distinguat substantias in mobiles, & immobiles. Nec denique si agat de motu, ut de primo actu; præsertim cùm non agat de eo, vt de primo, ordine naturæ, sed cognitionis nostrę, quo pacto libro nono intelligendũ est, actum dici primùm de motu.

Quo pacto motus ad Physicum, & quo ad Metaphysicum spectet.

Ad ultimum patet responsio ex ijs, quę dicta sunt in expositione contextus. Neque enim sensus eorum verborum est, Agendum primò esse in Metaphysica de natura, sed in Physica: aut, Agendum priùs esse de rebus naturalibus, quàm de ijs, quę propria, & peculiari ratione ad Meaphysicum pertinent, ut eo loco dictum est.



Digitized by Google

*Physicam, & Mathematicas ordine doctrinæ esse simpliciter, & absolutè priores Metaphysica.* SECTIO IIII.

Prima conclusio.

TRIBVS igitur assertionibus expedienda est proposita quæstio, quarum prima sit; Physicam, & Mathematicas scientias esse priores Metaphysica ordine inuentionis. Hęc assertio duobus argumentis initio quæstionis propositis ostendi potest. Nam cùm duo genera rerum immaterialiũ tractentur à Metaphysico; vnum earũ, quę & consideratione, & re ipsa expertes omnino sunt materiæ, veluti substantię cœlorum motrices; alterum earum, quæ etsi consideratione expertes sunt materiæ, tamen re ipsa partim materiales sunt, partim immateriales, cuiusmodi sunt substantia, quę genus summum est, & cætera omnia prædicata, quę rebus materialibus, & immaterialibus sunt communia; neutrum eorum nisi per abstractionem à rebus materialibus, & sensibilibus cognosci à nobis potest. Quæ enim primò se nobis offerunt, sensibilia sunt, ex quibus ea, quæ non sentiuntur, colligi debent. Eodem modo cùm nobis primò sint obuiæ res compositæ, nullo modo simplices, nisi compositarum adminiculo, intelligere possumus; res autem purè metaphysicæ, si sint prioris generis, sunt simplices re ipsa; si uerò posterioris, sunt ratione, siue conceptu simplices. Dico autem [purè metaphysicæ] vt excludantur eæ, in quibus Metaphysicus cum alijs artificibus communicat, cuiusmodi est ens naturale, in quo communicat cum Physico; numerus, in quo cum Arithmetico; & magnitudo, in qua cum Geometra, quę iam compositę sunt, & materiæ sensibilis, aut intelligibilis participes. Cõfirmatur etiam conclusio ex vniuersalitate rerum, quæ sub hanc scientiam cadunt. Sunt enim maximè vniuersales, aut in causando, aut in prędicando, ut dici solet; vtrumque autem genus vniuersalium est cognitu difficillimum, ut patet ex 2. cap. primi libri; at quę sunt cognitu difficillima, sunt ultima inuentionis ordine.

Duplex genus rerum, de quibus Metaphysicus agit.

Vniuersalia esse cognitu difficillima.

Secunda conclusio. Ordo doctrinæ.

Secunda assertio sit; Metaphysicam esse priorem Physica, & Mathematicis ordine exquisitæ doctrinæ. Quæ conclusio ex eo perspicua est, quia tum demum seruatur ordo exquisitæ doctrinę, cùm proceditur à primis principijs, & causis rerum, de quibus agitur, ad principiata & causata, & à magis vniuersalibus ad minùs vniuersalia; hoc autem modo progreditur is, qui à rebus, quę traduntur in Metaphysica, ad eas, quę tractantur in cęteris scientijs, descenderit. Atque hoc idem ostendunt argumenta omnia, quę in prima sectione pro parte negatiua adducta sunt; quę faciliùs intelligẽtur, si nonnulla eorum, quę dicta sunt ad caput secundum primi libri, repetantur. Hinc colliges, neminem posse scientiam ullã perfectè assequi sine Philosophia prima. Quod idem siue noster Aristoteles, siue alius quidam huius nominis, quem Eusebius Cæsarienſis libro vndecimo de præparatione Euangelica vocat Aristotelẽ Peripateticum, hunc in mo-

Nullam scientiã posse perfectè comparari sine prima Philosophia.

q. 2.

Cap. 1.

in modum ex Platonis ſententia ſcribit. [Plato primus dixit, primum eſſe de natura vniuerſi negotium; alterum de hominibus; tertium de oratione: putauitque, non poſſe nos res humanas perſpicere, niſi priùs diuinas intellexerimus. Nam quemadmodũ Medici, cùm membra quædam corporis curare velint, ad totum priùs ſe corpus conuertunt; ſic qui velit res humanas perſpicere, naturam vniuerſorũ priùs conſiderare debet. Pars enim vniuerſi homo eſt. Bonum etiam duplex eſſe dicebat. alterum noſtri, alterum vniuerſi: principalius autem eſſe bonum vniuerſi: ab illo enim hoc profluere. Quam rationem Ariſtoxenes Muſicus ab Indis emanaſſe contendit. Indum enim quendam Athenas ait petijſſe, Socratiq; alloquentem, ab eo quæſiuiſſe, quo modo, & quid faciẽdo Philoſophus eſſet. Cumque Socrates reſpondiſſet, Si quomodo viuendum ſit homini, conſideres; riſiſſe Indum, atque dixiſſe, Neminem poſſe rectè humanas res intelligere, qui diuinas ignoret.] Illud tamen aduertendum eſt, & ſi perfectè ſimpliciter nulla ſcientia ſine prima Philoſophia obtineri poteſt; poſſe tamen perfectè unamquamque in ſuo genere.

Duplex bonum.

Præclara Indi ſententia.

Tertia aſſertio ſit; Abſolutè, ac ſimpliciter, Phyſicam, & Mathematicas eſſe ordine doctrinæ priores Metaphyſica. Quæ aſſertio his rationibus probatur. Primùm, quia eæ ſcientiæ ſunt abſolutè, ac ſimpliciter priores doctrinæ ordine, quæ agunt de ijs, quę abſolutè, ac ſimpliciter ſunt nobis notiora; at Phyſica, & Mathematicę agunt de huiuſmodi entibus, cùm ea, in quibus verſantur, ſint effecta, & principiata reſpectu eorũ, de quibus agit Metaphyſica. Deinde, quia Metaphyſica agit de ſubſtantijs ſeparatis, itemque de ijs omnibus prędicatis, quæ ſeparatis ſubſtantijs, & naturalibus ſunt communia: conſtat autem, uel ipſa experientia teſte, ſubſtantias ſeparatas longiori tempore indigere, vt percipiantur, quàm quę ad Phyſicam, & Mathematicas ſpectant. prædicata uerò communia ſubſtantijs ſeparatis, & materialibus, quatenus ſunt ſuperiora materialibus, percipi non poſſunt, niſi poſt cognitionem immaterialium, vt patet ex ijs, quę dicta ſunt ad caput ſecundum ſuperioris libri. Poſtremò, quia ordo doctrinę eſt, cùm ab ijs progredimur, quorum cognitio ad ſequentium cognitionem requiritur, ut in Dialecticis Inſtitutionibus diximus: ſimpliciter autem, & abſolutè cognitio naturalium requiritur ad cognitionem ſupernaturalium, cùm hæc ex naturalibus eſſe probentur; mathematica uerò magis ad ſupernaturalium, quàm hæc ad illorum cognitionem aſſumuntur apud Philoſophos, vt euoluenti libros harũ ſciẽtiarum perſpicuum erit. Atque hæc eſt omnium communis ſententia: neque vnus, aut alter ex Recẽtioribus huic aſſertioni repugnat, niſi quia non videntur diſtinxiſſe ordinem doctrinæ in ordinem inuentionis, & accuratæ diſciplinæ; &, cùm viderent, Metaphyſicam eſſe hoc poſteriori modo primam doctrinę ordine, crediderunt abſolutè, ac ſimpliciter dicendum, eſſe eam ordine doctrinę primam.

Tertia concluſio.

Ordo doctrinæ.

De quibus agat Metaphyſicus.

Q. 2. ſect. 3.

Lib. 7. c. 39.

Duplex ordo doctrinæ.

Quòd ſi quis opponat D. Thomam ad initium Phyſicorum dicẽtem, opus

Obiectio.

Digitized by Google

opus illud præcedere cæteros libros naturalis Philosophiæ, quemadmodum Metaphysica præcedit cæteras scientias; nihil inde conficiet. Nihil enim aliud significat, quàm quòd Metaphysica sit prima accuratæ doctrinæ ordine, quo pacto libri Physicorum præcedũt cæteros Naturalis Philosophiæ: ex qua re non sequitur, esse eam absolutè, ac simpliciter primã doctrinæ ordine. Vt enim libri de animalium historia simpliciter, & absolutè præcedunt libros de partibus animalium, & hi libros de Anima, quod ex fine præcedentium, & initijs sequentium intelligi potest; ita nisi Aristoteles in explicandis corporibus simplicibus, & mixtis imperfectis, causisq;, & principijs entis naturalis in cõmune, ordinẽ accuratę doctrinæ sequi instituisset, nõ dubium est, quin à tractatione entium particularium secundũ speciẽ ad explicationẽ entis naturalis in cõmune, eiusq; principiorũ, & causarũ processisset. Quocirca idem D. Thomas opusculo 70. eandem hanc, quam cęteri omnes Veteres, sententiã apertè sequutus est, Metaphysicã esse simpliciter, & absolutè ordine doctrinę ultimã.

D. Iudæa.

Nonnulla de ordine quorũdam librorum Aristotelis.

In Boëtium de Trinit. q. 6. art. 1.

Si quis item obijciat, cæteras omnes scientias esse subalternatas Metaphysicæ; ergo Metaphysicam esse simpliciter, & absolutè primam doctrinæ ordine; primùm quidem dicendum, Metaphysicam non subalternare sibi propriè cæteras scientias; de qua re agendum est ad initium libri quarti. Deinde, etsi omnes subalternantes, qua ex parte tales sunt, accuratæ doctrinæ ordine præcedunt subalternatas; nõ omnes tamen simpliciter, & absolutè esse ordine doctrinæ priores, ut ex dicendis patebit.

Alterius obiectionis diluitio.

## *Qui nam sit doctrinæ ordo, inter Physicã, & Mathematicas.* SECT. V.

Aperitur difficultas quæstionis.

RELIQVVM est igitur, ut cõferamus Physicam cum Mathematicis; in qua re non nihil est difficultatis. Nam, quia mathematica entia abstrahuntur à naturalibus, in quibus existunt; uidetur Physica præcedere doctrinæ ordine Mathematicas. Cõtra uerò, cùm Mathematicę longè sint faciliores Physica; non dubium uidetur, quin illam antecedant, præsertim cùm multa in Physica ex Mathematicis supponãtur, vt videre est in libris de cœlo, Meteorologicis, & alijs plerisque locis. Paucis tamen expedienda res est.

Prima assertio.

Pro qua hęc sit prior assertio; Physicam esse priorem Mathematicis, ex quisito doctrinę ordine. Quę assertio primùm ex eo probatur, quia entia mathematica pendent in suo esse à rebus naturalibus, in quibus existunt, vt sępe ait Arist. at vnaquęque res per ea perfectè intelligitur, à quibus pendet in suo esse. Deinde, quia quantitas est primum accidens substantię corporeæ; accidẽs autem non intelligitur perfectè, nisi per substantiã, atqui substantia corporea, etsi à Metaphysico etiam explicatur; est tamen magis Physici, quàm Metaphysici. Postremò, quia ordo accuratæ disciplinæ consentaneus est ordini naturæ; at naturæ ordine Physica præcedit

Vt 6. lib. Metaph. cap. 1. tex. 2.

Accidens nõ posse perfectè intelligi nisi per substantiam.

Mathema-

Digitized by Google

Mathematicas: ſublato enim pronunciato illo, Continuum eſſe diuiſibile in infinitũ, quod Phyſicus demonſtrat, corruit Geometria, quæ ubiq; ſupponit, à quolibet puncto in quemlibet licere lineam ducere; corruit etiam Arithmetica, quatenus ei ſubiectus eſt numerus materialium, quo pacto de Arithmetica more veterum Mathematicorum loquimur. Neq; enim quantitas eſſet continua, niſi in ſemper diuiſibilia diuideretur; ſublata autem quantitate cõtinua nullus eſſet numerus rerum materialiũ.

Quòd ſi quis obijciat, Phyſicum etiam multa ſupponere ex Mathematicis, ut iam diximus; occurrendum eſt, ea quidem ex parte, qua pronunciata phyſica demonſtrãtur per principia mathematica, dici poſſe modo aliquo, Mathematicas accurato doctrinę ordine eſſe priores Phyſica; non tamen omnino, cùm ea etiam, quæ Phyſicus ſupponit ex Mathematicis, alioqui pendeant ex Phyſica, vt dictum eſt. Accedit, quòd demonſtrationes, quæ fiunt in Phyſica ex ijs, quæ deſumuntur ex Mathematicis, ſunt ſimpliciter mathematicæ; quæ autem fiunt in Mathematicis, ſuppoſito illo pronunciato phyſico, non cenſentur phyſicæ ſed mathematicæ. Dilutio obiectionis.

Sunt etiam, qui obijciant, ens naturale ſiue mobile ſupponere quantitem, ſine qua nihil moueri poteſt; ergo conſiderationem quantitatis, de qua agit Mathematicus, eſſe priorem conſideratione entis naturalis, ſiue mobilis. Verùm nec ſentiunt, nec argumentatur rectè. Nam cùm quantitas ſupponat ſubſtãtiam, in qua ſit, eamq; mobilem; efficitur, ut ab ea non ſupponatur: alioqui iam ſupponeretur à ſe ipſa. Accedit, quòd ens mobile nihil aliud eſt, quàm ens naturale, ſiue conſtans naturis; vtraque autem natura antecedit omnia accidentia; quare & quantitatem. Nec obeſt, quòd nihil eſt mobile, niſi quantitate ſit præditum. Etſi enim quãtitas neceſſaria eſt ad recipiendũ motũ; non tamen ad conſtitutionẽ ſubſtantię mobilis, etiam vt ſubſtãtia eſt terminus motus, mutationis ue. Adde, mutationẽ latè ſumptam, ſiue vt complectitur introductionem formę, nõ neceſſariò recipi interuentu quantitatis, ſed interdum à materia ſola, vt antecedit quantitatem, etiam interminatam, vt 8. lib. patebit. Altera obiectio. Dilutio. Quid ens mobile.

Ex hac aſſertione collige, abſtractionem rerum mathematicarum ab entibus naturalibus (modò non ſit ſermo de numero, qui in rebus immaterialibus intelligitur) non ideò fieri, quia id poſcat earum natura, ſed quia imperfectè à Mathematicis conſiderantur. Corollarium.

Poſterior aſſertio ſit, Simpliciter & abſolutè Mathematicas ſcientias eſſe priores doctrinę ordine naturali Philoſophia. Hęc primùm ex eo perſpicua eſt, quia Mathematicæ ſcientiæ breui experiẽtia ac penè nulla indigent; Phyſicę autem longa admodũ. Qua potiſſimùm ratione Ariſtot. 6. Ethicor. cap. 8. docet, puerũ fieri poſſe Mathematicũ; Sapientem autem, id eſt, Moralem, Phyſicum, aut Metaphyſicũ, nõ poſſe. Deinde, quia ſcięti æ Mathematicę exercent, ac diſponũt intellectum ad res naturales & diuinas capiendas, quod Simplicius latè perſequitur in præfatione Cõmentariorum, quos ſcripſit in libros Phyſicorum. Tertiò, quia multò plura Secunda concluſio.

ſupponit

Plura supponere Physicã ex Mathematicis, quàm has ex illa.

supponit Physica ex Mathematicis, quam hæ ex illa, quod ex editis libris vtriusque Philosophiæ perspicuum est, modò Mathematicarum nomine (quod est necesse) intelligas purè Mathematicas. Accedit vsus Antiquorum, qui ante Physicam, imò etiam ante Logicam, Mathematicas tradebant. Atque hæc assertio ferè est de Peripateticorum communi sententia. Nec vllam vim habet argumentum Ammonij in Porphyrij Isagogem, & Magni Alberti in primum Physicorum, quo volunt priùs dãdam esse operam Physicę, quàm Mathematicis, propterea quòd res mathematicæ indigent abstractione à qualitatibus sensibilibus, qua non indigent res naturales. Nam & si res mathematicæ hac abstractione opus habent, est tamen ea facillima, & quæ vel à pueris fieri possit, cùm interim tantò facilior sit experientia eorum principiorum, quibus Mathematici vtuntur, quàm eorum, quibus Physici, vt nulla penè sit comparatio.

Ammon. in præfatione Albert. tract. 1. cap. 1. ad finem.

Qui nam doctrinæ ordo seruandus sit in partibus Philosophiæ.

Ex ijs, quę hoc extremo capite disputata sunt, licet perspicere, eum doctrinæ ordinem in partibus Philosophiæ tenendũ esse, ut primo loco detur opera Dialecticę; secundo Mathematicis; tertio Physicę; extremò Metaphysicę. Morales aũt scientię, de quarũ loco nihil in hac quęstione disputauimus, inserendæ sunt inter Physicã, & Metaphysicã, cùm & multarũ rerum naturalium experientia, & magna consuetudinis obseruatione indigeant; & eiusmodi sint, vt quemadmodum pacatum, & minimè iuuenilem animum requirunt, ita proximè hominẽ pręparent ad diuinarum rerũ contemplationem. Hunc eundẽ ordinem seruandum esse in disciplinis pręclarè, vt cætera, docet D. Thomas in caput octauum sexti Ethicorum. Eundem ex Veterum scriptis obseruandũ esse monet Chrysippus in 4. lib. de vitis, & in 3. de Dijs, vt refert Plutarchus in libello de cõtrarietatibus Stoicorũ. Nisi quòd prætermittit Mathematicas, vel quia minùs propriè numerãtur in partibus Philosophię; vel quia cõsultius putat, obiter eas, ac simul cũ alijs Philosophię disciplinis addiscere. Quod sanè cõsiliũ non displicet. Nã & minùs difficiles sunt, quã vt eis peculiaris locus, cæteris interim exclusis, videatur tribuendus; & earũ societas non modò iucũda est, sed digna etiam, qua nulla alia Philosophię pars careat. De quarũ multiplici vtilitate, multa habes apud Platonem. 7. lib. de Repub. in Epinomide, seu Philosopho, & alijs plerisque eius Philosophi locis.

Lect. 7.

Putat Plutarchus Chrysippum pugnare secum cum præponit, & postponit Moralibus Physicam. At Chrysippus cõplectitur nomine Physicæ Metaphysicã.

FINIS LIBRI SECVNDI.

Digitized by Google

# COMMENTARII

# PETRI FONSECAE

## SOCIETATIS IESV.

## IN TERTIVM LIBRVM METAPHYSICORVM ARISTOTELIS.

### PROOEMIVM.

DOCVIT Aristoteles libro superiori, veritatis cognitionem ad hanc scientiam maximè spectare, modumque indicauit eius inuestigandæ, ac tradendæ; nunc pro initio totius Metaphysicæ disputationis complures proponit quæstiones, quæ totam penè materiam huius scientiæ continent, easque pro utraque parte dialectico more discutit, ut ex earum tractatione facilior pateat aditus ad veram rerũ, de quibus agendum est, explicationem, quã aggredietur libro quarto Præmittit igitur in priori parte primi capitis, quàm sit operæpretium, ad veritatem cuiusque rei inueniendam, à dubitationibus, quæ in ea potissimùm occurrunt, exordium sumere, easque, antequàm quicquam decernatur, pro utraque parte rationes afferre, quæ maximè urgeant. Deinde in posteriori parte eiusdem capitis dubitationes ipsas, quæstiones'ue proponit. Tum verò à principio secundi, earum quamque pro utraque parte latè disputat.

Institutum Arist. in hoc lib.

Epitome libri.



Digitized by Google

Duplex interpretatio.

NEcessa[a] est] Dubitat Alexander hoc loco, doceat ne Aristoteles in primis uerbis huius libri, necesse sibi esse ad eam cognitionem inueniendam, quam in hoc opere consequi, ac tradere studet, ea primùm aggredi, de quib[9] rationi consentaneum est, ut primo loco dubitetur, hoc est, pro utraq; parte disseratur; an uerò necesse id esse omnibus ijs, qui ad quamlibet, scientiam de rebus difficilibus, & controuersis comparãdam aggrediuntur. Quãquam uerò parũ referat, utro modo Aristotelẽ interpreteris; prior tamen interpretatio aptior uidetur, utpote uerbis cõtextus accommodatior: ex qua generale etiã documentũ, quod posterior tradit, tanquã principiũ ex cõclusione colligi potest. Addit autem Aristoteles, duo esse genera quæstionum, quæ primùm pro utraq; parte agitandæ uideantur. Vnum earum, de quib[9] alij aliter senserunt; ne temerè aliorum sententijs, ac forsitan non parum receptis se opponere uideatur. Alterũ earum, quæ cùm ad rem propositam in primis faciant, ab alijs tamen omisse sunt.

Approbatio prioris.

Documentũ generale.

b Est aũt operæ pretiũ] Hoc alterum documentum planè generale est, quo docet Aristoteles, nõ modò initio huiusmodi scientiarum, sed etiam particularium tractationum, quibus proposita est rerum difficilium determinatio, à dubitationibus initiam sumendum esse; nec uerò utcunque id faciendum, sed benè, hoc est, diligenter, & accuratè, nullaque pro utrauis parte dissimulata ratione; quod sapienter quatuor rationibus ostẽdit. Prima est, quia certa ueritatis cognitio, qua tandem compotes efficiuntur ij, qui philosophantur, solutio est eorum, quæ priùs dubitabantur, hoc est, solutione eorum, quæ priùs dubitabantur, comparatur; soluere autem uinculum nemo potest, qui uinculi nodum ignoret.

Quare

## ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΤΩΝ μετὰ τὰ φυσικὰ τὸ β.

### ΚΕΦ. Α.

Textus 1.

ΑΝάγκη[a] πρὸς τὴν ὑπειλημμένην ὑπόθεσιν, ἐπελθεῖν ἡμᾶς πρῶτον, περὶ ὧν ἀπορῆσαι δεῖ πρῶτον. ταῦτα δ' ἔστιν, ὅσα περὶ αὐτῶν ἄλλως ὑπειλήφασί τινες, καὶ εἴ τι χωρὶς τούτων τυγχάνοι πρῶτον παρεωραμένον. ἔστι[b] δὲ τοῖς ἀπορῆσαι βουλομένοις πρόοδος τὸ διαπορῆσαι καλῶς. ἡ γὰρ ὕστερον διάλυσις τῆς πρότερον ἀπορουμένων ἐστί: λύειν δ' οὐκ ἔστιν ἀγνοοῦντα τὸν δεσμόν. ἀλλ' ἡ τῆς διανοίας ἀπορία δηλοῖ τοῦτο περὶ τοῦ πράγματος: ἡ γὰρ ἀπορεῖ, ταύτην πεπλανῆσθαι πέπονθε τοῖς δεδεμένοις. ἀδύνατον γὰρ ἀμφοτέρως προελθεῖν εἰς τὸ ἔμπροσθεν. διὸ δεῖ πᾶσαν δυσχερείαν τεθεωρηκέναι πάσας πρότερον, τούτων τε χάριν, καὶ[d] διὰ τὸ τοὺς ζητοῦντας ἄνευ τοῦ διαπορῆσαι πρῶτον, ὁμοίους εἶναι τοῖς οὐ δεῖ βαδίζειν ἀγνοοῦσι. καὶ[e] πρὸς τούτοις, οὐδ' ἑαυτοῖς τὸ ζητούμενον εὕρηκεν, ἢ μὴ, γινώσκειν. τὸ γὰρ τέλος τούτῳ μὲν οὐ δῆλον, τῷ δὲ καλῶς προπορευκότι δῆλον. ἔτι

Quare cùm nihil aliud sit, difficultates rei propositę pro utraque parte discutere, quàm uinculorum mentis modos inspicere (nihil enim sunt aliud argumenta pro utraq; parte, quàm uincula, quibus mens ligatur, & impeditur, ne ultrà progredi possit, is sanè ad ueritatis perceptionem optimè se comparabit, qui de proposita re dubia diligenter, & accuratè pro utraque parte disputauerit. Quod ad uerba attinet, illud ἀπορῆσαι, quod semper in re, de qua agitur, copiam, & abundantiam, amplamque facultatem significat, necessariò sumendū fuit hoc loco pro certa cognitione ueritatis, quę quæritur; eodemque modo nomen τῆς ἀπορίας. Atque id uelle Aristotelem, ex ultimis penè uerbis huius capitis planè colliges, ubi cū uerbo ἀπορῆσαι apertè cōiungitur nomen τῆς ἀληθείας, quod ueritatem significat, & sæpe numero p ueritatis cognitione sumitur, ut cap. 1. superioris libri, cùm finis contemplatiuæ scientiæ à fine practicę distinguitur.

Mentis uincula, quæ.

# ARISTOTELIS METAPHYSICORUM.

## LIBER TERTIVS.

## CAPVT I.

Textus 1. [a] Necesse est ad eam, quam quærimus scientiam, ea nos primùm percurrere, de quibus dubitare primùm oportet. Sunt autem hæc ea omnia, de quibus quidam aliter senserunt, & si quid præterea ante nos omissum est. Est autem [b] operæpretium ijs, qui ueritatis compotes esse uolunt, benè dubitare. Certa enim cognitio, quæ sequitur, solutio est eorum, quæ antè dubitabantur: soluere autem uinculum nemo potest, qui nodum ignoret. Sed [c] mentis dubitatio hoc ipsum de re declarat: quatenùs enim dubitat, eatenùs ei simile quid accidit, atque ijs, qui ligati sunt. Neutro enim modo fieri potest, ut ultrà procedatur. Quapropter difficultates omnes antè perfectæ sint, oportet; & horum gratia, & [d] quia ij, qui quærunt, nisi priùs dubitent, similes sunt ijs, qui ignorant, quonam eundum sit. [e] Accedit, quòd neque utrum tandem inuenerint id, quod quæritur, nec ne, cognoscant. Neque enim his manifestus est finis, cùm interim pateat ei, qui antea rectè dubitauit.

Præterea,

tex. 3.

a Necesse est ad eam, &c.] Sensus est, Eundem effectum ostendit in animo dubitatio mentis de re proposita, quem ostendit in corpore uinculū, quo pedes astringūtur. Vtroque enim modo ligati ulterius progredi non possumus.

b Et quia ij, q quærūt.] Secunda ratio est, quia ij, qui de proposita non priùs pro utraq; parte disputāt, persimiles sūt ijs, qui quò eundū sit, ignorāt. Nesciunt. n. difficultates, quę in qstione latēt; ad quas tñ soluēdas tēdit is, q probè illā explicaturus est.

Quibus similes ij, qui nō disputāt pro utraq; parte.

c Accedit quod neq;] Tertia ratio est, quia etsi huiusmodi homines aliquando inueniunt ea, quæ implicitè in quæstione continentur; nesciunt tñ, an finem disputationis cōsequuti sint, cùm difficultates eas, ad quas dissoluendas disputatio suapte natura dirigitur, planè ignorēt. Simile quid accidit ijs, q nesciūt, quātùm locus, in quē cōtendūt, distet ab eo, ex quo exeūt, aut quà in illū eundū sit. Nā etsi in eū fortè incidāt, ignorabūt tñ se in illū peruenisse. Ex his duab⁹ rationib⁹ rectè colligit id, quod Albert⁹ scribit hoc loco, Eū, qui nō priùs dubitat, duobus modis errare; uno, in termino; altero, in uia.

Alberti egregia sententia.

f Præterea, melius affectum} Quarta hæc & extrema ratio, quæ ex similitudine disceptantiū, seu potiùs iudicis desumitur, ex ijs, quæ Auctor scribit cap 10. primi de Cœlo maiorem uim accipiet. Sic enim ait; ἅμα δὲ καὶ μᾶλλον ἂν εἴη πιστὰ τὰ μέλλοντα λεχθήσεσθαι, προακηκοόσι τὰ τῶν ἀμφισβητούντων λόγων δικαιώματα: καὶ τὸ ἐριμλω κατασκάζεσθαι δοκεῖν, ὕπλον ἂν ἡμῖν ὑπάρχοι. καὶ γὰρ δεῖ διαιτητὰς, ἀλλ' οὐκ ἀντιδίκους εἶναι, τοὺς μέλλοντας ἀληθὲς κρίνειν ἱκανῶς. Hoc est, simul autem ea, quæ dicētur, maiorē fidem habebūt, si disceptantium rationum iura priùs fuerint audita: minùsque uidebimur indicta causa dānare. Arbitros enim, nō aduersarios oportet esse eos, qui de ueritate, ut res postulat, iudiciū laturi sunt. Quod ipsum diligentissimè obseruat Aristoteles penè ubicunque difficile aliquid aut controuersum tractandum suscipit, ut uidere est in libris Physicorum, de Cœlo, & sequentibus. Ex quibus patet, quam ineptè, & contra Aristotelicū morem philosophentur ij, qui repudiato quæstionum usu tanquam Sophistarum inuento, omnia docent more Pythagorico, & quasi ex oracolo, neque ullum adhibent examen rationum earū, quæ in subiecta materia pro utraque parte, uel ab alijs proponē sunt, uel attentiùs rem cōsideranti in mentē uenire possunt. Illud tamen animaduertendū est, quod attinet ad ipsum disputādi ordinem, etsi is, qui hoc loco traditur, est omnium accuratissimus, ut nihil uidelicet definiatur, antequam argumenta pro utraq; parte proponantur; non esse tamen cum ubiq; seruandum, partim ne lectores faciant similitudinis fastidio, parum quiā res proposita, & disputationis occasio, sæpè alium postulant. Satis enim nōnunquam erit, si refutatio cōtrariorum, uel sequatur ipsam ueritatis determinationem, uel cū ea misceatur; quod idem apud Aristotelē sæpe fieri perspicuum est. De qua re nonnihil scripsimus in Institutionibus Dialecticis, cùm de ordine refutationis ageremus. Accedit, quòd aliud est agere de rebus difficilibus, antequàm plenam earum cognitionē consequutus sis; aliud postquam habes rem perspectam, eiusque cognitionem alijs tradere instituis. Nam etsi priori modo necesse omnino est, ut ante determinationem argumenta omnia, quæ quidem momentum aliquod habeant, pro utraque parte proponantur; posteriori tamen non solùm id non est necesse, sed sæpe etiam minùs conuenit.

ἔτι δὲ βέλτιον ἀνάγκη ἔχειν πρὸς τὸ κρίναι τὸν ὥσπερ ἀντιδίκων καὶ τῶν ἀμφισβητούντων λόγων ἀκηκοότα πάντων.

Εἰ δ' ἀπορία, πρῶτα μὲν περὶ ὧν ἐν τοῖς πεφιλοσοφημένοις διηπορήσαμεν, πότερον μιᾶς, ἢ πολλῶν ἐστιν ἐπιστήμης θεωρῆσαι τὰς αἰτίας. καὶ πότερον τὰς τῆς οὐσίας ἀρχὰς τὰς φύσει τῆς ἐπιστήμης ἰδεῖν μόνον, ἢ καὶ περὶ τὰς ἀρχὰς, ἐξ ὧν δεικνύουσιν ἅπαντες, οἷον, πότερον ἐνδέχεται ταὐτὸ καὶ ἓν ἅμα φάναι καὶ ἀποφάναι, ἢ οὔ, καὶ περὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων. ἔτι δὲ περὶ τὴν οὐσίαν, πότερον μία περὶ πάσας, ἢ πλείονες εἰσι: καὶ εἰ πλείονες, πότερον ἁπάσας συγγενεῖς, ἢ τὰς μὲν σοφίας, τὰς δὲ ἄλλό τι λεκτέον αὐτῶν.

Dubitatio.

Sed quærat aliquis hoc loco, cur Aristoteles congesserit in hunc librū omnes dubitationes, quæ in materia huius scientiæ occurrebant, nec earum quamque distulerit in eū locū, in quo dissoluenda erat, quemadmodū fecit in alijs scientijs. Respondet Auerroës, id factum esse propter affinitatem primæ Philosophię cum Dialectica. Nam cùm Metaphysica, & Dialectica facultas circa res easdē uersentur, rationi cōsentaneū erat, ut ante metaphysicā determinationem integer aliquis liber poneretur an eisdē rebus Dialectico

Respondet Auerroës.

Contra eos, q usum quæstionum oderunt.

Textus 2.

ἐπ

ex. 10.

lib. 7. cap. 4.

καὶ

Dialectico more tractandis. D. Thomas, eiusque præceptor Alexander Alensis aiunt, causam fuisse, quia cùm prima Philosophia non uersetur in particulari aliqua ueritate, ut cæterę scientiæ, sed in ueritate uniuersali, debuit ante eius determinationē uniuersè proponi quicquid dubij in ea se offerebat. Quia tamen hæ causæ longiùs forsitan petitæ alicui uidebuntur, aliæ duæ afferri possunt. Vna, ut Aristoteles ante rerum determinationē ostenderet, tantam esse difficultatē in statuendis ijs, quæ ad primā Philosophiā pertinent, quantam ipse significauerat capite primo superioris libri; qđ sanè facere non posset, nisi omnes simul difficultates, quæ in huius scientiæ materia se offerebāt, perpetuo aliquo tractatu proponeret. Altera, ut tractandis simul pro utraq; parte omnibus huiusmodi quęstionibus, maiorē copiam argumentorū pararet, quibus in huius scientiæ dogmatis constituendis uteretur, qua de causa ipse dixerat extremis uerbis primi libri, se has quęstiones agitaturū; rationemq; aliquā maturiùs, ac pęsiculatiùs inire, qua de rebus & difficillimis, & maximis pro dignitate aliquid decerneret.

D. Thomas & Alensis.

Aliæ causæ.

*Præterea,* [f] *melius affectum ad iudicandum necesse est esse eum, qui rationes omnes disceptantes, quasi aduersarios audiuit.*

Textus 2.

*Est* [g] *autem prima dubitatio de ijs, de quibus disputauimus, in ijs, quæ proœmij loco dicta sunt, Vnius'ne, an plurium scientiarum sit causas contemplari. Et* [h] *utrum primorum duntaxat principiorum substantiæ ad hanc scientiam consideratio pertineat, an eorum etiam, ex quibus cuncti demonstrant; ut illius, Num unum atque idem, simul affirmari, & negari possit, nec ne, & aliorum huiusmodi. Deinde,* [i] *si in substantia uersatur, una ne de omnibus, an plures differant: quòd si plures, num omnes sint generis eiusdem, an aliæ sapientiæ nomine, aliæ alio quodam appellandæ sint.*

Sed

f Melius affectum} Prima hęc dubitatio, siue quæstio aperta est in cōtextu. Non significat tñ Arist. eam dubitatam, siue agitatā esse in superioribus libris, sed esse de rebus, de quibus in ijs aliqua disputata sunt, hoc est, de causis, ut Alexander annotauit. Disputatū est enim in primo libro de earū inuentione, in 2. de earū finitione: quanquam extremis uerbis libri secūdi, huius ipsius quæstionis meminit Arist. Differetur autē de ea in prima parte capitis secundi, quo loco exponetur, quo pacto intelligēda sit. Quod ad uerba attinet, significat Arist. hoc loco, superiores duos libros proœmij loco habendos esse, quia ad cōstituendum ordinē pertineant, ut Alex. ait. Vel potiùs, quia in primo, exactis primis duobus capitibus, in quib⁹ propriè huius operis proœmiū cōtinetur, nihil aliud ostendit Arist. quàm rectè se in Physicis de generibus causarū disseruisse; in secundo autē, omnia ad ueritatis inuestigationē cōfert. Ex qua re factū est, ut quibusdā (quod addit Alex.) hunc librum, doctrinę metaphysicæ primum esse placuerit.

Prima quæstio.

Comm. 1.

h Et utrum primorū} Secunda quæstio est, Vtrū ad hanc scientiam pertineant sola prima principia simplicia substantię, an etiam prima principia cōplexa, ex quibus omnes scientiæ demonstrant, quæ etiam communes sententiæ appellari solent. Atque hæc quæstio disputatur in secunda parte 2. capitis

Secunda.

i Deinde si in substantia} Tertia quæstio est; Si hęc scientia substantiarū sit, utrū earū omniū sit una scientia, an alia sit de substātijs, quæ motui subiectæ sunt, aliæ de ijs, q̄ sunt mutationis expertes. Quòd si plures sunt, num cognatę sint inter se, & cōmuni sapientię nomine uocandę, quo pacto Geometria, & Arithmetica dicūtur Mathematicę; an alię sapientię uocabulo, alię alio appellari debeāt. Atq; hęc quæstio disputat 3. parte 2. cap.

Tertia.

sed

Quarta.

k Sed & hoc ipsum} Quarta quæstio, quam superior supponit, huiusmodi est. Vtrũ rerũ natura nulla detur substãtia præter sensibiles, an aliæ etiã præter has extent. Quòd si extent, sint ne oës eiusdẽ generis, an diuersorũ, ut ponũtur à Platone Ideę, atq; entia mathematica. Disputatẽ uerò hęc quęstio extrema parte 2. capitis.

Quinta.

l Et utrũ de substãtijs} Quinta quæstio est, nũ hęc scientia in sola substantiarũ contẽplatione uersetur, an etiã in cõsideratione eorũ, quæ illis per se accidunt. Nã de ijs, quæ per accidẽs, ac fortuitò insunt, scientia haberi nõ potest. Disputatur autem quęstio hęc in 4. par. cap. 2.

Sexta.

m Ad hæc, de eodem} Sexta quæstio est, Vtrũ ad hanc scientiã pertineat uerè, & demonstratiuè disputare de cõmunibus quibusdã entium affectionibus, ut de eodẽ, & diuerso, deq; ijs, quæ per se illis accidũt, de quibus Dialectici ex solis ꝓbabilib⁹ disserũt. Hanc quæstionẽ nõ disputat Arist. separatim, quia eadẽ est eius difficultas, atq; superioris.

Septima.

n Et utrum principia} Septima q̃stio est, utrũ genera, quę de reb⁹ prędicantur, an potiùs partes, ex quibus illæ reali cõpositione cõstant, dicenda sint earũ principia, & elementa. Quòd si genera (quo nomine hoc loco ipsas etiã species, & differẽtias cõplectitur) nũ ea, quę proximè de indiuiduis dicũtur, ut homo; an prima potiùs, hoc est remotiora, quale est animal, magis dicenda sint principia. Disputatẽ autẽ hęc quęstio toto cap. 3.

καὶ [k] τοῦτο δ' αὐτὸ τῶν ἀναγκαίων ὅτι ζητῆσαι, πότερον τὰς αἰσθητὰς οὐσίας εἶ μόνον φατέον, [n] καὶ ταύτας ἄλλας: καὶ πότερον μοναχῶς, ἢ πλείονα γένη τῶν οὐσιῶν, οἷον οἱ ποιοῦντες τάττε εἴδη, καὶ τὰ μαθηματικὰ μεταξὺ τούτων τε καὶ τῶν αἰσθητῶν. περί τε τούτων οὖν, καθάπερ φαμὲν, θεωρῆσαι μόνον ὅτιν, ἢ καὶ περὶ τὰ συμβεβηκότα καθ' αὑτὰ τοῖς οὐσίαις: περὶ [m] δὲ τούτοις, περὶ ταυτοῦ καὶ ἑτέρου, καὶ ὁμοίου καὶ ἀνομοίου, καὶ ταυτότητος καὶ ἐναντιότητος, καὶ περὶ ἑτέρου καὶ ὑστέρου, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων τῶν τοιούτων, περὶ ὅσων οἱ διαλεκτικοὶ πειρῶνται σκοπεῖν, ἐκ τῶν ἐνδόξων μόνον ποιούμενοι τὴν σκέψιν, τίνος ὅτι θεωρῆσαι περὶ ἅπαντων: ἔτι δὲ τούτοις αὐτοῖς ὅσα καθ' αὑτὰ συμβέβηκε, καὶ μὴ μόνον τί ὅτι τούτων ἕκαστον, ἀλλὰ καὶ εἰ μία ἕκαστα ἐν ἑνὶ ἐναντίον. καὶ [n] πότερον αἱ ἀρχαὶ, καὶ τὰ στοιχεῖα τὰ γένη ὅτιν, ἃ εἰς ἃ διαιρεῖται ἐνυπάρχοντα ἕκαστον: [o] εἰ τὰ γένη, πότερον ὅσα ἐπὶ τοῖς ἀτόμοις λέγεται τελεότατα, ἢ τὰ πρῶτα, οἷον πότερον ζῶον, ἢ ἄνθρωπος ἀρχή τε, καὶ μᾶλλόν ὅτι τοῦτο τὸ καθέκαστον. μάλιστα δὲ ζητητέον, καὶ διαπορητέον, πότερόν ὅτι παρὰ τὴν ὕλην ἄλλον καθ' αὑτὸ, ἢ οὔ, καὶ τί τὸ χωριστὸν, ἢ ὅ: καὶ πότερον ἓν, ἢ πλείω τὸν ἀριθμόν. καὶ [p] πότερόν ὅτι τοῦτο τὸ σωματολον (λέγω δὲ τὸ σωματολον, ὅταν κατηγορηθῇ τῆς ὕλης) ἢ ἀδύνατον, ἢ τὸ μὲν, τὸ δ' ὅ, καὶ ποῖα τοιαῦτα τῶν ὄντων. ἔτι αἱ ἀρχαὶ, πότε

o Et principium sit} Sensus est, & principium sit, & magis principium. Nam si non ea, quæ insunt in re, sed ea, quæ Platonis sententia separata sunt, & præter singularia sunt principia; nõ malè dicetur, aliquid esse magis præter singularia, ut significetur esse magis, seu uerius principium.

Maximè

p Maximè autem} Octaua quæstio est, Numquid præter materiã, quam solã uetere Physici causam per se rerum naturaliũ esse putauerunt, sit alia earũ per se causa. Quòd si sit alia, num separabilis sit à rebus singularibus, ut Plato censuit, an non separabilis, ut Pythagorici. Et utrũ una sit numero, ut sensit Empedocles, qui asseruit, harmoniam, siue commistionem elementorum ratione quadam constitutam, esse causam per se, & intrinsecam materiæ adiunctam; an uerò plures, ut res habet. Atque hæc quæstio in prima parte cap. 4. agitatur. Octaua.

*Sed* k *& hoc ipsum quærere in necessarijs numerandum est, num sensibiles tantùm substantias esse fateri oporteat, an alias etiam præter has: & unum ne, an plura sint substantiarum genera, ut asserunt ij, qui Ideas ponunt, & mathematica inter eas; & hæc sensibilia interiecta faciunt. Hæc igitur, ut dicimus, considerandasunt. Et utrum* l *de substantijs tantùm contemplatio sit, an etiam de ijs, quæ per se accidunt substantijs. Adhæc,* m *de eodem, & diuerso; de simili, & dissimili; de identitate, & contrarietate; de priori & posteriori; de'que alijs huiusmodi omnibus, de quibus Dialectici agere conantur, ex solis probabilibus differentes, cuius'nam disciplinæ sit, ea omnia cognoscere: item'que omnia, quæ his ipsis per se conueniunt, ut non tantùm expendatur, quid sit eorum quodque, sed etiam an unum uni sit contrarium. Et,* n *utrum principia, & elementa, sint genera ipsa, an ea, in quæ, cùm insint, unumquodque diuiditur: quòd si genera, num ea omnia, quæ ultima de indiuiduis dicuntur, an prima; ueluti, num animal, an homo &* o *principium sit, & magis præter id, quod singulare est. Maximè* p *autem quærendum, & tractandum est, num præter materiam, aliqua sit per se causa; atque ea separabilis, nec'ne: & utrum una, an plures numero. Sit* q *ne etiam aliquid præter ipsum totum (uoco autem ipsum totum, cùm aliquid de materia prædicatur) an nihil; an uerò quorundam sit, quorundam non sit, & quæ nam res sint tales. Principia* r *item, numerum* disputat Arist. 3. parte cap. 4. Vocat autẽ principia formalia ea, quæ in rationibus, siue definitionibus sunt; materialia uerò ea, quæ sunt in subiecto, id est in substãtia singulari, siue prima substãtia, quia forma, etsi apud Platonẽ sumebatur in definitione, nõ tamen erat in substantia ipsa singulari, cuius dicebatur forma, sed sola materia. Quanquam enim non est negandum, cognitam fuisse ab illo eam formam, quæ est altera pars

Comm. 10.

q Sit ne etiam aliquid} Nona quæstio est. Vtrũ essentia, siue quiditas substantiæ materialis sit aliquid aliud ab ipso toto, hoc est, ab ipsa materiali substantia, nec ne: an uerò in quibusdã sit aliud, in alijs uerò idẽ. Nomine. n. ipsi° totius, seu simul totius, ut est Græcè ad uerbũ, etsi intelligi solet id, cuius est quiditas, ut patebit ex ipsa quæstionis tractatione; hoc tamen loco præsiùs accipitur, pro sola substãtia materiali. Id. n. significãt uerba illa, cùm de materia quippiam prædicatur, id est quãdo materia cum aliqua forma sumitur, ut Alex. exponit. Disputatur autem hæc quæstio 2. part. cap. 4. Nona.

r Principia itẽ} Decima quæstio est, Vtrum principia, tam formalia, quàm materialia, numero definita sint, an specie sola. Quam quæstionem Decima.

Digitized by Google

pars substantiæ singularis, ut patet ex ijs, quæ 1. libro dicta sunt; quia tamen non putabat, illam esse satis ad scientiam comparandam; facilè eam, cùm de causis agebatur, prætermittebat.

Vndecima. f Et utrum corruptibilium] Vndecima quæstio est, Vtrum eadem sint principia rerum corruptibiliũ, & incorruptibilium, an diuersa. Quòd si diuersa, num omnia sint corruptionis expertia, an quæ corruptibiliũ principia sunt, subeant corruptionem. Disputat uerò hæc quæstio 4. par. cap. 4.

πότερον ἀριθμῷ, ἢ εἴδει ὡρισμέναι, καὶ αἱ ἐν τοῖς λόγοις, καὶ ἐν τῷ ὑποκειμένῳ. καὶ [f] πότερον τῶν φθαρτῶν, καὶ ἀφθάρτων αἱ αὐταὶ, ἢ ἕτεραι: καὶ πότερον ἄφθαρτοι πᾶσαι, ἢ τῶν φθαρτῶν φθαρταί. ἔτι [g] δὲ τὸ πάντων χαλεπώτατον, καὶ πλείστην ἀπορίαν ἔχον, πότερον τὸ ἓν καὶ τὸ ὄν, καθάπερ οἱ Πυθαγόρειοι, καὶ Πλάτων ἔλεγον, οὐκ ἔστερόν τί ἐστιν, ἀλλ' οὐσία τῶν ὄντων, ἢ οὔ, ἀλλ' ἕτερόν τι τὸ ὑποκείμενον, ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς φησι φιλίαν, ἄλλος δέ τις πῦρ, ὁ δὲ ὕδωρ, ἢ ἀέρα. καὶ [u] πότερον αἱ ἀρχαὶ καθόλου εἰσὶν, ἢ ὡς τὰ καθέκαστα τῶν πραγμάτων. ἔτι [x] δυνάμει, ἢ ἐνεργείᾳ. ἔτι [y] πότερον ἄλλως, ἢ κατὰ κίνησιν. ἔστι δὲ ταῦτα ἀπορίαν ἔχοντα πολλήν. πρὸς [f] δὲ τούτοις, πότερον οἱ ἀριθμοὶ, καὶ τὰ μήκη, καὶ τὰ χήματα, καὶ αἱ συμμαὶ οὐσίαι τινές εἰσιν, ἢ οὔ: καὶ εἰ οὐσίαι, πότερον κεχωρισμέναι τῆς αἰσθητῆς, ἢ ἐν τούτοις. περὶ δὲ τούτων ἁπάντων, ἓ μόνον χαλεπὸν διαπορῆσαι τῆς ἀληθείας, ἀλλ' [aa] οὐδὲ τὸ διαπορῆσαι τῷ λόγῳ ῥᾴδιον καλῶς.

Duodecima. t Præterea, id quod] Duodecima quæstio est, Vtrum unũ, & ens sint ipsæ rerum substantiæ, ut Pythagorici, ac Plato docebant; an uerò aliquid aliud sit subiectũ unitati, & entitati, uelutiapud Emped. amicitia, id est, ipsa elementa coniuncta subijciuntur unitati, & apud alios ueteres Physicos ignis. l. aliud elementum subijcitur entitati cuiusque alterius rei, quæ ex illo per cõdensationem, aut rarefactionem conficitur. Quam quæstionem disputat Arist. 5. parte 4. capitis.

u Et num principia] Decima tertia quæstio est, Vtrum principia rerum sint uniuersalia, an singularia; hoc est, utrũ ea, quæ ponuntur esse principia rerũ, habeant rationem principiorum secundùm rationẽ uniuersalem, an singularẽ, ut D. Thom. exponit. Quo pacto quæstio à septima distinguitur. Hanc quæstionem disputat Arist. tertia parte 6. capitis.

Decimatertia

## Κεφ. Β.

Textus 3. Πρῶτον [a] μὲν ἓν περὶ ὧν πρῶτον εἴπομεν, πότερον μιᾶς ἢ πλείονων ἐστὶν ἐπιστήμης θεωρῆσαι πάντα τὰ γένη τῶν αἰτίων. μιᾶς [b] μὲν γὰρ ἐπιστήμης πῶς ἂν εἴη μὴ ἐναντίας οὔσας τὰς ἀρχὰς

x Et potentia, an actu] Decima quarta quæstio est, Vtrum principia sint potentia tantũm, an actu. Disputatur autem hæc quæstio 2. parte 6. capitis.

Decimaquarta.

y Præterea, num alio] Decima quinta quæstio est, Vtrum principia sint causæ rerum per solum motum, mutationemue, ut ueteres Physici censuerunt; an uerò alio modo illis ignoto, quo pacto Plato credidit, sensibiles causari per participationem Idearum. Quam quæstionem uidetur Arist. disputare 1. parte cap. 6.

Decimaquinta.

Adhęc

Digitized by Google

[t] Adhæc, utrum numeri ] Decima sexta, extremaque dubitatio est, Vtrum entia mathematica sint substantiæ, nec ne. Quòd si sint, num seiunctæ sint à rebus sensibilibus, ut Plato censuit, an in eis ipsis existant, ut Pythagorici crediderunt. Quam quæstionem disputat Arist. toto cap. quinto. Decima sexta

*numero'ne, an specie definita sint, & quæ in rationibus sunt, & quæ in subiecto. Et* [u] *utrum corruptibilium, & incorruptibilium rerum eadem sint, an diuersa; & num omnia sint corruptionis expertia, an earum, quæ corrumpi possunt, corruptioni sint obnoxia. Præterea* [x] *id, quod est omnium difficillimum, & maximam dubitationem continet, utrum unum, & ens, quemadmodum Pythagorici, ac Plato dicebant, non aliud quicquam sint, quàm ipsa rerum substantia; an non ita res habeat, sed aliquid aliud subiectum; quo pacto Empedocles amicitiam subesse ait, alius quidam ignem, alius aquam, aut aërem. Et* [y] *num principia uniuersalia sint, an ut res singulares. Et,* [z] *potentia, an actu. Præterea,* [a] *num alio modo, an per motum. Hæc enim magnam dubitationem afferre possunt. Adhæc,* [b] *utrum numeri, longitudines, figuræ, ac puncta substantiæ quædam sint, nec'ne. Quòd si substantiæ, num separatæ sint à rebus sensibilibus, an in his existant. Etenim de his omnibus non modò ueritatis cognitione potiri difficile est, sed* [aa] *ratione etiam probè dubitare, haud facile.*

[aa] Sed ratione etiam ] Probè dubitare ratione, idem est, atq; quàm uerisimilibus pro utraque parte argumentis quæstionem ambiguam facere. Dubitare, qd apud Aristotelem?

## *Capitis secundi Explanatio.*

## CAPVT II.

Textus 3. PRIMVM [c] *igitur de ijs agendum est, de quibus primùm diximus; Vniius'ne, an plurium scientiarum sit, omnia causarum genera contemplari. Etenim* [b] *quo pacto unius esse possit, principia cognoscere, cùm inter se contraria*

PRimum [a] igit ] Ex hoc loco incipit Aristotele pro utraque parte disputare quæstiones propositas; Primumq; eã, quã primo loco proposuit, Vtrum unius scientiæ, an plurium sit, omnia causarũ genera cognoscere. Disputatio primæ quæstionis.

[b] Etenim quo pacto ] Probat duabus rationibus non esse eiusdem scientiæ omnia causarũ genera nosse. Prior ratio, quantũ primo aspectu ex uerborum contextu colligi potest, sic habere uidet. Omnia, quæ sunt inter se contraria, ad eandem scientiam pertinẽt (id quod patet ex illo communi pronunciato, Contrariorum eadem est scientia) at quatuor causarũ genera non sunt inter se contraria; non omnia igitur ad eandem scientiam spectant. Argumentum primum pro parte negatiua.

Verùm cùm hæc formula argumentandi nullam penè speciem ueræ probationis præseferat, cùm in prima figura minorem negatiuam habeat; aut dicendum est, Aristotelem eam proposuisse nõ quasi suam, sed quia Antiquorum aliquis ea usus fuerat (iam enim dixerat initio libri, harum quæstionum plerasque ab aliis etiam fuisse disputatas) uel certè credendum est, aliam argumentationem maioris probabilitatis speciem habentem sub his uerbis latere. Quæ huiusmodi esse potest, Omnia diuersa, quæ ad eandem scientiam spectant,



Digitized by Google

aut pertinent ad illam ratione unius communis naturę, ut animal & planta; aut ratione contrarietatis, ut calidum, & frigidum; hęc enim non solùm, quia communicant in natura communi qualitatis sensibilis, sed etiam quia sunt contraria, ad eandem scientiã spectant, quippe cùm unum contrariorum sit ratio cognoscendi alterum: at quatuor causarum genera non possunt pertinere ad eandem scientiam ratione unius cõmunis naturæ, quandoquidem satis patet, nullã in omnibus causarum generibus dari eandem: nec item ratione contrarietatis cùm causę non se mutuò impediant, sed potius adiuuent: nullo igitur modo omnia causarum genera ad eandẽ scientiã pertinent. Quę ratio non solùm habet formã cõcludendi aptã, & minorem uerissimã, sed etiam maiorem aliquo modo probabilem. Non est tamen illa simpliciter uera, quia aliqua entia diuersa sunt, quæ ad eandem scientiã spectent ratione analogiæ, seu proportionis cuiusdã inter se, ut initio lib. 4. perspicuum erit.

Contraria.

Nihil dari uniuocum omnibus causis.

χὰς γνωρίζειν; ἔτι δὲ πολλοῖς τ ὄντων οὐχ ὑπάρχουσι πᾶσι πᾶσαι. τίνα δ' γὰρ ὄφελον οἴονται τῆς κινήσεως ἀρχὴν εἶ) τοῖς ἀκινήτοις, ἢ τίνι τἀγαθοῦ φύσιν; εἴπερ ἅπαν ὃ αἱ ἢ ἀγαθὸν καθ' αὑτὸ, καὶ ἀλλ' τ αὐτ φύσιν, τέλος ὄντι, & ὅτως ἄπορον, ὅτι ἐκεί νε ἕνεκα καὶ γίγνε), καὶ ἔστι τἆλλα. τὸ δὲ τέλος, καὶ τὸ ἕ ἕνεκα, θεάξεώς τινός ὄντι τέλος, αἱ δὲ θεάξεις πᾶσαι μ κινήσεως. ὥστ' ἐν τοῖς ἀκινήτοις οὐκ ἂν ἐνδέχοιτο ταύτην εἶ) τ ἀρχὴν, οὐδ' εἶ) τι αὐτ' ἀγαθόν. διὸ καὶ ἐν τοῖς μαθήμασιν οὐδὲν δείκνυται διὰ ταύτης τῆς αἰτίας, οὐδ' ἔστιν ἀπόδειξις οὐδεμία διότι βέλτιον, ἢ χεῖρον. ἀλλ' οὐδὲ τὸ ὅλως πάνυ μέμνηται οὐδεὶς οὐδενὸς τῶν τοιούτων. ὥστε διὰ ταῦτα τῶν σοφιστῶν τινες, οἷον Ἀρίστιππος, θεσπιλάκιζον αὐτάς. ἐν μὲν γὰρ ταῖς ἄλλαις τέχναις, καὶ ταῖς βαναύσοις αὐταῖς, οἷον ἐν τεκτονικῇ, & σκυτικῇ, διό τι βέλτιον, ἢ χεῖρον λέγεται πάντα, τὰς δὲ μαθηματικὰς οὐδένα ποιεῖσθαι λόγον περὶ ἀγαθοῦ, καὶ κακοῦ.

Nihil igitur modo omnia causarum genera ad eandẽ scientiã pertinent. Quę ratio non solùm habet formã cõcludendi aptã, & minorem uerissimã, sed etiam maiorem aliquo modo probabilem. Non est tamen illa simpliciter uera, quia aliqua entia diuersa sunt, quæ ad eandem scientiã spectent ratione analogiæ, seu proportionis cuiusdã inter se, ut initio lib. 4. perspicuum erit.

Secundum argumentum.

e Præterea, in multis] Posterior hæc ratio haud multò facilius redigi potest ad aptam cõcludendi formã, quàm superior. Potest tamen sic explicari. Si qua scientia omnia causarum genera consideraret, ea maximè id faceret, quę est omnium accuratissima, cùm scire sit rem per causas cognoscere: atqui Mathematicæ scientiæ sunt omnium accuratissimę, nec tamen omnia causarum genera perseq uuntur: nulla est igitur scientia, quæ omnia causarum genera cõsideret. Maiorem prętermittit Arist. quia perspicua uidetur, eâdemque ratione priorem partem minoris: posteriorem uerò ex eo probat, quia in rebus immobilibus, cuiusmodi sunt res mathematicæ, nõ datur causa efficiens, nec finalis, quam ideo uocat bonum per se, quia gratia sui expetitur; quo fit, ut Mathematicæ scientiæ hæc duo causarum genera considerare non possint. In hac argumentatione maior non est concedenda, quia nec certissima scientia secundùm se, cuiusmodi est Metaphysica (quatenus tamen particularis quędam scientia est) nec certissima apud nos, cuiusmodi sunt Mathematicæ, considerant omnes causas. Neque enim Metaphysica considerat materialem, ut uersatur in rebus materiæ expertibus. Mathematicæ autem non considerant efficientem, nec finalem. Nec uerò illa rectè probatur. Nam neque omnes res, quæ cadunt sub scientiam, habẽt omnia genera causarum. Vtrum autem in rebus immobilibus, quarum appellatione res metaphysicæ, ac mathematicæ comprehenduntur, non detur causa efficiens, nec finalis, & utrum Arist. id rectè probet lib. 12. aut 13. discutiendum erit.

In scientijs Mathematicis, nec dari causam efficientem, nec finalem.

Quo

*traria non sint? Praterea* [e] *in multis rebus, non omnia principia omnibus conueniunt. Quo* [d] *enim modo fieri potest, ut in immobilibus sit principium motus, aut boni natura? Siquidem omne, quod per se, ac suapte natura bonum est, finis est, & eò pacto causa, ut illius gratia, & fiant, & sint cætera. Finis autem, & id, cuius gratia, alicuius actionis est finis; actiones uerò omnes cum motu sunt. Itaque fieri non potest, ut in immobilibus sit huiusmodi* [e] *principium, aut aliquid per se bonum. Quamobrem, & in rebus mathematicis nihil per* [f] *hanc causam ostenditur, neque ulla est demonstratio, in qua ex meliori, aut deteriori ratio reddatur. Sed neque ullius talium quisquam omnino meminit. Quapropter* [g] *Sophistarum nonnulli, ut Aristippus, eas aspernabantur. In cæteris enim artibus, etiam sordidis, ut in Fabrili, aut Coriaria, omnium causam ex meliori, aut deteriori reddi; Mathematicas uerò nullam bonorum, aut malorum rationem habere.*

*At* [h] *uerò si scientiæ causarum plures sunt, & alia*

d Quo enim modo fieri potest] Quod in rebus immobilibus, nõ sit causa efficiens, nec finalis, hac ratione probat. Causa efficiens est principium motus; finis autem est terminus actionis, quę non datur absque motu; at in rebus immobilibus nullus est motus; ergo nec causa efficiens, nec finalis.

e Huiusmodi principium] Idest causa efficiens, quam uocauerat Principium motus.

f Per hãc causam] Hoc est, per causam finalem, & quod hinc sequitur, nec per efficientem. ubi enim non datur finalis, nullo pacto datur efficiens, ut patet ex definitione finis, quod idẽ libro 12. magis patebit. Sublato fine tolli efficiẽs.

g Quapropter Sophist.] Cõfirmat, Mathematicas scientias nihil demõstrare per causam finalem ex conuitio, quo in mathematicas demonstrationes, ac proinde in ipsas disciplinas Mathematicas inuehebantur cùm alij Sophistæ, tùm nominatim Aristippus Cyrenaicus auctor Cyrenaicæ sectę, ex qua orta est Epicurea. Dixi [in mathematicas demonstrationes] non in disciplinas ipsas, quia uerbum [Eas] non potest referri ad disciplinas Mathematicas, de quibus non erat facta mentio; neque ad res mathematicas, quę in neutro genere dicuntur μαθήματα, tametsi de ijs sermo præcesserat; sed ad demonstrationes Mathematicas, de quibus sermo erat proximus. Conuitium, quo Sophistæ insectabantur Mathematicas, illud erat, Quòd essent inferiores etiam ijs, quas sordidas appellamus, propterea, quòd nullam melioris, aut deterioris rationem haberent. Re autem uera iccircò eas aspernabantur, ac explodebant Sophistæ, quòd parum pecuniosum hominem faciant. Illud de Aristippo scribit Laërtius, primum eum ex auditoribus Socratis mercedem à discipulis suis exegisse, & quæstu philosophatum esse. Lib. 2. in Aristippo.

Ne mireris tamen, quòd Arist. hoc loco suppositio pluralis numeri, quod est [Sophistarum nonnulli] reddat uerbum singularis προσπλάττειν, id est, aspernabatur. Id enim facit propter interpositum exemplum Aristippi, ut nõnunquam aliàs, ueluti cap. 4. huius libri, cùm sic scribit, οἱ δὲ περὶ φύσεως, οἷον Ἐμπεδοκλῆς, ὡς εἰς γνωριμώτερον ἀνάγων, λέγει &c. Necessariò tamen pro, Aspernabatur, dicendũ fuit, Aspernabantur, quia latinus sermo eam loquendi formam non agnoscit. Cur autẽ in loco citato, paulùm immutata oratione, reddiderimus uerbum singulare Latinum singulari Græco, ex illius explanatione intelliges. cap. 16.

h At uerò si scientiæ] Argumentatur pro altera quæstionis parte probans, omnia cau- Argumẽtum

pro parte affirmatiua quę stionis.

sarum genera ad eandē scientiam spectare, nā si non eadem scientia omnes consideret, sed alia aliam; maximè ambiguū erit, quænam earum sapientia appellanda sit. Etenim si ijs, quæ in præfatione huius operis dicta sunt, inhærendū est; nulla est scientia, quę si genus aliquod causę cōsideret, non possit sapientiæ nomine appellari. Illa enim sententia, qua loco citato dictum est, eam scientiam esse sapientiæ nomine appellandam, Lib. 1. cap. 2.

Sapientia.

quæ est maximè princeps, & cęteris imperat, perspicuè uidetur docere, eam scientiam, quæ finem considerat, dicendam esse sapientiā. Eius enim est imperare, qui finem operis cognoscit, ut patet in architecto. Illa uerò ratio, qua ibi definitur, eam scientiam dicendā esse sapientiā, qua res maximè scitur, si ad res quidē ipsas attendamus, planè uidetur cōcludere, scientiā, quę substantiam considerat, hoc est, causas internas, ac substantiales, dicendam esse sapientiā: magis enim scimus ex ijs, quæ affirmantur de re, quàm ex ijs, quæ negantur. Ex ijs autē, quæ affirmantur, magis ad scientiā faciunt, quæ substantiā rei cōstituunt, quàm quæ illi accidunt. Nam & in accidentib⁹, de quibus etiam fiunt demonstrationes, tū scire nos putamus maximè, cùm nouimus quid sit eorū quodque, ut quadrationis quiditatem esse inuentionē mediæ, quod exemplū paulò pòst explicabimus. Si uerò non ad res ipsas, sed ad earū generationes, & motus attendamus, potiùs dicendū uidetur, scientiā, quæ causam efficientē cōsiderat, digniorē esse sapientię titulo, siquidē generationes, & omnes omnino mutationes, tum maximè sciūtur, cùm id, unde est principiū mot⁹ intelligit. Etenim motus, siue mutatio nihil est aliud, quàm act⁹ mobilis à mouēte, ut patet ex 3. Phy. cap. 2. Ita fit, ut nō sit dicendū, diuersa genera causarū ad considerationē diuersarū scientiarū pertinere, sed oīa ad unā, & eandē, quæ propter causarū omniū considerationē absq; cōtrouersia sapientiæ nomine appelletur.

Scientia.

Motus.

text. 17.

Explicatio quorundam uerborum.

Sunt tamen, hoc loco nonnulla uerba explicanda. Cùm audis [modi causarū] intelligere causarū genera. In exēplis autē causarū domus, nomine Operis, intelligit D. Tho. habitationē: Alexander, Syrianus, & Albertus, protectionē, propter quā habitatur domus. Nomē uerò, Rationis, accipe pro ipsa partiū domus ordinata coniunctione. Cùm uerò

κὴ * ἑτέρα ἑτέρας ἀρχῆς, τίνα τούτων φατέον εἶ) τὴν τῷ ζητουμένῳ, ἢ τίνα μάλιστα ἅ θεάγματος ἅ ζητουμένου ὄντος ἡμῖν ἐχόντων αὐτάς; ἐνδέχ) γὰρ τῶν αὐτῶν πάντας τοὺς τρόπους τὴν αἰτίων ὑπάρχειν: οἷον οἰκίας, ὅθεν μὲν ἡ κίνησις, ἡ τέχνη, ἢ ὁ οἰκοδόμος: ἕ δ' ἕνεκα, τὸ ἔργον: ὕλη δὲ γῆ, ἅ λίθοι: τὸ δ' εἶδος, ὁ λόγος. ἐπὶ μὲν οὖν τῶν πάλαι διωρισμένων, τίνα χρὴ καλεῖν τὴν ὄντως σοφίαν, ἔχ λόγον ἐκάστην θεωρεῖν. ἡ μὲν γὰρ ἀρχικωτάτη, ἅ ἡγεμονικωτάτη, καὶ ᾗ ὥσπερ δούλας, οὐδ' αἰτεῖπεῖν τὰς ἄλλας ὄντως ἐπιστήμας δίκαιον, ἡ ἅ τέλους, καὶ τἀγαθοῦ τοιαύτη: τούτου γὰρ ἕνεκα τἆλλα. ἡ δὲ τῶν πρώτων αἰτίων, καὶ ἅ μάλιστα ὄντως ἐπιστητὴ διωρίσθω ἐν ἕ), ἡ τῆς οὐσίας αὖ ἐστὶν τοιαύτη. πολλαχῶς γὰρ ὄντων τὸ αὐτὸ, μᾶλλον μὲν εἰδέναι φαμὲν τὸν τῷ ἕ) γνωρίζοντά τι τὸ πρᾶγμα, ἡ τῷ μὴ ἕ). αὐτῶν δὲ τούτων, ἕτερον ἑτέρου μᾶλλον: καὶ μάλιστα τὸν τί ὄντος, ἀλλ' οὐ τὸν πόσον, ἡ ποῖον, ἡ τί ποιεῖν, ἡ πάσχειν πέφυκεν. ἔτι δὲ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις, τὸ εἰδέναι ἕκαστον, καὶ ὧν ἀποδείξεις εἰσὶ, τότ' οἰόμεθα ὑπάρχειν, ὅταν ἰδέωμεν τί ὄντος: οἷον, τί ὄντος τὸ τετραγωνίζειν, ὅτι μέσης εὕρεσις: ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. ὡσὶ δὲ τὰς ὑλικὰς, καὶ τὰς θεατὰς, καὶ ὡσὶ ἅπασαν μεταβολὴν, ὅταν

* Alias ἑτέρα.

* Alias οὐδαμῶς ἔχει.

ficarum genera ad eandem scientiam spectare, nā si non eadem scientia omnes consideret, sed alia aliam; maximè ambiguū erit, quænam earum sapientia appellanda sit. Etenim si ijs, quæ in præfatione huius operis dicta sunt, inhærendū est; nulla est scientia, quę si genus aliquod causę cōsideret, non possit sapientiæ nomine appellari. Illa enim sententia, qua loco citato dictum est, eam scientiam esse sapientiæ nomine appellandam, quæ est maximè princeps, & cęteris imperat, perspicuè uidetur docere, eam scientiam, quæ finem considerat, dicendam esse sapientiā. Eius enim est imperare, qui finem operis cognoscit, ut patet in architecto. Illa uerò ratio, qua ibi definitur, eam scientiam dicendā esse sapientiā, qua res maximè scitur, si ad res quidē ipsas attendamus, planè uidetur cōcludere, scientiā, quę substantiam considerat, hoc est, causas internas, ac substantiales, dicendam esse sapientiā: magis enim scimus ex ijs, quæ affirmantur de re, quàm ex ijs, quæ negantur. Ex ijs autē, quæ affirmantur, magis ad scientiā faciunt, quæ substantiā rei cōstituunt, quàm quæ illi accidunt. Nam & in accidentib⁹, de quibus etiam fiunt demonstrationes, tū scire nos putamus maximè, cùm nouimus quid sit eorū quodque, ut quadrationis quiditatem esse inuentionē mediæ, quod exemplū paulò pòst explicabimus. Si uerò non ad res ipsas, sed ad earū generationes, & motus attendamus, potiùs dicendū uidetur, scientiā, quæ causam efficientē cōsiderat, digniorē esse sapientię titulo, siquidē generationes, & omnes omnino mutationes, tum maximè sciūtur, cùm id, unde est principiū mot⁹ intelligit. Etenim motus, siue mutatio nihil est aliud, quàm act⁹ mobilis à mouēte, ut patet ex 3. Phy. cap. 2. Ita fit, ut nō sit dicendū, diuersa genera causarū ad considerationē diuersarū scientiarū pertinere, sed oīa ad unā, & eandē, quæ propter causarū omniū considerationē absq; cōtrouersia sapientiæ nomine appelletur.

Sunt tamen, hoc loco nonnulla uerba explicanda. Cùm audis [modi causarū] intelligere causarū genera. In exēplis autē causarū domus, nomine Operis, intelligit D. Thomas habitationē: Alexander, Syrianus, & Albertus, protectionē, propter quā habitatur domus. Nomē uerò, Rationis, accipe pro ipsa partiū domus ordinata coniunctione. Cùm uerò

Digitized by Google

Cap. 2.

uerò dicitur [quibus olim definitum est] melius est, ut uerbũ, Olim, referatur ad Antiquorũ tempora, quorũ sententiæ de Sapiente cõmemoratæ sunt ab Arist. in procemio huius operis, quàm ad ipsum procemiũ, ut à plerisque refertur. Deniq; , ubi nos habemus [rationi cõsentaneũ est] Græci excussi ferè habẽt οὐδαμῶς ἔχει λόγον, ideſt, nullo modo rationi cõsentaneũ est; quã lectionẽ uidetur inuexisse difficultas intelligẽtiæ huiꝰ rationis, quam fortasse aliqui intelligere nõ potuerũt, nisi suspicarentur deesse uerbũ, οὐδαμῶς. Certè Alexãder non adhibet huiusmodi negationẽ; nec uerò ullus interpretum eã uertit, præter unũ Perionium, qui sequutus est excussa exẽplaria.

*& alia in alio principio uersatur, quænam earum dicenda erit esse ea, quam quærimus? Aut quem eorum, qui causas tenent, scientia rei, quæ quæritur, maximè præditum censebimus? Possunt enim eidem rei modi omnes causarum conuenire: quo pacto in domo, causa ea, à qua motus oritur, ars est, & ipse ædificator; ea, cuius gratia, opus ipsum; materia, terra, & lapides; forma uerò, ipsa ratio. Ex ijs igitur, quibus olim definitum est, quænam scientia sapientiæ nomine uocanda sit, rationi consentaneum est, unamquamque*[i] *appellare. Quæ enim est maximè princeps, ac domina, & cui cæteras scientias, ut ancillas, ne uerbo quidem repugnare fas est; ea est finis, ac boni scientia: huius enim gratia cætera. Quæ uerò in primarum causarum, eiusq;, quod maximè sub scientiam cadit, consideratione uersari definita est; ea profectò fuerit, quæ substantiam cognoscit. Multis enim modis cùm idem sciatur; magis eum scire dicimus, qui*[k] *rem ex eo nouit, quia aliquid sit, quàm quia non sit. & ex his ipsis alium alio magis: maximè uero eum, qui tenet, quid sit, non qui quanta, aut qualis sit, aut quid agere, patiue suapte natura possit. Iam uerò, & in alijs, quorum etiam demonstrationes sunt, tum nobis scientiam cuiusque ineſſe putamus, cùm quid illud sit nouimus; ut*[l] *quadrationis quiditatem, esse mediæ inuentionem; & in cæterijs eodem modo. In generationibus autem, & actionibus, omniq; mutatione, tum scimus maximè, cùm*

Nẽpe sapiẽtię uocabulo: etiamsi ea scientia unũ tantũm genus causę cõsideret. Quo loco non uidetur amplectẽda sententia D. Thomæ, & Alexandri, cùm excipiũt scientiã, quam quis fingat uersari in sola materia. Namq; Aristoteles nõ restrictè, sed uniuersè loquitur in hoc pronunciato. In exẽplo etiã causarum domus, non est materia prętermissa. Est item materia causa interna, ac prima in suo genere, & per quã solã ipse Aristoteles docet in procemio librorũ de Anima posse tradi definitionẽ Physicã. Ac denique Veteres propter solius materię causæ cognitionẽ, se sapiẽtes esse arbitrabantur. Ita satis probabile uideri potest, sapientẽ quoq; appellandũ esse eum, qui uel per solam materiam aliquid demonstrauerit (nõ signatam tamen, siue singularẽ, sed uniuersalẽ) ut Arist in ratione ꝓposita nõ absurde probabilitate id cõclusisse credẽdus sit.

Sententia D. Tho. & Alex.

i Vnamquãque appell.] Nẽpe sapiẽtię uocabulo: etiamsi ea scientia unũ tantũm genus causę cõsideret. Quo loco non uidetur amplectẽda sententia D. Thomæ, & Alexandri, cùm excipiũt scientiã, quam quis fingat uersari in sola materia. Namq; Aristoteles nõ restrictè, sed uniuersè loquitur in hoc pronunciato. In exẽplo etiã causarum domus, non est materia prętermissa. Est item materia causa interna, ac prima in suo genere, & per quã solã ipse Aristoteles docet in procemio librorũ de Anima posse tradi definitionẽ Physicã. Ac denique Veteres propter solius materię causæ cognitionẽ, se sapiẽtes esse arbitrabantur. Ita satis probabile uideri potest, sapientẽ quoq; appellandũ esse eum, qui uel per solam materiam aliquid demonstrauerit (nõ signatam tamen, siue singularẽ, sed uniuersalẽ) ut Arist in ratione ꝓposita nõ absurde probabilitate id cõclusisse credẽdus sit.

k Qui rẽ ex eo] Pro eo, quod est Græcè τῷ εἰδέναι γνωρίζοντά τι τὸ πρᾶγμα, ideò nõ diximus Latinè [eum, qui ipso esse cognouit, quid sit res] ut uerba primo aspectu uidebantur postulare; quia sententia hęc generalior est, quàm ut astringenda sit ad cognitionẽ quiditatis, de qua paucis interpositis sermo est. Imq; sic uidentur uerba mente disponenda, τὸ γνωρίζοντα τὸ πρᾶγμα τῷ εἶναί τι, quem sensum uersio exprimit.

l Vt quadrationis] Quadrare rectangulũ altera parte lõgius, nihil aliud est, quàm inuenire lineã, ex cuiꝰ ductu in seipsam fiat quadratũ æquale dato rectãgulo: ea uerò erit linea media, hoc est, quæ eandem rationẽ habet ad alterã earum, ex quibus rectangulũ conficitur

Quadrare rectangulum.

Digitized by Google

conficitur, quam ad ipsam habet altera, ut patet apud Eucly. lib. 6. elementorum propositione 16. v. g. si rectangulum fiat ex ductu lineæ quatuor palmorum in lineâ nouem palmorum, is faciet quadratum æquale proposito rectangulo, qui inueneric lineam mediam secundùm proportionem inter priorem, & posteriorem; quæ quidem est linea 6. palmorum, siquidem eadem est ratio 6. ad 4. quæ est 9. ad 6. Ita cùm quadratum, quod fit ex ductu senarij in se, fit triginta sex, qui idē numerus fit ex ductu quatuor in nouē; erit quadratū lineæ sex palmorum æquale rectangulo proposito.

m Oppositum fini} Oppositione nimirum relatiua inter id, à quo actio oritur, & id, ad quod proficiscit. Quāquam finis, ut finis est, ueriùs refertur ad media, quàm ad causam efficientem.

Finis.

n Ita fit, ut nō ad aliā} Cōclusio est, affirmatiuę partis ꝓpositę quæstionis, nempe ad eandem scientiam spectare omnium causarum cōsiderationem, ne si alia ad aliam pertineat, ambiguum sit, quęnam earum, sapientiæ nomine sit appellanda, cùm omnes dignæ hoc nomine uideantur, ut proximè probatum est. Hoc loco exemplaria, quæ superiùs diximus habere οὐδαμῶς, carent hîc particula οὐκ, legúntque affirmatiuè in hanc sententiam [Ita fit, ut ad aliam, atque aliam &c.] Sed Alex. nostram lectionem præfert, resq; ipsa satis indicat, negatiuè legendum esse.

ὅταν εἰδῶμεν τὴν ἀρχὴν τῆς κινήσεως· τοῦτο δ' ἕτερον, καὶ ἀντικείμενον τῷ τέλει. ὥστ' * οὐκ ἄλλης ἂν δόξειεν ἐπιστήμης εἶναι, τὸ θεωρῆσαι τὴν αἰτίαν ταύτην ἑκάστου.

* Aliàs nō legitur οὐκ.

Ἀλλὰ μὴν καὶ τὴν ἀποδεικτικῶν ἀρχῶν, πότερον μιᾶς ἐστὶν ἐπιστήμης, ἢ πλειόνων, ἀμφισβητήσιμόν ἐστι (λέγω δὲ ἀποδεικτικὰς, καὶ τὰς κοινὰς δόξας, ἐξ ὧν ἅπαντες δεικνύουσιν, οἷον ὅτι πᾶν ἀναγκαῖον ἢ φάναι, ἢ ἀποφάναι, καὶ ἀδύνατον ἅμα εἶναι, καὶ μὴ εἶναι, καὶ ὅσαι ἄλλαι τοιαῦται προτάσεις) πότερον μία τούτων ἐπιστήμη, καὶ τῆς οὐσίας, ἢ ἑτέρα· καὶ εἰ μὴ μία, ποτέραν χρὴ προσαγορεύειν τὴν ζητουμένην. μιᾶς μὲν οὖν οὐκ ἄλογον εἶναι. τί γὰρ μᾶλλον γεωμετρίας, ἢ ὁποιασοῦν περὶ τούτων ἐστὶν ἴδιον τὸ ἐπαΐειν; εἴπερ ἐν ὁμοίως μὲν ὁποιασοῦν ἐστιν, ἁπασῶν ἢ μὴ ἐνδέχεται), ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων, ὅτως καὶ τὴν γνωριζούσης τὰς οὐσίας, ἴδιόν ἐστι τὸ γινώσκειν περὶ αὐτῶν. ἅμα δὲ καὶ τίνα τρόπον ἔσται αὐτῶν ἐπιστήμη; τί μὲν γὰρ ἕκαστον τούτων τυγχάνει ὄν, καὶ νῦν γνωρίζομεν· χρόνῳ γὰρ οὐ γιγνωσκομένοις αὐτοῖς καὶ ἄλλαι τέχναι. εἰ δὲ

Textus 4.

Solutio quæstionis.

Animaduertendum est autem, nullibi Aristotelem in toto hoc operę quęstionem, hanc apertè dissoluisse; sed tamen hac distinctione haud difficilè dissolui posse. Causarum nomē tribus modis, quod ad rem præsentem attinet, sumere licet; uno, pro causis in commune, hoc est, quatenus causę sunt; altero, pro ijs, quæ sunt primæ in suo quæque genere; tertio, pro omnibus omnino causis secundum speciem. Si primo modo sumatur, ex ijs, quæ à nobis primo libro disputata sunt, patet, ad solum Metaphysicū pertinere causarum omnium considerationem. Si secundo modo, prima quidem causa efficiens, formalis, & finalis ad Metaphysicum pertinent; at prima causa materialis, etsi ad Physicum ex proprio eius officio spectat, ad Metaphysicum tamen ex communi cura constituendi, ac defendendi omnes scientias, referenda est, ut ibidem diximus. Si denique tertio modo, ad nullam eandem scientiam pertinet omnium causarum cōsideratio, tametsi ad unamquamque pertinere potest cognitio earum omnium, ex quibus

c. 7. q. 1. Sect. 2

bus pendet res, de qua disserit, ueluti ad Physicam causæ omnes rerum naturalium. Itaque simpliciter dicendum, ad solam Metaphysicam pertinere omnium causarum considerationem, quo pacto illæ ab uno tantùm artifice tractari possunt: atq; huic solutioni fauet argumentatio, qua Aristot. affirmatiuam quæstionis partem confirmauit. Quid autem respondendum sit ad priorem argumentationem propositam pro parte negatiua, ex ijs, quæ à nobis eo loco dicta sũt, perspicuum est. Ad posteriorem dicendũ, Mathematicas nõ esse scientias omnium accuratissimas secundùm se, etsi tales dicantur, quatenus quoad nos sunt omniũ certissimę.

*cùm motus principium nouimus: hoc autem aliud est, & oppositum* [m] *fini. Ita* [n] *fit, ut non ad aliam, atque aliam scientiam pertinere uideatur, cuiusque harum causarum contemplatio.*

Textus 4.

*At* [o] *uerò, & illud de principijs demonstratiuis controuersum est, ad unam'ne scientiam, an ad plures ea pertineant (uoco autem demostratiua principia, communes q; sententias, ea, ex quibus omnes demõstrant, quale est illud, Necesse esse quoduis, aut affirmare, aut negare; & illud, Fieri non posse, ut aliquid simul sit, & non sit, & omnes aliæ huiusmodi propositiones) utrum, inquam, horum atque substantiæ una sit scientia; an uerò alia, atque alia: ac,* [p] *si non una, utra nomine eius, quam quærimus, appellãda sit. Atq;* [q] *unam quidem esse, rationi cõsentaneum non est. Cur enim potiùs Geometriæ, quàm cuiusuis alterius proprium sit hæc cognoscere? Si æquè igitur cuiuslibet est, omnium autem esse non potest; profectò quemadmodum non aliarum, ita neque eius, quæ substantias cognoscit, proprium est de ijs agere. Ad* [r] *hæc, quo'nam pacto de ijs scientia erit? Nam, quid horum quodque sit, etiam nunc nouimus. Itaque utuntur eis, ut cognitis, cæteræ etiam artes.*

Loco citato cap. 3.

Quòd

o At uerò, & illud] Disputat secundã quæstionem, qua quærebatur, utrum eiusdem scientiæ esset agere de solis principijs substantiæ, an de principijs etiam, ex quibus omnes artifices demonstrant, quæ principia; cõmunes sententiæ, siue opiniones appellari solebant; tametsi Albertus, nescio qua cõmentatione persuasus existimat, appellari hoc loco cõmunes opiniones, quòd de illis in hac scientia disputetur, quasi de non omnino certis, & firma intelligẽtia comprehensis, licet alibi, ut certissima supponantur. Disputatio secundæ quæstionis.

p Si non una] Addit quæstioni hoc dubium; Si alia est scientia de principijs substantiæ, alia de communibus principijs demonstrationum; utra earum dicenda sit sapientia, unde sumet occasionem disputandi pro altera parte quæstionis. Dubitatio.

q Ac unam quidem] Probat duabus rationibus, non pertinere utraque ad eandem scientiam. Prior ratio est. Agere de communibus principijs demonstrationis, non magis pertinet ad unam scientiam, quàm ad aliam, cùm omnes æquè illis utantur; nec itẽ dicendum est, omnes scientias æquè de illis agere (superuacaneum est enim idem eodem modo explicari in diuersis scientijs) ut igitur cæteræ scientiæ de huiusmodi principijs non agunt, ita nec scientia, quæ de principijs substantiæ differit. Ratio prima pro negatiua parte.

r Adhæc, quonam pacto] Posterior ratio est; Si qua scientia ageret de communibus principijs, ex quibus omnes demonstrant; aut ea traderet illorũ cognitionem definitiuam, aut demonstratiuam; at neutra cognitio de illis tradi potest; ergo nec ea quidem, quæ de principijs substãtiæ differit. Prior pars minoris ea ratione ostenditur, quia definitiua cognitio communium principiorum, seu potiùs terminorum, ex quibus illa constant, ante omnes scientias habetur; quo fit, ut nisi quis acta agi probet, in nulla scientia Ratio secunda.

Digitized by Google

Scientia demonstratiua.

scientia huiusmodi cognitio tradi debeat. Posterior uerò hac ratione probatur. Si de his tradi posset scientia demonstratiua, tria oporteret afferre ad eorum demonstrationem; genus subiectum; affectus, quos passiones uocant; & dignitates: at dignitatum, siue communium principiorum, nō potest dari idem commune subiectum; hoc enim pacto omnium, quæ demonstrantur, esset idem cōmune subiectum, cùm omnes scientię demonstratiuæ ijsdē communibus principijs utantur: non potest igitur de his tradi scientia demonstratiua.

εἰ δὲ ἀποδεικτικὴ περὶ αὐτῶν ἕξις, δεήσει τι γένος εἶναι ὑποκείμενον, καὶ τὰ μὲν πάθη, τὰ δ' ἀξιώματα αὐτῶν· περὶ πάντων γὰρ ἀδύνατον ἀποδεῖξιν εἶναι. ἀνάγκη γὰρ ἐκ τινῶν εἶναι καὶ περί τι, καί τινων τὴν ἀπόδειξιν. ὥστε συμβαίνει πάντων εἶναι γένος ἕν τι τῶν δεικνυμένων· πᾶσαι γὰρ αἱ ἀποδεικτικαὶ χρῶνται τοῖς ἀξιώμασιν. ἀλλὰ μὴν εἰ ἑτέρα ἡ τῆς οὐσίας, καὶ ἡ περὶ τούτων, ποτέρα κυριωτέρα ἢ πρότερα πέφυκεν αὐτῶν; καθόλου γὰρ μάλιστα καὶ πάντων ἀρχαὶ τὰ ἀξιώματα. εἶτ' ἕξις μὴ τοῦτο σοφοῦ, τίνος ἔσται περὶ αὐτῶν ἄλλου τὸ θεωρῆσαι τὸ ἀληθὲς, καὶ τὸ ψεῦδος;

Dignitates.

Cùm fieri nequeat.

Probat quasi per parenthesin, ideo ad demonstrationem afferre oportere dignitates, siue indemonstrabiles propositiones, quia non omnium pronunciatorum potest esse demonstratio. nihil enim hoc pacto demonstraretur, aut tandem idem per seipsum, ut habes 1. post. cap. 3.

Argumētum pro parte affirmatiua.

At uerò si alia. Pro altera quæstionis parte iam sic argumentatur: Si alia sit scientia de principijs substantiæ, alia uerò de cōmunibus principijs omnium demonstrationum; ambiguum erit, utra earum sit potior, & ordine naturæ prior; hoc autē est absurdum; ergo & illud. Maior hac ratione patet; quia quo argumento doceri potest, communia principia esse principia maximè uniuersalia, eò uidebitur potior scientia, & sapientiæ, seu Philosophiæ nomine dignior, quæ illa sibi peculiari ratione uendicauerit. Quo uerò ostendi potest, substantiam esse præcipuum genus entis, eo uidebitur prior locus illi scientiæ deferendus, quæ principia substantiæ consideraverit.

Textus 5.

Ὅλως τε τῆς οὐσιῶν πότερον μία πασῶν ἐστιν, ἢ πλείους ζητητέον. εἰ μὲν οὖν μὴ μία ποίας οὐσίας θετέον τὸν ζητοῦντα τοῦτον. τὸ δὲ μίαν πασῶν, οὐκ εὔλογον· καὶ γὰρ αἱ ἀποδεικτικὴ μία περὶ τὰ καθ' αὐτὸ συμβεβηκότα; εἴπερ πᾶσα ἀποδεικτικὴ περί τι ὑποκείμενον θεωρεῖ καθ' αὑτὰ συμβεβηκότα ἐκ τῶν οἰκείων δοξῶν. περὶ οὗ τὸ αὐτὸ γένος τὰ συμβεβηκότα καθ' αὑτὰ, τῆς αὐτῆς ἕξεως θεωρῆσαι ἐκ τῶν αὐτῶν δοξῶν. περί τε γὰρ τὸ ὄν, μιᾶς· καὶ ἐξ ὧν,

Solutio quæstionis.

4. Hanc quæstionem dissoluit Arist. 4. lib. cap. 3. ostendens, ad hanc eandem scientiā pertinere considerationem de principijs communibus, ex quibus omnes scientiæ demonstrant; quemadmodum de principijs entis, quatenus ens est, ac proinde substantię, quæ est primum genus entis. Vt enim hęc scientia agit de ente, quatenus ens est, quia illud nullis limitibus particularis alicuius scientiæ definitur; ita necesse est, ut agat de communibus principijs, quæ nulli particulari scientię sunt propria. Nec uerò difficile est, dissoluere rationes in oppositum adductas. Ad priorem enim dicendū est, nō magis quidem pertinere huiusmodi principia ad unam particularem scientiam, quàm

Dilutio rationum partis negatiuæ.

ad

ad aliam; sed tamen magis pertinere ad hanc generalem, quæ habet subiectũ omnibus scientiarum subiectis commune. Ad posteriorem dicendum, non ideò principia cõmunia ad hanc scientiam spectare, quia in ea demonstrentur; sed quia defenduntur ab ijs, qui illa negant, ut D. Tho. ait; Vel potiùs, quia cõstant terminis cõmunibus, & minimè limitatis ad materiam alicuius particularis scientię. Quod ideò potiùs dixerim, quia non solũm principia communia, sed etiã particularia defendũtur in hac scientia à proteruis, & calumniatoribus.

Principia cõmunia, licet non demonstrentur à Metaphysico, ab eodem tamẽ defendi.

hoc loco lect. 3. p. 4.

*Quòd si de eis demostratiua habetur scientia, aliquod certè genus subiectum, & alia quidem affectiones, alia uerò dignitates eorum esse oportebit, cùm* [a] *fieri nequeat, ut omnium sit demonstratio. Ex quibusdam enim, & de quodam, & quorundam necesse est demonstrationem esse. Ita fieret, ut omnium, quæ demonstrantur, unum quoddam esset genus: omnes enim demonstratiuæ scientiæ dignitatibus utuntur. At* [b] *uerò si alia de substantia, alia de his agit; utra earum potior, ac prior suaptè natura est? Maximè enim uniuersales, ac omnium principia dignitates sunt. Quòd si hoc non ad sapientem spectat, cuius'nam erit, uerum, ac falsum in eis contemplari?*

[a] Ad summam] Disputat tertiam quæstionẽ, qua quærebatur, utrùm eadem scientia esset de omnibus substantijs, an aliæ de alijs. Quod igitur nõ sint alię de alijs, ex eo probat, quia non est cur hæc scientia, de qua nũc agimus, magis uersetur in uno genere substantiarum, quàm in alio, cùm oẽs contineantur sub cõmuni ratione substãtię, q̃ necessariò à primo Philosopho, ut primo, ac supremo artifice tractari debet.

Tertia quæstionis disputatio.

*Textus 5.* *Ad* [c] *summam, una'ne sit omnium substantiarum, an plures scientiæ, nunc disquirendum. Si non una sit; cuius'nam substantiæ scientia hæc constituenda erit? Vnam* [d] *uerò esse omnium rationi consentaneum non est. esset enim una demonstratiua omnium, quæ per se accidunt, cùm omnis demonstratiua scientia ex communibus sententijs ea consideret, quæ per se alicui subiecto accidunt. Itaque eiusdem scientiæ est, circa idem genus eadem per se accidentia ex eisdem sententijs contemplari. Nam* [e] *& uersari circa ipsum quòd ita sit, unius scientiæ est; & considerare ea, ex*

[b] Vtra earum potior] Argumentum pro parte negatiua.

[c] Vnã uerò esse omniũ] Quòd uerò non sit una omnium substantiarũ, ex eo probat, quia si esset una, iam ad unam, & eandem scientiam pertineret demõstratio omniũ, quę per se accidũt substantijs, quod non uidetur rationi consentaneũ: eodẽ enim modo dicetes, scientiã omniũ rerum esse eandẽ. Parũ enim refert, conueniant ne omnes res uniuocè, an analogicè, ut de eis una scientia haberi possit. Sequelam ex eo probat, quia eiusdem scientię est contemplari proprium subiectum, & omnia, quę per se illi accidunt ex principijs illi generi congruentibus.

[d] Nam & uersari] Videtur probare, quod proximè dixerat, simulq; exponere, quam unitatem, identitatemq; scientiæ intelligat, cùm ait, Eiusdem esse contemplari ea, quæ per se accidunt eidem generi subiecto, ijsq; quę sub eo continentur. Nam cùm uersari circa ipsum quòd ita sit, id est, circa cõclusiones (subaudi de eode subiecto, & ijs quæ sub eo continentũ) unius scientiæ sit; & agere itẽ de principijs, ex quibus illę demonstrantur, unius quoque sit scientiæ; siue hę considerationes sint unius, & eiusdem scientiæ simplicis, siue diuersarum, ex quibus constet una quædam integra; efficitur, ut & demonstrare ex huiusmodi principijs accidentia omnia, quæ eiusmodi subiecto in se, & in suis inferioribus conueniunt, unius quoque & eiusdem sit scientiæ.

Cognitio enim demonstratiua per se accidentium, utranque dictarum scientiarum cõplectitur, siue illæ eędem sint, ut dictum est, siue ex utraque confletur una tertia, ut re uera quasi conflatur. Scientiæ enim, quas uocamus, ut Physica, Geometria, &c. duo habituum genera complectuntur, & principiorum, & conclusionum.

Solutio quæstionis.

Hæc quæstio dissoluitur ab Arist. lib. 4. cap. 2. & lib. 6. cap. 1. quibus locis decetur, non ad eandem scię tiam pertinere disputationẽ de omnibus substantijs, nisi quatenus substantiæ sunt, seu entia per se; sed ad Philosophiam naturalem spectare tractationem de ijs substantijs, quæ materia constant, ad hanc autẽ de materiæ expertibus, & de ipsa etiã substantia in cõmune, quatenus est primum gen' entis. Ad id autẽ, quod contrà objiciebatur, dicẽdum est, ęquius esse, ut prima Philosophia differat de substãtijs materię expertibus, quàm de ijs, quę materia constant, cùm disputatio de materiæ cõstantib' pertineat ad Physicã. Nec obest, quòd Metaphysica differat de substantia in commune. Nam etsi omnes substantię contineantur sub communi ratione substantię; tamen non continentur sub ea ratione formali, sub qua substantia in cõmune à primo Philosopho tractatur, quæ quidem est ens non includens in suo conceptu materiam.

Diluitur argumentum partis affirmatiuæ.

Sub qua ratione formali substantiæ ad Metaphysicũ spectent.

ἐξ ὧν, μιᾶς: εἴτε τῆς αὐτῆς, εἴτε τῆς ἄλλης. ὥστε * καὶ τὰ συμβεβηκότα, εἴθ' ἑαυταῖς θεωρήσουσιν, εἴτ' ἐκ τούτων μία. * Alias αὐτας.

Textus 6.

Ἔπ[z] δὲ, πότερον περὶ τὰς οὐσίας ἡ θεωρία μόνον ἐστὶν, ἢ καὶ περὶ τὰ συμβεβηκότα ταύταις; λέγω δ', οἷον, εἰ τὸ τρίγωνον οὐσία τίς ἐστι, καὶ γεγραμμαί, καὶ ἔπιπεδα, πότερον τῆς αὐτῆς ταῦτα γεωμετρίζειν ἐπισήμης, καὶ τὰ συμβεβηκότα περὶ ἕκαστον γένος, περὶ ὧν αἱ μαθηματικαὶ δεικνύουσιν, ἢ ἄλλης: εἰ [aa] μὲν γὰρ τῆς αὐτῆς, ἀποδεικτική τις ἂν εἴη καὶ ἡ τῆς οὐσίας. οὐ δοκεῖ δὲ τῷ τί ἐστιν ἀποδείξις εἶναι. εἰ [bb] δ' ἑτέρας, τίς ἔσται ἡ θεωροῦσα περὶ τὴν οὐσίαν τὰ συμβεβηκότα; τοῦτο γὰρ ἀπορῆσαι παγχάλεπον.

Textus 7.

Ἔπ[cc] δὲ, πότερον τὰς αἰσθητὰς οὐσίας μόνας δεῖ φατέον, ἢ καὶ ταύτας ἄλλας; καὶ πότερον μοναχῶς, ἢ πλείω χρόνον τετύχηκεν * ὄντα τὰ οὐσιῶν, οἷον οἱ λέγοντες τά τε εἴδη, καὶ τὰ μεταξύ, περὶ ἃ τὰς μαθηματικὰς εἶναί φασιν ἐπιστήμας; ὡς [dd] μὲν οὖν λέγομεν τὰ εἴδη ἄπειρά τε καὶ οὐσίας εἶναι καθ' ἑαυτάς, εἴρηται ἐν τοῖς πρώτοις λόγοις περὶ αὐτῶν. πολλαχῇ [ee] δὲ ἐχόντων δυσκολίαν, ἐδεήθη ἂν τόπου, τὸ φάναι μὲν εἶναί τινας φύσεις παρὰ τὰς ἐν τῷ οὐρανῷ, ταύτας δὲ τὰς αὐτὰς φάναι τοῖς αἰσθητοῖς, πλὴν ὅτι τὰ μὲν ἀίδια, τὰ δὲ * Excidit non habent ὄντα τῶν οὐσιῶν.

Disputatur quæstio quinta.

z Præterea, utrum] Disputat quintam quęstionem ante quartam, quia eum ijs, quę proximè dicta sunt quidetur cohærere. Erat autem quęstio quinta, num scientia, hęc in sola substantiarum consideratione uersaretur, an etiam in consideratione accidentium, quæ illis per se conueniunt.

Argumentum partis negatiuæ.

aa Nam si ad eandem] Quòd non eadem scientia in utrisque uersetur, hac ratione probat. Quia si ea scientia, quæ uersatur circa accidentia uersaretur etiam circa ipsas substantias; cum illa sit demonstratiua accidentiũ, esset etiam demonstratiua substantię, siue quiditatis, quod fieri non potest. Isto enim pacto definitio, quæ significat quiditatem rei, posset demonstrari, quod fieri nequit, ut patet ex 2. Post. cap. 10.

Sim

Digitized by Google

b b Circa hæc ad aliam] Quòd uerò non sit alia, ex eo probat, quia ualde difficile erit (imo uerò impossibile) ostendere, quæ nam scientia consideret ea, quę per se accidunt substantijs, absque ipsarum substantiarum consideratione. Nulla enim scientia cognoscere potest propria, & per se accidentia ignorato proprio subiecto.

Argumentum ꝓ altera parte.

Hanc quæstionē determinat Arist. in 4. lib. cap. 1. & 2. ubi docet, ad eandem scientiam pertinere considerationē de ente, ac substātia, & de ijs, quę illis per se accidūt. Nec ratio in oppositum quicquam colligit. Nam etsi eadem scientia uersatur in substantijs, quatenus substātię sunt, & in ijs, quæ illis per se accidūt; non tamen considerat utraque demonstrando; sed definiendo substantias, & demonstrando accidentia. Quo loco Aristoteles loquitur de scientia ea, quę propriè scientia dicitur, ut annotauit Syrian⁹, qualis est subalternans. Potest enim subalternata, quę utcunque scientia dicit, cōsiderare ea, quę per se accidunt, nec tā ꝓpriè considerare, aut tractare quiditatem, cui us tractatio ad subalternante propriè pertinet.

Solutio quæstionis, & argumenti pro parte negatiua.

Scientia subalternata.

*ex quibus, unius item est; siue eiusdem sint, seu diuersarum. Quare, & accidentia, aut eadem considerabunt, aut ex his una.*

**Textus 6.** *Præterea, c c utrum substantiarum tantùm sit contemplatio, an & eorum, quæ his accidunt. Verbi causa, si solidum substantia quædam sit, item'que lineæ, ac plana; ad eandem'ne scientiam, tùm hæc, tum accidentia, quæ unicuique generi eorum, de quibus Mathematica demōstrant, cognoscere pertineat; an ad aliam, atque aliam. Nam d d si ad eandem, demonstrativa etiam quædam fuerit ea, quæ in substantia uersatur. At quiditatis non uidetur esse demonstratio. Sin e e autem ad aliam, atque aliam; quæ'nam erit, ea, quæ accidentia in substantia contemplabitur? hoc enim docere difficillimum est.*

**Textus 7.** *Præterea, f f utrum solas substantias sensibiles esse, an alias etiam præter eas dicendum est? & unum'ne tantùm, an plura sunt substantiarum genera, quemadmodum ij censent, qui & formas esse dicunt, & media, in quibus Mathematicas scientias uersari asserunt? Quo g g igitur pacto formas, tùm causas esse, tum etiam substantias per se dicamus; cùm primùm de ijs ageremus, expositum est. At h h hæc, cùm multas difficultates habent, tum uerò illud non minùs absurdum est, naturas quasdam esse asserere, præter eas, quæ in cœlo sunt, easq; easdē esse cum sensibilibus, nisi quòd illæ sempiternæ sint, hæ*

c c Præterea, utrum] Disputat quartam quæstionem, sint ne uidelicet aliæ substantiæ præter sensibiles. Quòd si sint, num earū sint plura genera, ut apud Platonem ideæ, & mathematica entia.

Disputatio quartæ quæstionis.

d d Quo igitur pacto] Quo pacto Ideæ ponantur à Platone, & quibus rationibus uideantur ponendæ, ait Arist. satis se 1. lib. explicasse, Quo rursus loco uerbo, Dicamus, se Platonicum facit, quemadmodum sæpe lib. 1. cap. 6. & 7.

e e At hæc, cùm multas] Quòd tamen ideę, nō uideantur asserendæ cùm multis rationibus, quæ satis ingerunt difficultatis se ostendisse 1. lib. innuit, tum uerò hoc uno argumento, quod D. Thom. uocat efficacissimum, denuò confirmat. Qui dicunt, Ideas esse naturas quasdam præter eas, quæ sunt in cœlo, hoc est in mundo hoc sensibili, nō discernunt eas à sensibilibus, nisi sola æternitate; est autem absurdissimum, ex rebus eiusdem rationis, & naturæ, alias ponere suapte natura æternas, alias caducas, & cor-

Impugnatur Ideę Platonis

hoc loco lect. 7. p. 3.



Digitized by Google

ruptioni obnoxias; absurdissimum est igitur hoc pacto ideas ponere. Priorem propositionē ex eo probat Arist. quia Plato nulla alia ratione distinguebat Ideā hominis à singulis hominibus, nisi separatione ab omni mutatione, quam quidem separationē significabat præfixione particulæ, Ipsum. Addit autem perinde Platonē fecisse, atq; eos qui putauerunt esse Deos humana specie præditos. Dum.n. humanam speciem illis tribuebant, homines planè esse affirmabant; dum autem uocabant Deos, suaptè natura sempiternos esse asserebant. Quòd autem posterior propositio uera sit, luce clarius est. Nam, etsi res corruptibiles possunt diuina uirtute perpetuò cōseruari; nulla tamen eorum ex se perpetua esse potest.

τὰ δὲ φθαρτά. αὐτὸ γὰρ αὐθρωπόν φασιν εἶ), καὶ αὐτὸ ἵππον, καὶ ὑγίειαν, ἄλλο δ' οὐδέν: ὥστε πλέσιον μὲν ποιοῦσι τοὺς θεοὺς μὲν εἶ) φάσκοντες, ἀνθρωποειδεῖς δὲ. οὔτε γὰρ ἐκεῖνοι οἰόν τ' ἄλλο ἐποίουν, ἢ ἀνθρώπους ἀϊδίους, οὐδ' οὗτοι τὰ εἴδη ἀλλ' ἢ αὐθρωπα ἀΐδια. lege quæ dicta sunt lib. 2. cap. 7. 20

Ἔτι εἰ τις ὥσπερ τὰ εἴδη, καὶ τὰ αἰσθητὰ τὰ μεταξὺ θήσεται, πολλὰς ἀπορίας ἕξει. δῆλον γὰρ ὡς ὁμοίως γραμμαί τε παρ' αὐτὰς καὶ τὰς αἰσθητὰς ἔσονται, καὶ ἕκαστον τῶν ἄλλων ὁμοίως. ἔστι δὲ περί γε ἀστρολογία μία τούτων οὖσιν, ἔστί τις καὶ οὐρανὸς ὥσπερ τὸν αἰσθητὸν οὐρανὸν, καὶ ἥλιος, καὶ σελήνη, καὶ τἆλλα ὁμοίως τὰ κατὰ τὸν οὐρανόν. καί τι πῶς δεῖ πιστεύσαι τούτοις; οὐδὲ γὰρ ἀκίνητον ἄλογον εἶ), κινούμενον δὲ καὶ παντελῶς ἀδύνατον. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ ὧν ἡ ὀπτικὴ θεωρηματεύεται, καὶ ἡ ἐν τοῖς μαθηματικοῖς ἁρμονική. καὶ γὰρ ταῦτα ἀδύνατον εἶ) ὥσπερ τὰ αἰσθητὰ, ἀλλὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας. εἰ γάρ ἐστιν αἰσθητὰ μεταξύ, καὶ αἰσθήσεις ἔσονται, καὶ ζῶα ἔσονται μεταξὺ αὐτῆς τε καὶ τῆς φθαρτῆς. If I am uerò si quis } Missis Ideis, de entibus mathematicis edisserit, primumq; iuxta sententiam Platonis, qui illa separabat à rebus sensibilibus, deinde iuxta opinionem quorūdam Platonicorum, qui etsi dicebant illa esse diuersa à sensibilibus quantitatibus, à rebus tamen sensibilibus minimè separabant. Quòd igitur illa non sint ponenda separata, trib⁹ rationibus suader. Prima, quia quemadmodum à Platone ponūtur lineæ mediæ inter ipsas lineas, siue ideales, & lineas sensibiles, de quibus medijs Geometræ disserant; sic etiam ponenda sunt media entia inter ideas aliarum rerum mathematicarum, & indiuidua sensibilia, nempe cœlum medium inter cœlum ideale, & hoc cœlum; medium Solem, & Lunam, medium radium uisualem, medium concentum, & cætera huiusmodi, de quibus differant aliæ mathematicæ scientiæ, ut Astrologia, Perspectiua, Musica ea, quæ uulgò dicitur Theorica, & similes. est enim par ratio. Nam, & hæ scientiæ per principia

Non dari entia Mathematica à rebus separata.

Ἀπορήσῃε δ' ἄν τις καὶ περὶ ποῖα τ' ὄντων δεῖ ζητεῖν ταύτας τὰς θεωρίας. εἰ γὰρ τοῦτο διοίσει ἢ γεωδαισία τῆς γεωμετρίας μόνον, ὅτι ἡ μὲν τοιοῦτον ἐστὶν οἷον αἰσθανόμεθα, ἡ δ' οὐκ αἰσθητόν, δῆλον ὅτι καὶ τῶν ἰατρικῶν ἐστί τις θεωρία (καὶ γὰρ ἐκάστῳ τῶν ἄλλων) μεταξὺ αὐτῆς τε ἰατρικῆς, καὶ τῆς τῶν ἰατρικῶν. καί τοι πῶς τοῦτο δυνατόν; καὶ γὰρ αὖ ὑγιεινὰ ἄττα εἶη ἂν καὶ αἰσθητὰ, καὶ αὐτὸ τὸ ὑγιεινόν. ἅμα δὲ οὐδὲ τοῦτο ἀληθὲς, ὡς ἡ Textus 8.

pia purè geometrica, aut arithmethica, quæ geometricis abstractiora sunt, huiusmodi res considerant. At ista sunt absurdissima, ut ostendit.

gg Nam neque} Hoc non esse consentaneum rationi, uel ex ipsa Astrologia patet; siquidé Astrologi multa differunt de motu cœli.

hoc loco comment. 31.

*hæ corruptibiles. Dicunt enim, ipsum hominem esse, & ipsum equum, sanitatem que, & nihil aliud; perinde facientes, atque ij, qui Deos quidem esse aiunt, sed tamen humana forma. Neque enim illi quicquam aliud faciebant, quàm homines sempiternos, neque hi formas aliud, quàm sempiterna sensibilia.*

*Iam ff uerò, si quis media entia inter formas, & sensibilia posuerit, in multas difficultates incurret. Perspicuum est enim, fore eadem ratione lineas, præter separatas, ac sensibiles, & unumquodque eiusmodi eorum genus. Quare, cùm Astrologia una horum sit, erit, & quoddam cœlum, præter cœlum sensibile, item que sol, luna, & pari ratione cætera, quæ in cœlo existunt. At quo nam pacto hisce credendum est? Nam, gg neque ut immobile sit rationi consentaneum est; neque hh uerò ut moueatur fieri ullo modo potest. Quod idem dicendum erit de ijs, de quibus agit Perspectiua, & Musica ea, quæ in Mathematicis numeratur. hæc enim ob easdem causas existere non possunt à sensibilibus seiuncta. Nam ii si sensibilia sint media, sensus que medij; perspicuum est, fore etiam media animalia inter separata, & quæ intercunt.*

ff Neque uerò} Nã, quod separatũ est à materia sẽsibili, mobile esse nõ potest. Vnde Alex. Solé, inquit, & Lunam moueri quidé nõ tamẽ sensibilia, sed mathematica esse, absurdius dictu est, quàm eadé ratione abstracta immobilia esse.

Rem à materia separatam mobilem esse non posse.

gg Nam & sensibilia} Cùm linea uisualis, & cõcentus nõ solùm esse nõ possint, sed ne intelligi quidé absq; qualitatibus, quæ cõtinentur sub peculiari obiecto alicuius sensus; efficit, ut si illa darent separata, necessariò etiam darent sensus separati, & animalia separata, in quibus eiusmodi sensus inessent. Alioqui non essent propria sensibilia alicuius sensus, quod repugnat hypothesi.

hh Dubitet quoque} Secũda ratio, quã refellit mathematica separata huiusmodi est, Quia si Geometria hoc differret à Geodæsia, id est à facultate diuidendi terras (qua Aegyptij utebãtur ad restituendos terminos regionis, q quotannis inundatione Nili confunduntur) quòd hæc in rebus sensibilibus uersetur, illa uerò in ijs, quæ sunt media, inter sensibilia, & Ideas; pari

Geometria & Geodæsia.

Textus 3. *Dubitet kk quoq; aliquis, quibus in rebus hæ scientiæ quærendæ sint. Si enim hoc solùm à Geometria differat Geodæsia, quòd hæc sit horum, quæ sensibus percipimus, illa uerò eorum, quæ sensibilia non sunt; perspicuum est, etiam præter Medicinam fore quandam scientiam (eodemq; modo præter unamquamq; aliarum) quæ media sit inter Medicinã ipsam, & hanc Medicinam. At hoc, qui fieri potest? Erunt enim, & præter sensibilia, ac salubre ipsum, quædam salubria. Simul ll autem, neque hoc uerum erit,*

ratione concedenda erit alia Medicina inter Idealem, & eam, quæ uersatur in morbis, qui sensibus subiecti sunt; quod ne ipse quidem Plato admitteret, ne, quod consequens est, concedat salubre medium inter salubre Ideale, atque sensibile.

Quædam de scientijs Mathematicis.

ll Simul autem, neque hoc} Tertia ratio est, Quia si qua esset causa, ob quã mathematica separata ponẽda essent, ea maximè esse uideret, qa alioqui nihil differret Geodæsia, Astrologia,

Digitized by Google

ruptioni obnoxias; absurdissimum est igitur hoc pacto ideas ponere. Priorem propositionē ex eo probat Arist. quia Plato nulla alia ratione distinguebat Ideā hominis à singulis hominibus, nisi separatione ab omni mutatione, quam quidem separationē significabat præfixione particulæ, Ipsum. Addit autem perinde Platonē fecisse, atq; eos qui putauerunt esse Deos humana specie præditos. Dum n: humanam speciem illis tribuebant, homines planè esse affirmabant; dum autem uocabant Deos, suapte natura sempiternos esse asserebant. Quòd autem posterior propositio uera sit, luce clarius est. Nam, etsi res corruptibiles possunt diuina uirtute perpetuò cōseruari; nulla tamen eorum ex se perpetua esse potest.

τὰ δὲ φθαρτά. αὐτὸ γὰρ ἄνθρωπόν φασιν εἶ), καὶ αὐτὸ ἵππον, καὶ ὑγίειαν, ἄλλο δ' οὐδέν: ὥστε πλήσιον μὲν ποιοῦντες τοῖς θεοὺς μὲν εἶ) φάσκουσιν, ἀνθρωποειδεῖς δὲ. οὔτε γὰρ ἐκεῖνοι οὐθὲν ἄλλο ἐποίουν, ἢ ἀνθρώπους ἀϊδίους, οὐδ' οὗτοι τὰ εἴδη ἀλλ' ἢ αἰδια τὰ αἴδια. lege quæ dicta sunt lib. 2. cap. 7. 20

Εἶτα εἰ δὲ εἴ τις ὥστε τὰ εἴδη, καὶ τὰ αἰσθητὰ τὰ μεταξὺ θήσεται, πολλὰς ἀπορίας ἕξει. δῆλον γὰρ ὡς ὁμοίως γραμμαί τε παρ' αὐτὰς καὶ τὰς αἰσθητὰς ἔσονται, καὶ ἕκαστον τῶν ἄλλων ὡσαύτως. ἔστι δὲ καὶ περὶ ἀστρολογία μία τούτων ὅτιν, ὅσαί τε καὶ οὐρανὸς ὥστε τὸν αἰσθητὸν οὐρανόν, καὶ ἥλιος, καὶ σελήνη, καὶ τἆλλα ὁμοίως τὰ κατὰ τὸν οὐρανόν. καί τι πῶς δεῖ πιστεῦσαι τούτοις; οὐδὲ γὰρ ἀκίνητον ὅλως ἐστί), κινούμενον δὲ καὶ παντελῶς ἀδύνατον. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ ὧν ἡ ὀπτικὴ θεωρηματεύεται, καὶ ἡ ἐν τοῖς μαθηματικοῖς ἁρμονική. καὶ γὰρ ταῦτα ἀδύνατον ἐστί) ὥστε τὰ αἰσθητὰ, ἀλλὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας. εἰ γάρ ὅτιν αἰσθητὰ μεταξύ, καὶ ζῶα ἔσονται μεταξὺ αὐτῶν τε καὶ τῶν φθαρτῶν. Tf Iam uerò si quis } Missis Ideis, de entibus mathematicis edisserit, primumq; iuxta sententiam Platonis, qui illa separabat à rebus sensibilibus, deinde iuxta opinionem quorūdam Platonicorum, qui etsi dicebant illa esse diuersa à sensibilibus quantitatibus, à rebus tamen sensibilibus minimè separabant. Quòd igitur illa non sint ponenda separata, trib⁹ rationibus suadet. Prima, quia quemadmodum à Platone ponūtur lineæ mediæ inter ipsas lineas, siue ideales, & lineas sensibiles, de quibus medijs Geometræ disserant; sic etiam ponenda sunt media entia inter ideas aliarum rerum mathematicarum, & indiuidua sensibilia, nempe cœlum medium inter cœlum ideale, & hoc cœlum; medium Solem, & Lunam, medium radium uisualem, medium concentum, & cætera huiusmodi, de quibus differant aliæ mathematicæ scientiæ, ut Astrologia, Perspectiua, Musica ea, quæ uulgò dicitur Theorica, & similes. est enim par ratio. Nam, & hæ scientiæ per principia

Non dari entia Mathematica à rebus separatis.

Ἀπορήσαι δ' ἄν τις καὶ περὶ ποῖα τῶν ὄντων δεῖ ζητεῖν ταύτας τὰς θεωρίας. εἰ γὰρ τοῦτο διοίσει ἢ γεωδαισία ἢ γεωμετρίας μόνον, ὅτι ἡ μὲν τοιούτων ὅτιν ὧν αἰσθανόμεθα, ἡ δ' οὐκ αἰσθητῶν, δῆλον ὅτι καὶ ὥστε ἰατρικὴν ἔσται τις θεωρία (καὶ παρ' ἑκάστην τῶν ἄλλων) μεταξὺ αὐτῆς τε ἰατρικῆς, καὶ τῶν δὲ τῆς ἰατρικῆς. καί τοι πῶς τοῦτο δυνατόν; καὶ γὰρ αἱ ὑγιειναὶ ἄσται ἔσαι ὥστε τὰ αἰσθητὰ, καὶ αὐτὸ τὸ ὑγιεινόν. ἅμα δὲ οὐδὲ τοῦτο ἀληθές, ὡς ἡ Textus 8.

pia purè geometrica, aut arithmethica, quæ geometricis abstractiora sint, huiusmodi res considerant. At ista sunt absurdissima, ut ostendit.

gg Nam neque} Hoc non esse consentaneum rationi, uel ex ipsa Astrologia patet; siquidè Astrologi multa differunt de motu cœli.

*hæ corruptibiles. Dicunt enim, ipsum hominem esse, & ipsum equum, sanitatem que, & nihil aliud; perinde facientes, atque ij, qui Deos quidem esse dicunt, sed tamen humana forma. Neque enim illi quicquam aliud faciebant, quàm homines sempiternos, neque hi formas aliud, quàm sempiterna sensibilia.*

hoc loco cōmen. 31.

*Iam ff uerò, si quis media entia inter formas, & sensibilia posuerit, in multas difficultates incurret. Perspicuum est enim, fore eadem ratione lineas, præter separatas, ac sensibiles, & unumquodque eæterorum genetum. Quare, cùm Astrologia una horum sit, erit, & quoddam cælum, præter cælum sensibile, item que sol, luna, & pari ratione cætera, quæ in cælo existunt. At quo nam pacto hisce credendum est? Nam, gg neque ut immobile sit rationi consentaneum est; neque hh uerò ut moueatur fieri ullo modo potest. Quod idem dicendum erit de ijs, de quibus agit Perspectiua, & Musica ea, quæ in Mathematicis numeratur. hæc enim ob eadem causas existere non possunt à sensibilibus seiuncta. Nam ii si sensibilia sint media, sensus que medij; perspicuum est, fore etiam media animalia inter separata, & quæ intercunt.*

ff Neque uerò} Nā, quod separatū est à materia sēsibili, mobile esse nō potest. Vnde Alex. Solē, inquit, & Lunam moueri quidē nō tamē sensibilia, sed mathematica esse, absurdius dictu est, quàm eadē astra im mobilia esse.

Rem à materia separatam mobilem esse non posse.

gg Nam & sensibilia} Cùm linea uisualis, & cōcentus nō solùm esse nō possint, sed ne intelligi quidē absq; qualitatibus, quæ cōtinentur sub peculiari obiecto alicuius sensus; efficit, ut si illa darentur separata, necessariò etiam darentur sensus separati, & animalia separata, in quibus eiusmodi sensus inessent. Alioqui non essent propria sensibilia alicuius sensus, quod repugnat hypothesi.

hh Dubitet quoque} Secūda ratio, quā refellit mathematica separata huiusmodi est, Quia si Geometria hoc differret à Geodæsia, id est à facultate diuidendi terras (qua Aegyptij utebātur ad restituendos terminos regionis, q quotannis inundatione Nili confunduntur) quòd hæc in rebus sensibilibus uersetur, illa uerò in ijs, quæ sunt media, inter sensibilia, & Ideas; pari

Geometria & Geodæsia.

**Textus 3.** *Dubitet kk quoq; aliquis, quibus in rebus hæ scientiæ quærendæ sint. Si enim hoc solùm à Geometria differat Geodæsia, quòd hæc sit horum, quæ sensibus percipimus, illa uerò eorum, quæ sensibilia non sunt; perspicuum est, etiam præter Medicinam fore quandam scientiam (eodemq; modo præter unamquamq; aliarum) quę media sit inter Medicinā ipsam, & hanc Medicinam. At hoc, qui fieri potest? Erunt enim, & præter sensibilia, ac salubre ipsum, quędam salubria. Simul ll autem, neque hoc uerum erit,*

ratione concedenda erit alia Medicina inter Ideālem, & eam, quæ uersatur in morbis, qui sensibus subiecti sunt; quod ne ipse quidem Plato admitteret, ne, quod consequens est, concedat salubre medium inter salubre Ideale, atque sensibile.

ll Simul autem, neque hoc} Tertia ratio est, Quia si qua esset causa, ob quā mathematica separata ponēda essent, ea maximè esse uideret, qa alioqui nihil differret Geodęsia,

Quædam de scientijs Mathematicis.

Astrologia,

Astrologia, & aliæ Mathematicæ, quę uersantur in rebus sensibilibus, à purè Mathematicis, cuiusmodi est Geometria. Nisi.n. dicamus, illas uersari in ijs, quæ sensibus subiecta sunt, has uerò in ijs, quæ existunt à sensibus separata; nulla est ratio discriminis inter utrunq; genus: atqui Geodęsia, Astrologia, & aliæ scientiæ mathematicæ prioris generis non uersantur in ijs, quæ sensibus subiecta sunt; igitur nulla est ratio, ob quam mathematica ponenda sint separata. Assumptionē, quod attinet ad Geodęsiā, ex eo probat, quia si illa esset magnitudinū terrenarū singularium, q̄ per se intereunt, ipsa etiā, cum illę intereūt, necessariò periret, idest amitteret nomen, ac ratione scientiæ, quę quidem non est eorū, quæ per se corrumpuntur. Alioqui, pbatio hæc Arist. apta non est. Quod uerò attinet ad Astrologiā, ea ratione probatur assumptio, quia ne in cęlis quidē singularib⁹ sunt pfectæ illę figuræ, quas mathematici definiunt. Quod mihi nō rectè dici ab Arist. uideret, nisi sola disputationis causa id diceret. Crediderim.n. rotūditatem cœlorū adeo perfectam esse, ut si normam ęquè perfectā tāgeret, nō nisi in pūcto cōtingeret. Id, quod Plato in Timęo, quē locū Cicero interpretatur, planè sentit, cū de fabrica cœlestis corporis ita scribit [ Idq; ita tornauit, ut nihil effici possit rotundius, nihil ut asperitatis haberet, nihil offensionis, nihil inclusum anfractibus, nihil eminēs, nihil lacunosum, omnesque partes simillimę omniū &c.] Meliùs id pbaret Aristoteles si sumeret, Astrologiam non uersari primò, ac per se in his cœlis, sed in cœlis absolutè. Nam, etsi hi cęli non essent, adhuc tamen Astrologorum demonstrationes in quosuis alios similes conuenirent. Latinorum plerique aliter interpretantur Aristotelem in his rationibus. Sed id, quod nos, Syrianus etiam, & Alexander sentiunt.

Mira cęli rotunditas.

ὡς ἡ γεωδαισία τ̃ αἰσθητ̃ ὄντι μεγεθῶν ἐ φθαρτ̃ : ἐφθαρμένων γὰρ ἂν φθαρμένων. ἀλλὰ μὴν ἡ δὲ τ̃ αἰσθητ̃ ἂν εἴη μεγεθῶν, εἰ δὲ καὶ τὸν οὐρανὸν ἡ ἀστρολογία τόνδε. ὅτι γὰρ αἱ αἰσθηταὶ γραμμαὶ τοιαῦταί εἰσιν, οἵας λέγει ὁ γεωμέτρης, εἰδέναι γὰρ δεῖ τ̃ αἰσθητ̃ ὅτου, εἰ δὲ τροχγύλον. ἄπτεται γὰρ ἡ κανόνος, ἐ κατὰ σημεῖον ὁ κύκλος, ἀλλ' ὥσπερ Πρωταγόρας ἔλεγε τοὺς γεωμέτρας. οὐδὲν γὰρ αἱ κινήσεις, ἃς αἱ χεῖρες ἡ ὑραυῦ ὅμοιαι. δεῖ δὲ ὧν ἡ ἀστρολογία ποιεῖται τοὺς λόγους, οὔτε τὰ σημεῖα τοῖς ἄστροις τὴν αὐτὴν ἔχει φύσιν.

Εἰσὶ δέ τινες, οἳ φασι μὲν εἶ) τὰ μεταξὺ ταῦτα λεγόμενα τ̃ τε εἰδῶν καὶ τ̃ αἰσθητ̃, οὐ μὴν χωρίς γε τ̃ αἰσθητ̃, ἀλλ' ἐν τούτοις : οἷς τὰ συμβαίνοντα ἀδύνατα, παύτα μὲν πλείονος λόγου διελθεῖν, ἱκανὸν δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα θεωρῆσαι. ὅτι γὰρ ὅτι τούτων οὐ λόγον ἔχειν ὅτω μόνον, ἀλλὰ δῆλον ὅτι καὶ τὰ εἴδη ἐνδέχοιτ' ἂν ἐν τοῖς αἰσθητοῖς εἶ) : τῷ γὰρ αὐτ̃ λόγου ἀμφότερα ταῦτά ὄντι. ἔτι δὲ δύο στερεὰ ἐν τῷ αὐτῷ ἀναγκαῖον εἶ) τόπῳ, καὶ μὴ εἶ) ἀκίνητα, ἐν κινουμένοις γε ὄντα τοῖς αἰσθητοῖς. ὅλως δὲ καὶ τίνος ἕνεκ' ἄν τις θείη εἶ) μὲν αὐτὰ, εἶ) δ' ἐν τοῖς αἰσθητοῖς ; ταυτὶ γὰρ συμβήσεται ἄτοπα τοῖς θεωρημένοις. ἔσαι γὰρ οὐρανός τις ἕτερος τ̃ οὐρανοῦ, πλοῦ γε οὐ χωρὶς, ἀλλὰ ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ, ὅπερ ὄντι ἀδύνατόν τι ἐστιν.

Text. 9.

Cic. de Vniuersitate.

Fingunt enim puncta moueri, siquidem & astra puncta faciunt.

faciunt, & circa terram quasi circa punctum uolui omnia cœlestia.

Entia mathematica in rebus sensibilibus existere.

¤¤ Sunt autem] Iam ostendit, entia mathematica nō posse existere in rebus sensibilibus, si sunt diuersa à sensibilibus quantitatibus, ut quidā Platonici affirmabāt. Ait ergo, cùm plurimorū cōsequentium incōmodis, id posse refutari, tum uerò his quatuor argumentis. Primùm, quia pari ratione Ideę possent existere in reb⁹ sensibilibus, quod ij negabāt. Deinde, qa darētur duo corpora in eodē loco. Tertiò, quia entia mathematica mouerentur motis reb⁹ sensibilibus, in quib⁹ inessent, cum tñ ab illis oīa immobilia esse diceren tur. Postremò, quia eadē absurda sequunt hāc sententiam, quę superiorē; cuiusmodi est illud, dari aliud cęlū prēter hoc cœlū: quāquàm id iuxta hāc opinionē, ea ex parte esset absurdius, ꝙ simul existerent duo cœli in eodē loco.

*Geodæsiam in magnitudinibus sensibilibus, & corruptibilibus uersari: ijs enim intereuntibus, interiret. At uerò neque in sensibilibus magnitudinibus, neque in hoc cælo Astrologia uersabitur. neque enim sensibiles lineæ tales sunt, quales Geometra usurpat. Etenim ex sensibilibus nihil, adeo rectum, aut rotundum est. Tangit enim normam circulus non in puncto, sed quemadmodum dicebat Protagoras cùm Geometras reprehenderet. Neque ¤¤ item motus, ac reuolutiones cœli similes sunt ijs, de quibus Astrologia differit; neque puncta eandem, quam astra, naturam habent.*

Textus 9.

*Sunt ¤¤ autem nonnulli, qui asserant, esse quidem ea, quæ media inter formas, & sensibilia dicuntur; non tamen à sensibilibus seiuncta, sed in eis posita; quorum sententiam, quæ impossibilia sequantur, omnia quidem longioris sermonis est persequi; uerùm hæc satis fuerit considerasse. Neque enim in his solùm rationi consentaneum est, ita se rem habere; sed apertè sequitur, formas etiam ipsas in sensibilibus esse posse, quippe cùm eiusdem rationis hæc sint utraque. Præterea, duo solida in eodem loco sint necesse est. Itemque, non esse immobilia, cùm in sensibilibus, quæ mouentur, existant. Denique cuius rei gratia quisquam statuat, esse quidem illa, sed tamen in sensibilibus esse? eadem enim, atque ea, quæ iam dicta sunt, incommoda accident. Erit enim quoddam cælum, præter cælum; nisi quòd non erit separatum, sed loco in eodem, quod utique impossibilius est.*

Contra Eclnicos Philosophos.

Aduerte tñ, utrunq; uir tute diuina fieri posse, & quòd detur magnitudo aliqua seiuncta ab omni substantia sensibili, & quòd duo corpora existant in eodem loco. Illud etiam aduerte, non mediocris auctoritatis uiros esse, qui credant, horum Platonicorum sententiā eam esse, quæ 4. Physicorū libro refutatur de loco, quem nonnulli dicebant esse dimēsiones quasdā, quibus corpora naturalia, ut loco, continerentur. Quę tñ sententia propterea fortasse non placebit, quia hæ dimēsiones nō ponebantur esse in rebus naturalibus, sed potiùs res naturales esse in ijs; nec ille, si essent, mouerentur ad motum corporum naturalium, sed semper sine persisterent. Forsitan autē, ideo Arist. hanc quæstionē nō tractauit pro parte affirmatiua, quia rationes Platonicorū erāt tritę, ac uulgatę, aut quia ex lib. 1. eę colligi poterāt, quę satis essent ad qualēcunq; cōfirmationē opinionis nullius pēnè pbabilitatis.

Solutio quæstionis.

Solutio huius quæstionis patet ex lib. 7. 12. 13. & 14. potissimùm uerò ex duobus extremis, quibus in locis latè docet Arist. nec ideas, nec entia mathematica, siue priori, siue

siue posteriori modo ponantur, cohærere posse in rerum natura. Rationes autem, quibus affirmatiua quæstionibus pars à suis auctoribus confirmatur, partim soluuntur libro primo, partim soluentur in locis citatis.

## Capitis tertij Explanatio.

Disputatio septimæ quæstionis.

ET de his a ig it] Disputat septimam quæstionem, qua quærebatur, num genera rerum, an potiùs partes, ex quibus illæ reali cõpositione cõstant essent earũ principia, &c. quæ sola quęstio in hoc cap. tractatur. Explicat autẽ in ea repetenda, nomine partium intelligendas esse primas, utpote ex quibus res primò cõponitur, & in quas ultimò resoluitur. Intelligit uerò nomine generum ipsas etiã species, & differentias, ut primo Top. cap. 3. quod ex dicendis apertum erit.

ΚΕΦ. Γ'.

ΕΕΙ δὲ τῶν τοιούτων οὐκ ἀπορία πολλὴ, πῶς δεῖ θέμενον τυγχάνειν τῆς ἀληθείας, καὶ πρῶτον τῆς ἀρχῆς, πότερον δεῖ τὰ γένη στοιχεῖα καὶ ἀρχὰς ὑπολαμβάνειν, ἢ μᾶλλον ἐξ ὧν ἐνυπάρχοντων ἔστιν ἕκαστον φθαρτὸν, οἷον φωνῆς στοιχεῖα, καὶ ἀρχαὶ δοκοῦσιν εἶναι ταῦτα, ἐξ ὧν σύγκεινται αἱ φωναὶ πᾶσαι φθαρταὶ, ἀλλ' οὐ τὸ κοινὸν ἡ φωνή: καὶ τῆς ὕλης ἐκ τοιούτων, οἷον τὰ στοιχεῖα λέγομεν, ὧν αἱ διαιρέσεις ἐνυπάρχουσιν ἐν ταῖς τῆς ἄλλων διαιρέσεσιν, ἢ πάντων, ἢ τῆς πλείστων. ἔτι τῆς σωμάτων οἱ πλείω λέγοντες εἶναι στοιχεῖα, καὶ οἱ ἕν, ἐξ ὧν σύγκεινται, καὶ εἰς ἃ διαιροῦνται, ἀρχὰς λέγουσιν εἶναι: οἷον, Ἐμπεδοκλῆς πῦρ, καὶ ὕδωρ, καὶ τὰ μετὰ τούτων στοιχεῖα φησιν εἶναι, ἐξ ὧν ὄντα ἐνυπαρχόντων, ἀλλ' οὐχ ὡς ὕλην ταῦτα λέγει τῆς ὄντων. ὥσπερ δὲ τούτοις καὶ τῆς ἄλλων εἴ τις ἐθέλει τιθέναι φύσιν ἀναιρεῖν, οἷον κλίνην, ἐξ ὧν μορίων ἐστὶ, καὶ πῶς συγκειμένων, τότε γνωρίζειν τὴν φύσιν αὐτῆς. ἐκ μὲν οὖν τούτων τῆς λόγων οὐκ ἂν εἴησαν αἱ ἀρχαὶ τὴν ὕλην τῆς ὄντων.

Ἔστι δὲ ἕκαστον μὲν γνωρίζομεν ἐκ τῆς ὁρισμῶν, ἀρχαὶ δὲ τὰ γένη τῆς ὁρισμῶν εἰσιν, ἀνάγκη δὲ τῆς ὁριστῶν ἀρχαὶ εἶναι τὰ γένη. καθ' εἴδεσι δὲ τῶν ὄντων λαβεῖν ὑπῆρχεν, τὸ δὲ εἰδὸς λαβεῖν, καθ' ἃ λέγομεν τὰ ὄντα, τῷ εἰδὸς ἀρχὰς τὰ γένη εἶναι φαί-

Text° 10.

Primum argumentum

b Exẽpli causa] Quatuor argumẽtis suadet, genera non esse principia earum rerum, quarum sunt genera; sed potiùs primas partes. Primum est, quia uox articulata cõmunis, quę de hac, & illa articulata uoce dicitur, non solet appellari principiũ, siue elementũ singularũ, sed ipsæ literæ, seu simplices soni, ex quibus primò integræ uoces articulatæ, quasi primis articulis constant.

2

c Et descriptionum] Alterum argumentum est, quia descriptio geometrica in commune accepta non dicitur principium, ut elementum singularum descriptionum, sed priores descriptiones elementa posteriorum, quòd earum compositionem ingrediantur; ut patet apud Euclid. in ijs libris, qui ob eam causam de Elementis inscripti sunt. Non uidetur autem Arist. intelligere nomine eorum, quæ demonstrantur, ipsa theoremata, quorum alia ex alijs demonstrentur (siquidem posteriora, etsi ex prioribus pendent,

dent, non tamen ex illis constant) sed potiùs uidetur significare ipsas linearum deductiones figurasúe demõstrationum. Harum enim posteriores ex prioribus suapte natura cõstant, ut patebit, si quis prioribus adijciat eas lineas, ex quibus conficiuntur posteriores; quanquam qa priores descriptiones antè patent, quàm ad posteriores ueniatur; non solent priores in posterioribus adhiberi, præsertim ne linearũ multitudo perspicuitatẽ demõstrationis impediat. Id, quod ex eo etiã intelliges, qa descriptio, siue designatio, non est genus theorematum, & tñ Arist. accipit nomen designationis hoc loco genere eorũ, quę demonstrantur. Dic ergo, designationes, seu descriptiones intelligi nomine eorum, quæ demonstrantur, quia ipsa theoremata in ipsa linearũ deductione, quasi in exemplo cõtinentur.

## CAPVT III.

Text. 10. [a] *TET de his igitur magna dubitatio est, quo tandem modo is, qui constituere quicquam uelit, ueritatem assequi possit; ¶ & de principijs, num genera elementa esse, atque principia existimare oporteat; an ea potiùs, ex quibus insitis res quæque primùm constat. Exempli* [b] *causa, uocis elementa, & principia, uidentur esse ea, ex quibus primùm uoces omnes componuntur, non id, quod commune est; uox inquam ipsa: &* [c] *descriptionum, ea dicimus elementa esse, quorum demonstrationes in aliarum, aut omnium, aut plurimarum demonstrationibus insunt. Præterea,* [d] *& qui è corporibus plura elementa, & qui unum esse dicunt, ea, ex quibus res componuntur, & ex quibus constant, principia esse asserunt; quo pacto Empedocles ignem, & aquam, & quæ cum his numerantur, elementa esse ait, ex quibus insitis entia constent, neque illa quasi rerum genera constituit. Adhæc,* [e] *si quis aliorum quoque naturam considerare uelit, exempli causa, lectum, ex quibus sit partibus, & quo pacto compositis; tum demum eius naturam perspiciet. Ob has igitur rationes non fuerint utique ipsa rerum genera, principia.*

*Quæ* [f] *uerò ratione unumquodque per definitiones cognoscimus, principia autem definitionum genera sunt; genera profectò eorum, quę definiuntur, principia sint necesse est. Iam* [g] *si rerum scientiam accipere, est specierum accipere, à quibus res ipsæ dicuntur; ipsa profectò genera specierum principia sunt.*

*Videntur*

d Præterea, & qui} Tertiũ argumentũ ducit ex auctoritate ueterũ Physicorum, qui nõ genera rerũ naturaliũ, sed quę illas reali compositione cõstituerent, earũ principia, ac elementa esse dicebant. 3

e Adhæc, si quis} Quartum argumentũ desumitur ex ijs, quæ arte conficiuntur, quorum perfecta cognitio, non ex cognitione communiũ generum peti solet, sed ex partibus, quibus constant, & ex ipso compositionis modo. 4

f Qua uerò ratione} Iam argumentatur pro altera quæstionis parte. Cõtendit enim tribus argumentis, genera potiùs, quàm partes ad realem compositionem pertinentes, dicenda esse principia. Primum est, quia eadem sunt principia definitionum, & rerum, quæ definiuntur: principia autem definitionum, non sunt partes re ipsa componentes, sed genera, & differentiæ, quas etiam hoc loco nomine generum complectitur. Argumentũ primum pro altera parte quæstionis.

g Iam si rerum} Secundum argumentum est, quia res singulæ non cadunt sub scientiam, nisi ratione suarum specierum; specierum autem principia dicuntur esse gẽ- 2



Digitized by Google

nera, & differentiæ; siquidem ex his illæ constitui solent, & in hæc resolui.

3 h Videntur autem] Tertium ducitur ex auctoritate Platonis, qui dicebat unum, & ens, magnumque, & parvum esse rerum principia. Videtur enim his uti potiùs, ut generibus, quàm ut partibus ad realem compositionem pertinentibus.

Obiectio. i At verò neque] Diceret aliquis, ideo hanc quæstionem uideri ambiguam, quia re uera utraque sunt principia: tam ea, ex quibus entia reali compositione constant, quàm genera, quę de eisdē dicūtur. Eam tamen responsionem hac ratione refutat Aristoteles; si utraque sunt principia, duplex erit definitio essentialis unius rei; quādoquidē ex diuersis principijs, diuersæ definitiones essentiales exibūt: at unius rei una tantùm datur definitio essentialis, quēadmodū & una essentia: nō possunt igitur utraq; dici principia.

Φαίνονται h δέ τινες καὶ τῶν λεγόντων τοιχεῖα τῶν ὄντων τὸ ἕν, καὶ τὸ ὄν, καὶ τὸ μέγα, καὶ τὸ μικρόν, ὡς γένεσιν αὐτοῖς οὖσαν. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ἀμφοτέρως γε οἷόν τε λέγειν τὰς ἀρχάς. ὁ μὲν γὰρ λόγος τῆς οὐσίας εἷς, ἕτερος δ' ἔσται ὁ ἐξ ὧν τὰ γνωστὰ τῶν γνωστῶν ὁ ὁρισμός, καὶ ὁ λέγων ἐξ ὧν ὄντων σύνταρχόντων.

Πρὸς i δὲ τούτοις, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα ἀρχαὶ τὰ γνώριμά εἰσι, πότερον δεῖ νομίζειν, τὰ πρῶτα τῶν γενῶν ἀρχὰς, ἢ τὰ ἔσχατα κατηγορούμενα ὑπὸ τῶν ἀτόμων; καὶ γὰρ τοῦτο ἔχει ἀμφισβήτησιν. εἰ μὲν γὰρ ὅτι τὰ καθόλου μᾶλλον, ἀρχαί, φανερὸν ὅτι τὰ ἀνωτάτω τῶν γνωρίμων· ταῦτα γὰρ λέγεται κατὰ πάντων. τοσαῦται οὖν ἔσονται ἀρχαὶ τῶν ὄντων, ὅσαπερ τὰ πρῶτα γένη. ὥστ' ἔσται τὸ ὂν, καὶ τὸ ἕν ἀρχαὶ, καὶ οὐσίαι. ταῦτα γὰρ μάλιστα λέγεται τῶν ὄντων. ἐκ οἵου τε δὲ τῶν ὄντων ἓν εἶναι γένος, ὅτι τὸ ἕν, ὅτι τὸ ὄν. ἀνάγκη μὲν γὰρ τὰς διαφορὰς ἑκάστου γένους καὶ εἶναι, καὶ μίαν εἶναι ἑκάστην· ἀδύνατον δὲ κατηγορεῖσθαι τὰ εἴδη τοῦ γένους τῶν οἰκείων διαφορῶν, ἢ τὸ γένος αὐτὸ τῶν αὐτοῦ εἰδῶν.

Dilatio. K Adhæc, etsi] Persequitur eandem quæstionem septimam, longior enim erat quàm hactenus discussa sit; siquidem adhuc complectebatur dubitationem illam, Num prima genera, hoc est, quæ remotiùs de individuis dicūtur, an potiùs, quæ proximè, dicenda sint principia. Quoniam uerò hæc pars quæstionis supponit opinionem Platonis, qui sola genera ponebat principia; in omnibus argumentis, quę in ea tractanda ab Aristotele afferuntur, subauditur aliquid Platonicum, ut patebit.

Num potiùs prima genera, an ea, quę magis ad individua accedunt, principia dicenda sint.

l Etenim si dicendū] Sex argumentis probat, ea potiùs, quę proximè de individuis prædicantur, quàm quæ sunt magis uniuersalia, dicenda esse principia. Primum est. Si magis uniuersalia potiùs dicenda essent principia, ens, & unum essent prima rerum omnium principia atque substantiæ (ideſt essentiales causę) at non sunt; igitur non est dicendum, magis uniuersalia esse potiùs principia. Maior ex eo patet, quia ratio, quare magis uniuersalia potiùs dicerentur principia, esset, quia de pluribus prædicantur; ex quo fieret, ut prima, ac suprema genera, ueluti substantia, quantitas &c. essent prima principia, singula suorum prædicamentorum, & ipsum ens, ac unum essent prima omnino principia omnium rerum, quia de omnibus omnino rebus dicuntur. Minor ex eo probatur, quia ens, & unum non possunt esse genera. Hinc enim sequitur, illa non esse principia, nedum prima, & communissima; facta tamen hac hypothesi, quòd sola genera sint principia, quod Plato ponebat, cōtra quem Arist. argumentatur. Plato enim hac in re à superioribus Philosophis dissensit, quòd

Primum argumenti eorum, quibus ostenditur, genera minùs uniuersalia potiùs principia dicenda esse.

quòd cùm illi posuissent principia, ex quibus res naturali compositione constarent; ipse primus inuexit ea, quæ de rebus, ut genera, & uniuoca, ac essentiali prædicatione dicerentur.

Eodem modo Syrianus, & Alber. trac. 2 cap. 5. Aliter Auerroes cõm. 10.

*Videntur* [a] *autem quidam, & eorum, qui unum, aut ens, aut magnum, & paruum elementa rerum esse dicunt, eis ut generibus uti. Atqui* [l] *fieri non potest, ut principia utraque modo dicantur. Ratio enim substantiæ una est; alia autem erit definitio, quæ per genera traditur, atque ea, quę exponit, ex quibus insitis res conflet.*

*Ad* [k] *hæc, etsi quammaximè principia sint genera ipsa; utra existimanda erunt principia; prima'ne, an quæ ultima de indiuiduis dicuntur? Nam & hoc non caret controuersia. Etenim* [l] *si dicendum est, magis uniuersalia principia esse, perspicuum est, suprema genera esse principia: hæc enim de omnibus dicuntur. Tot igitur eorum, quæ sunt, principia erunt, quot prima sunt genera. Quare & ipsum ens, & unum ipsum, principia, ac substantiæ erunt: hæc enim de rebus omnibus maximè dicuntur. At ut genus unum sit eorum, quæ sunt, fieri non potest, neque ipsum unum, neque ipsum ens. Differentias* [m] *enim cuiusque generis & esse, & earum quamque unam esse necesse est; cùm tamen fieri nequeat, ut aut species generis de proprijs differentijs, aut genus sine suis speciebus prædicetur.*

[a] Differẽtias enim] Quòd ens, & unum nõ possint esse genera, hac ratione probat. Si ens, & unũ essent genera, nulla differentia esset ens, aut unum, subaudi, per se primo modo, seu essentialiter; at omnis differẽtia est ens, & unum per se primo modo (saltẽ apud Platonẽ, quod ad unum attinet) igitur, nec ens, nec unũ possunt esse genera. Maior probat, qa nec species prædicatur essentiali prædicatione de differẽtijs, quibus cõstituunt, nec genera, sine suis speciebus (hoc est, ut distincta sunt à suis speciebus) essentialiter dicuntur de differẽtijs, quib[y] diuiduntur. Loquitur autẽ in posteriori parte pronunciati de generibus, ut sunt distincta à suis speciẽb[s], quia alioq; iã posterior pars incideret in priorem. Quòd autẽ genera non prædicentur hoc pacto de differentijs, quib[y] diuiduntur (nã quòd species nõ dicant essentialiter de suis differentijs perspicuũ erat) duobus argumentis probatur 6. Top. cap. 3. Vno, quia si eo pacto genus diceret de differẽtijs, bis animal diceret de homine, semel per seipsum, & iterũ per rationale, atq; ita homo esset multa animalia. Altero, quia omnis differentia esset species, aut indiuiduum eius generis, quod diuidit. Genus enim prædicari non potest in quæstione, Quale est, de differentijs, sed potiùs illis in eo prædicationis genere subijcitur: quicquid autem prædicato subijcitur essentialiter, & in quæstione Quid est (si modò uniuoca sit prædicatio) est illius species, aut indiuiduum. Cùm igitur ea, quæ concluduntur, sint absurda; fieri non potest, ut genera prędicentur essentialiter de suis differentijs. Minor uerò ex eo patet, quia secundùm ueram sententiam, ens prædicatur essentiali prædicatione de omnibus rebus, & partibus earũ quomodocunque constituentibus, ut patebit lib. 4. unum autem, etsi non reuera ita prædicatur de rebus, tamen Plato, contra quem Arist. disputat, ita illud prędicari existimabat, ut patet ex 1. lib. & alijs locis quamplurimis.

Pas, & Vnum genera esse non posse.

Quędam de prædicatione generũ, & specierũ de suis differentijs.

Quàm late pateat essentialis prædicatio entis.

Cap. 6. & 7.

Obijciat fortasse aliquis hoc loco, Aristotelem non rectè probasse institutum. Erat enim probaturus, ens, & unũ nõ esse genera, id est nõ esse prædicata uniuoca, & essentialia (hoc. n. modo sumebat Plato nomen generis, cùm dicebat genera esse principia) & tamen nihil aliud probauit, quàm quòd nõ essent genera prędẽ, ac propriè accepta.

Obiectio.



Digitized by Google

**Diluitur.** Huic obiectioni occurrendum est, ex eo, quod Arist. probauit, planè sequi institutum. Nam si ens, & unum essent prædicata essentialia, & uniuoca; nulla utiq; essent alia, quàm genera propriè dicta, cùm nō habeant alia superiora: unde fit, ut si nō sunt genera proximè, ac propriè accepta, nullo modo sint prædicata uniuoca, & essentialia. Quinetiam si quis adeo discederet à communi, ac uera Philosophorum sententia, ut diceret cum Scoto, dari prædicatum cōmune uniuocum, & essentiale, quod nec genᵘ sit, nec species, nec differētia; atque ens huiusmodi esset; adhuc ratione Aristotelica id refutari posset. Cōmune enim est omni prædicato uniuoco, ut nō possit prædicari essentiali prędicatione de differentijs, quibus contrahitur, etiamsi illæ sint accidentales. Nam si A. prædicatum uniuocum contrahatur per B. differentiam siue essentialem, siue accidētalem ad C. cōpositum ex utroque; necessariò efficitur, ut si dicitur essentiali prędicatione de B, bis dicatur de C; semel per se ipsum, atque iterū per B. Quare, etsi Arist. loco uerbi [genus] posuisset particulam [uniuocum] & nomine differentiarum intellexisset quascunque differentias; adhuc apta esset, & firma consecutio.

**Vide Ferr. 1. con. Gent. c. 23. ad ratio nem tertiam.**

**Nullum prædicatum uniuocum posse essentialiter dici de differentijs, quibus contrahitur.**

**Text. 11.**

ὥστε εἴπερ τὸ ἓν γλύος, ἢ τὸ ὄν, ἀδεμία διαφορὰ ἔσται τὸ ὄν, οὔτε τὸ ἓν ἔσται. ἀλλὰ μὴν εἰ μὴ γλύη, οὐδ' ἀρχαὶ ἔσονται, εἴπερ ἀρχαὶ τὰ γλύη. ¶ ἔτι δὲ καὶ τὰ μεταξὺ συλλαμβανόμενα μὴ τῆς διαφορῶν, ἔσται γλύη μέχρι τῆς ἀτόμων: νυνὶ δὲ τὰ μὲν δοκεῖ, τὰ δ' οὐ δοκεῖ. πρὸς δὲ τούτοις ἔτι μᾶλλον αἱ διαφοραὶ ἀρχαί, ἢ τὰ γλύη. εἰ δὲ καὶ αὗται ἀρχαί, ἄπειρα, ὡς εἰπεῖν, ἀρχαὶ γίγνονται, ἄλλως τε καὶ πῆς τὸ πρῶτον γλύος ἀρχὴν πιθῇ. ἀλλὰ μὴν εἰ μᾶλλόν γε ἀρχοειδὲς τὸ ἓν ὄντων, ἓν δὲ τὸ ἀδιαίρετον, ἀδιαίρετον δὲ ἅπαν ἢ κατὰ τὸ ποσὸν, ἢ κατὰ τὸ εἶδος, πρότερον δὲ τὸ κατ' εἶδος, τὰ γλύη δὲ διαιρετὰ εἰς εἴδη, μᾶλλον ἂν τὸ ἕκαστον εἴη κατηγορούμενον: ὁ γὰρ ὄντι γλύος ἄνθρωπος τῶν πινῶν ἀνθρώπων. ἔτι ἐν οἷς τὸ πρότερον καὶ ὕστερόν ἐστιν, οὐκ οἷόν τε τὸ ὄντι τούτων εἶναί τι παρὰ ταῦτα: οἷον εἰ πρότερον τῆς

**2** **Prætera, & media.** Secundum argumentum hoc modo intelligi potest. Si magis uniuersalia potiùs dicenda essent principia, quia de pluribus dicuntur; omnia media cum differentijs sumpta, idest omnes species, & differentiæ (hæc enim interiecta sunt inter genus summum, & individua) dicenda essent principia, quia de multis prædicantur, ac proinde dicenda essent genera (ponimus enim sola genera esse principia, quæ erat Platonis opinio) at non omnia media dicenda sunt genera; ergo nec dicendum est, magis uniuersalia esse potiùs principia. Propositio ex eo probari potest, quia si ea, quæ de pluribus prædicantur, quia de pluribus dicuntur, magis sibi uendicant rationē principij; omnia quæ absolutè, & absque comparatione alterius prædicantur de multis, absolutè etiam sibi uendicabūt rationem principij, tametsi minùs, quàm ea, quæ de pluribus dicuntur; at omnes species, & differentiæ prędicantur de multis; igitur omnes dicentur principia, ac proinde genera. Assumptio ex eo patet, quia species infimæ, & propriè earum differentiæ, non sunt dicenda genera, cùm non prædicentur essentiali prædicatione de pluribus specie differentibus. Quocirca Arist. 1. Top. cap. 3. eas solas differentias nomine generis complexus est, quæ dicuntur de specie differentibus.

**Genus.**

**Species infimas, differentiasq; specificas interdum nomine generis appellari.**

Illud tamen aduerte, leue admodum peccatum esse, species infimas, easque differentias, quæ cū illis reciprocantur, nomine generis appellare, cùm sępe in cōmuni sermone, & apud Oratores, Historicos, & Poëtas, atq; adeo apud ipsum Aristotelem, nonnunquā eiusmodi species infimæ, genera dicantur, ut cùm in præfatione horū librorū dicitur, genus autem hominum arte uiuit, & ratione. Quanquam non prorsus caret uitio

**Lib. 1. cap. 1.**

uitio ea locutio, cùm usurpatur à Philosopho in re admodum philosophica determinanda (cuiusmodi est doctrina de principijs) quod fecit Plato: etsi in disputanda pro utraque parte sine uitio usurpari possit, ut nonnunquam fit ab Arist. in hoc libro.

• **Adhęc, magis adhuc.** Tertium argumentum, huiusmodi esse uidetur. Si magis uniuersalia potiùs dicenda essent principia, omnes differentiæ essent principia, ut patet ex probatione propositionis superioris argumenti; atque eò magis quàm genera, quia genus est uelut materia, differentia autè, ut forma: at incommodũ est dicere omnes differentias esse principia, cùm sint penè infinitę, præsertim si omnes à summo genere, usq; ad indiuidua ponantur principia: non potiùs igitur magis uniuersalia dicẽda sunt principia. Incõmodum uerò esse id, quod Arist. hîc tangit hinc fit probabile. Nã si nõ alia essent principia rerum naturaliũ, quàm genus summũ, & differẽtiæ, quib⁹ illud cõtrahitur; nec res naturales perciperentur à Physicis, nisi hæ omnes intelligerentur; nullus penè esset, qui rem ullam naturalem perciperet; quarum tamen notitiam illi facilè per materiam, & formam intelligere, ac explicare solent. Itaque uidetur Arist. hoc loco eius uitij arguere Platonẽ, quòd parum Physicus fuerit, totumq; rerum naturalium negotium ad prædicata, quibus res metaphysico more constituitur, transtulerit. 3

*Quare si unum ipsum genus sit, aut uerò ipsum ens, nulla utique differentia, aut ens, aut unum erit. At si genera non sint, neque principia erunt; siquidem* Text° 11. *genera principia sunt.* ¶ *Præterea,* • *& media cum differentijs simul sumpta, genera erunt ad indiuidua usque: nunc autem alia uidentur esse, alia non uidentur. Adhæc,* • *magis adhuc differentiæ, quàm genera, principia erunt. Quòd si & hæ principia sint, infinita, propè dixerim, principia emergunt, præsertim si quis primum genus principium ponat. At* p *etiam, si unum ipsum principij rationem magis subit; idq; est unum, quod indiuisibile est; quod autem indiuisibile est, id omne, aut quantitate, aut specie diuidi nequit; quod uerò specie non diuiditur, prius est; atque genera in species diuidi possunt; magis profectò unum fuerit, quod ultimum prædicatur: neque.n.homo genus est singulorũ hominũ. Præterea,* q *in quibus est prius, & posterius, in ijs fieri non potest, ut quod de illis dicitur, sit quicquam præter illa: ut si dualitas sit*

Genus, & differentia.

p **At etiam, si unum.** Quartum argumentum hoc modo habet. Illud magis est principium, quod est magis unum; species infima est magis una, quàm genus; ergo & magis principium: ex quo fit, ut minùs uniuersalia magis dicenda sint principia. Maior confirmatur auctoritate Platonis dicentis, ipsum unum (quod ille ponebat maximè unum) esse primum principium. Minor autem ex eo probatur, quia unum definitur esse id, quod diuidi non potest, siue quantitate, ut Socrates in duos Socrates; siue specie, ut homo in duas species hominum, & animal in corpus animatum, & inanimatũ. Cùm igitur unitas eius, quod ea ratione dicitur unũ, quòd in species diuidi nequeat, sit prior natura unitate ea, qua res dicitur una, quia non possit diuidi secundum quantitatem (prior enim natura est, unitas formalis, quàm materialis) species uerò infima prorsus diuidi nequeat in species; genus autem necessariò diuidatur in aliquas; efficitur, ut species infima sit magis una, quàm genus. 4

Vnum.

q **Præterea, in quibus.** Quintum argumentum est. Principia sunt præter ea, quorum sunt principia; seu (quod idem est) sunt separata à principiatis: genera autem non possunt esse præter species, cùm tamen species infimæ sint præter indiuidua: potiùs ergo species infimę sunt principia, quàm genera. Maior est Platonis. Prior pars minoris ex eo probatur, quia apud Platonem in ijs rebus, in quibus datur prius, & posterius natura, 5

Digitized by Google

natura, ut in ſpeciebus numerorum, & figurarum non datur communis Idea. Pro qua re lege Auctorem 1. Eth. cap. 6. Cùm igitur in cęteris ſpeciebus detur prius, & poſterius natura, quemadmodum in ſpeciebus numerorum, & figurarum (omnes enim ſpecies, cuiuſcunque generis ſint, eundem ordinem ſeruãt inter ſe, quem cernimus inter ſpecies numerorum, & figurarum, quoad multitudinem unitatum, aut angulorum) efficitur, ut ſi numerus, & figuræ non ſunt genera ſeparata à ſuis ſpecieb⁹; nec cętera genera à ſuis ſeparata ſint. quinetiam eò minùs cætera ſeparata erũt, quòd numerus, & figuræ apud Platonẽ maximè genera inter omnia eſſe uideantur, ac proinde maximè per ſe exiſtentia. Poſterior autem pars minoris, præterquàm quòd apertè eſt Platonis, ea etiam ratione probatur, quia in individuis eiuſdem ſpeciei infimę non datur prius, & poſterius natura: quo fit, ut nihil impediat, iuxta doctrinam Platonis, quo minùs ſpecies infimæ ab illis ſeiunctę ſint. Quo autẽ pacto in ſpeciebus detur ordo prioris, & poſterioris natura, non autem in individuis eiuſdem ſpeciei, octauo huius operis lib. explicabimus.

Species ſicut numeri.

ἀριθμῷ ἡ δυάς, ἐκ ἔστι τις ἀριθμὸς αὐτὴ τὰ εἴδη τῷ ἀριθμῷ· ὁμοίως δὲ οὐδὲ τὰ σχήματα αὐτὰ τὰ εἴδη τῷ σχήματι. εἰ δὲ μὴ τοῦτον, ἀνάγκη τῷ γε ἄλλων ἔστι τὰ ἰδέα αὐτὰ τὰ εἴδη· τούτων γὰρ δοκεῖ μάλιστα εἶναι ἰδέα. ἐν δὲ τοῖς ἀτόμοις οὐκ ἔστι τὸ μὲν πρότερον, τὸ δ' ὕστερον. ἔτι ὅπου τὸ μὲν βέλτιον, τὸ δὲ χεῖρον, ἀεὶ τὸ βέλτιον πρότερον. ὥστ' οὐδὲν τούτων αἴτιον εἶναι ἰδέα. ἐν μὲν οὖν τούτων μᾶλλον φαίνεται τὰ ὄντα τῷ ἀτόμων καταγορεύεσθαι ἀρχαὶ εἶναι, τῷ ἰδεῶν.

Πάλιν δὲ, πῶς αὖ δεῖ ταῦτα ὑπολαβεῖν ἀρχὰς, οὐ ῥᾴδιον εἰπεῖν. τῷ μὲν γὰρ ἀρχικὸν δεῖ καὶ τῷ αἰτίαν εἶναι αὐτὰ τὰ πρώτα ὧν ἀρχή, καὶ δύνασθαι χωριζόμενον αὐτῶν, τοιοῦτον δέ τι αὐτὸ τὸ καθόλου εἶναι, ἀλλὰ τί ἂν τις ὑπολάβοι, πλεῖω ὄντι καθόλου κατηγορεῖται, καὶ κατὰ πάντων; ἀλλὰ μὴν εἰ ἀλλὰ τοῦτο, τὰ μᾶλλον καθόλου, μᾶλλον ἰδέαι ἀρχαί. ὥστε ἀρχαὶ τὰ πρῶτα αἴτια εἶναι ἰδέα.

r **Neque figuræ]** Cur non dixerit [figura] quemadmodum dixit, Numerus, ratio eſt, quia cùm proximum genus numerorum ſit unum tantùm, ipſe inquam numerus; figurarum tamen ſunt multa, ut triangulus, quadrangulus, &c. quorum ſingula in ſuas ſpecies diuiduntur.

6

s **Præterea, ubi aliud]** Sextum hoc argumentum, etſi ſolis uerbis uidearur differre à ſuperiori; tamen non nihil re ipſa differt. Nam ſuperius ducebatur ex ratione prioris, & poſterioris natura; hoc autem ex ratione melioris, & deterioris, hoc eſt, perfectioris, & minùs perfecti, quæ, ut multis placet, minùs latè patent. Illa enim funduntur ad ſpecies numerorum, & figurarum, relationum, & ad omnes omnino ſpecies; hęc autẽ, ut ijdem dicunt, non cernitur in ſpeciebus numerorum, nec figurarum, aut ſaltem in ſpeciebus relationum, quòd hę non credantur dicere formaliter perfectionem, De qua re lib. quinto.

Argumẽtum ꝑ altera parte dubitationis.

t **Rurſus autẽ, quo pacto]** Iam argumentatur pro altera dubitationis parte hac una ratione. Principium debet eſſe ſeparatum à rebus, quarum eſt principium (quod ex Platone ſumitur) ideo autem à rebus dicitur ſeparatum, quia prædicatur de ijs omnibus, quæ eius nomine, ac ratione participant; igitur quo aliquid de pluribus prędicatur, eò magis dicendum eſt principium: huiuſmodi autem ſunt magis uniuerſalia.

Ita

Ita fit, ut potiùs prima genera uideantur dicenda prima principia.

Hæc quæstio, quod attinet ad priorem dubitationem, hoc pacto dissolui potest. Vtraque esse principia, tam partes, quæ primò componunt reali compositione, quàm prædicata essentialia, quæ sola ratione, siue ex natura rei constituunt. Priora sunt materia, & forma, ex quibus constituuntur res omnes naturales: posteriora sunt genus, ac differētia, ex quibus constituuntur cęteræ etiam res habentes principia. Nec obiectio, quam Aristot. proponit contra hanc responsionem, quicquam efficit. Nam, etsi unius rei una tantùm est essentia; tamen res naturales possunt definiri, uel per materiam, uel per formā, uel per utrāque. Quòd si sermo sit de ea sola definitione, quę per omnia intrinseca rei principia traditur; dicendū est, res naturales duobus modis posse considerari; Vno physicè, ut constant materia, & forma; altero metaphysicè, quatenus constant genere, & differentia, quæ compositio in rebꝰ etiam metaphysicis cernitur. Iuxta has igitur duas cōsiderationes duplex potest tradi definitio essentialis rerum naturalium, altera per materiam, & formam; altera per genus, & differentiam: quæ tamen non censentur simpliciter diuersæ, quia genus, & differentia sumuntur ex materia, & forma, aut potiùs ex gradibus perfectionis eius compositi, quod constat ex materia, & forma, ut patebit libro septimo.

Solutio priꝰ oris dubitationis.

Diluitur obiectio.

Duplex definitio, physica altera, altera metaphysica.

Quod uerò attinet ad posteriorem dubitationem, ita dissoluenda est, ut dicamus, magis uniuersalia esse magis principia in genere causæ materialis; minùs autem uniuersalia, in genere causæ formalis. Quod ideo dixerim, quia etsi omnia prædicata essentialia dici soleant principia formalia; tamen si alia cum aliis conferantur, inferiora sunt perfectiora, ac proinde magis formalia. Nec oportet dissoluere rationes, quas Arist. pro utraque parte affert, quia cùm in omnibus supponat aliquid Platonicum, nihil concludunt, nisi contra Platonem. Quocirca non accepimus in hac solutione uniuersalia, quasi separata à singularibus; sed ut reuera in eis existunt.

Solutio posterioris dubitationis.

*sit numerorum prima, non erit ullus numerus præter numerorum species: eodemque modo, neque figuræ præter species figurarum. Quòd si non horum, multò minùs aliorum genera præter species erunt: horum enim maximè uidentur esse genera. In indiuiduis autem non aliud prius est, aliud posterius. Præterea, ubi aliud melius est, aliud deterius; semper illud est prius, quod melius. Quare nihil horum genus fuerit. Atque ex his quidem patet, ea, quæ de indiuiduis prædicantur, magis quàm genera, principia esse.*

*Rursus autem, quo pacto hæc existimanda sint principia, non facile dictu est. Oportet enim principium, & causam præter res eas esse, quarum est principium, & ab eis separari posse. Quod autem tale est, id esse præter rem singularem, cur quisquam existimet, nisi quia uniuersè, & de omnibus prædicatur? At si ob hanc causam, certè quæ magis uniuersalia sunt, magis statuenda erunt principia. Itaque prima genera principia utique fuerint.*

Capitis

Disputatio octauæ quæstionis.

[a] Est autem & his] Disputat octauam quæstionem, qua quærebatur, num præter causam materialem esset alia causa per se, siue essentialis rerum naturaliũ; quòd si esset, num existeret extra singularia &c. Dicitur autẽ hęc quæstio proxima superiori, quia quæ in ea dicuntur, cohærent cum ijs, quæ in superiori dicta sunt, sæpe enim in tractanda superiori positũ est, uniuersalia ideo esse principia, causásque per se rerum singularium, quia essent ab illis separata.

## Κεφ. Δ'.

Text. 12.

Ἔστι δ' ἐχομένη τε τούτων ἀπορία, καὶ πασῶν χαλεπωτάτη, καὶ ἀναγκαιοτάτη θεωρῆσαι, ἆρ' εἴς λόγος ἐφέστηκε νῶι. εἶτα τὸ μὴ ὄντος τὰ καθ' ἕκαστα, τὰ δὲ καθ' ἕκαστα ἄπειρα, ἦν ἀπείρων πῶς ἐνδέχεται λαβεῖν ἐπιστήμην; ἢ γὰρ ἔν τι καὶ ταὐτὸν, καὶ ἡ καθόλου τι ὑπάρχῃ, ταύτῃ πᾶσιν γνωρίζομεν. ἀλλὰ μὴν εἰ τοῦτο ἀναγκαῖόν ὄντος, καὶ δεῖ τι εἶδος παρὰ τὰ καθ' ἕκαστα, ἀναγκαῖον αὖ εἶναι τὰ μὴ ἐν ὕλῃ εἶδος παρὰ τὰ καθ' ἕκαστα, ἤτοι τὰ ἔσχατα, ἢ τὰ σφῶτα. τοῦτο δ' ὅπ ἀδύνατον, ἄρτι διηπορήσαμεν.

Argumenti pro parte affirmatiua.

[b] Si enim non sit] Posito, dandã esse aliã causam per se rerũ naturalium, præter materialem; ea ratione suadet Arist. illam existere extra singularia, quia alioqui nullo modo de rebus singularibus posset haberi scientia. Etenim successione, non modò singularia ipsa, sed etiam omnia, quæ in singularibus existũt, præter causam materialem, quæ eadem permanet, infinita sunt. Cùm igitur infinita nõ possint cadere sub scientiam, nisi ratione alicuius unius naturę, quæ de eis omnibus dicatur; necessariò uidetur effici, naturas uniuersales, quæ sunt causę formales, ac per se rerum naturalium, existere extra singularia.

Argumenti pro parte negatiua.

[c] At uerò, si hoc] Probat oppositum, hac ratione. Quia si scientia de rebus necessariò infert separationem formalium causarum, siue principiorum; dicendum erit principia, & causas essentiales rerum, esse uel genera infima, uel summa, eáque separata, quod fieri non posse in superiori quæstione tractanda probatum est. Non persequitur autem Arist. ulteriùs quæstionem hanc, quia reliqua dubitatio, quæ in eà tangitur, potest in decima tractari.

Solutio quæstionis, & argumenti partis affirmatiuæ. Naturas uniuersales esse

Determinatio huius quæstionis passim habetur apud Arist. præsertim in septimo, duodecimo, & duobus extremis libris; penè enim ubiq; negat naturas uniuersales separatas à singularibus. Rationem autem, quæ hic in oppositum affertur, facilè dissolues, si dicas, non omnia, quę sunt in infinitis, esse ratione sui infinita. Quanquam enim differentiæ indiuiduantes sint ratione sui infinitę, quemadmodum, & ipsa indiuidua; tamen naturę uniuersales, quæ per eas contractæ sunt ad diuersa indiuidua,

non

non sunt infinitæ ratione sui, sed ratione illarũ, quod est esse eas per accidens infinitas. De ijs autem, quæ per accidens sunt infinita, potest haberi scientia, si secundum se accipiantur, quemadmodum de ijs, quæ per accidens corrumpuntur, si secundum se spectentur. infinitas per accidens.

d Præterea, si quàm maximè] Disputat nonam quæstionem, qua quærebatur, num quiditas substantiæ materialis esset aliud à substantia, cuius est quiditas, an uerò in quibusdam aliud esset, in alijs minimè. Interpretor autem hoc loco uerbum (præter) non quatenus significat separationem realem, ut apud Platonem, sed quatenus significat diuersitatem naturæ, seu, ut ita dicam, alietatem, quę sensum quæstionis rectiùs Albertus, quàm alij oppositum, uidetur tradere. Videtur enim Arist. determinare hãc quæstionem lib. 7. cap 6. & 15. ubi nihil aliud statuit, quàm quòd in quibusdam quiditas sit aliud ab eo, cuius est quiditas; in quibusdam uerò non item. Quanquam Plato ex alietate essentiæ colligebat eius separationem. Itaq; Arist. ut cõmunicet cum Platone in uocabulis, utitur potiùs hoc loco nocabulo [præter] quàm uerbo [aliud]. Ait ergo Arist. si quammaximè aliquid, ideſt quiditas, dicatur esse præter ipsum totum, seu præter id, cuius est quiditas, in substantijs materialibus, ac sensibilibus, ut Plato dicebat; ambiguum tamen esse, utrum id sit uerum in omnibus, an in quibusdam tantùm, an uerò in nullis. Disputatio nonę quæstionis.

## CAPVT IIII.

Text° 12. [I]ST° autem, & his proxima, & omnium difficillima, & ad contemplandum maximè necessaria dubitatio, de qua nunc sermo instituitur. Si[b] enim, non est quicquam præter singularia; singularia uerò infinita sunt; qui fieri potest, ut infinitorum scientia comparetur? Nam quatenus unum aliquid, atque idem, & quatenus uniuersale quippiam est, eatenus omnia cognoscimus. At uerò, [c] si hoc necessarium est, & præter singularia aliquid esse oportet; necesse utique fuerit, ut genera præter singularia existant; siue ultima illa sint, siue prima; quod paulò ante fieri non posse disputando docuimus.

Præterea[d] si quàm maximè aliquid sit præter ipsum totum, cùm aliquid de materia prædicabitur, utrum, si qua est forma, oporteat præter res omnes esse quippiam, an præter quasdam esse, præter quasdam non esse, an uerò præter nullam? Ac, [e] si nihil est præter singularia, nihil sanè fuerit intelligibile, sed omnia sensibilia: nullius quoq; rei erit scientia, ni siquis sensum scientiã esse dicat. Præterea, [f] neq; erit perpe-

arist. 2. c. 7.

e Ac, si nihil] Duabus rationibus ostendit quiditatem, saltem in aliquibus singularibus sensibilibus, esse præter ea quorum dicitur quiditas. Prior est, quia si nihil est præter singularia sensibilia, nihil erit intelligibile; atque ita, aut nullius rei erit scientia, aut scientia nihil differet à sensu; quorum utrunque est absurdissimum. In hac ratione supponit Aristoteles, omnia singularia esse sensibilia, quod non solùm habet probabilitatem ex quorundam Veterum sententia, sed etiam uidetur sequi ex dictis Platonis, ut interim omittamus Deum. Quanquam enim ille præter singularia sensibilia ponebat Ideas, tamen non dicebat, eas esse res singulares, sed uniuersales. Prima ratio pro parte affirmatiua.

f Præterea, neque erit] Posterior ratio est, quia si nihil esset præter singularia sensibilia; cùm omnia singularia sint mobilia, & corruptibilia, nihil erit immobile, nihil perpetuum; quod mox probat absurdum esse. Hoc etiam loco argumentatur Aristot. ex Ratio secunda.

Opinio Platonis de natura corporum cœlestium.

opinione Platonis, putabat enim Plato corpora cœlestia esse corruptibilia suapte natura, etiam si Dei beneficio nunquam essent interitura, ut patet ex Timæo, sic enim Mundi conditor alloquitur cœlos in eo libro, interprete Cicerone in libro de Vniuersitate [Sed quoniam orti estis, immortales uos quidem esse, & indissolubiles non potestis: neutiquam tamen dissoluemini, nec uos ulla mortis fata periment &c. ]

g At si perpetuum} Ea ratione probat absurdū esse dicere, nihil esse perpetuum, quia si nihil esset perpetuū, nulla esset generatio. Nam ut generatio sit, necesse est, ut tum materia, tum etiam forma sit perpetua. Aliter tamen, ac aliter: materia quidem secundùm identitatem numeralem: forma uerò secundùm identitatem specificam, aut genericam.

Nonnulla de generatione.

ἀΐδιον οὐδὲν, οὐδὲ ἀκίνητον. τὰ μὲν γὰρ αἰσθητὰ, πάντα φθείρεται, καὶ ἐν κινήσει ἐστίν. ἀλλὰ [g] μέν, εἴ γε ἀΐδιον μηδὲν ἔστιν, οὐδὲ γένεσιν εἶναι δυνατόν. ἀνάγκη [h] γὰρ εἶναί τι τὸ γενόμενον, καὶ ἐξ οὗ γίνεται, καὶ τοῦτον τὸν ἔσχατον ἀγένητον, εἴπερ ἴσταταί τε, καὶ ἐκ μὴ ὄντος γένεσις ἀδυνάτου. ἔτι [i] δὲ γενέσεως οὔσης καὶ κινήσεως, ἀνάγκη καὶ πέρας εἶναι. οὔτε [k] γὰρ ἄπειρός ἐστιν οὐδεμία κίνησις, ἀλλὰ καὶ πάσης ἐστί τέλος, γίνεσθαί τε [l] οὐκ οἷόν τε τὸ ἀδυνάτου γένεσθαι: τὸ [m] δὲ γεγονὸς, ἀνάγκη εἶναι, ὅτε πρῶτον γένοιτο. ἔτι δ', εἴπερ ὕλη ἐστὶ δι' ὃ τὸ ἀγένητος εἶναι, πολὺ ἔτι μᾶλλον εὔλογον, εἶναι, καὶ τινὶ οὐσίαν ὁπότε ἐκείνη γίνεται, εἶναι. εἰ [n] γὰρ μήτε τοῦτο ἔσται, μήτε ἐκείνη, οὐδὲν ἔσται τὸ πρῶτον. εἰ δὲ τοῦτο ἀδυνάτου, ἀνάγκη τι εἶναι παρὰ τὸ συνόλου τινὶ μορφὴν καὶ τὸ εἶδος. εἰ [p] δ' αὖθις τοῦτο θητόν, ὁπο-

Ea ratione probat absurdū esse dicere, nihil esse perpetuum, quia si nihil esset perpetuū, nulla esset generatio. Nam ut generatio sit, necesse est, ut tum materia, tum etiam forma sit perpetua. Aliter tamen, ac aliter: materia quidem secundùm identitatem numeralem: forma uerò secundùm identitatem specificam, aut genericam.

h Nam & id, quod fit} Quòd data generatione necesse sit eandem numero materiam esse perpetuā, siue ingenitā, ex eo probat, quia nec ex is materia potest generari ex alia atq; alia prior in infinitū, nec ulla potest generari ex nihilo.

i Præterea, cùm generatio} Quòd data generatione necesse sit, formam eandem specie, aut genere esse perpetuam, duabus rationibus probat. Primùm, quia omnis generatio, & omnis motus habet finem, siue terminum ad quem: nihil autem perducitur ad finem, siue ad actum, nisi ab eo, quod est actu; siue id fiat secundùm eandem speciē, siue secundùm genus idem; ut homo, qui fit ab existente homine; & mus, qui generatur à mure existente, aut à sole. Cuius rationis assumptionem subaudire oportet, ut faciunt Syrianus, & Albertus. Deinde, quia si materia antè est, quàm ex ea quicquam generetur; magis consentaneum est rationi, ut forma antè existat secundùm speciem, aut genus; quandoquidem, ut forma communicetur, ac multiplicetur, materia disponitur, ac præparatur. Ita concludit, necesse esse fateri, tum materiam, tum formas esse perpetuas, quia alioqui nulla esset generatio, nihilque esset eorum, quæ gignuntur, & intereunt. Quod cùm dici nequaquam possit; colligit, necessariò dicendum esse, essentiam, & quiditatem rerum (quam uocat speciem, & formam) esse præter ipsum totū, hoc est, præter id, cuius est quiditas, saltem separatione alietatis, siue diuersitatis ex natura rei. Id enim, quod nec generatur, nec corrumpitur, saltem per se, cuiusmodi est omnis quiditas, & essentia, quæ primò definitione explicatur, aliqua diuersitate, saltem ex natura rei, necesse est distinguatur ab ijs, quæ per se generantur, & corrumpuntur, cuiusmodi sunt sola individua.

Nihil ad actū perduci, nisi ab eo, quod actu sit.

Materia, & forma.

k Etenim nec motus} Quasi non habeat certū finem, ac terminū secundùm speciē, ut Syrianus annotat; quanquàm possit esse infinitus secundū iterationē, ut motus cœli.

Terminus generationis.

l Nec fieri potest} Hæc uerba eò pertinēt, ut ostendatur, omnem generationem necessariò habere terminum. Nam si terminus generationis, quod est esse rei, non potest dari,

dari, ne eius quidem acquisitio, quæ appellatur, Fieri, dari ullo modo potest. Idem habes apud Auctorem 6. Phy. cap. ultimo.

com. 92.

m Id autem, quod] Quòd esse rei sit terminus, ex eo probat, quia necesse est, ut id, quod factū est, cùm primum eius generatio absoluta, & perfecta est, tum primùm sit.

n Esse, & substantiam] Vtrunque uerbum significat hoc loco formam, alterumq; est additum alteri explicationis causa. Sensus ergo est; Multò magis cōsentaneum est rationi, ut forma existat in rerū natura, quum materia existit, perpetuò uidelicet. Materia enim cùm sit informis ex se se, sine forma existere non potest. Locus sanè erat obscurissim⁹ detracta particula ϰαί, quā carent omnes codices, quotquot uiderim, uno excepto manu scripto, antiquo, & probato. Nec certè aliter contextus uidebatur posse intelligi, nisi cùm dicitur ὁπότε ἐκεῖνο γίνεται τί), uerbum εἶναι idem ualeret, atque τὸ τί) ἐστιν, ut sententia ita finiretur, cùm illa sit ipsius esse, siue essentię gratiā; quo pacto redderetur causa existentiæ formę, ex eo, quòd ipsa sit finis, propter quem materia existit. Verùm hęc interpretatio dura est ualde, præsertim cùm uerbum εἶναι, non habeat prepositum articulum.

*perpetuum quicquam, neque immobile. Sensibilia enim intereunt omnia, & in motu sunt. At[n] si perpetuum nihil est, nec generatio esse potest. Nam[o] & id, quod fit, & id, ex quo fit, aliquid sit necesse est, & eorum ultimum ingenitum esse; siquidem & datur status, & fieri non potest, ut quicquam ex non ente gignatur. Præterea[l] cùm generatio sit, ac motus; & extremum sit necesse est. Etenim[k] nec motus ullus infinitus est, sed quilibet finem habet; nec[l] fieri potest, quod factum esse nequit: id[m] autem, quod est factum, necesse est ut sit, cùm primùm factum est. Præterea, si materia est, quia ingenita est; multò adhuc magis rationi consentaneum est, esse,[n] & substantiam quando illa est, esse. Nam[o] si neque hæc erit, neque illa, nihil omnino erit. Quòd si hoc fieri nequit; forma profectò, atque species aliquid præter ipsum totum sit necesse est. Si[p] quis autem hoc rursum ponat, dubita-*

o Nam si neque hęc] Græcè est, εἰ γὰρ μήτε τοῦτο, id est [si enim neque hoc] Verùm, quia illud [hoc] refertur ad prius uerbum τί) iuxta nostram lectionē; aut ad posterius, iuxta lectionē aliorū codicū, ut eam interpretati sumus; utroq; autē modo significatur eo uerbo forma; potiùs reddidimus [hæc] quod cæteri omnes faciunt.

p Siquis autem] Hactenus probauit quiditatem, saltem in aliquibus rebus, esse præter ea singularia, quorum dicitur quiditas. Nunc oppositū ea ratione confirmat, quia si id detur, magna dubitatio exurgit, in quibus nā rebus id dicendū sit. Perspicuū est. n. in omnib⁹ dici nō posse. Neque. n. præter singulas domos danda est domus aliqua, siue ꝙ separata sit more Platonico (siquidē ille nō agnoscebat Ideas in reb⁹, quæ arte cōficiūtur) siue quę distincta sit ex natura rei ab his parietibus, tecto, & fundamēto, cùm nihil aliud sit essentia domus, quàm ipsę partes coniūctę, & ordine dispositæ; quod secus dicendū est de essentia, qua Socrates est homo, cæterisq; rerū naturalium quiditatibus. Argumentū pro parte negatiua.

Solutio huius quæstionis in hoc posita est, ut dicamus, Quiditatē in quibusdam esse aliud ab ijs, quorum est quiditas, in quibusdam autē non item. Si enim conferatur cum ijs, quibus primò conuenit, ut humanitas cum homine communi; non aliud est, sed idē prorsus ex natura rei; tametsi solo concipiendi, ac significādi modo differat. Nā humanitas significatur ut forma absolutè, homo autē ut habēs humanitatē; eodemq; modo res habet in cæteris. Atqui eadē ratione dicebat Plato se habere humanitatem, quæ est quiditas hominis, ad hominem separatum. Si autem conferatur cum ijs, quibus Solutio quæstionis.

secundaria ratione, seu mediatè conuenit, ut humanitas cum Socrate; aliud est ipsa ex natura rei, aliud uero id, cuius ipsa est quiditas. Nam Socrates præter humanitatem, quæ communi definitione explicatur, aliquid necessariò includit, quo distinguitur à Platone, ac cæteris hominibus. Atque in his ponebat Plato, non solum alietatē, sed etiam separationem realem, ut sæpe dictum est. Verùm de hac re latiùs in 7. lib. cap. 4. & 15. cùm Arist.

Quid concludant argumēta utriusque partis.

agendū est. Nec oportet soluere rationes, quas il le hoc loco pro utraq; parte affert, cum rectè concludant. Quāquam enim duæ priores, quæ pro affirmatiua parte afferuntur, falsa quædam assumunt; ijs tamen secundùm Platonem positis, rectè efficitur, si nullius rei singularis quiditas differt ex natura rei ab ipsa re singulari, nihil omo cadere posse sub scientiam propriè dictam, quæ quidem est uniuersalium; nullamq; essentiā esse perpetuā, non solùm positiuè, sed ne negatiuè quidē. Si.n. essentiæ rerū nullo modo essent aliud à rebus singularibus corruptibilibus; omnes essentiæ corrumperentur per se, quemadmodum & ipsa indiuidua. Imo etiam id rectè efficitur, quod Aristoteles deinceps colligit, si nihil est perpetuum (id est nulla essentia rei, quæ generatur, & corrumpitur) nec materiam, nec formam esse perpetuam. Etenim si hæ sunt perpetuæ perpetuitatē à nobis explicata, necesse est, ut essentię rerū, quæ generantur, & intereunt, sint perpetuę eo modo, quo forma est perpetua, scilicet secundum identitatem specificam, aut genericam.

ἀπορεῖα δὴ πίνων τε θατέρῳ τοῦτο, καὶ ὅτι πίνων οὔ. ὅτι μὲν γὰρ ὅτι παύτων οὐκ οἷόν τε, φανερόν: οὐ γὰρ ἂν θνήμιδν εἶναί τινα οἰκίαν ἄνευ τᾶς τινας οἰκίας.

Πρὸς δὲ τούτοις, πότερον ἡ οὐσία μία παύτων ἔσαι, οἷον τῆς ἀνθρώπων; ἄλλ' ἄτοπον. οὐ γὰρ ἓν ἅπαντα, ὧν ἡ οὐσία μία, ἀλλὰ πολλὰ καὶ διάφορα. ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἄλογον. ἅμα δὲ καὶ πῶς γίνεταί ποτε ἡ ὕλη τούτων * ἕκαστον καὶ ἔστι τὸ συνθετὸν ἅμα ταῦτα; ¶ ἔτι δὲ καὶ ἀεὶ τῆς ἀρχῶν, καὶ τόδε δὲ ἀπορήσειν ἄν τις. εἰ μὲν γὰρ εἴδει εἰσὶν ἓν, οὐδὲν ἔσαι ἀριθμῷ ἓν, οὐδ' αὐτὸ τὸ ἕν, καὶ τὸ ὄν. καὶ τὸ δύνασθαι πῶς ἔσαι, εἰ μή τι ἔσαι ἓν ὅτι παύτων; ἀλλὰ μὴν εἰ ἀριθμῷ ἓν, καὶ μία ἕκαστα τῆς ἀρχῶν, καὶ μὴ ὥσπερ τῆς αἰθητῆς ἄλλαι ἄλλων, οἷον τῆσδε τῆς συλλαβῆς τᾶς εἴδει τῆς αὐτῆς οὔσης, καὶ ἀρχαὶ εἴδει αἱ αὐταὶ (καὶ γὰρ αἵτιαι ὑπάρχουσιν ἀριθμῷ ἕτεραι) εἰ δὲ μὴ οὕτω, ἀλλ' αἱ τῆς ὄντων ἀριθμῷ ἓν εἰσιν, οὐκ ἔσαι ἄνευ

Text° 13.

* Alias ἑκάσυ.

Text° 14.

Disputatio decimæ quæstionis.

q Adhæc, una ne] Disputat quæstionem decimam, qua quærebatur, utrum principia, tam formalia, quàm materialia, sint definita numero, an specie sola; hoc est, Num eorum, quæ sunt diuersa numero, sed idem specie, detur unum tantùm numero principium formale, & unum materiale; an uerò diuersa numero, sed unū specie. Quòd igitur non detur unum tantum principium formale respectu diuersarum rerum eiusdem speciei, duabus rationibus probatur. Prior est, quia hoc pacto ea, quæ sunt multa, ac differentia, essent unum numero, & non essent unum numero, quo nihil absurdius. Posterior est, quia materia cùm sit diuisa in singulis indiuiduis, non posset accipere unam, & eandem numero formam omnium (quod ille uocat, materiā fieri unumquodque horum) siquidem eadem nùmero forma, non potest simul informare diuersas totales materias, neque uerò hęc ambo possunt cōstituere ipsum totum diuersum numero in singulis. Itaque, aut forma unam tantùm numero materiam informaret,

Argumēta pro parte negatiua.

ane

aut nullam. Syrianus tamen intelligit hęc de Ideis, non de formis, quæ sunt partes cōpositorum; ad quam expositionem ægrè aptari possunt uerba Aristotelis.

Extenditur quæstio ad omnia genera principiorū.

[r] Præterea, hoc etiam} Extendit quæstionem ad omnia principiorum genera, quæritque, Num respectu eorum, quæ sunt diuersa numero, sed eadem specie, detur in quolibet genere principiorum unū numero principium; an uerò plura numero, sed unum specie. Probat autem priori loco, dandū esse unum numero. Primùm, quia si diuersarū numero rerum necessariò diuersa essent numero principia; cùm perspicuè uideamus in rerum natura, res, quarū sunt principia, esse diuersas numero; nullum principium multarū esset unum numero, atq; adeo, ne ipsum quidem ens, aut ipsum unū p se existens, quod Plato posuit cōmune omniū rerum principium. Hoc autem patet falsum esse in Sole, qui unus numero existens multa numero effecta producit, potioriq; ratione in primo mouente. Deinde, quia nisi detur aliquod unum numero principium respectu eorum, quæ sub eandem numero scientiam cadere dicuntur, nulla earū erit sciētia. Res enim sciuntur per sua principia: unde effici uidetur, ut quæ eādem numero scientia comprehenduntur, per eadem numero principia sciantur. Vel tota probatio ad hūc modum habet, ut exponunt Syrianus, Commentator, & alij nonnulli. Si principia non sunt unū numero, neque principiatum erit numero unum; quandoquidem necesse est, ut omnia, quæ sunt in principiatis, præexistant in principijs. Quòd si nihil erit unum numero, siue particulare in rerum natura; nullum dabitur uniuersale: ex qua re fiet, ut nulla detur scientia, quippe cùm scientia sit uniuersalium.

Scientia.

*dubitatio existit, in quibus id ponat, in quibus non item. Quòd enim in omnibus poni non possit, perspicuum est: neque enim domum quandam prater domos singulas esse posuerimus.*

Text° 13. *Ad [s] hęc, una'ne omnium erit substantia, ueluti hominum? at absurdum est. Neque enim unum sunt omnia, quorum substantia una esset, sed multa ac differentia. Sed & hoc rationi consentaneum non est. Simul autem, quo'nam pacto materia unumquodque horum sit, & ipsum totum hæc ambo est?*

Text° 14. *¶ Præterea, [t] hoc etiam de principijs quærat aliquis. Si enim specie unum sunt, nihil erit numero unum, neque ipsum etiam unum, & ipsum ens. Quo item modo erit scientia, nisi aliquid in omnibus unum fuerit? At [u] uerò si numero unum sint, & principiorum quodq; sit unum, non autem, ut in sensibilibus, alia aliorum, quo pacto huius syllabæ, quæ specie eadem est, principia quoq; eadē sunt specie (sunt enim, & hæc numero diuersa) si hoc inquā modo res nō habet, sed eutium principia numero unum sunt; non erit*

[s] At uerò si numero} Iam probat oppositum, nempe diuersarum numero rerum necessariò danda esse diuersa numero principia, quemadmodum diuersarum syllabarum dantur diuersa numero elementa, etsi sint eadem specie. Nam si principia, non essent plura numero sub eadem specie; nec ea, quæ illis cōstarent, essent plura numero sub specie eadem. Vt si non essent multi numero characteres formæ A, neque item multi numero formæ B; una tantùm numero syllaba ex eis confici posset, nempe uel AB, uel B A; alioqui iam essent multi numero characteres utriusque formæ. Eodemque modo, si quatuor uulgata elementa, essent quatuor numero duntaxat; & ex ipsis conflaret aliquod mistum; nullum aliud mistum reperiri posset; quandoquidem illud complecteretur omnia elementa.

*prater*

Præter

Singulare quid.

t Præter elementa] Ideſt numerus rerum, quæ conſtarent ex principijs, non excederet numerum principiorum cuiuſq; generis. Vt ſi principia formalia, ex quibus conſtarent animalia, eſſent numero mille; non plura eſſent animalia, quàm mille: ſi uerò unum numero duntaxat; unum tantùm eſſet animal numero, ſiue ſingulare. Id enim eſt ſingulare, quod eſt unum tantùm numero; ut hic homo deſignatus, aut hoc animal, quod quidem multiplicari nullo modo poteſt, cùm hac ratione uniuerſali opponatur.

u Vel ſi definita] Aut ſupplenda eſt hoc loco ſimilitudinis accõmodatio, quam forſitan Ariſtoteles obliuione prætermiſit (quanquam Alexander ait, hoc ab eo factũ eſſe, quia perſpicua res erat) aut expungenda particula ὅων ne pendula ſit oratio: aut potiùs credendum, id quod facile fuit, irrepſiſſe ὅων, pro ἄν.

x Tot omnes literas] Hoc eſt, tot compoſitiones literarũ, ſeu (quod idem eſt) tot literas coniũctas. literę.n. ipſæ per ſe nõ dicuntur cõſtare elemẽtis, ſed eſſe elemẽta.

Solutio quæſtionis.

Solutio huius quæſtionis, quæ ab Ariſt. explicatur lib. 12. cap. 4. & ſequentibus in eo poſita eſt, ut dicamus, principia interna non eſſe eadem numero comparatione diuerſorum, ſed eadem ſpecie, aut genere, aut analogia, iuxta identitatem eorum, quæ illis cõſtant; externa uerò poſſe eſſe eadẽ numero. Multa.n. effici poſſunt ab eodẽ agẽte numero, & propter eundẽ numero finẽ: imò uerò omnia, quæ fiunt, ſunt effecta primi agẽtis, ac ſupremi finis, qui unus tantùm eſt numero: Nec uerò rationes adductę huic explicationi quicquã obſtãt. Primæ.n. duæ cõcludũt, principia formalia interna diuerſarũ numero rerũ nõ poſſe eſſe eadẽ numero. Tertia uerò oſtẽdit, neceſſariò dandũ eſſe aliquod idẽ numero principiũ diuerſarũ rerũ. Atq; hoc modo ponebat Plato idẽ numero principiũ rerũ omniũ, quod appellabat ipſum ens, & ipſum unũ, quibus uerbis intelligebat Deũ, ut ſæpe in cõmentarijs huius libri affirmat Syrianus. Quarta autẽ nihil conficit: ſiquidẽ eadẽ numero ſciẽtia haberi poteſt de multis rebus conuenientibus in aliquo principio, ſeu ratione formali, quæ ſit eadẽ ſpecie, aut genere, aut analogia. Extrema denique hoc ſolùm concludit, principia interna diuerſarũ rerum, quęcunque illa ſint, non poſſe eſſe eadem numero, quod iam conceſſimus.

Dilutio argumentorum.

Nihilo

---

ἀλλὰ τὰ στοιχεῖα οὐδὲν ἕτερον. τὸ γὰρ ἀριθμῷ ἕν, ἢ τὸ καθ' ἕκαστον λέγλν, διαφέρει οὐθέν: οὔτε γὰρ λέγομεν τὸ καθ' ἕκαστον, τῷ ἀριθμῷ ἕν: καθόλου δὲ, τὸ ὁπὶ τύπων. ὥσπερ * οὖν εἰ τὸ τῆς φωνῆς ἐν ἀριθμῷ ἓν στοιχεῖα ὠείσμψα, ἀναγκαῖον ἓν τοσαῦτα εἶναι τὰ πάντα γεάμματα ὅσαπερ τὰ στοιχεῖα, μὴ ὄντων γε δύο τῷ αὐτῷ, μηδὲ πλειόνων.

* Forte ἄν, uel deeſt aliquid in fine orationis ad complendam ſententiã, ut Alex. ait. Comm. 49. Textꝰ 15.

Οὐθενὸς δ' ἐλάττων ἀπορία διαλέλειπται καὶ τοῖς νεῦ, καὶ τοῖς ποέτερον, πότερον αἱ αὐταὶ τῶν φθαρτῶν, καὶ τῶν ἀφθάρτων ἀρχαί εἰσιν, ἢ ἕτεραι. εἰ μὲν γὰρ αἱ αὐταί εἰσι, πῶς τὰ μὲν ἄφθαρτα, τὰ δὲ φθαρτὰ, καὶ δι' τὴν αἰτίαν; οὐ μὲν οὖν ὥσπερ Ἡσίοδος, καὶ πάντες ὅσοι θεολόγοι, τὴν μόνον ἐφρόντισαν πιθανοῦ τοῦ ποὸς αὐτούς, ἡμῶν δ' ὠλιγώρησαν. θεοὺς γὰρ ποιοῦντες τὰς ἀρχὰς, καὶ ἐκ τῶν θεῶν γεγονέναι, τὰ μὴ γευσάμενα τοῦ νέκταρος καὶ τῆς ἀμβροσίας, θνητὰ γενέσθαι φασί. δῆλον δὲ ὡς ταὐτὰ τὰ ὀνόματα γνώριμα λέγοντες αὐτοῖς, καί τοι ποὸς αὐτῆς τῆς ποφοφοῆς τῶν αἰτίων τούτων ὑπὲρ ἡμᾶς εἰρήκασιν. εἰ μὲν γὰρ χάριν ἡδονῆς ποὸς αὐτῶν δηγάνουσιν, οὐθὲν αἴτια τοῦ εἶναι τὸ νέκταρ καὶ ἡ ἀμβροσία. εἰ δὲ

y Nihilo autem minor] Disputat undecimam quæstionem, qua quęrebatur, Num eadem essent principia rerum corruptibilium, & incorruptibilũ, an uerò diuersa &c. Quam quidem ait ab omnibus, tum Recentioribus, tum Veteribus esse prætermissam. Negat tamen Syrianus, eam esse à Platone prætermissam in Timæo, cuius etiam uerba refert. Verùm Aristoteles propterea uidetur ne Platonem quidem excepisse, quia Plato non reddidit in Timæo causam immortalitatis rerũ cœlestium ex earũ principijs, quod erat Philosophi ppriũ, sed ex diuina uoluntate, ut patet ex eo loco. Disputatio undecimæ quæstionis.

*præter* x *elementa quicquam aliud. Vnum enim numero, an singulare dicas, nihil interest: etenim hoc facto Singulare exponimus, Quod numero est unum; Vniuersale autem, Quod in his. Vt* u *si definita uocis elementa unum essent numero; necesse foret, tot* x *omnes literas esse, quot elementa; quippe cùm nec duæ eædem essent, nec plures.*

x Etenim si eadem] Hac una ratione probat, non esse eadẽ principia omnium. Quia si essent eadẽ, nulla posset ratio afferri, cur aliæ res interirent, aliæ uerò, essent sempiternæ. Nã quòd Hesiodus Poëta, & alij, qui res theologicas, atq; huius scientiæ proprias, fabularũ inuolucro contexerunt, easdemũ res uoluerunt esse sempiternas, quæ nectar, & ambrosiã Deorũ degustassent; reliquas uerò caducas, ac mortales remansisse: quamuis fortsitã aliquid nobis occultum significet, quod probabile sit; tamen si id, quod apertè dicunt, expendatur, friuolum ualde, & absq; ulla ratione dictum est. Nam si dij, quos illi cæterarũ rerum principia esse dixerũt, sunt immortales propter nectar, & ambrosiam, quibus utuntur; aut id habent, quia illis utantur solius uoluptatis causa, aut necessitatis: si solius uoluptatis, perspicuum est nectar, & ambrosiam non illis conferre, ut sint; quippe qui nihilominus existerent, si illis nõ uterentur: si uerò necessitatis; ergo nutriuntur ex his, ac proinde immortales non sunt: etenim nutritio restauratio est substantiæ amissæ. loquitur autem Aristoteles de immortalitate naturali, qualem Dij, si essent, habere debuissent. Argumentũ partis negatiuæ. Prisorum Poëtarum ratio refellitur. Nutritio.

Text. 15. *Nihilo* y *autem minor dubitatio, & ab his, qui hac ætate sunt, & à superioribus prætermissa est, Sint'ne eadem principia eorum, quę intereunt, & eorum, quæ non intereunt, an diuersa. Etenim* z *si eadem sunt, quo'nam modo, & quam ob causam alia interire nequeunt, alia caduca sunt? Ac Hesiodo quidem, cunctis'que Theologis, id* a a *solùm curæ fuit, ut sibi probabilia dicerent, nos autem neglexerunt. Cùm enim Deos principia faciant, & ex Dijs orta esse censeant; ea, quæ nectar, & ambrosiam non degustarunt, mortalia facta esse dicunt. Perspicuum est autem eos, dum hæc nomina sibi nota usurparunt, in ipsa etiam harum causarum traditione supra* b b *uires nostras dixisse. Nam si uoluptatis gratia ijs utuntur, nequaquam illis, ut sint, nectar, & ambrosia causæ sunt.*

Quòd propter nectar, & ambrosiam, quibus utuntur; aut id habent, quia illis utantur solius uoluptatis causa, aut necessitatis: si solius uoluptatis, perspicuum est nectar, & ambrosiam non illis conferre, ut sint; quippe qui nihilominus existerent, si illis nõ uterentur: si uerò necessitatis; ergo nutriuntur ex his, ac proinde immortales non sunt: etenim nutritio restauratio est substantiæ amissæ. loquitur autem Aristoteles de immortalitate naturali, qualem Dij, si essent, habere debuissent.

a a Id solùm curę fuit] Eorum philosophandi rationem non probat Aristot. qui sibi solis loquuntur, & fabularum, aut ænigmatum integumentis res philosophicas occultant. De qua re in procemio huius operis egimus. Cap. 2.

b b Supra vires nostras] Agnoscit Arist. in Veteribus sapientiã, quam se assequi nõ posse palam fatetur. Quo loco D. Tho. ut est omnis ueritatis è tenebris eruẽdæ studiosus, suspicatur hos Theologos, nominibus nectaris, & ambrosię, intellexisse summam bonitatem hoc loco lect. 12. p. 4. Quid Veteres nectaris, & ambrosiæ nominibus intellexerint.

Digitized by Google

bonitatem primi principij; cùm omnis dulcedo amoris ad bonitatem aliquam, ac proinde ad ſummam bonitatem referatur. Atque hoc pacto ſignificaſſe res eas, quæ propiùs participant, & quaſi deguſtant perfectionem diuinæ bonitatis, eſſe immortales quoad eſſe numerale; quæ autem remotiùs (quaſi eam ſolùm odorentur) non eſſe immortales, niſi quoad eſſe ſpecificum.

ee Qui fabularum] Alexander ſic contextũ intelligit. Qui fabulis ueritatẽ excludunt; cui expoſitioni alludit uerſio Beſſarionis, quæ ſic habet, Sed de ijs, quę fabulosè, & ſophiſticè dicuntur; & antiqua, quæ ait, Sed de fabulosè ſophiſticantibus. Non uidetur tamen Ariſt. quic quã aliud dicere, quàm quòd nõ ſit ſeriò, & accuratè agendum cũ ijs, qui res philoſophicas fabularum inuolucro cõtegunt, præſertim cùm proximis uerbis, adeò honorificè locut⁹ ſit de priſcis Poẽtis (quos etiam Theologos appellauit) ut dixerit, eos ſupra uires Philoſophorũ ſuę ipſius ętatis ſcripſiſſe. Nec certè Græci cõtextus uerba nos cogũt, ut ſenſum illum priorẽ amplectamur. Cur autem Ariſt. indignũ duceat Philoſophi grauitate, fabularum ſignificationes ſtudioſiùs ſcrutari, ratio eſt, quia planus uerborum ſenſus ridiculus nõnunquam eſt, & cuius impugnatio nõ deceat ſapientẽ: myſticus autẽ, & quẽ Poẽtæ ſignificare uolunt, eſt occultus: quo fit, ut Philoſophus fortè impugnet, quem Poẽta minimè ſignificare uoluit, quod ipſum non uidetur carere leuitate. Alia ratio eſt de ijs, qui ænigmatis utuntur, ut Pythagorici, & eorum ſectatores Platonici. Ideo enim indignum non eſt Philoſopho eorũ dicta diligentiùs expendere, quia etſi obſcuriùs loquuntur, quàm deceat eos, qui erroris occaſionem præbere non debent; non conſectantur tamen rationem ſcribendi ſpecie ipſa fabuloſam. Quòd ſi quis obijciat, Ariſtotelẽ pugnare ſecum, cùm dixerit primo libro cap. 2. Philoſophum eſſe fabularum ſtudioſum: meminerit, non dixiſſe illum ſimpliciter, ſtudioſum fabularum, ſed quodammodo ſtudioſum, idque quatenus Poẽtarum fabulę miranda quædam continent, quæ ad philoſophandum inuitant.

Non eſſe Philoſophi fabularum ſignificationes ſtudioſiùs perſcrutari.

Comm. 50.

εἰ δὲ τῇ εἴδ), πῶς; αἱ εἰσιν ἀΐδιοι λόμβοι ζοφῶς; ἀλλὰ ϖῶς μὴ τῇ ᶜᶜ μυθικῶς σοφιζομένων, οὐκ ἄξιον μὴ ϖονδῆς σκοπεῖν.

Περὶ ᵈᵈ δὲ τῆς δι' ἀποδείξεως λεγόντων, δεῖ ϖιυθάνεσθαι διεϙοτωντας, τί δή ποτ' ἐκ τῆς αὐτῆς ὄντα τὰ μὲν ἀΐδια τῷ φύσιν ὄζι, τὰ δὲ φθαρτὰ τῆς ὄντων. ἐπεὶ δ' ὅτι αἰτίαν λέγουσιν, οὔτε εὔλογον οὕτως ἔχειν, δῆλον ὡς ἐχ αἱ αὐταὶ ἀρχαί, ἃ δὲ αἰτία αὖ αὐτῆς ἐστιν. κὴ ᵉᵉ γὸ ὅνπερ οἰηθείη λέγειν ἄν τις μάλιστα ὁμολογουμένως αὐτῷ Ἐμπεδοκλῆς, Ϛ ἑταῖρ ταυτὸ πέπονθε. τίθησι μὲν γὸ ἀρχὴν τινα αἰτίαν τῆς φθορᾶς, τὸ νεῖκος: δόξειε ᶠᶠ δ' ἂν ἐνδεῖν ἥττον Ϛ τοῦτο γοῦν ἓν ἐξ ἁπάντων εἶναι τὸ ἓν. ἅπαντα γὸ ἐκ τούτου ἄλλα ὄζι, πλὴν ὁ θεός. λέγω γὰρ: ὅτι ὧν πάντα ὅσα τ' ἰῶ, ὅσα τ' ὄζι, ὅσα τ' ἔσται ὀπίσω: Δένδρεά τ' ἐβλάστησε, Ϛ αἰέρες, ἠδὲ γυναῖκες: Θηρές τ' οἰωνοί τε, κὴ ὑδατοθρέμμονες ἰχθῦς: Καὶ ᵍᵍ τε θεοὶ δολιχαίωνες. κὴ ʰʰ χωεὶς δὲ τούτων δῆλον. εἰ γὸ μὴ ἐν ἰῷ τὸ νεῖκος ἐν τοῖς φαίνεται ἐν αἷ ἰῷ ἅπαντα, ὡς φησιν. ὅταν γὸ συνῇθῃ, τότε ἥκατον ⁱⁱ ἱσᾶ τὸ νεῖκος. διὸ ʰʰ Ϛ συμβαίνει αὐτῷ τὸν

ᵈᵈ Ab ijs uerò, qui] Miſſis ijs, qui ueritatem philoſophicam fictis fabulis occultant, tranſit ad eos, qui perſpicuè rerum cauſas in docendo adhibent; à quibus meritò quærendum eſſe dicit, cur ex eiſdem principijs alia entia faciant caduca, alia ſempiterna. Verùm cùm illi nihil cauſæ afferãt, quod ſatis ſit, nec aliunde appareat id conſentaneũ eſſe

esse rationi; potiùs dicendum concludit, non esse omnium rerum eadem principia.

Quam causam immortalitatis, quarundam rerũ Empedocles tradat.

ee Namque & Empedocli} Ne immeritò superiores Philosophos damnare uideatur, profert in medium Empedoclem, qui inter Naturales maximè sibi uidetur constare. Is ergo uisus est rei propositæ hanc afferre rationem; Etsi omnia quatuor uulgatis elementis cõstant; quædam tamen perpetuò existere propter perpetuã elementorum concordiam, & amicitiam: alia uerò interire propter illorum contentionem, siue discordiam. Dicebat enim, uno excepto Deo, hoc est, cœlo; quem Sphærum appellabat, & sapientissimum esse dicebat, cætera omnia habere in. sua compositione admistam discordiam: illum autem solum ita constare elementis, ut ab eius compositione omnis discordia longè relegata esset. Empedoclem tamẽ defendit Syrianus hac in re, ut quem putet non aliud, quàm Platonem sensisse.

*Quòd si existendi causa; qui fieri potest, ut sempiterni sint, cùm alimento indigeant? Sed cum ijs, qui [ee] fabularum inuolucro philosophantur, seriò agere æquum non est.*

*Ab [dd] ijs uerò, qui demonstratiuè disserunt, quærere, ac scisciscitari oportet, quid tandem causa sit, cur entium, quæ ex eisdem constant, alia suaptè natura sempiterna sint, alia intereant. Cùm autem nec causam afferant, nec rationi consentaneum sit, rem ita se habere; perspicuum relinquitur, non esse eadem eorum, nec principia, nec causas. Namque [ee] & Empedocli, quem sibi maximè constare aliquis fortasse existimet, idem accidit. Censet enim, principium quoddam, ipsam nimirum contentionem, corruptionis causam esse: nihilo [ff] tamen minùs, & hæc ex ipso uno generare uidebitur. Nam cætera, præter Deum, ex hac constant omnia. Ait enim;*

*Omnia quotquot erunt, quot sunt præsentia, quotq́;*
*Orta fuere antehac, stirpes, homines q́;, feraq́;;*
*Inde etiam uolucres, nutritiq́; æquore pisces,*
*Longæuiq́; [gg] Dij ----*

ff Nihilo tamen} Refutat causam adductã ab Empedocle. Primùm, quòd in ea sibi non cõstet. Nam cùm dicat, discordiam pertinere ad cõpositionem aliarũ rerum, præterquàm Dei, Refellitur.

*Idq; [hh] etiam alioqui perspicuum est. Nisi.n. una esset in rebus contentio, omnia, ut ait, unum essent. Cùm.n. conueniunt, tunc ultima [ii] sistit contentio, ita [kk] fit, ut*

siue Sphæri, eam facit generationis causam. At causa generationis, eius sententiâ, nõ est causa corruptionis, cùm apud illum Sphærus genitus sit, nec tamen sit interiturus.

gg Longæuiq; Dij} Hos Deos longæuos, non autem perpetuos, quos nam esse dixerit Empedocles, non latis constat. Verisimile est eos intellexisse eos dæmones, quorũ Platonici meminerunt; quod tñ quidã uolũt. Eos enim faciũt perpetuos Apuleius, & Chalcidius Platonici, cùm eisdẽ penè uerbis definiant Dæmonem, Animal animo patibile, mente rationale, corpore aeriũ, tẽpore æternũ. Nisi Empedocles Longæuos dixit, pro Aeternos (qua in re apertiùs pugnabit secũ, cùm uelit, eos, quemadmodũ & cætera, quæ dixerat, cõstare discordiâ) aut illi Aeternum animal dixerunt, pro Longæuo.

Apuleius in lib de Dæmone Socratis Chalcid. in Timæum Platonis.

hh Idq; etiã alioqui} Hac alia ratione confirmat, discordiam apud Empedoclem esse causam generationis; Quia si illa non esset, nulla daretur rerum distinctio, quæ planè ad generationem pertinet.

ii Cùm enim conueniunt} Hoc est, cùm ea, quæ discordia, siue contentione constant, per amicitiam in chaos rediguntur, atque esse desinunt, tunc ultima sistit cõtentio, id est, tum demum munus suum obire desinit: est igitur contentio generationis causa.

kk Ita fit ut} Refutat eandem causam ab Empedocle allatam, quòd in ea red-



Digitized by Google

denda non rectè excluserit à Deo, seu Sphæro discordiam, cùm illum sapientissimum esse dixerit, & tamen alibi docuerit, simile simili inexistenti cognosci; quod idem asserit primo de Anima cap. secundo non solùm de Empedocle, sed etiam de Platone. Ex his. n. sequitur, Sphærum esse minùs sapientem cæteris rebus, cùm careat discordia, per quam aliarum rerũ discordiam cognoscat. Text. 25. & 26

11 Sed & illud } Redit ad priorem refutationem, additque, non solum ea ratione sibi nõ constare Empedoclem, quòd ex eius dictis sequatur, ipsam discordiã generare, sed etiã quia planè efficiatur, ipsam etiam concordiam, siue amicitiam esse causam interitus. Ait enim, coëuntibus tandem aliquãdo rebus in unum, futurum esse interitum rerum omnium. Excipiendus tamen uidetur secũdum Empedoclem Sphærus; ut generalis illa corruptio nõ sit intelligenda, nisi de rebus inferioribus.

τὸν δ' δαιμονέστατον* θεὸν, ἥττον φρόνιμον ἐῖ) τῶν ἄλλων. ἐ γὰ γνωρίζει τὰ στοιχεῖα πάντα: τὸ γὰ νεῖκος οὐκ ἔχῃ: ἡ δὲ γνῶσις τ ὁμοίου τῷ ὁμοίῳ. γαίῃ μὲν γὰ, φησὶ, γαῖαν ὀπώπαμεν, ὕδατι δ' ὕδωρ, αἰθέρι δ' αἰθέρα δῖον, στοργὴ τε στοργὴν, νεῖκός τε νείκει λυγρῷ. ἀλλ' [11] ὅθεν δὴ ὁ λόγος, τ πρόσθε φανερὸν ὅτι συμβαίνει αὐτῷ, τὸ νεῖκος μηδὲν μᾶλλον φθορᾶς, ἢ τ ἐῖ) ἄπιον, ὁμοίως δὲ οὐ δ' ἡ φιλότης, τοῦ ἐῖ). συνάγουσα γὰ εἰς τὸ ἕν, φθείρῃ τὰ ἄλλα. καὶ [mm] ἅμα δὲ αὐτῆς μεταβολῆς ἄπιον οὐθὲν λέγῃ, ἀλλ' ὅτι οὗτος πέφυκεν. ἀλλ' ὅτε δὴ μέγα νεῖκος ἐνὶ μελέεσιν ἐτρέφθη, εἰς τιμὰς τ' ἀνόρουσε τελειομήνοιο χρόνοιο, ὅς σφιν ἄμοιβαῖος πλατέος παρὰ πίλατο ὅρκου, ὡς ἀναγκαῖον μὲν ὂν μεταβάλλειν, αἰτίαν δ' ἐξ ἀνάγκης οὐδεμίαν δηλοῖ. ἀλλ' [nn] ὅμως τοσοῦτόν γε μόνον λέγῃ ὁμολογουμένως: ἐ γὰ τὰ μὲν φθαρτὰ, τὰ δὲ ἄφθαρτα ποιεῖ τ ὄντων, ἀλλὰ πάντα φθαρτὰ, πλὴν τ στοιχείων: νυνὶ δὲ λεγομένη ἡ ἀπορία ὅτι, ὀλίγα τὰ μὲν, τὰ δ' ἅ, εἴπερ ἐν τ αὐτ ὅτιν. ὅτι μὲν οὖν οὐκ αἱ εἴησαν αἱ αὐταὶ ἀρχαὶ, τοσαῦτα εἰρήσθω.

Ineptum esse in ratione rerum assignandis ad naturas earũ cõfugere.

mm Simul autem } Hoc etiam obiter damnat in opinione Empedoclis, quòd illius generalis corruptionis, quã ait necessariò futuram esse, aliam causam nullã reddiderit, nisi quia ita natura comparatum sit, ut patet ex eius carminibus; in quibus res inferiores (ut uidetur) facit quasi quędam membra inferioris mundi. Quòd autem ratio illa, Quia ita natura cõparatum est, sit inepta, ex eo patet, quia isto modo facillimum esset omnium rerũ causam reddere.

Εἰ δὲ [oo] ἕτεραι ἀρχαὶ, μία μὲν ἀπορία, πότερον ἄφθαρτοι καὶ αὐταὶ ἔσονται, ἢ φθαρταί. εἰ μὲν γὰ φθαρταὶ, δῆλον ὡς ἀναγκαῖον καὶ ταύτας ἔκ τινων εἶ): ἅπαντα γὰ φθείρεται εἰς ταῦτ' ἐξ ὧν ὅτιν. ὥστε συμβαίνει τῷ ἀρχῶν, ἑτέρας ἀρχὰς εἶ) προτέρας: τοῦτο δ' ἀδύνατον καὶ εἰ ἴσαται, καὶ εἰ βαδίζει εἰς ἄπειρον. ἔτι δὲ πῶς ἔσαι τὰ φθαρτὰ, εἰ αἱ ἀρχαὶ ἀναιρεθήσονται; εἰ δὲ

Quo pacto Empedocles

nn Verùm hactenus } In hoc tamen sibi constare Empedoclem, ait Aristot. quòd cùm omnium entium dicat eadem esse principia, quatuor inquam uulgata elementa, non asserat deinde alia interire, alia non item; sed omnia omnino, præter elementa. Verùm cùm hæc, si sola uerba spectentur, repugnent ijs, quæ ex Empedocle

* Aliàs βίον.

ele recitata sunt, ita intelligenda uidentur, ut Empedocles non loquatur in hoc generali pronunciato de omnibus omnino rebus, sed de omnibus, quę ille aiebat constare quatuor elementis, & discordia. Quod quidem in reprehensionem Platonis uidetur dictũ, qui cùm unitatem, & dualitatem indefinitam fecisset principia, tum hominum singulorũ, tum hominis separati; tamen ita confessus est, illos esse mortales, ut diceret hunc esse sempiternum, quod idem in cæteris penè rebus asseruit.

intelligi debeat.

*ut eius sententia Deus, qui est omnium felicissimus, minùs, quàm cætera, sit sapiens. neque.n.omnia elementa cognoscit, cùm ipsam cõtentionem non habeat, reiq; similis cognitio simili efficiatur. Sic enim inquit;*

*Terra etenim terrã, atq; unda cognoscimus undã,*
*Sic etiam innato diuinus cernitur æther*
*Aethere; amore patescit amor, lis inuida lite.*

*Sed* [11] *& illud, unde sermo digressus est, eius sententiam apertè sequitur; Contentionem non magis, ut res intereant, quàm ut sint, codemq; modo, neque amicitiã magis ut sint, causam esse. Cùm enim omnia in unum congregat, corrumpit cætera. Simul* [mm] *autem ipsius mutationis causam nullam exponit, nisi quòd ita natura comparatum sit. Scribit enim;*

*Ast ubi nutrita est ingens contentio membris,*
*Temporeq; exacto iustos repetiuit honores,*
*Grande, quod alterno præscripserat ordine fœdus;*

*ut necesse quidem sit fieri mutationem, sed tamen eius necessitatis causam nullam explicet. Verùm* [nn] *hactenus tantùm sibi constat, quòd non alias res facit corruptioni obnoxias, alias à corruptione liberas, sed omnes caducas præter elementa: nunc autem quæstio, quæ tractatur, ea est, cur aliæ interire possint, aliæ non item, si omnes ex eisdem constant. Atque hæc dicta sint, ut intelligatur, eadem principia esse non posse.*

Quòd [oo] *si diuersa sunt principia, una dubitatio existit, num et ipsa ab interitu libera sint. Nam si interire possunt, & ipsa quoque ex quibusdam necessariò constare perspicuum est; quippe cùm omnia in ea dissoluantur, ex quibus constant. Ex qua re efficitur, ut principiorum alia sint priora principia; quod fieri nequit, siue sletur, siue in infinitũ abeatur. Iã uerò, quo pacto, erunt ea, quæ interire possunt, si principia tollantur?*

oo Quòd si diuersa] Hactenus argumentatus est pro ea parte quæstionis, quæ negat omnium rerum esse eadem principia; nunc oppositam duabus rationibus confirmat. Prior est, quia si sunt diuersa, aut principia corruptibilium corrumpuntur etiam, aut sunt corruptionis expertia. Si quis dicat, ea corrũpi in alia priora, duobus argumetis probat, id fieri non posse. Vno, quia constarent ex alijs principijs, quod fieri nequit, siue quis dicat, deueniendũ ad aliqua prima omnino, quæ non fiant ex alijs prioribus, sed ex nihilo; siue in infinitum abeũdum in principijs, ex quibus sunt cõstituta. Nam neque ex nihilo quicquã fit naturaliter; nec ex infinitis principijs aliquid constare potest, ut ex superiori lib. patet.

Argumentum primum partis affirmatiuæ.

Cap. 2.

Altero, quia si omnia ponantur iam corrupta (hoc enim poni potest, si illa dicantur posse corrumpi) nullæ erunt res corruptibiles, quę tamen dicuntur perpetuæ secundum species suas, quæ nõ existunt, nisi per sua indiuidua. Si quis autem dicat, esse corruptionis expertia; cùm manifestum etiam sit, principia incorruptibilium esse corruptionis expertia; difficultas iterum eadem penè redit atque ea, quæ modò tractata est, cur inquam, si omnia sint

Species existere per sua indiuidua.



Digitized by Google

corruptionis expertia, ex alijs fiant res sempiternæ, ex alijs uerò caducæ, & mortales.

Secundum. pp Præterea, nemo} Posterior ratio ducitur ex auctoritate antiquorum. Nullus enim alia fecit principia sempiternorum, alia mortalium; sed omnes omnium rerum eadem principia esse dixerunt, facilè prætereuntes difficultatem, quæ pro affirmatiua quæstionis parte adducta est, tanquam quæ leuis esset, & nullius momenti.

Solutio quæstionis. Solutio huiʾ quæstionis habet lib. 12. à cap. 4. ubi docet Arist. principia externa esse eadem omniũ rerũ, tam corruptibiliũ, quàm incorruptibiliũ; cuius oppositum Manes Persa à quo Manichæi dicuntur, turpissimo errore asseruit: interna uerò, non esse eadem, nisi secundùm analogiam. Itemque, principia interna incorruptibilium esse corruptionis expertia; corruptibilium autem partim corrumpi, partim minimè. Corrumpuntur.n. per accidens, quatenus desinunt esse principia eius rei, quæ per se corrumpitur; non corrumpuntur autem per se, quasi omnino pereant, aut in alia principia resoluantur. Materia enim corruptibilium rerũ, nec perit, nec resoluitur, tametsi est apta ad perpetiendum, contrariosq; motus successiuè sustinendos, quæ conditio non cernit in principijs rerum incorruptibiliũ. Forma autẽ, etsi perit, excepta humana; nõ tñ resoluitur. Ad rationem autẽ, qua initio pars negatiua quæstionis confirmata est, dicendum, rectè eam concludere nõ esse eadẽ principia interna corruptibilũ, & incorruptibilium. Ad eam uerò, quæ adducta est pro parte affirmatiua, quid respondendum sit, ex dictis perspicuum est. Nam cætera, quæ ex auctoritate magis, quàm ratione in hac controuersia dicta sunt, non uidentur curanda.

Materia, & forma.

Solutio argumentorum.

εἰ δὲ ἄφθαρτοι, διὰ τί ἐκ μὲν τούτων ἀφθάρτων οὐσιῶν, φθαρτὰ ἔσται, ἐκ δὲ τῆς ἑτέρων ἄφθαρτος; τοῦτο γὰρ οὐκ ἄλογον, ἀλλ' εἰ ἀδυνάτου, ἢ πολλὴ λόγου δεῖται. ἔτι pp δὲ οὐδ' ἐγχειρήκασιν οὐδεὶς ἑτέρας, ἀλλὰ τὰς αὐτὰς ἁπάντων λέγουσιν ἀρχάς: ἀλλὰ τὸ παράπαν ἀπορηθὲν ἀποδέχονται, ὥσπερ τοῦτο μικρόν τι λαμβάνοντες. sect. 15.

Παντων qq δὲ θεωρῆσαι χαλεπώτατόν, καὶ περὶ τὸ γνῶναι τἀληθὲς ἀναγκαιότατον, πότερόν ποτε τὸ ὂν, καὶ τὸ ἓν οὐσίαι τινές εἰσι, καὶ r ἕκατερον αὐτῶν οὐχ ἕτερόν τι ὄν, τὸ μὲν ἕν, τὸ δὲ ὄν ἐστιν: ἢ δεῖ ζητεῖν, τί ποτ' ἐστὶ τὸ ὄν, καὶ τὸ ἕν, ὡς ὑποκειμένης ἄλλης φύσεως. οἱ μὲν γὰρ ἐκεῖνως, οἱ δ' οὕτως οἴονται τὴν φύσιν ἔχειν. Πλάτων μὲν γάρ, καὶ οἱ Πυθαγόρειοι οὐχ ἕτερόν τι τὸ ὂν, οὐδὲ τὸ ἕν, ἀλλὰ τοῦτο αὐτῶν τὴν φύσιν εἶναι, ὡς οὐσιῶν τῶν οὐσίας ταυτὸ ἓν εἴη, καὶ ὄν π. οἱ δὲ περὶ φύσεως, οἷον Ἐμπεδοκλῆς, ὡς s εἰς γνωριμώτερον ἀνάγων, λέγει ὅ τι τὸ ἓν ὄν ἐστι. δόξειε γὰρ ἂν λέγειν τοῦτο τὴν Φιλίαν εἶναι: αἰτία γοῦν ἐστιν αὕτη, τοῦ ἓν εἶναι πᾶσιν. ἕτεροι δὲ πῦρ, οἱ δ' ἄερα φασὶν εἶναι τὸ ἓν τοῦτο, καὶ τὸ ὄν, ἐξ οὗ τὰ ὄντα εἶναί τε καὶ γεγονέναι. ὡς δ' αὕτως, καὶ οἱ πλείω τὰ στοιχεῖα τιθέμενοι: ἀνάγκη t γὰρ καὶ τούτοις ὡσαύτως λέγειν τὸ ὂν καὶ τὸ ἕν, ὅσαπερ ἀρχὰς εἶναί φασι. Text. 16.

συμβαί-

Disputatio duodecimæ quæstionis.

qq Omnium autem} Disputat quæstionem duodecimam, qua quærebatur, Vtrum unum, & ens essent ipsarum rerum substantiæ, substantialiaúe principia; an potiùs unitati, & entitati aliquid subijceretur, quod primum principium esset, ac substantia rerum. Quam quæstionem ideo ait esse difficillimam, quia habet pro utraque parte gra-

nissimos auctores, nec minùs probabiles rationes. Additque, eius explicationem esse maximè necessariam, quia ex ea pendet non modò iudicium de rerum essentijs, sed etiam explicatio aliarum multarum quæstionum, quæ erant eo tempore controuersæ; ut luti illius, Vtrum numeri sint essentiæ rerum, nec ne, & aliarum similium.

r r Et utrunque eorum} Sensus est, & neutrum eorum de subiecta aliqua natura dicatur, sed nomen, unius, accipiatur pro sola unitate, entis uerò uocabulũ pro sola entitate. Nã si illa significẽt aliquid, quod reb⁹ accidat, ꝑ alĩ qua re subiecta necessariò accipientur, quẽadmodũ Albũ ꝑ corpore, & Ridens pro homine. Qua quæstione ꝓposita producit Aristoteles utriusq; partis fautores, seu potiùs auctores.

*Si uerò hæc interire non possunt, cur ex eorum alijs, cùm interitus expertia sint, res eæ constabunt, quæ interire possunt; ex alijs uerò interitus expertes? hoc enim rationi consentaneum non est, sed aut fieri nequit, aut longa explicatione indiget. Præterea,* p p *nemo conatus est alia, atque alia principia ponere, sed eadem omnium esse cuncti dicunt; primum autem illud, quod dubitatum est, ut exiguum quiddam ducentes, facilè deglutiunt.*

**Text⁹ 16.** *Omnium*⁹ ⁹ *autem, & ad considerandũ difficillimũ, & ad ueritatem cognoscendã maximè necessarium illud est, utrum ens, & unum substantiæ sint eorum, quæ sunt, &* r r *utrunque eorum, non aliud quicquam existens, hoc quidem unum, illud uerò ens sit; an uerò quærere oporteat, quid'nam sit ens, & unum quasi alia quædam natura subiecta sit. Namque alij illo, alij hoc modo naturam habere existimant. Plato enim, & Pythagorici non aliud quicquam, siue ens, siue unum esse, sed hoc ipsum eorum naturam dicunt, quasi substantia sit idem unum esse, & ens quoddam. Eorum autem, qui de natura disputant, Empedocles quidem tanquam* s s *ad notius reuocans, exponit quid nam sit id, quod unum ens est. hoc enim amicitiam esse dicere uideri potest; quippe cùm hæc omnibus, ut unum sint, causa sit. Alij uerò ignem, alij aerem, hoc unum, & ens esse aiunt, atque ex eo ea, quæ sunt, & esse, & genita esse. Eodem'que modo sentiunt ij, qui plura elementa ponunt: coguntur*t t *enim & hi dicere, tam multa esse ens, & unum, quàm multa principia esse asserunt.*

s s Tanquam ad notius} Quoniam ea, quæ proximè sequuntur, perspicuè referũtur ad solum Empedoclẽ; nõ potuimus hoc loco uti uerbo Latino pluralis numeri, pro Græco singularis, quod est ἑκάτερον, quod uidebatur postulare illud uerbi suppositum εἰ δὲ περὶ φύσεως, quemadmodũ tecimus capite primo, quo loco Aristoteles ait, εἰ δὲ τῶν βαρέων καὶ πλάτων ἔλεγον; & cap. 2. ubi dicitur, διὰ ταῦτα τῶν σοφῶν τινες, οἷον Ἀρίστιππος, προστιλάμενοι αὐτάς. Itaq; ut sensum retineremus, necesse fuit solum Empedoclẽ supposituũ uerbi facere. Sensus igitur uerborũ Aristotelis hic est. Empedocles quidẽ reddit causam ipsi⁹ entitatis, & unitatis ex alio priori, nẽpe ex cõcordia, quã dicebat esse principiũ. Nã cùm idẽ uideat esse causã entitatis, quod est unitatis, & uicẽrsa; cõcordia autẽ sit causa unitatis, ut inductione patet; colligebat ille, esse etiã entitatis. Quo loco illud ὅ τι nõ est legendũ cõiunctim, ut sint una particula ὅτι, sed disiunctim, ut significet Quod quid, siue Quodnã, aut Quidnã, quẽadmodũ latinè reddidim⁹.

Sensus uerborum Aristotelis.

t t Coguntur enim dicere} Quasi dicat, coguntur enim tot ponere subiecta entitatis, & unitatis, quot ponunt earum principia, quippe cùm distinguant principia ab entitate, & unitate rerum, tanquam subiecta ab ijs, quæ illis accidunt.

*Si quis*

Digitized by Google

Argumentum pro parte affirmatiua.

uu Si quis uerò } Iam argumentatur pro opinione Platonis, & Pythagoreorum hac ratione. Aut ens, & unum sunt separata ab indiuiduis, aut minimè: si nō sunt separata, duo sequuntur; alterū quidem, nullum aliud uniuersale existere separatum ab indiuiduis; alterū uerò, nullum numerū esse abstractum à rebus, seu separatam quandā substantiā: utrunq; autem est incōmodum: ergo potiùs dicendū est, esse ea separata: at hoc dato planè sequitur, esse illa substantiā rerū omnium: non est igitur negandum, ens, & unū esse rerum substantiam.

Vniuersalia esse priora natura minùs uniuersalib⁹.

Prior pars maioris ex eo probatur, quia ens, & unum sunt maximè uniuersalia, ac proinde ex omnibus uniuersalibus maximè separabilia ab indiuiduis; præsertim cùm magis uniuersalia sint priora natura eo antecessionis ordine, quo id prius dicitur, à quo nō reciprocatur existēdi consequentia. Posterior autē probatur, quia numerus abstractus à rebus nihil aliud est, q̄ ipsę unitates, quarum quælibet est id, quod uel maximè unū quid est; ex quo fit, ut si unū non sit substantia quædam separata, neq; ipse numer⁹ sit separata substantia. Minor probari potest ijs rationibus, quibus Plato ostendere conat, Ideas esse, & numeros esse rerū essentias ab ipsis rebus separatas. Quòd autem sequatur, si ens, & unum aliquid sunt, hoc est separata ab indiuiduis, esse illa substātias omniū rerum, ex eo probat Arist. quia si sunt separata, nihil aliud eis subest, quod uniuersè de rebus omnibus dicatur, quasi subiectum formalis prædicati; quemadmodum cùm homo prædicatur de omnibus hominibus, nihil ei subest, quod de illis omnibus prædicetur quasi subiectum naturæ humanę. secus res habet in prædicatione albi, cui subest corpus, quod de omnibus albis dicitur, ut subiectum albedinis; quod idem cernere est in cæteris prædicatis accidentalibus.

συμβαίνει ⁿⁿ δὲ εἰ μήτε τινὰς μὴ θήσεται εἶναί τινα οὐσίαν τὸ ἓν καὶ τὸ ὄν, μηδὲ τἆλλα εἴδη τἆλλα καθόλου μηδέν· ταὐτὰ γὰρ ὄντα καθόλου μάλιστα πάντων. εἰ δὲ μή ἐστί τι ἓν αὐτὸ, μηδ' αὐτὸ ὄν, σχολὴ τἆλλά γε ἄλλων τι αἴ εἴη παρὰ τὰ λεγόμενα καθ' ἕκαστα. ἔτι δὲ μὴ ὄντος τοῦ ἑνὸς οὐσίας, δῆλον ὅτι οὐδ' ἂν ἀριθμὸς εἴη ὡς κεχωρισμένη φύσις τις τῶν ὄντων. ὁ μὲν γὰρ ἀριθμὸς, μονάδες· ἡ δὲ μονὰς ὅπερ ἕν τί ἐστιν. εἰ δ' ἔστί τι αὐτὸ ἓν καὶ αὐτὸ ὄν, ἀναγκαῖον οὐσίαν αὐτῆς εἶναι τὸ ὄν, καὶ τὸ ἕν. οὐ γὰρ ἕτερόν τι καθόλου κατηγορεῖται, ἀλλὰ ταὐτὰ αὐτά.

Argumentum primum pro altera parte.

Ἀλλὰ ⁿⁿ μὴν, εἴγ' ἔστι τι αὐτὸ ὄν, καὶ αὐτὸ ἕν, πολλὴ ἀπορία, πῶς ἔστί τι παρὰ ταῦτα ἕτερον· λέγω δὲ, πῶς ἔστι πλείω ἑνὸς τὰ ὄντα· τὸ γὰρ ἕτερον τοῦ ὄντος, οὐκ ἔστιν. ὥστε κατὰ τὸν Παρμενίδου συμβαίνειν ἀνάγκη λόγον, ἓν ἅπαντα εἶναι τὰ ὄντα, καὶ τοῦτο εἶναι τὸ ὄν. ἀμφοτέρως ⁿⁿ δὲ λύσιμον. οὔτε γὰρ μὴ ἡ τὸ ἓν οὐσία, οὔτε ἡ τὸ αὐτὸ ἓν, ἀδύνατον τὸν ἀριθμὸν οὐσίαν εἶναι. καὶ μὲν οὖν μὴ ἡ, εἴρηται πρότερον διότι. ἐὰν δὲ ἡ, ἡ αὐτὴ ἀπορία, καὶ περὶ τοῦ ὄντος. οὐ ⁿⁿ γὰρ καὶ παρὰ τὸ ἓν ἔστι αὐτὸ, ἄλλο ἕν; ἀνάγκη γὰρ μηδὲν εἶναι· ἅπαντα δὲ τὰ ὄντα ἢ ἕν, ἢ πολλά, ὧν ἓν ἕκαστον.

ἔτι

Argumentum pro parte affirmatiua.

uu Si quis uerò } Iam argumentatur pro opinione Platonis, & Pythagoreorum hac ratione. Aut ens, & unum sunt separata ab indiuiduis, aut minimè: si nō sunt separata, duo sequuntur; alterū quidem, nullum aliud uniuersale existere separatum ab indiuiduis; alterū uerò, nullum numerū esse abstractum à rebus, seu separatam quandā substantiā: utrunq; autem est incōmodum: ergo potiùs dicendū est, esse ea separata: at hoc dato planè sequitur, esse illa substantiā rerū omnium: non est igitur negandum, ens, & unū esse rerum substantiam.

Vniuersalia esse priora natura minùs uniuersalib⁹.

Prior pars maioris ex eo probatur, quia ens, & unum sunt maximè uniuersalia, ac proinde ex omnibus uniuersalibus maximè separabilia ab indiuiduis; præsertim cùm magis uniuersalia sint priora natura eo antecessionis ordine, quo id prius dicitur, à quo nō reciprocatur existēdi consequentia. Posterior autē probatur, quia numerus abstractus à rebus nihil aliud est, q̄ ipsę unitates, quarum quælibet est id, quod uel maximè unū quid est; ex quo fit, ut si unū non sit substantia quædam separata, neq; ipse numer⁹ sit separata substantia. Minor probari potest ijs rationibus, quibus Plato ostendere conat, Ideas esse, & numeros esse rerū essentias ab ipsis rebus separatas. Quòd autem sequatur, si ens, & unum aliquid sunt, hoc est separata ab indiuiduis, esse illa substātias omniū rerum, ex eo probat Arist. quia si sunt separata, nihil aliud eis subest, quod uniuersè de rebus omnibus dicatur, quasi subiectum formalis prædicati; quemadmodum cùm homo prædicatur de omnibus hominibus, nihil ei subest, quod de illis omnibus prædicetur quasi subiectum naturæ humanę. secus res habet in prædicatione albi, cui subest corpus, quod de omnibus albis dicitur, ut subiectum albedinis; quod idem cernere est in cæteris prædicatis accidentalibus.

Argumentum primum pro altera parte.

xx At uerò, si ipsum } Argumentatur pro opinione Naturalium, contra opinionē Platonis, & Pythagoreorū duabus rationibus, quarū prior hęc est. Si ipsum ens, & ipsum unum sint aliquid, id est separata, & quod hinc sequitur, sint ipsa rerum essentia, & nō aliquid

aliquid posteriùs (quod apud Platonem rectè efficitur) quicquid fuerit præter illud ens, non erit ens; & quicquid fuerit præter illud unum, non erit unum: quare cùm illud ens, & illud unũ idẽ sint (neq; enim possunt esse diuersa) efficitur, ut omnia, quæ sunt, unum sint, quod concludebat Parmenides. cùm igitur hoc sit absurdissimum; potiùs dicendum est, ipsum ens, & ipsum unum non esse separata, ac proinde non esse substantias rerum. Hæc ratio contra solum Platonẽ cõcludit, ut perspicuũ est, nec abs re, cùm tota huius quęstionis disputatio propter Platonem instituta sit.

*Si quis* [xx] *uerò ipsum ens, & ipsum unum quandam substantiam esse non statuat; illud euenit, ut neque aliorum uniuersalium quicquam sit: hæc enim sunt omnium maximè uniuersalia. Quòd si nec unum ipsum, nec ipsum ens quicquam sit; multò minùs ex alijs quicquam erit præter ea, quę singularia dicuntur. Præterea, si unum ipsum substantia non est; constat neque numerum fore ut naturam quandam à rebus separatam. Est enim numerus unitates; Unitas autem est id, quod propriè unum quid est. Si uerò ipsum unum, & ipsum ens aliquid est; necesse est eorum substantiam, ens, & unum esse: neque enim aliud quicquam uniuersè prædicatur, sed hæc ipsa.*

*At* [xx] *uerò, si ipsum ens, ac ipsum unum aliquid sint, magna dubitatio existit, quo pacto aliquid aliud erit, præter hæc; quo inquam pacto entia erunt plura uno: id enim non est, quod ab ente diuersum est. Ita fiet necessariò, ut Parmenidis ratione, omnia entia unum sint, id'que sit ipsum ens. Vtroque* [yy] *autem modo difficilis res est. Nam, siue unum substantia non sit, siue sit ipsum unum; fieri non potest, ut numerus sit substantia. Ac si non sit quidem, cur id eueniat, superiùs dictum est. Si uerò sit, eadem & de ente dubitatio occurrit. Ex* [zz] *quo enim, & præter ipsum unum, aliud unum erit? est enim necesse ut nihil sit; omnia autem, quę sunt, aut unum sunt, aut multa, quorum quodque unum est.*

Vtroque autem] Quoniã tota hæc disputatio cõtra Platonẽ instituitur, docet Aristot. Vtranq; partẽ quæstionis magnũ illi negotiũ facessere. ex utraque.n. sequitur, numerum nõ esse substantiam, quod tamen ille enixè defendere conabatur. Nam si unum non sit substãtia, nec numerus erit substantia, ut paulò antè probatũ est. Si uerò sit substãtia, cùm præter illud non sit futurũ aliud unum, neq; etiã numerus erit. Nã quẽadmodũ præter ipsum ens, si ponatur separatum, nõ erit aliud ens; sic etiam præter ipsum unũ separatum, non erit aliud unum, ex quo cum priori uno fiat numerus. Quo loco cùm Arist. ait [siue sit ipsum unum] sensus est, siue unum sit substantia. Idem enim est apud Platonẽ, esse separatum, atque esse substantiam; quia quicquid separatim, & per se naturaliter existit, substantia est.

[xx] Ex quo enim] Quasi dicat, ex quo enim generabitur illud aliud unum separatum à primo uno? erit enim necesse, ut id, ex quo fiat, nihil sit. Nam omne ens, aut est unũ, aut multa, quorum quodque est unum: id autem, ex quo fiet illud unum, non erit unum, nec multa; quandoquidem præter primum unum, supponebatur, non esse aliud unum. Quòd autem illud aliud unum generari debeat, si ponendum est præter primum unum, ex eo ipso patet, quia non est primum unum. Generabitur igitur ex nihilo, quod fieri nequit. Hoc loco uerbum αὖτὸ, non est mente iungendum cum ἄλλο ἕν, sed cum τὸ ἕν, quod præcesserat. Id enim planè poscit loci intelligentia.

Præterea

Digitized by Google

Argumentum secundum.

a b Præterea, si unum} Posterior ratio, quam affert pro opinione Naturalium contra Platonem, erat Zenonis Eleatæ Parmenidis discipuli, qui hunc in modum argumentabatur. Ipsum unum separatum, si datur, est omnino indiuisibile, ergo nihil est; unde sequitur, non tantùm illud esse substantiam rerum, sed neq; omnino quicquàm, quod ad eas pertineat. Consequentiam uerò ex eo firmam putabat Zeno, quia nihil esse credebat, nisi quod aliquam magnitudinem haberet; quam ob causam sæpe utebatur hoc quasi principio, Quod nec additũ facit maius, nec detractũ reddit minus, nihil est. Quocirca dicebat, nihil esse, quod omni ex parte esseters, nisi corpus; quãdoquidẽ solum corpus additum, secundùm quamcunque dimensionẽ facit maius; siquidẽ linea addita non facit maius, nisi secundum longitudinem; nec superficies, nisi secundum longitudinem, & latitudinem. Vnde sequebatur, unitatem abstractam, qualẽ ponebat Plato, itemque punctum nihil omnino esse, quia nequeat rem ullam maiorem facere. Hoc loco addidimus illud [ aut minùs ] quod non est in Græco, quia planè uidetur librariorum uitio excidisse, cùm alioqui sententia id postulet, nisi sit ridicula.

Corpus, superficies, & linea.

ἔτι [a] εἰ ἀδιαίρετόν ἐστι τὸ ἕν, κατὰ μὲν τὸ Ζήνωνος ἀξίωμα οὐδὲν ἂν εἴη. ὃ γὰρ μήτε προσθέμενον, μήτε ἀφαιρεθέν μέγεθος ποιεῖ τι μεῖζον, * οὐ φησιν εἶναι τοῦτο τῶν ὄντων, ὡς δηλονότι ὄντος μεγέθους τοῦ ὄντος, καὶ εἰ μέγεθος σωματικόν· τοῦτο γὰρ παντὶ ὄν. τὰ δὲ ἄλλα πῶς μὲν προσθέμενα, ποιήσει μεῖζον, πῶς δ' οὐθέν, οἷον ἐπίπεδον ἢ γραμμή, σῶμα δὲ καὶ μόνας, οὐδαμῶς. ἀλλ' [b] ἐπειδὴ ἔοικε θεωρεῖν φορτικῶς, καὶ * ἐνδέχεται εἶναι ἀδιαίρετόν τι, ὥστε καὶ * ἔντας, καὶ πρὸς ἐκεῖνόν τιν' ἔχειν λόγον. μεῖζον μὲν οὐ ποιήσει, πλεῖον δὲ προσθέμενον τὸ τοιοῦτον. ἀλλὰ [c] πῶς δὴ ἐξ ἑνὸς τοιούτου, ἢ πλειόνων ἔσται μέγεθος; ὅμοιον γὰρ ἐπὶ τῶν γραμμῶν ἂν εἴη μὴ εἶναι φάσκειν. ἀλλὰ μὴν καὶ εἴ τις οὕτως ὑπολαμβάνοι, ὥστε γίνεσθαι, καθάπερ λέγουσί τινες, ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄπειρα, καὶ ἄλλου μὲν ἑνός τινος τὸν ἀριθμόν, οὐδὲν ἧττον ζητητέον, ἀλλὰ πῶς ὅτε μὲν ἀριθμός, ὅτε δὲ μέγεθος ἔσται τὸ ἠρεμοῦν, εἴπερ τὸ μὴ ἓν ἢ ἀνισότης καὶ ἡ αὐτὴ φύσις;

* Deesse ut ἢ ἔλαττον.

* Alibi οὕτως.

* Alij habẽt οὐκ ἐνδέχ.

* Alias οὕτως.

Contra Zenonem.

a c Sed quoniam is} Quia Zeno admodum ineptè philosophabatur, ait Arist. eius rationem non modò re uera, siue simpliciter, sed etiam ad hominem solui posse. Simpliciter quidem, si detur instantia in aliquo indiuisibili, quod ostendatur existere in rerum natura, ut re uera existit. Ad hominem uerò, si dicatur, etsi ratio entis non est in eo posita, ut additum augeat, aut detractum minuat; eo tamen admisso, nihil referre si indiuisibile additum non faciat maius, siue non augeat magnitudinem: satis enim esse si faciat plus, hoc est augeat multitudinem. Id enim quod nihil est, augere multitudinem non potest. Hoc etiam loco, pro οὕτως θεωρεῖ uidetur irrepsisse οὕτως θεωρεῖ, ut habent Græca exemplaria; & pro ὥστε καὶ ὄντως scriptum esse à librarijs ὥστε καὶ οὕτως; quod fuit facillimum. Itaque priorem lectionem restituendam putauimus. Expunximus autẽ particulam οὐκ ut legeretur καὶ ἐνδέχεται, non καὶ οὐκ ἐνδέχεται, ideſt, nec fieri potest, ut ferè habent Græca exemplaria; quia præterquam quòd pugnat cum uero sensu huius loci, non legitur apud Alexandrum, neque ab ullo interprete uertitur.

a d Verùm quoniã modo} Quanquã ratio Zenonis posteriori solutione facilè solui potest; addit tamen Aristoteles, ex ea remanere adhuc difficultatem hanc, quòd etsi indiuisibile additum faciat plus, seu maiorem multitudinem, atque adeo multitudinem quamlibet

quamlibet constituat; tamen uidetur fieri non posse, ut constituat magnitudinẽ; quam tamen Plato ex unitatibus etiam constitui dicebat. Perinde enim hoc absurdum uidetur, atque siquis lineam ex punctis constare asserat. Nam etsi detur ex ipso uno indiuisibili separato, & quodam non uno, quod Plato uocabat tum inæqualitatem, tum dualitatem indefinitam, tum etiam magnum, & paruum; ex uno, inquam, ipso, ut forma, & ex non uno, ut materia fieri numerum separatum: tamen non uidetur dicendum, ex ijsdem aliàs constare magnitudinem; præsertim cùm ipsum non unum, siue inæqualitas apud Platonem sem per eodem modo sumi uideatur. Quinetiam neutrum horum uidetur fieri posse, Et quòd ex uno, & inæqualitate fiat numerus; Et quòd ex ipso numero iam constituto, & ex eadem rursus inęqualitate fiat magnitudo, ut quidã dicebãt, cùm docere uellent, quo modo ex uno, & inæqualitate aliàs fieret numerus, aliàs autem magnitudo.

*Præterea, [a b] si unum ipsum indiuisibile est, nihil sanè erit, Zenonis sententia. Quod enim, neque additum, neque detractum maius aliquid facit, aut minus, id in entibus non numerat, quia scilicet ipsum ens magnitudo sit, & si magnitudo, corporeum quid: hæc enim omni ex parte ens est; cætera uerò modo quidem aliquo facient maius, alio uerò non item; ueluti planum, ac linea facient; punctus uerò, & unitas nequaquam. Sed [a c] quoniam is ineptè rem considerat, fieriq; potest, ut sit aliquid indiuisibile; hinc efficitur, ut & re uera, & ad illum responsio aliqua adhiberi possit. Id enim, si addatur, maius quidem non faciet, sed tamen faciet plus. Verùm [a d] quonam modo ex eiusmodi uno, aut pluribus magnitudo constabit? id enim simile est, atque si lineam ex punctis constare dicas. Quòd si quis ita sentiat, ut numerum, quemadmodum nonnulli dicunt, ex ipso uno, & ex alio quodam non uno fieri uelit; nihilominus quærendum est, cur, & quomodo id, quod fit, nunc quidem numerus, nunc autem magnitudo existat, siquidẽ non unũ inæqualitas erat, atq; eadem*

Pro solutione huius quęstionis animaduertendum est, ens, & unum, quod attinet ad hunc locum, tribus modis accipi posse. Primùm pro ente & uno independente, quod est solus Deus Opt. Max. Deinde, pro ente, & uno transcendentibus. Postremò, ens quidem pro quantitate continua, quæ quidem est immediatè una unitate numerali (substantia enim mediante quantitate continua, sibi uendicat huiusmodi unitatem) unum uerò, pro unitate numerali. Si ergo ens, & unum sumantur primo modo, dicendum est, esse quidem utrunq; separatum ab omni materia, atq; adeo ab omni, ut ita dicam, potentialitate, cùm utrunq; sit actus purus: uerùm non esse substantiã, & quiditatem omnium rerum; sed causam exemplarem, & efficientem omnium quiditatum dependentium, ut Arist. docebit lib. 12. Si autem sumantur secundo modo, esse quidem substantiam, siue essentiam omnium rerum, ut idem docebit libro sequenti; sed tamen nõ esse separata à rebus singulis. Nulla enim res habet formaliter essentiam per aliquid à se separatum, sed tantùm efficienter, aut imitatiuè. Si denique sumatur tertio modo, neutrum esse substantiam omnium rerum, sed potiùs ambo accidere substantijs corporeis, quibus solis accidit numerari eo genere numeri.

Triplex entis, & unius acceptio.

Solutio quæstionis.

Vnum transcendens q.d.

Ex his facilè solui possunt rationes propositæ pro utraque quæstionis parte. Ratio enim pro opinione Platonis adducta nihil efficit. Existimat enim Plato, separationem entis, & unius esse necessariam, ut ens, & unum sint ipsa rerũ omnium substantia, siue quiditas, quod negamus; cùm potiùs contrà dicendum sit. Ac prior quidem ratio pro

Dilutio argumentorum utriusque partis.



Digitized by Google

opinione Naturalium rectè concludit contra solum Platonem, ut eo loco diximus. Posterior autem ab ipso Aristotele soluta est. Cur autem Plato putauerit essentias rerum dependentium à primo ente, & primo uno, esse numeros, non satis constat. Sed tamen D. Thomas credit, eius rei causam fuisse, quia Plato non distinxit unitatem transcendentem à numerali. Vnde cùm unitas transcendens non distinguatur ab essentijs rerum, siue simplicium, siue cõpositarum, quarũ est unitas, tanquam aliquid, quod illis superadditum sit; hinc fit, ut quemadmodum res omnes dependentes à Deo habent in suis essentijs aliquã cõpositionem entitatum; sic ille dixerit, omnes eas habere compositionem unitatum, & quod hinc sequitur, omnes earum essentias esse numeros. Quod autẽ Plato dixit, non modò numeros, sed etiam magnitudines ex unitatibꝰ constare (id quod Aristoteles ad finem capitus impugnat) sic accipiendum uidetur, ut nomine numerorum intelligat species; magnitudinum autem, indiuidua, quę sub ijs cõtinentur, & ex materia designata constant. Ita fit ut, cùm Platonici dicũt, inęqualitatem cum unitate cõstituere numeros, inæqualitatis nomine intelligant naturã potentialem generis, nomine autem unitatis differentiam: cùm autem uolunt, magnitudines constare numero, & inæqualitate, rursus nomine inæqualitatis intelligant naturam potentialem materiæ, quæ susceptis similitudinibus numerorum, siue formarũ separatarum euadit in alia, atque alia indiuidua. Itaque non eodem modo accipiunt inæqualitatem in utraq; compositione, etsi eodem modo eam accipere uideantur.

Cur Plato rerum essentias numeros fecerit.

Quo pacto intellexerit magnitudines cõstare unitatibus.

τὴ φύσις λῶ. οὔτε γὰ ὅπως ἐξ ἑνὸς καὶ ταύτης, οὔτε ὅπως ἐξ ἀριθμοῦ τινος καὶ ταύτης ἡμῖν αὖ τὰ μεγέθη, δῆλον.

## Κεφ. Ε'.

Text° 17.

Οὐτων ᵃ δ' ἐχομένη ἀπορία, πότερον οἱ ἀριθμοὶ, καὶ τὰ σώματα, καὶ τὰ ἐπίπεδα, καὶ αἱ στιγμαὶ, οὐσίαι τινές εἰσιν, ἢ οὔ. εἰ ᵇ γὰ μή εἰσι, δῆλον φθάλλ τί τὸ ὄν, καὶ τίνες αἱ οὐσίαι τῶν ὄντων. τὰ μὲν γὰ πάθη, καὶ αἱ κινήσεις, καὶ τὰ πρός τι, καὶ αἱ ἕξεις δόξειεν ἂν οὐσίαν σημαίνειν: λέγονται γὰ πάντα καθ' ὑποκειμένου τινὸς, καὶ οὐδὲν τόδε τι. ἀλλ' αὖ μάλιστα δόξειε σημαίνειν οὐσίαν, ὕδωρ, καὶ γῆ, καὶ πῦρ, * ἐξ ὧν τὰ συνθέτα σώματα συνέστηκε: τούτων ᶜ δὲ θερμότητες μὲν, καὶ ψυχρότητες, καὶ τὰ τοιαῦτα πάθη ἐστὶν οὐσίας: τὸ δὲ σῶμα τὸ ταῦτα πεπονθὸς, μόνον ὑπομένει, ὡς ὄν τι, καὶ οὐσία τις οὖσα. ἀλλὰ ᵈ μὴν τότε σῶμα ἦν τὸν οὐσία δ' ἐπιφάνεια, καὶ αὕτη δ' γραμμῆς, καὶ αὖτη δ' μονάδος καὶ τῆς στιγμῆς

* Aliàs, καὶ ἀὴρ.

Posterior autem ab ipso Aristotele soluta est. Cur autem Plato putauerit essentias rerum dependentium à primo ente, & primo uno, esse numeros, non satis constat. Sed tamen D. Thomas credit, eius rei causam fuisse, quia Plato non distinxit unitatem transcendentem à numerali. Vnde cùm unitas transcendens non distinguatur ab essentijs rerum, siue simplicium, siue cõpositarum, quarũ est unitas, tanquam aliquid, quod illis superadditum sit; hinc fit, ut quemadmodum res omnes dependentes à Deo habent in suis essentijs aliquã cõpositionem entitatum; sic ille dixerit, omnes eas habere compositionem unitatum, & quod hinc sequitur, omnes earum essentias esse numeros. Quod autẽ Plato dixit, non modò numeros, sed etiam magnitudines ex unitatibꝰ constare (id quod Aristoteles ad finem capitus impugnat) sic accipiendum uidetur, ut nomine numerorum intelligat species; magnitudinum autem, indiuidua, quę sub ijs cõtinentur, & ex materia designata constant. Ita fit ut, cùm Platonici dicũt, inęqualitatem cum unitate cõstituere numeros, inæqualitatis nomine intelligant naturã potentialem generis, nomine autem unitatis differentiam: cùm autem uolunt, magnitudines constare numero, & inæqualitate, rursus nomine inæqualitatis intelligant naturam potentialem materiæ, quæ susceptis similitudinibus numerorum, siue formarũ separatarum euadit in alia, atque alia indiuidua. Itaque non eodem modo accipiunt inæqualitatem in utraq; compositione, etsi eodem modo eam accipere uideantur.

## *Capitis quinti Explanatio.*

Disputatio quæstionis 16

Ohæret[a] autem} Disputat in hoc capite quæstionẽ decimã sextã, quæ quærebatur, utrum entia mathematica essent substãtię rerũ, nec ne? Quam quidẽ nõ ideo dicit cohærere cum ijs, quæ dicta sunt, & proximè proposita sit post eam quæstionẽ, quæ modò disputata est; sed quia cùm in superiori actũ sit de uno, an sit rerum substãtia; proximè uidetur sequi, ut idem quęratur de cæteris entibus mathematicis.

Si enim

b Si enim non sunt} Argumentatur pro affirmatiua parte quęstionis, ac primùm ea ratione probat, corpus esse substantiam rerum, quia cætera omnia uidentur esse accidentia illius, & dici de illo, ut de subiecto inhæsionis, atque in eodem manente alia alijs succedere. Possent hoc loco nomine Rationum intelligi proportiones, quę sunt relationes quædam relationum, nisi uocarentur διαλογίαι, & iam nomine eorum, quę sunt ad aliquid, cõprehensæ essent. Vetus interpres pro uerbo λόγοι reddidit, Orationes, quo nomine D. Thomas uocales intellegit. Alexander ait Aristotelem nomine τῶν λόγων significasse numeros. Magis placet significasse cõceptus rerum, quos hîc uocat Auerroes, intellecta. Illud etiã animaduerte, ideo fortasse prætermissum esse hoc loco aërẽ in enumeratione elementorũ, quia est omnium minimè sensibilis. Vnde fit, ut credat uulgus, medium interiectum inter aquam, & cœlum esse uacuũ, ut de quibusdã dicitur 4. Physicorum libro cap. 6. tametsi uetus quidam codex habet καὶ αἰὴρ. Denique cùm audis [corpora cõposita] intellige mixta; quod dictum est ad differentiam simpliciũ corporum. Primum argumentũ pro parte affirmatiua.

*dem natura. Neque enim apertum est, quo pacto ex uno atque hac; neque item, quomodo ex hac, & quodam numero magnitudines fieri possint.*

## CAPVT V.

Text° 17. *Hærebit autem cum his dubitatio ea, utrum numeri, corpora, plana, atque puncta, sint quædam substantiæ, nec ne. Si enim non sunt; fugit nos sanè, quid sit ens, quæq, sint rerum substantiæ. Etenim passiones, ac motus, ea item, quæ sunt ad aliquid, dispositiones'que, ac rationes, nullius rei substantiam uidentur significare; quippe cùm omnia dicantur de subiecto aliquo, nihil'que eorum sit hoc aliquid. Quæ autem maximè uideri possunt significare substantiam, sunt aqua, terra, & ignis, ex quibus corpora composita constant: quorum c calores, frigora, & huiusmodi affectiones, non sunt substantiæ: corpus uerò, quod hæc patitur, solum permanet, ut quod aliquid sit, & quædam substantia existens. Quinetiam d corpus minùs substantia est, quàm superficies, & hæc quàm linea, atque hæc quàm unitas & punctus:*

c Quorum calores} Quasi dicat; Cùm hæc maximè uideantur significare hoc aliquid, siue substantiam; nec uideantur primò distingui, nisi per qualitates primas; primæ autem qualitates non sint substantiæ; efficitur, ut solum corpus, cui illa insunt, substantia sit.

d Quinetiam corpus} Probat superficiem, lineam, & punctum (qui hoc loco explicationis gratia dicitur unitas, quòd definiri soleat, Vnitas positionem habens) esse etiã substantias. Nam corpus (inquit) quod probatum est esse substantiam, minùs substantia est, quàm superficies; & superficies, quàm linea; & hæc, quàm punctus. Quod duabus rationibus probat. Primùm, quia quę posteriùs commemorata sunt, ponuntur in definitionibus priorum, nempe punctum in definitione lineæ, & linea in definitione superficiei, & hęc in definitione corporis; quæ autem in definitione ponuntur, cùm sint principia, & causæ substantiæ rei, sunt magis substantiæ, quàm res quæ definitur. Deinde, quia, quæ sunt posteriùs commemorata, sunt naturæ ordine priora superioribus, cùm possint esse sine illis, non autem illa sine ipsis: at quæ sunt naturæ ordine priora, magis substantiæ sunt, quippe cùm substantia naturæ ordine sit primum Secundum. Superficies, linea, punctus.



Digitized by Google

primum ens. Quod autem ait, ea quę posteriùs cõmemorata sunt, posse existere sine superioribus, uel secundùm Platonem dictum est (nam cùm sine superioribus intelligi possint, poterunt etiam, iuxta Platonicam consequentiam, sine illis existere) uel, quia id non implicat contradictionem. Fortè enim id uidit Aristoteles, tametsi pertinuerit, nullam esse potentiam in rerũ natura, quæ id facere possit.

μῆς: τούτοις γὰρ ὤφειται τὸ σῶμα καὶ τὰ μὴ ἄνευ σώματος ἐνδέχεσθαι δοκεῖ εἶναι, τὸ δὲ σῶμα ἄνευ τούτων εἶναι, ἀδύνατον. διόπερ οἱ μὲν πολλοὶ, καὶ οἱ πρεσβύτεροι τὴν οὐσίαν καὶ τὸ ὂν ᾠήθησαν σῶμα, τὰλλα δὲ τούτου πάθη, ὥστε καὶ τὰς ἀρχὰς τὰς τῶν σωμάτων τὴν ὄντων εἶναι ἀρχάς. οἱ δ' ὕστερον καὶ σοφώτεροι τούτων εἶναι δόξαντες, ἀριθμούς. καθάπερ οὖν εἴπομεν, εἰ μή ἐστιν οὐσία ταῦτα, ὅλως οὐδεμία ἐστὶν οὐσία, οὐ δὲ ὂν οὐθέν. οὐ γὰρ δὴ τάγε συμβεβηκότα τούτοις, ἄξιον ὄντα καλεῖν.

Aliàs εἶναι.

Cæterum uerò] Non quidem superficies, lineas, & punctа, quæ sunt principia corporis; sed qualitates, relationes, & alia omnia, quę corpore posteriora sunt.

Posteriores autem] Pythagorici, nimirum, & Platonici. Quare, etiã secundum hos entia mathematica erunt substantiæ rerũ, nihilq; remanebit in quæstione, quod saltem ex auctoritate, pro affirmatiua parte probatum non sit.

Argumẽtum primum partis negatiuæ.

At uerò, ut] Probat partem negatiuã ex eo, Quia superficies, lineę, & punctа, quæ magis uidentur substãtiæ, quàm corpus, ut dictum est, nõ sunt re uera substantię. Quod quidẽ quatuor rationibus probat. Prima est, quia in nullo corpore sensibili reperiuntur, eo nimirum pacto, quo considerantur à Mathematicis; quo tamen solo dicunt principia corporis, ut præcedit omnes qualitates sensibiles.

Præterea, uidentur] Secunda ratio est, Quia hæc eadem tria, ut sunt in medio corpore (sic enim accipi debent, ut sint substantialia corporis principia) nihil aliud uidentur esse, quàm diuisiones corporis, hoc est, ea, quibus corpus secundum longitudinem, aut latitudinem, aut profunditatem diuiditur, corpus autem non est actu diuisum, dum corpus unum est, nisi potentia; ergo nec ista sunt in corpore actu, sed potentia: quare nec substantialia eius principia.

secundum.

Adhęc

*ctus: his enim definitur corpus & hæc quidem sine corpore uidentur esse posse; corpus uerò sine his esse non potest. Hac de causa uulgus quidem, ac Priores substantiam, & id, quod est, corpus esse existimabant; cætera[e] uerò huius affectiones: ut & corporum principia eorum, quæ sunt, principia esse putarent. Posteriores[f] autem, quique his sapientiores habiti sunt, numeros. Ergo quemadmodum diximus, nisi hæc substantia sint, nulla substantia, nullum'que ens omnino est. Neque enim æquum est, ut ea, quæ his accidunt, entia appellentur.*

*At[g] uerò si hoc conceditur, longitudines, & puncta magis, quàm corpora substantiam esse; hæc autem, qualium sint corporum, non cernimus (ut enim in sensibilibus existant, fieri nequaquam potest) non erit utique substantia ulla. Præterea,[h] uidentur hæc omnia diuisiones esse corporis, aliud in latitudinem, aliud in altitudinem, aliud in longitudinem. Adhæc[i] eodem modo, ineſt in solido figura quælibet: quare, si neque Mercurius in lapide est, neque in tessera dimidium tesseræ, ita ut determinatum sit, profectò nec superficies. nam si quæuis esset, & ea esset sanè, quæ dimidium determinat. Eadem ratio est in linea, puncto, &[k] unitate. Quapropter, si corpus maximè substantia est, atque hæc magis sunt, quàm corpus, hæc autem substantiæ non sunt, neque uerò dantur substantiæ[l] quædam; fugit profectò nos, quid sit ens, & quæ sit ipsa rerum substantia. Nam[m] ultra ea, quæ diximus, ea quoque eueniunt, quę in generatione, & corruptione absurda sunt. Substantia enim, quę cùm priùs non esset, nunc est, aut quę cũ priùs esset, postea nõ est, cum generatione, & corruptione*

[e] Adhæc, eodem modo] Tertia ratio est, Quia si ista essent actu, seu (ut ait) definita, & designata in medio corpore; pari ratione in lapide rudi esset figura Mercurij, antequàm statua Mercurij è lapide fieret, & pari ratione quæuis alia figura, ut in tessera, seu cubica figura, dimidium tesseræ, quod est alia species figuræ: hoc autem nequaquam est dicendum, cùm in corpore non sit actu nisi superficies externa, qua finitur. Lege Syrianum. Latini ferè aliter exponũt, quòd deprauatum habuerint contextum, tametsi eorum pleriq; unicam tantùm superficiem esse actu in corpore planè fatentur. Tertium.

[e] Et unitate] Videtur loqui de unitatibus rerum, quæ nõ sunt actu distinctæ, ueluti partiũ eiusdé lapidis. Nã unitas rei actu distinctæ, non potentiâ tantùm, sed actu est, quemadmodum unitates triũ lapidum.

[f] Posteriores] Hoc est, Platonici.

[g] Subſtantiæ quædam] Hoc est, substantiæ separatæ, quæ ponebantur quiditates rerũ materialium.

[h] Nã ultra ea] Quarta ratio, hæc est. Quę incipiunt esse sine generatione, & desinunt sine corruptione, non sunt substantiæ; hoc autem modo incipiunt, ac desinunt esse puncta, lineæ, ac superficies; quod duobus argumentis probat. Primùm, quia hæc omnia sola coniunctione, & diuisione corporum incipiunt esse, ac desinũt; nullaque interueniente alteratione, quæ tamen semper est comes generationis, & corruptionis. Deinde, quia quæ generantur, aut corrumpuntur, ex aliquo generantur, & in idem corrumpuntur, siue resoluuntur; hæc autem, qua ex parte dicuntur principia, nempe quatenus sunt indiuisibilia (punctum quidem omnino, linea autem secundum latitudinem, superficies uerò secundùm altitudinem, siue profunditatem) sunt omnino simplicia, Quartum. Alteratio generationis comes.

Digitized by Google

plicia, ac proinde nec componi, nec resolui possunt; qua igitur ratione sint principia, incipiunt, ac desinunt esse absque generatione & corruptione. Ita Syrianus ferè: Albertus longè aliter. Alb. tract. 2. cap. 12.

Quo pacto in diuisibilia incipiãt, ac desinant esse.

n Quare, neq; ijs compositis] Coniunctis duobus corporibus in unum continuum, ut duabus aquis in aquam unam, duæ earum superficies, qua parte copulatæ sunt, necessariò perierunt, quia non possunt manere ambæ in medio utriusque, nec potior ratio est, cur hæc pereat, quàm illa. Num autem gignatur noua aliqua, quę utramque partem totius copulet, non affirmat Aristoteles hoc loco.

Obiectionis diluuio.

o Neque enim punctũ] Occurrit ineptæ respõsioni eius, qui diceret superficiem, qua media putaret copulari partes corporis, diuisam fuisse in duas, cùm corpus in duas partes diuisum est. Deducit, ergo Arist. hominem ad apertius incommodum, ut fateatur, cùm linea diuiditur, per diuisionem punctũ medium diuidi in duo, cùm tñ ex ratione sua sit prorsus indiuisibile.

Instans.

p Similis est ratio] Quòd puncta, lineæ, & superficies incipiant, ac desinant esse sine generatione, & corruptione, confirmat ex puncto tẽporis, seu momento, quod instãs appellatur. Semper enim aliud, atque aliud existit, nec tñ unquam generatur, aut corrumpitur. Quod ex eo suadet, quia cùm indiuisibile sit, nec in tẽpore, nec ex materia generari potest, quo tñ modo generaẽ, & corrũpitur quicquid p generationẽ, aut corruptionẽ incipit esse, aut desinit.

ρεθαι ταῦτα πάσχειν: ταὶς δὲ στιγμαὶς, καὶ ταὶς γραμμαὶς, & ταὶς ἐπιφανείαις, οὐκ ἐνδέχεται οὔτε γίνεσθαι, οὔτε φθείρεσθαι, ὅτε μὴ οὔσας, ὅτε δὲ οὐκ οὔσας. ὅταν γὰρ ἅπτηται ἢ διαιρῆται τὰ σώματα, ἅμα ὅτε μὲν μία, ἀπομένων: ὅτε δὲ δύο, διαιρουμένων, γίνονται. ὡς' οὔτε συγκειμένων ὄντων, ἀλλ' ἔφθαρται: διηρημένων τέ εἰσιν αἱ στιγμαὶ ἐκ οὔσαι. οὐ γὰρ δὴ ἦν ἀδιαίρετος στιγμὴ διηρέθη εἰς δύο. εἶτα γίγνονται, & φθείρονται, ἐκ τινος γίνονται. ὁμοίως δ' ἔχει καὶ περὶ τὸ νῦν, τὸ ἐν τῷ χρόνῳ: οὐδὲ γὰρ τοῦτο ἐνδέχεται γίνεσθαι & φθείρεσθαι, ἀλλ' ὅμως ἕτερόν τι δοκεῖ ἀεὶ εἶναι, οὐκ οὐσία τις οὖσα. ὁμοίως δὲ δῆλον ὅτι ἔχει, καὶ τὰ περὶ τὰς στιγμὰς, καὶ γραμμὰς, καὶ περὶ τὰ ἐπίπεδα. ὁ γὰρ αὐτὸς λόγος: ἅπαντα γὰρ ὁμοίως, ἢ πέρατα, ἢ διαιρέσεις εἰσίν.

ΚΕΦ. ε'.

Text. 18.

Λως δ' ἀπορήσειεν ἄν τις, διὰ τί καὶ δεῖ ζητεῖν ἄλλ' ἄττα παρὰ τὰ αἰσθητὰ, καὶ τὰ μεταξύ, οἷον τὰ μαθηματικὰ τῶν σωμάτων ἄλλῳ μέν τινι διαφέρει: τῷ δὲ πολλ' ἄττα

q Aut diuisiones] Dicuntur hæc diuisiones, quia per ea diuidi possunt quantitates continuæ, si non semper re ipsa, certè cogitatione.

Solutio quæstionis.

Hęc quæstio facilè dissoluitur distinctione corporis in corpus pertinens ad prædicamentum substantiæ, & quantitatis; quam distinctionem plerique Veteres non cognouerunt. Quare, non mirum est, si crediderint, molem ipsam, seu trinam dimensionem, quã nos dicimus pertinere ad prædicamẽtum quantitatis, esse primum subiectum aliorum accidentium, quæ tamen re uera est accidens inhærens substantię. Ex his patet solutio eorum argumentorum, quæ pro parte affirmatiua adducta sunt. De qua re latè agit Arist. lib. 13. & 14.

Capitis

## *Capitis sexti Explanatio.*



Mnino [2] autem] Si planus literæ sensus spectetur, uidetur Arist. iterum reuocare in dubium id, quod in quæstione quarta cõtinebatur, num uidelicet præter res sensibiles, & mathematicas, dandæ sint formæ, seu naturæ illæ separatæ, quas Plato Ideas appellabat. Causa uerò, cur id faciat, ea esse potest, ut afferat pro parte affirmatiua rationem quandam, quæ sibi in quæstione illa tractanda fortè non occurrerat. Quid Aristoteles hoc loco disputet.

Potest quoq; illud dici, tractari hoc loco quæstionem decimamquintam, qua quærebatur, nũ principia essent causæ rerum per solum motum, ut ueteres Physici dixerunt; an uerò modo illo antiquis ignoto, quo Plato cẽsuit, Ideas esse rerum causas, per participationem uidelicet. Hæc enim quæstio nullibi ꝑse in hoc lib. tractatur, & tamen ea, quæ hoc loco dicuntur, possunt ad illam accõmodari. Vtcunq; sit, Arist. ut afferat rationẽ ꝑparte affirmatiua, hoc iacit fundamentum; Et si entia mathematica ea ratione differunt à sensibilibus, quia nõ concipiũtur cum materia sensibili, Vel quia sunt perpetua, ut Alexander exponit; tamen hac ratione cum illis conueniũt, quòd in utroque genere dentur plura indiuidua eiusdẽ speciei, imò uerò infinita. Tum uerò, ita argumentatur. Si præter sensibilia, & mathematica, non darentẽ formæ separatæ, quæ essent illorũ causæ, ac principia; nõ esset certus numerus principiorũ respectu totius eiusdem speciei, quamuis posset esse certus respectu alicuius indiuidui; hoc autem nõ est dicendum; ergo neque illud. Minor patet, quia si numerus principiorum totius speciei est incertus, non potest haberi scientia de tota specie. Maior declaratur in literis, ex quibus, ut elementis, ac principijs uoces componuntur. Deinde probatur, quia entia sensibilia, & mathematica sunt infinita numero, ut patet ex proposito fundamento, quo fit, ut eorum principia, nisi sint ab utrisque separata, necessariò sint indeterminata, & incerta numero. Hoc loco prętermisimus illud [*διὰ τοῦτο, ὅτι*] ꝙ uideatur ascititium, sensum ꝙ perturbet, nec ab Alexandro exponatur.

*ptione hæc uidetur pati: puncta uerò, lineæ, & superficies, quæ aliquando sunt, aliquando non sunt, nec generari, nec corrumpi possunt. Cùm enim se tangunt, aut diuiduntur corpora, nunc quidem simul una, cùm se tangunt; nunc uerò duæ, cum diuiduntur, fiunt. Quare, [a] neque ijs compositis existunt, sed interierunt; diuisis'que existunt, quæ antè non erant.* Neque [b] *enim punctum, cùm indiuisibile sit, in duo diuisum est. Quòd si generantur, & corrumpuntur, ex aliquo generantur. Similis* [c] *est ratio in ipso temporis momento: neque enim hoc generari, aut corrumpi potest, cùm tamen semper aliud, atque aliud esse uideatur, nec sit substantia, quæ cohæreat. Eodem pacto rem habere in punctis, lineis, & planis perspicuum est. Eadem enim est ratio, cùm omnia similiter, aut extrema, aut* [d] *diuisiones sint.*

## CAPVT VI.

Text. 18.



*Mnino* [e] *autem dubitabit aliquis, cur alia etiam quædam præter sensibilia, & res medias quærere oporteat, ueluti formas, quas ponimus. Nam si mathematica ab ijs, quæ apud nos sunt, alia quadam ratione differunt; in eo certè quòd multa quædam*

Quo differãt, & conueniãt entia mathematica, & sensibilia.

Vna

Digitized by Google

ἄτα ὁμοειδῆ εἶ) ἐδὲν διαφέρει, ὥς ἐκ ἔσον) αὐτῶν αἱ ἀρχαὶ ἀριθμῷ ὡρισμέναι, ὥσπερ ἐδὲ τῶν ἐναντίων τὰ γραμμάτων, ἀριθμῷ μὲν πάντων ἐκ εἰσὶν αἱ ἀρχαὶ ὡρισμέναι, εἴδει δὲ, ἐὰν μὴ λαμβάνῃ τις τῆσδε τὴν συλλαβῆς, ἢ τῆσδε τὴν φωνῆς: τούτων δ' ἔσον τα καὶ ἀριθμῷ ὡρισμέναι. ὁμοίως δὲ & ὅτι τῶν μεταξύ, ἄπειρα γὰρ κἀκεῖ τὰ ὁμοειδῆ, ὥς εἰ μή ἐστι ταῦτά τε αἰσθητὰ & τὰ μαθηματικὰ ἕτερα ἄττα, οἷα λέγουσι τὰ εἴδη τινὲς, ἐκ ἔσται μία [b] ἀριθμῷ καὶ εἴδει οὐσία, ἐδ' αἱ ἀρχαὶ τῶν ὄντων ἀριθμῷ ἔσον) ποσαί τινες, ἀλλὰ εἴδει. εἰ [c] ἓν τοῦτο ἀναγκαῖον, καὶ τὰ εἴδη ἀναγκαῖον διὰ τοῦτο εἶ). καὶ γὰρ εἰ μὴ καλῶς διαρθροῦσιν οἱ λέγοντες, ἀλλ' ἔστι τοῦτ' ὃ βέλονται, & ἀνάγκη ταῦτα λέγειν αὐτοῖς, ὅτι τῶν εἰδῶν οὐσία [d] τις ἑκάστου ὄζει, & ἐθὲν κοινωνεῖ σωματικόν. ἀλλὰ [e] μὴν εἴγε θήσομεν τὰ εἴδη εἶ), καὶ ἐν ἀριθμῷ τὰς ἀρχὰς, ἀλλὰ μὴ εἴδει, εἰρήκαμεν ἃ συμβαίνειν ἀναγκαῖον ἀδύνατα τυγχάνον.

Σύνεγγυς [f] δὲ τούτῳ ὄζει τὸ διαπορῆσαι, πότερον δυνάμει ὄζει τὰ στοιχεῖα, ἢ τιν' ἕτερον τρόπον. εἰ μὲν γὰρ ἄλλως πως, πρότερόν τι ἔσται τῶν ἀρχῶν ἄλλο. πρότερον γὰρ ἡ δύναμις τῆς ἐνεργείας καὶ οὐσίας, τὸ δὲ δυνατὸν ἐκ ἀναγκαῖον ἐνεργείᾳ εἶναι. εἰ δ' ἔστι δυνάμει τὰ στοιχεῖα, ἐνδέχεται) μηδὲν εἶναι τῶν ὄντων. δυνατὸν γὰρ εἶ) & τὸ μὴ πω ὄν: γίγνεται) μὲν γὰρ τὸ μὴ ὄν, ἐδὲν δὲ γίγνεται) τῶν εἶ) ἀδυνάτων. ταύτας τε δὴ τὰς ἀπορίας ἀναγκαῖον ἀπορῆσαι πρὸς τὰς ἀρχάς.

Καὶ [h] πότερον καθόλου εἰσὶν, ἢ ὡς λέγομεν τὰ καθέκαστα. εἰ

Text. 19.

Text. 20.

b Vna numero, & specie] Hoc est, causa formalis, & essentialis totius alicuius speciei nō erit una specie simul, & numero; sed specie tantùm, & quod hinc sequi ur, numerus principiorum formalium, & essentialium, tum sensibilium, tum etiam mathematicarum rerum, non erit certus, & definitus.

c Si hoc igitur] Nempe, principiorum numerum esse certum.

d Substantiam esse] Id est, unam numero; non tamen eo pacto unā numero, quo substantia est una numero apud nos (nempe p aliquod accidens, ut per quantitatē, aut differentiā individuantē adiectā naturę specificæ, aut aliquid aliud, quod naturæ specificę accidat) sed per se ipsam, hoc est, per solā naturā specificā, quę ipsa seperatione, & solitudine sit individua, & una numero.

e At verò si] Pro parte negatiua nihil addit ijs, quæ suprà pro ea, & attulit, & in 1. lib. dicta esse cōmemorauit. Pro qua re lege, quę in tractanda quæstione 4. & decima dicta sunt.

Hęc quęstio, si retractatio, seu iterata discussio est extremę partis quæstionis quartę, ex ijs, quę ad finem capitis secundi in ea disputanda dicta sunt, intelligi potest, quo loco ab Aristotele dissoluatur, & quo pacto dissoluenda sit. Atque ad eum locum reducenda erit tractatio decimæ quintę quęstionis, ut quæ per se, & separatim disputata non sit. Quòd si Aristot. hoc loco disputat quæstionem decimam quintam, dicito, Veteres hac in re rectiùs sensisse Platone. Res. n. naturales, quarum illi principia quærebant, non fiunt participatione Idearum, quo pacto Ideæ à Platone ponuntur, sed actione causarum singulariū. Ratio verò in oppositum adducta facillimè refelli potest negatione minoris. Vt enim scientia totius alicuius speciei comparetur, satis est, si numerus principiorum eius sit certus,

Solutio quæstionis.

Dilutio argumenti.

Digitized by Google

tus, & definitus secundùm speciem, quamuis sit incertus, & indefinitus secundùm numerum; præsertim si quæstio sit de principijs internis.

Disputatio 14. quæstionis

f Cohæret autem} Disputat decimam quartam quęstionem, qua quærebatur, num principia essent actu, an potentia. Quòd igitur sint potentia, ex eo probat, quia si sunt alio modo, id est actu; aliquid principijs prius erit, qđ fieri nequit. Nam potẽtia est prior actu. Id qđ ex eo patet, quia quicquid est actu, est possibile, non tñ quicquid est possibile, est actu. Quòd autẽ sint actu, ea ratione ostendit, quia si sunt potentia tantùm, cùm cætera omnia ex principijs pendeant; efficiẽt, ut nihil omnino sit actu. Nam, quod pendet ex eo, quod solùm potẽtia est, non est actu.

*quædam sunt eiusdem speciei, nihil differunt: quare, non erunt eorum principia numero definita, quemadmodum, neque in litteris, quibus utimur, principia omnium sunt definita numero, sed specie; nisi quis huiusce syllabæ, aut huiusce uocis principia sumat: harum enim, numero etiam definita erunt. Idem de medijs dicendum. Namque & in ijs infinita sunt ea, quę sunt eiusdem speciei. Quare, nisi præter sensibilia, & mathematica sint alia quædam, qualia nonnulli formas esse dicunt; non erit una [b] numero, & specie substantia, neque principia eorum, quæ sunt, erunt certa quædam numero, sed specie. Si [c] hoc igitur est necessarium, & formæ hac de causa sint necesse est. Nam, etsi non satis rem declarant, qui hæc dicunt; hoc tamen est, quod uolunt, & hæc ipsi dicant necesse est, unamquamque formarum, substantiam [d] esse quandam, & nullam per accidens. At [e] uerò, si ponamus formas esse, principia'que unum esse numero, non autem specie; superiùs à nobis dictum est, quæ necessariò eueniant incommoda.*

g Est enim potestate} Hæc ita connectuntur. Id, quod fit, nondũ est; id, quod fit est potentiâ (nihil.n. fit eorum, quæ esse nequeũt) igitur aliquid eorũ, quæ sunt potentiâ, nondum est.

Text. 19. *Cohæret [f] autem cum hac re quæstio ea, num elementa potestate sint, an aliquo alio modo. Nam si modo quodam alio, aliquid profectò aliud principijs prius erit. potentia enim causam illam antecedit, cùm interim non omne id, quod potentia est, illo modo se habere necesse sit. Quòd si potestate sint elementa, fieri potest, ut nulla res existat. Nam, [g] & id esse potest, quod nondum est: fit enim quod non est, nihil'que fit eorum, quæ esse nequeunt. Atque hæc quidem de principijs dubitare necesse est.*

Solutio quæstionis.

Hanc quæstionẽ soluit Arist. 9. lib. cap. 8. & lib. 12. cap. 6. Quibus locis ait, in ijs, qnæ à potẽtia in actũ procedunt, potentiã esse actu priorem, ut in ijs, quæ generantur. Quapropter in his materiam esse priorẽ forma. At uerò simpliciter, & absolutè, actũ esse priorem potentia; quia nihil reducitur ex potentia in actũ, nisi ab eo, quod est actu; ut ignis potentiâ, ab igne actu. Atq; ex his facilè diluentur argumẽta, quatenus uniuersè cõcludunt, omnia principia esse potentia, aut omnia esse actu.

Text. 20. *Et [h] utrũ uniuersalia sint, an eo modo, quo singularia esse dicimus. Si*

h Et utrũ uniuersalia} Disputat quæstionẽ decimam tertiã, qua quærebatur, num principia essent uniuersalia, an singularia; hoc est, num illa essent principia secundùm rationem uniuersalem, an singularem. Quòd igitur non sint principia secundùm rationem uniuersalem, hac ratione probat. Vniuersalia non sunt hoc aliquid; ergo non sunt substantiæ: at principia debent esse substantiæ, cùm substantiæ non possint esse ex

Disputatio 13. quæstionis. Probatio partis negatiuę.



Digitized by Google

non ſubſtantijs: ergo principia non ſunt uniuerſalia. Prior cõſequentia apud Platonẽ màximè probatur. Quare, quia ille negaret antecedens, probat illud Ariſtoteles ex eo, quia ſi uniuerſale eſſet hoc aliquid, nempe ſingulare per ſe exiſtens, Socrates eſſet multa numero animalia, ipſe nimirum, Socrates, & homo ſingularis per ſe exiſtens, qui de ipſo, & cæteris hominibus diceretur, itemq; animal ſingulare per ſe exiſtens, quòd de ipſo, ac cęteris animalibus prædicaretur; quæ haud dubiè eſſent diuerſa numero animalia, ut ipſe docebit lib. 7.

εἰ μὲν γὰρ καθόλου, οὐκ ἔσονται οὐσίαι. οὐθὲν γὰρ τῶν κοινῶν τόδε τι σημαίνει, ἀλλὰ τοιόνδε, ἡ δ' οὐσία τόδε τι. εἰ δ' ἔστι τόδε τι, ἓν καὶ ἄνθρωπος καὶ ἵππος καὶ ἕκαστον τῶν ἄλλων ζῴων, εἴπερ σημαίνει ἕκαστον τόδε τι καὶ ἕν. εἰ μὲν οὖν καθόλου αἱ ἀρχαί, ταῦτα συμβαίνει. εἰ δὲ μὴ καθόλου, ἀλλ' ὡς τὰ καθέκαστα, οὐκ ἔσονται ἐπιστηταί· καθόλου γὰρ αἱ ἐπιστῆμαι πάντων. ὥστ' ἔσονται ἀρχαὶ ἕτεραι πρότεραι, τῆς ἀρχῆς καθόλου καταφούμεναι, ἂν περ μέλλῃ ἔσεσθαι αὐτῆς ἐπιστήμη.

* Alias non habetur δύνανται.

*Si enim ſunt uniuerſalia, non erunt utique ſubſtantiæ. nihil enim eorum, quæ communia ſunt, hoc aliquid, ſed tale quid ſignificat; ſubſtantia uerò, hoc aliquid eſt. Sin autem id, quod communiter prædicatur, hoc aliquid eſt, idemque exponi poteſt; multa ſanè animalia erit Socrates; & ipſe inquam, & homo, et animal; ſi ſingula quidem hoc aliquid, & unum ſignificant. Atque hæc quidem euenient, ſi principia ſint uniuerſalia. Si * uerò uniuerſalia non ſint, ſed ut ſingularia; non cadent utique ſub ſcientiam: uniuerſales enim ſunt omnium ſcientiæ. Quocirca alia erunt priora principia, quæ de principijs uniuersè prædicentur, ſi eorum futura eſt ſcientia.*

Argumentũ pro parte oppoſita.

* Si uerò uniuerſalia] Probat partem oppoſitã, hoc eſt, principia nõ eſſe principia ſecundùm rationẽ ſingularẽ. Argumentũ ex eo ducitur, quia hoc pacto nõ niſi per aliqua uniuerſalia, ſub ſcientiã caderent. Omniũ enim rerũ ſciẽtiæ, id eſt, omnes ſcientię, ſunt uniuerſales, hoc eſt, in uniuerſalibus uerſantur. Quòd ſi principia, per alia ſuperiora principia ſciantur; iam utique principiorum erunt principia, quod fieri nequit.

Solutio quæſtionis.

Hanc quæſtionẽ ſoluit Ariſt. lib. 7. cap. 13. & ſequentibus, ubi docet, uniuerſalia, ut uniuerſalia ſunt, non eſſe ſubſtantias, quæ nimirũ, ut abſtractę ſunt à ſingularibus, exiſtant in rerũ natura. Vnde ſequitur, principia, ut uniuerſalia ſunt, nõ eſſe principia, ſed quatenus ſingularia: in his. n. uerſatur omnis actio. Quòd autẽ contrà obijcitur, facilè diluetur, ſi dicas, ſingularia etiã cadere ſub ſciẽtiam per ſua uniuerſalia, ſi habeant uniuerſalia; quod addiderim, propter primam cauſam, quę nulli naturæ uniuerſali ſubijcitur.

Diluitio argumentorum.

Quòd autẽ obijcitur, iſto modo fore ut principiorũ alia principia ſint; negandũ eſt. Vniuerſalia. n. nõ ſunt principia à ſingularibus diuerſa, quãuis ſint principia, id eſt, principient, ut ita loquar, quatenus ſingularia ſunt, & ſciantur quatenus uniuerſalia, unumquodque uidelicet ſecundùm ſuam ſpeciem, naturamq; communem.

FINIS LIBRI TERTII.

Digitized by Google

# COMMENTARII

# PETRI FONSECAE

## SOCIETATIS IESV.

## IN QVARTVM LIBRVM METAPHYSICORVM ARISTOTELIS.

### PROOEMIVM.

PROPOSITIS superiori libro, & in vtranque partē disputatis multis, ac uarijs quæstionibus ad hanc scientiam pertinentibus; apertaque utcunque via ad veram, tum illarum, tum etiam aliarum similium explicationem; incipit Arist. hoc loco, quid sibi potissimùm de illis, totoq; metaphysico negocio uideatur, exponere. Cùm autem constitutio cuiusque scientię antecedere debeat tractationem rerū, quæ ad eam spectant; scientiæ uerò tum demum constituantur optimè, cùm traduntur propria earum subiecta, subiectorumq; partes, propriæ affectiones, ac principia (hæc enim sunt, quæ in qualibet scientia cernuntur, vt ex 1. Post. cap. 23. perspicuum est) optimo sanè ordine Arist. disputaturus in lib. sequentibus de ijs, quæ ad hanc scientiam pertinent, totum hunc librum in eo consumit, ut doceat, primo quidē capite, quod nam sit huius scientiæ subiectū; secundo uerò, quæ sint partes eiusmodi subiecti, propriæq; illius affectiones; tertio denique, & sequentibus, quæ sint prima principia, quibus in demonstrando utitur. Ex his autem, & alijs, quæ in libris sequentibus tradentur, patebit determinatio earum quæstionū, quæ superiori libro, dialectico more disputatæ sunt; non quidem eodē ordine, quo propositę, aut disputatę fuerūt; sed ut doctrinę occasio se obtulerit.

Institutum Arist. in hoc libro.

Epitome libri.

cap. 43.



Digitized by Google

*Capitis primi Explanatio.*

Est [a] scientia quædam] Quoniam prima cõsideratio eorum, quæ ad cuiusque scientiæ constitutionem spectant, proprij eius subiecti est (ex proprio enim subiecto habet quælibet ars tum naturam suã, tum etiã ab alijs distinctionẽ) docet Arist. ante omnia, quod nam sit huius scientiæ subiectum, affirmatque illud esse ens, qua ratione est ens. Id, quod duobus argumentis ostendit. Vnum est. Aliqua est scientia, cuius subiectum est ens, quatenus ens; ea autem nõ est ulla ex particularibus scientijs; est igitur scientia generalis, seu prima Philosophia, quę in hoc opere traditur. Maior probari potest ex eo, quia ens quatenus ens, non debet incognitum relinqui, cùm naturalis sciendi appetitus in omnes communes naturas feratur, atque ea peculiari ratione in cognitionem entis, quòd omnia complectatur, quæ sub sciẽtiam cadere possunt. Quòd si ens, qua ratione est ens, ab aliqua scientia consideratur, &, quod hinc sequitur, omnia, quæ illi, quatenus tale est, per se conueniunt; neque aliquid superius ente reperitur; non dubium est, quin illud ea ratione consideratum sit subiectum alicuius scientiæ. Minorem non aliter probat, quàm inductione. Mathematicæ enim scientiæ non uersantur in consideratione entis, quatenus est ens, sed partem aliquam subiectam accipientes, & de tota entium uniuersitate quasi abscindentes, ueluti numerum, magnitudinem, aut quid simile, ea contemplantur in eiusmodi parte, quæ illi per se accidunt, siue conueniunt. Non dixit autem, demonstrant, sed contemplantur; quia non tantùm considerant eius proprietates, quę demonstrantur, sed etiam attributa essentialia, quę propriè non cadunt sub demonstrationem. Addidit autem περὶ τοῦτο, hoc est, circa illam, siue in illa; quia non considerant communiora, nisi ut contracta ad illam.

Subiectũ huius scientię.

Quo pacto particulares scientiæ communia considerent.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ
τῆς μετὰ τὰ φυσικὰ
τὸ γ'.

Κεφ. Α'.

Ἔστιν ἐπιστήμη τις, ἣ θεωρεῖ τὸ ὂν ᾗ ὄν, καὶ τὰ τούτῳ ὑπάρχοντα καθ' αὑτό. αὕτη δ' ὅτιν οὐδεμιᾷ τῶν ἐν μέρει λεγομένων ἡ αὐτή. οὐδεμία γὰρ τῶν ἄλλων ἐπισκοπεῖ καθόλου περὶ τοῦ ὄντος ᾗ ὄν: ἀλλὰ μέρος αὐτοῦ τι ἀποτεμόμεναι, θεωροῦσι περὶ τοῦτο τὸ συμβεβηκὸς, οἷον αἱ μαθηματικαὶ τῶν ἐπισημῶν. ἐπεὶ δὲ τὰς ἀρχὰς, καὶ τὰς ἀκροτάτας αἰτίας ζητοῦμεν, δῆλον ὡς φύσεώς τινος αὐτὰς ἀναγκαῖον εἶ) καθ' αὑτήν. εἰ οὖν καὶ οἱ τὰ στοιχεῖα τοῦ ὄντος ζητοῦντες, ταύτας τὰς ἀρχὰς ἐζήτουν, ἀνάγκη περὶ τὰ στοιχεῖα τοῦ ὄντος εἶ) μὴ κατὰ συμβεβηκὸς, ἀλλὰ ᾗ ὄντα. διὸ καὶ ἡμῖν τοῦ ὄντος ᾗ ὄν, τὰς πρώτας αἰτίας λαπτέον.

Textus 1.

Quòd si ens, qua ratione est ens, ab aliqua scientia consideratur, &, quod hinc sequitur, omnia, quæ illi, quatenus tale est, per se conueniunt; neque aliquid superius ente reperitur; non dubium est, quin illud ea ratione consideratum sit subiectum alicuius scientiæ. Minorem non aliter probat, quàm inductione. Mathematicæ enim scientiæ non uersantur in consideratione entis, quatenus est ens, sed partem aliquam subiectam accipientes, & de tota entium uniuersitate quasi abscindentes, ueluti numerum, magnitudinem, aut quid simile, ea contemplantur in eiusmodi parte, quæ illi per se accidunt, siue conueniunt. Non dixit autem, demonstrant, sed contemplantur; quia non tantùm considerant eius proprietates, quę demonstrantur, sed etiam attributa essentialia, quę propriè non cadunt sub demonstrationem. Addidit autem περὶ τοῦτο, hoc est, circa illam, siue in illa; quia non considerant communiora, nisi ut contracta ad illam.

[b] Quoniam uerò] Alterum argumentum est. Eius scientiæ subiectum est ens, quatenus ens, quæ quærit causas, & principia entis, quatenus ens est; huiusmodi autem causas quærit hæc scientia; est igitur eius subiectum ens, quatenus ens. Maior omittitur, quia perspicuum est, nullum artificem quærere per se, ac directò causas, & principia,

copia, nisi proprij subiecti, & eorum, quæ sub eius formalem rationem cadunt. Physicus enim non quærit hoc pacto causas, nisi entis mobilis, & omnium specialium mobilium, ac cæteri eodem modo. Minorem sic Probat. Primæ causæ sunt causæ, & principia entis, quatenus entis; hæc scientia quærit primas causas, & principia, ut
Cap. 2. patet ex primo libro; igitur quærit causas entis, quatenus entis. Maior huius ratiocinationis dupliciter probatur. Primùm hac ratione. Quia primæ causæ sunt per se, hoc est, primò causę alicuius naturę, siue ea sit simpliciter una, siue quodammodo una; quod omnibus causis commune est: ea autem natura non potest esse alia, nisi entis, siquidem maximè uniuersales causæ, quæ nullę sunt alię, quàm primæ, non respiciunt primò, & adæquatè effecta sua sub ratione huius, aut illius speciei, aut generis; sed sub maximè communi, quę nō alia est, nisi entis. Deinde auctoritate eorū omnium, qui primam Philosophiam se tractare crediderunt. Quamquam enim non omnes re uera assurgebant ad considerationem omnium entium; tamen cùm profiterentur se quærere causas, & principia omniū entium, quatenus entia sunt; meritò dicebant, se quærere primas causas. Idem enim re uera est tradere primas causas, atque causas entium, quatenus entia sunt.

Prima Philosophia Veterum.

# ARISTOTELIS METAPHYSICORUM.

## LIBER QVARTVS.

### CAPVT I.

Textus 1. [a]*Est scientia quædam, quæ contemplatur ens, qua ratione est ens, & ea, quæ huic per se insunt. Hæc autem nulla est earum, quæ in parte dicuntur. Nulla enim cæterarum de ente, quatenus ens est, uniuersè agit; sed partem eius aliquam singulæ abscindentes, id, quod ei accidit, in illa contemplantur; ut Mathematicæ scientiæ. Quoniam [b]uerò principia, summasq; causas quærimus, illud necessarium esse perspicuum est, naturæ alicuius per se eas esse. Ergo si & ij, qui entium elementa quærebant, hæc principia quærebant; necesse quoque est, elementa entis ea esse non per accidens, sed quatenus entia. Quapropter [c]& à nobis primæ causæ entis, quatenus ens est, sumendæ sunt.*

[a] Est scientia quædam] Minor est secundi argumenti, conclusio autem non exprimitur, quia apertè colligitur ex præmissis.



Digitized by Google

# VTRVM ENS, QVATENVS EST COMMVNE Deo, & creaturis, sit Metaphysicæ subiectum.

## QVÆSTIO PRIMA.

*Referuntur quatuor sententiæ, pro parte negatiua.* SECT. I.



ET si Aristoteles in hoc capite planè uideatur partem affirmatiuã asserere; nõ desunt tamen, qui alijs quibusdã eius doctrinæ locis adducti negatiuam approbent, atque id, quod ille hoc loco ait, in alium sensum dictum esse accipiant. Eorum sententię in quatuor capita rediguntur.

Sententia eorum, qui faciunt Deum subiectũ Metaphy.

Prima opinio est eorum, qui dicunt, solum Deum esse subiectum huius scientiæ. Id, quod tribus argumentis probant. Primùm, ex ipsa nominis etymologia; dicitur enim Theologia, hoc est, scientia de Deo. Deinde, ex præstantia subiecti. omnes enim fatentur, hanc scientiam esse præstantissimam, non ex certitudine demõstrandi, quæ apud nos sit, sed ex nobilitate subiecti; solus autẽ Deus prẽstantissimũ subiectũ esse potest. Tertiò, quia hæc scientia est de primis causis simpliciter; rationes autem primarum causarũ simpliciter omnes cadunt in solum Deum. Solus enim ipse est prima causa efficiens; primus, seu supremus finis; primumq; cuiusque rei exemplar, quod est prima causa formalis. Namque prima causa formalis intrinseca, primaque materialis, non sunt primæ causæ simpliciter, sed tantùm comparatione rerum sensibilium. Quartò idem suaderi potest hac ratione. Scientia hæc non aliter distingui solet à sacra Theologia, nisi quia illã utitur principijs diuina reuelatione acceptis, hæc autem lumine naturali cognitis; at sacræ Theologiæ subiectum est Deus, ut Theologi dicunt; ergo & huius scientię. Atque hęc est Alphabarij sententia in libello de diuisione scientiarum.

Alpharabius in libello de diuisione scientiarum.

1

2

3

4

Eorum, qui substantiam separatam.

Secunda opinio asserit, substantiam separatam esse huius scientię subiectum. Quæ hoc uno argumento haud leuiter probari potest. Id, quod primò, & per se distinguit quamlibet scientiam à cæteris, est eius propriũ subiectum; hoc autem præstat substantia separata in hac scientia; est igitur proprium huius scientiæ subiectum. Propositio ex eo patet, quia unde res quælibet habet speciem, & naturam suam, inde primò, & per se habet distinctionem à cæteris; quælibet autem scientia habet naturam suam ex habitudine ad proprium subiectum, circa quod uersatur, ut patet ex 1. Post. cap. 23. Assumptio suadetur. Primùm, quia si nulla esset substantia separata à materia, non distingueretur hæc scientia à Philosophia naturali, quod Aristoteles pleriſque locis docet, ueluti libro sexto huius operis cap. 1. & lib. 11. cap. 6. nunc autem ideo distinguitur, quia

Tribuitur Cõmentatori à quibusdam.

Prima probatio assumpt.

tex. 43.

Lib. 6. tex. 3.

Digitized by Google

quia datur eiusmodi substãtia: ex quo fit, vt hęc sit prima ratio distinctionis huius scientiæ à Philosophia naturali, & (quod consequens est) à cæteris remotionibus scientijs. Deinde, quia hæc afferri solet, ut prima, 2
& per se ratio distinctionis trium scientiarum contemplantium, Physicæ, Mathematicę, & Metaphysicæ, quòd subiectum Physicæ nec re, nec ratione sit abstractum à materia; Mathematicæ autem non re, sed ratione abstractũ sit; Metaphysicæ uerò, & re, & ratione. Cùm igitur sola substantia separata sit abstracta reali abstractione à materia (nam substantia genus summum nõ est re ipsa abstractum, nisi ratione substantiarum separatarum) efficitur, ut substantia separata primò, & per se distinguat hanc scientiam à cæteris. Denique quia Arist. cap. sequenti planè docet, 3
sec. 4. tot esse partes Philosophiæ contemplantis, quot sunt substantiæ, ideſt, quot sunt species substãtiæ, ut scibiles sunt. Quo loco (exclusis interim, Mathematicis à Philosophię appellatione) perspicuè innuit, distinctionem Physicæ, & Metaphysicæ sumendam esse ex distinctione substantiæ mobilis, & immobilis. Hanc sententiam tribuunt nonnulli Commentatori, quòd dicat 1. Phys. com. ultimo, entia separabilia esse subiecta primæ philosophiæ. Sed immeritò. Nam & hoc ipso loco, & initio epitomes perspicuè oppositũ asserit, nec in uerbis citatis quicquã aliud uult, quàm quòd substantiæ separatæ propriè, ac ratione sui cadant sub primi Philosophi considerationem.

Cui perperã tribuatur hęc sententia.

Scot. & Plandrensis hoc loco q. 1. Comm. 1.

Tertia sententia statuit, substantiã in cõmune esse huius scientiæ subiectũ. Quę tribus potissimùm argumẽtis cõfirmari potest. Vnũ sit. Primũ, & adæquatum subiectum Physicæ est substantia quædam, cùm constet materia, & forma; ergo potiori ratione subiectum primum, & adæquatum, quod Metaphysicæ tribuitur, substãtia esse debebit, cũ dicatur esse præstantius: non potest autem esse ulla species, aut genus substãtiæ (datur enim substantia multis rationibus cõmunior, ac proinde prior; nempe & substantia genus summum, & substantia creata, & substantia cõmunis Deo & creaturis) ens autem ut commune est substantijs, & accidentibus, non est substantia: igitur sola substantia in commune potest constitui primum, & adæquatum subiectum Metaphysicę. Alterum argumentum. Ita se habet Metaphysicus ad substantiam in commune, & accidẽtia in commune, ut se habet Physicus ad substantiam naturalem, & accidentia naturalia (sola enim communitate, & abstractione à materia differunt substantia in commune, & accidentia in commune à substantijs naturalibus, & accidentibus naturalibus) at Physicus agit de substantia naturali, ut de subiecto primo, & adęquato; de accidentibus autem naturalibus, ut de affectionibus substantiæ naturalis; nec reducit substantiam naturalem, & accidentia naturalia ad aliquid commune utrisque, tanquam ad primum, & adæquatum subiectum, vt v. g. ad ens secundũ nãturam, quod de utrisque dicitur; ergo pari ratione dicendum est, Metaphysicum agere de substantia in commune, ut de primo, & adęquato subiecto,

Opinio eorũ, qui substantiam in commune. 1

Buridani sententia.

Digitized by Google

ſubiecto, de accidentibus autem, vt de affectionibus ſubſtantiæ; nec re-
uocandam eſſe ſubſtantiam, & accidentia ad aliquid commune utriſque
3 quaſi ad primum, & adęquatum ſubiectum Metaphyſicæ. Tertium; ens
commune ſubſtantijs, & accidentibus prędicatur eſſentiali prædicatio-
ne de omnibus entibus, ut perſpicuum eſt; nullum autem ſubiectum
prędicatur eſſentiali prædicatione de ſuis affectionibus; aut igitur ens
commune ſubſtantijs, & accidentibus non eſt ſubiectum Metaphyſicę,
ſed ſubſtantia ſola, ut poſſit habere affectiones, de quibus eſſentiali prę-
dicatione non dicatur; aut abſurdiſſimè dicendum eſt, affectiones ſub-
iecti Metaphyſicæ nihil eſſe, cùm nec ſubſtantię ſint, nec accidentia: qua
in re inferior erit Metaphyſicus alijs artificibus, qui ueras affectiones
demonſtrant, & quæ uera ſint accidentia profecta à naturis, & eſſentijs
rerum, quas tractant. Ita uidetur perſpicuum, ſubſtantiam in commu-
ne eſſe ſubiectum Metaphyſicæ: quod ipſum Ariſt. uideri poteſt perſpi-
cuè docere ad finem capitis primi libri ſeptimi, & initio lib. 12.

Lib. 7. tex. 4. & 5. & lib. 12. tex. 1. Dom. de Flād. q. 1. ar. 6. & 7

Eorum, qui ens finitum.

Quarta opinio, latiùs patens ſubiectum facit, quàm ſuperiores. Aſſe-
rit enim eſſe ens; non ita tamen latè ſumptum, ut Deum complectatur,
ſed ea ratione duntaxat, qua comprehendit ea, quæ reperiuntur in prę-
dicamentis: atque hoc eſt ens finitum, quod prædicamentale vocant.
1 Quæ ſententia totidem potiſſimum argumentis probari ſolet. Primum
eſt. Ens, quatenus ens, ſi ſumatur, vt eſt commune Deo, & creaturis, non
poteſt habere cauſam, alioqui omne ens haberet cauſam, atque adeò
Deus ipſe Opt. Max. ſi autem ſumatur, vt diuiditur in ea, quę in prædi-
camentis continentur, habet cauſam: at in hac ſcientia quæruntur cauſę
entis, quatenus ens eſt, ut Ariſt. in hoc cap. & alijs pleriſque affirmat:
non igitur ens commune Deo, & creaturis, ſed ens finitū eſt huius ſcien-
2 tiæ ſubiectum. Secundum, ſi ens commune Deo, & creaturis eſſet ſubie-
ctum huius ſciętię, haberet principia, quibus conſtaret, & paſſiones, quę
de ipſo demonſtrarentur; hoc autem dici non poteſt, quia ſequeretur
Deum habere principia, & paſſiones; non eſt igitur dicendum, ens com-
3 mune Deo, & creaturis eſſe huius ſcientiæ ſubiectum. Tertium, ſi ens
commune Deo, & creaturis eſſet ſubiectum huius ſcientiæ, daretur ali-
quid prius natura Deo, ſiquidem omne ſubiectum eſt prius natura ijs
omnibus, quæ ſub illo continentur, iuxta ſecundum modum prioris,
quem Ariſtot. tradit in prędicamentis, cùm ab eo ad inferiora non re-
ciprocetur eſſendi conſequentia; at nihil poteſt dari prius natura Deo;
non eſt igitur dicędum, ens commune Deo, & creaturis eſſe huius ſcien
4 tiæ ſubiectum. Accedit quarto loco Ariſtotelis ſententia, qui, cùm do-
cuiſſet hoc lib. ens, vt ens eſt, eſſe ſubiectum huius ſcientiæ, illud ſubin-
de diuiſit libro quinto in decem prædicamenta: vnde perſpicuum vi-
detur, Ariſtotelem hoc loco, & vbicunque dixit, ens eſſe ſubiectum hu-
ius ſcientiæ, accepiſſe nomen entis pro ſolo ente finito: hoc enim ſolum
diuiditur in prędicamenta. Addunt tamen huius opinionis auctores,

Cap. 11. fine de priori.

lib. 5. cap. 7. tex. 14.

Explicatio ſententiæ.

non

Digitized by Google

non propterea se excludere Deum à consideratione huius scientiæ: fatentur enim in hac scientia vel maximè agi de Deo; cæterum non agi de illo, ut de re, quę contineatur sub eius subiecto, sed vt de prima illius causa, ac principio, quemadmodum in Physica agitur de materia, & forma, in Logica de nomine, & verbo; nisi quòd hęc sunt principia interna, Deus autem externum, & in nulla re creata contentum, aut circumscriptum. Ita concludunt omnes ij, qui quatuor has sententias tuentur, non ens commune Deo, & creaturis, sed aliquid minùs commune, esse subiectum huius scientiæ. Quòd si quis huiusmodi auctoribus obijciat, Aristotelem planè esse in contraria sententia, cùm toto hoc capite, & sæpe alibi doceat, Metaphysicam agere de ente, ut ens est; priores quidem respondent, Aristotelem eo pronunciato non asserere, ens, quatenus ens est, esse subiectum Metaphysicę, sed cadere sub eius solius considerationem, quod verum est: posteriores verò accipiunt nomen entis pro substantia, vel pro ente habente veram causam.

Quid ad Aristotelem.

Mittò hic opinionem eorum, qui nulla penè probabilitate dicunt, subiectum Metaphysicę esse causam, ut causa est, quam impugnat Auicenna initio suæ Metaphysicæ.

*Concluditur pars affirmatiua.* SECTIO II.

D. Tho. Scot. M. Alb. Auer. Alex. Aphrod. & Alens. hoc loco. Aegid. Rom. q. 1. & lib. 1. q. 5. Iandun. lib. 1. q. 3. Soncin. hic q. 10. & alij.

Vt initio libri 6. & lib. 11. cap. 6.

HÆc tamen non obstant, quominùs cum D. Thom. Sco. Mag. Alb. Comment. & alijs huius classis auctoribus affirmatiuam quæstionis partem amplectamur. potest enim firmis admodum rationibus concludi. Primùm hoc modo. Illud est primum, & adęquatum subiectum huius scientię, cui primò conueniunt primę, & maximè generales passiones, seu proprietates, quæ in ea demonstrantur, vt unum, verum, bonum, & si quę sunt alię huiusmodi: at enti, vt ens est, seu ut est commune Deo, & creaturis cõueniunt primò huiusmodi passiones; latiùs enim patent, quàm uel Deus, uel substantia corporis expers, uel substantia in commune, vel etiam ens finitum: igitur ens commune Deo, & creaturis constituendum est huius scientię subiectum. Secunda ratio. Ens cõmune Deo, & creaturis potest cognosci naturali lumine, vt constat; possuntque de eo demonstrari affectiones, quę illi per se conueniunt: at huiusmodi cognitio non potest ad aliquam aliam scientiam pertinere, cùm cęterę omnes agant de ente contracto ad certum aliquod genus, ut Aristoteles in cõtextu inductione perspicuum esse supponit: igitur pertinet ad hanc scientiam. quò fit, ut sit eius primum, & adæquatum subiectum. Nec enim aliquid aliud communius reperitur, quod ab ea tractari possit. Tertia ratio. In hac scientia considerantur adæquatè omnes partes entis communis, Deo, & creaturis; nempe Deus ipse, de quo præcipuè agitur in 12. lib. item omnia, quæ ponuntur in prædicamentis,

Approbatio affirmatiuę partis.

Ex passionibus, quæ in hac scientia demonstrantur.

Ex amplitudine naturalis cognitionis.

Ex partibus entis, quæ in hac scientia tractantur.



Digitized by Google

tis, quatenus reducuntur ad decem prima genera, de quibus disseritur quinto, septimo, & 12. de his autem omnibus agitur, non ut de principijs tantùm, causis, aut proprietatibus, sed ut de subiectis, quorum affectiones quæruntur, & demonstrantur per propria principia; ergo ens commune Deo, & creaturis est adequatum huius scientiæ subiectum.

Ex rebus, in quibus Dialectica, & Sophistica uersant.

Quartò, Metaphysica, Dialectica ut rebus concreta est, & Sophistica circa idem genus subiectum uersantur, ut Aristoteles capite sequenti docet: at Dialectica, & Sophistica uersantur non tantùm circa ens creatũ, sed etiam circa increatum (nullius enim rei disputationem detrectant) est igitur ens genus subiectum Metaphysicę, ut complectitur creatum, & increatum. Accedit expresa sententia tum Aristotelis planè dicentis in hoc capite, & alijs locis quamplurimis, hanc scientiam agere de ente, ut ens est, & de ijs, quæ illi, ut tale est, per se accidunt; tum etiam omnium Antiquorum, qui primam Philosophiam profitebantur. Quærentes enim supremas rerum causas eo ipso palam fatebantur, se quærere causas entium, ut entia sunt; ac proinde subiectum primæ Philosophiæ esse ens, quatenus ens.

Ex Aristotelis, & Antiquorum sententia.

Ex refutatione opinionis negatiuæ partis approbandæ.

Potest etiam confirmari hæc sententia ex infirmatione opinionum, quæ negatiuam quęstionis partem approbant. Tres enim priores hac ratione refutari possunt. Quemadmodum dantur scientiæ substantiarũ, ut Physica, sic etiam dantur scientiæ accidentium, ut Geometria: atqui subiectum Metaph. debet esse commune subiectis omnium particularium scientiarum, quandoquidem Metaph. cùm sit generalis scientia disserit in totum de ijs rebus, de quibus aliæ scientiæ in parte disserunt: non est igitur subiectum Metaphysicæ, aut solus Deus, aut substantia separata, aut substantia in commune duntaxat, sed ens commune substantijs, & accidentibus. Quam rationem planè tangit Aristot. hoc capite, cùm ait. Nulla enim cęterarum id, quod est, ut est ens considerat, sed partem eius aliquam singulæ abscindentes id, quod ei accidit in illa cõtemplantur, vt Mathematicæ scientiæ. Quarta autem his rationibus refellitur. In hac scientia, non solùm agitur de Deo, vt est principium, & causa uniuersalis rerum omnium, sed etiam, ut est quoddam ens, quod patet ex capite 9. libri 12. ubi Deus ostenditur esse sua intellectio, actus purus & cęt. quę omnia de Deo absolutè demonstrantur: non est igitur Deus à subiecto Metaphysicæ excludendus. Prętera, si in hac scientia non ageretur de Deo absolutè, & secundum se; in nulla alia scientia, quę naturali lumine comparatur, consideraretur Deus absolutè; at hoc est absurdissimum; ergo & illud. Maior patet, quia in nulla alia scientia humanis uiribus parta agitur de Deo, nisi in Philosophia Naturali, & Morali, in quibus sanè, ut est omnium sententia ea sola ratione de Deo agitur, qua est primum mouens, & ultimus finis, quæ est consideratio respectiua, non absoluta. Minor probatur, quia naturale desiderium multò magis tendit in cognitionem absolutam diuinæ essentiæ, quatenus eam

tex. 2.

Refutatio quarta.

à tex. 51.

natu-

Digitized by Google

naturę uiribus assequi possumus, quàm cuiuscunque alterius rei. Si ergo ad hanc scientiam spectat absoluta diuinę naturæ consideratio; perspicuum est, non esse Deum ab eius subiecto excludendum.

Sed & omnes quatuor opiniones simul hac ratione refutantur. Metaphysicus cùm solus inter omnes artifices, sit simpliciter, & absolutè sapiens, habet scientiam omnium rerum, quoad fieri potest, ut patet ex lib. 1. cap. 2. fieri autem potest, ut omnia ab eo sciantur quatenus entia sunt; igitur uel hac una ratione omnia sciuntur à Metaphysico; atqui nulla est ratio superior, sub qua res à Metaphysico considerari possint; igitur hęc ipsa est ratio subiecti Metaphysicę; hęc autem ratio non solum conuenit creaturis, sed etiam Deo, atque adeo pręcipuè; non igitur solum ens finitũ, sed cõmune Deo, & creaturis est subiectum Metaphysicę. Refut. omniũ simul.

## *Reuocatio superiorum sententiarum ad uerum sensum, & explicatio præcipuæ conclusionis.* SECTIO III.

SED quoniam auctores negatiuæ partis ad uerum sensum reduci possunt, operæpretium erit illorum sentẽtias, quo nam pacto ueræ sint, exponere.

Prima igitur cõclusio sit. Si quæstio sit de subiecto pręstantissimo, & à quo præcipuum nomen huius scientiæ ducitur, non dubium est, quin sit Deus; ab eo enim tanquam à re pręstantissima ductum est nomen Theologiæ, saltem mediatè; si illud interpreteris scientiam de rebus diuinis. Subiectũ pręstantissimum.

Secunda conclusio. Si quæstio sit de subiecto communi, purè Metaphysico, id est cuius nulla pars subiecta ab alio artifice tractetur; potest illud dici substantia immaterialis, seu separata, ut patet. Quam conclusionem Arist. multis in locis innuit. Purè Metaphysicum.

Vt lib. 6. huius operis c. 1. tex. 2. & 3. & lib. 11. c. 6.

Tertia conclusio. Si quæstio sit de subiecto communi, ratione cuius cętera cadunt sub adæquatum subiectum, dicendum est esse substantiam in commune; quandoquidem accidentia omnia dicuntur entia ratione substantiæ. Atque hanc conclusionem perspicuè ponit Arist. cap. sequenti, & alijs locis compluribus. Commune, & ratione cuiꝰ.

Quarta conclusio. Si quęstio sit de eo subiecto, de quo uniuersè demonstrentur affectiones per ueras causas, & principia subiecti; dici potest ens finitum, siue prædicamentale. Nihil enim uniuersè demonstratur per ueras causas, & principia de ente, quod suo ambitu comprehendit Deum, ut in solutione argumentorum patebit. Hęc tamen conclusio nullibi (quod sciam) ab Arist. ponitur, quia excludit pręcipuum ens à subiecto huius scientiæ. Atque iuxta hos sensus ueræ sunt quatuor impugnatæ opiniones. Habens ueras causas, & passiones.

Quinta conclusio. Si autem quæstio sit de primo, & adæquato subiecto, ut ipsa quæstionis uerba sonant, dicendum est, esse ens, qua ratio- Primum, & adæquatum.



Digitized by Google

ne est ens, seu quatenus commune est Deo, & creaturis, vt probatum est. Atque hæc est præcipua huius quæstionis conclusio.

Dubitatio. Sed quærat aliquis, quo'nam pacto ea intelligenda sit, num de ente cõmunissimè sumpto, ut cõplectitur omnia entia, nõ modò per se, & realia, sed etiã per accidẽs, & quæ rationis appellãtur; an potiùs de solo ente per se, & reali. Quòd. n. posteriori modo intelligẽda sit, cõmunis est Philosophorũ sententia: quam eandẽ nõ dubitant esse Aristotelis, qui ad finẽ libri sexti, cùm tradidisset rationẽ, sub qua ens à Metaphysico tractandum est,

Negatiuę partis arg. 1.

2 planè reijcit ab eius cõsideratione ens per accidẽs, & ens rationis. Argumento etiã non mediocris moueri est, q; ens per accidens nõ sit ens, sed entia; quæ verò rationis dicuntur nõ habeant veram existentiã, sed cõmunem sibi, & figmentis, cùm nõ alia ratione dicãtur existere, nisi quatenus

3 sunt obiectiuè in intellectu, aut etiã, vt quidã volunt, in volũtate. Accedit, q; de ente per accidens non potest haberi scientia, vt Aristoteles tradit in libro citato; quòdque Metaphysica dicitur sciẽtia realis, nec tantùm realis, vt distinguitur à sermocinalibus, sed etiã quia agit de ente reali, cùm interim ens, vt commune est entibus rationis, non sit reale.

text. 8.

Scotus in 1. d 45. q. unica.

loco citato.

Affirmatiuæ partis arg. 1. Quòd verò conclusio intelligenda sit priori modo, ipsa eadem argumenta, quibus conclusio probata est, planè ostendere videntur. Primùm enim affectiones illæ, vnum, verum, bonum, & similes, entibus quoque per accidens, & rationis suo modo conueniunt: neque enim dubitare quisquam de hac re debet, quia non eodem modo illis conueniant, quo conueniunt entibus per se, ac realibus. Nam neque eodem modo conueniunt accidentibus, quo substantijs, & tamen dicuntur conuenire acci-

2 dentibus. Deinde, entia peraccidens, & rationis cognoscũtur lumine naturali, deque eis multa demonstrari possunt; huiusmodi autem eorũ co-

3 gnitio ad hãc vnam scientiam, quæ agit de cõmunibus, iure spectat. Tertiò, in hac scientia traduntur multa de ente per accidens, & ente rationis; nec solùm agitur de huiusmodi entibus, quatenus sunt affectiones entiũ realium, ac per se, sed etiam, vt sunt partes subiectiuæ entis cõmunissimè sumpti: id, quod cùm proximo cap. in tractanda entis analogia innuitur, tùm verò lib. 5. in explicandis omnibus entium generibus planè perspi-

text. 2.

4 citur. Quartò, Dialectica, & Sophistica agunt suo modo de his entium generibus; ergo & Metaphysica suo, hoc est demonstratiuè, si æquè latè patet eius subiectum, atque illarum, vt proximo cap. tradit Aristoteles.

5 Quintò, In partibus Entis, quas eius analogia complectitur, numerantur proximo capite negationes, & expressè non entia: cur igitur non magis entia peraccidens, & rationis, præsertim cùm non entia eatenus numerentur in entibus, quatenus ratione, siue mente apprehenduntur?

text. 2.

6 Sextò, Dantur scientiæ, quarum subiecta sint entia per accidens, vt quædam subalternatæ; alię item, quæ versentur in entibus rationis, vt quæ de sermone agunt; subiectum autem Metaphysicę debet esse subiectis cæterarũ omniũ cõmune, vt dictũ est: cõplectitur igitur subiectum Meta-

physicæ

Digitized by Google

phyſicæ entia per accidẽs,& entia rationis. Poſtremò,Si Metaphyſicus eſt ſapiens ſimpliciter,nũ ignorare ea debet,quæ certa cognitione ſciri poſſunt;at entia per accidẽs,& quæ rationis vocãtur,ſub certã cognitionẽ cadere poſſunt,ſaltẽ in cõmune;nõ eſt igitur dubiũ,quin ſubiectũ Metaphyſici complectatur entia omnia, cùm peraccidens,tum etiam rationis. 7

Quo pacto ꝑ parte affirmatiua reſponderi poſſit.

Atq; eſt quidẽ poſterior hęc ſententia probabilis, poſſetq; pro ea reſponderi ad primum argumẽtum prioris, Ariſtotelem lib.6. nõ reiecíſſe ab omni cõſideratione Metaphyſici entia per accidens,& entia rationis, ſed à præcipua,quemadmodũ initio libri ſeptimi reijcit accidentia. Ad ſecundum,ſatis eſſe,ſi eorũ quodque ſuo modo ſit ens, ſuoq; modo exiſtat, vt ſuo modo cõtineatur ſub Metaphyſicæ ſubiecto. Ad tertiũ, Nec verum eſſe,nullo pacto de ente per accidens poſſe haberi ſcientiam,cùm poſſit de eo haberi in cõmune: nec item ſcientias dici reales, niſi vt diſtinguũtur à ſermocinalibus:aut ſi dicũtur reales,à ſubiecto reali,nõ eſſe id intelligendũ de adęquato ſubiecto in ſe ſpectato, ſed vt eſt in præcipuis partibus ſubiectiuis, quo pacto ens cõmuniſſimè ſumptũ reale eſt.

Approbatur potius negatiua.

Verùm,vt priori ſententię potiùs inhæreamus, multa nos mouent. Primùm,quia eſt omnium communis. Deinde, quia ſubiectum ſcientię, non ita fusè aſſignandum eſt, vt contineat ſub ſe omnia,quæ in ea quoquo modo conſiderantur. oportet enim extrà relinquere proprias affectiones,quæ de eo demonſtrantur,quod ſit in cæteris omnibus ſcientijs, vt ſecundo etiam lib. diximus, cùm de ſubiecto Dialecticę ageremus. Cap. 3. q. 1. ſect. 3. Tertiò,quia longè alia ratione reijcit Ariſtoteles initio libri ſeptimi accidentia realia, quàm ad finem ſexti entia rationis,& per accidens. Non enim ideo reijcit accidentia,quia de eis non poſſit haberi ſcientia, neq; item, quia non habeant realem exiſtentiam; ſed quia ſunt entia habitudine ad ſubſtantiam,ideo concludit,non quidem reijcienda omnino eſſe, ſed maximè,ac primò,& ferè de ſola ſubſtantia agendum. At in fine libri ſexti,in quo libro ex inſtituto egerat de ratione formali ſubiecti Metaphyſicæ,ea ratione excluſit ens, per accidens,quia de eo non poſſit haberi ſcientia;ens autem rationis,quia non ſit in rebus,ſed in mente; veluti coniunctio eius,quod prædicatur cum eo,quod ſubijcitur, eorumq; diſiunctio, quas uerum, & falſum appellauit, Poſtremò, quia vt Metaphyſicus agit de Neceſſitate,& contingentia,non vt de rebus,quæ contineantur ſub proprio ſubiecto; eodẽ modo agit de notionibus generis, ſpeciei,totius,partis,& ſimilibus,quę aut omnino, aut in certa quadã ſignificatione ſumpta,ſunt entia rationis, non vt de ijs, quę ſint inferiora proprio ſubiecto, ſed tanquam de cõmunibus affectionibus entiũ, vt ipſe Auctor apertè ſcribit ad finẽ cap.ſequentis. Atq; hoc eſt,quod idẽ planè ſignificauerat initio libri,cùm docuit quãdam eſſe ſcientiã,quę ageret de ente,qua ratione eſt ens,& de ijs affectionibus, quę illi per ſe ineſſent:oppoſuit enim his verbis ſubiecto paſſiones, non vt partes ei ſubiectas; ſed vt communes affectiones, quæ de eo, & partibus illi ſubiectis demon-

Quo pacto Metaph. agat de entib. rationis.

text. 3. text. 1.

Digitized by Google

demonstrarentur, tametsi primùm de subiecto, secundaria uerò ratione & per illud de partibus sub eo contentis. Ita patet, non esse deserendã hac in re communem opinionem.

Solutio argumentorũ affir. partis.

Ad primum igitur, & secundum contrariæ sententiæ dicendum est, non omnia, quibus quoquo modo conueniunt affectiones entis, & de quibus pleraque demonstrari possunt in Metaphysica, esse collocanda sub Metaphysicæ subiecto, nisi sint realia, & perse; quemadmodum non ideo qualitates ponendæ sunt sub Physicæ subiecto, quia multa de eis in Physica demonstrantur. Tertium nihil concludit, quia ens communissimè sumptum non potest esse scientiæ subiectũ. Quartũ facilè refelletur, si dicas, agere quidem de eis Metaphysicum demonstratiuè, non tamen vt de partibus subiectiuis sui adæquati subiecti, quo eodẽ modo

Latiùs accipi ens cap. 2. quàm primo.

respondendum est ad ultimum. Ad quintum dicendum est, ens initio capitis sequentis, in quo eius analogia fusè explicatur latiùs accipi, quàm cum fuit constitutum huius scientiæ subiectum Nec id mirum videri debet. Nam cùm sanum constituitur subiectum Medicinæ, non sumitur nisi pro eo, quod propriè sanum est; & tamen si quis quærat, ad quæ se extendat eius nominis analogia; dicendum est, complecti etiam, id uocabulum ea, quæ per translationem dicuntur sana, ut sanum iudicium, doctrinam sanam, & alia pleraque. Sextum hoc modo dissolues; Id, quod diximus subiectum Metaphysicę complecti debere sub se omnium scientiarum subiecta, de subiectis scientiarum realium esse intelligendum. Nec tamen refert quicquam, quòd subiecta quarundam subalternatarũ realium, sint entia per accidens: ponuntur enim sub Metaphysicæ subiecto ratione subiectorum subalternantiũ, à quibus eę scientię accipiunt sua principia. Quòd si quis obijciat, multas quoque esse scientias reales subalternantes, quę agunt de entibus per accidens, ut est Politica, & Architectura, quarũ illa agit de Republica, hęc uerò de ędificio, aut naui, alijs'ue huiusmodi entibus per accidens;

Obiectio.

Dilutio.

Respondendum est, non excludi à nobis hoc loco hæc entia per accidens; sed ea tantùm, quæ non solùm non sunt unius essentię, sed neque etiam habent ordinẽ per se ueluti thesaurus casu inuentus, linea visualis, & similia. Vnde colligę subiectum Metaphysicæ esse ens per se, ac reale, quatenus dicitur nõ modo de entib⁹ uerè unius essentiæ, sed etiã alio modo per se ordinatis.

Non rectè soluta esse arg. partis negatiuæ.

Ex his patet, non satis responsum esse ad primum, & secundum argumentum prioris sententię. Ad solutionem uerò tertij dicendum, vt ens per accidens dicatur cadere sub certam aliquam scientiam, non satis esse si de eo in commune sumpto habeatur scientia, nisi etiam haberi possit de singulis quasi speciebus eius; vt omittamus indiuidua, quę non per se cadunt sub scientiam. Eodemque modo, vt scientia dicatur realis, non satis esse, si aliqua pars subiectiua adęquati subiecti sit realis; sed necesse esse, ut ipsum quoque in cõmune sit reale. Nam, vt scientia sumit speciẽ ab obiecto adęquato, ita ab eo sumere debet realis appellationẽ.

Cur

Digitized by Google

## *Cur Metaphysica distincta non fuerit, antequam eius subiectum traderetur?* SECTIO IIII.

QVÆRAT etiam aliquis, cur non priùs distincta sit à nobis Metaphysica, quàm eius subiectum traderetur. Erunt enim, qui credant, quatuor, uel etiam quinque ponendas esse Metaphysicas. Vnam, quæ agat de transcendentibus, vt de ijs, quæ ratione sola abstracta sunt à rebus omnibus. Alteram, quæ agat de primis decem vulgatis generibus, vt de primis partibus entis, quę & minùs abstracta sunt, quàm transcendentia, & per solam notitiam transcendentium percipi non possunt. Tertiam de substantijs separatis finitis, quæ nõ ratione tantùm abstracta sunt, sed re etiam ipsa. Quartam de Deo. Opt. Max. qui non solùm abstractus est re, ac ratione, à materia propriè dicta, sed etiam ab omni potentialitate, quæ modo quodam materia dici potest. Addet etiam fortasse, quintam Metaphysicam de anima separata, quę cùm sit abstracta re ipsa, non autem ratione (neq; enim sine essentiali propensione ad materiam intelligi potest) aliam postulat scientiam distinctam à prædictis quatuor, & mediam inter eas ac Physicam.

An admittendæ sint plures Metaphysicæ.

Verùm non opus erat huiusmodi distinctione. A qua enim scientia tractatur genus, aut quasi genus, ab eadem tractantur omnia, quæ cadunt sub eam rationem formalem, sub qua illud in ea scientia consideratur. Cùm igitur ens, quatenus in suo conceptu, nec sensibilem materiã includit, nec intelligibilem, postulet scientiam aliquam superiorem Physica, & Mathematicis (hac enim ratione transcendit ens ea omnia, quę in Physica, & Mathematicis tractantur) ab eadem illa, quæ uersabitur in Ente eo modo spectato, tractabũtur omnia, quæ sine vlla materia cõcipiuntur, siue illa sint re ipsa omnino separata ab vtraque materia, vt Deus & intelligentię, siue in quibusdam sint, in quibusdam non sint, vt attributa communia rebus materialibus, & immaterialibus. Quòd si ex diuersis gradibus maioris, & minoris abstractionis metaphysicæ colligere uelis diuersas Metaphysicæ species; pari ratione ex diuersis gradibus maioris, & minoris abstractionis physicæ, colligendæ tibi erunt diuersæ species physicæ scientiæ. Quare cùm omne genus physicum sit abstractius à materia sensibili particulari, quàm eius species; tot erunt species physicæ scientiæ, præter Physicam, quæ agit de substantia corporea in commune, quot species substantiæ sub corporea substantia continentur, siue immediatæ illi sint, siue mediatæ. Ac in eis quidem scientijs, quarum aliæ agunt de superioribus, aliæ de inferioribus, perspicua est consequutio. In ijs autem, quę agunt de speciebus ex opposito diuidentibus idem genus, ex eo perspicuè res probatur, quia cùm scientia unius speciei minorem connexionem habeat cum scientia alterius oppositæ, quàm cum scientia sui generis; si scientiæ superiorum, & inferiorum differunt speciei;

Non esse admittendas.

Digitized by Google

cie; & ſpecierum quoque oppoſitarum ſpecie different. Ita fiet, ut tot ponendę ſint ſpecies Phyſicæ ſcientiæ, quot ſunt genera, & ſpecies rerum naturalium, quod puerile eſt, atque à Philoſophorum conſuetudine, & ratione ipſa alieniſſimum. Accedit, quòd tranſcendentia ſunt analoga, nec naturam aliquam vnam ſignificāt, quę communis ſit Deo, & primis generibus entium: quo fit, vt niſi ij, quibus hæc Metaphyſicarum multitudo placuerit, velint tranſcendentia imperfectiſſimè, & confuſiſſimè, ſoloque conceptu, quid nominis (vt à quibuſdam vocatur) in prima illa ſua Metaphyſica tractari; neceſſariò fateri debeant, agi etiā in ea de Deo, & decem primis vulgatis generibus. Quòd ſi de his; ergo & de ſubſtantijs ſeparatis finitis, ſiue illæ contineantur ſub primo genere, ſiue conſtituant per ſe genus quoddam medium inter Deum, & prima vulgata genera. Neque opus eſt pluribus contra huiuſmodi commentationem, præſertim hoc loco, cùm libro ſexto de ſcientiarum diſtinctione agendum ſit. Quo loco intelliges, qua ratione Metaphyſicus agat de anima ſeparata, cùm illa in ſua eſſentiali ratione habitudinem ad materiam includat; qua item de ijs ſummis generibus, quæ ſine materia non intelliguntur; ac demum, cur Mathematica non ſit una tantum ſcientia, quemadmodum Phyſica.

Tranſcendentia non ſignificare unā aliquam naturā.

## *Solutio argumentorum primæ opinionis.* SECTIO V.

Appellatio ſcientiarum.

AD primum igitur argumentum primæ opinionis dicendum eſt, non ſemper appellationem ſcientiæ deſumi ex ſubiecto primo, & adæquato, ſed interdum etiam à re, quæ præcipuè in ea conſideratur, vt Aſtrologiæ ab aſtris. Poſſet breuiùs dici, Deum eſſe in ea ſubiectum denominationis, vt dictum eſt, non adæquationis. Quanquam hæc ſcientia dicitur Theologia nō tātùm, quia agit de Deo, ſed etiā quia de diuinis rebus, quo nomine Philoſophi appellant cæteras, quę re ipſa ſunt materiæ expertes. Sect. 3.

Subiectum adęquatum prętātiſſimū.

Ad ſecundum dicendum eſt, ſcientiam dici præſtantiſſimam ex præſtantia ſubiecti primi, & adæquati. Cæterum è multis ſubiectis primis, & adæquatis, illud dicitur præſtantiſſimum, quod ſuo ambitu complectitur ens præſtantiſſimum, iuxta illud commune pronunciatum, quod habes 3. Top. cap. 2. Si id, quod eſt in hoc genere optimum, præſtantius eſt, quàm quod optimum in illo; hoc certè genus præſtantius eſt illo. Quanquam igitur ens, quatenus ens, ſi ſimpliciter accipiatur, ſit minùs præſtās quàm quodcunque particulare ſubiectum, tamen ſi totum genus, cum toto quouis genere ſubiecto conferatur, præſtantius eſt ens, quàm quodcunque ſubiectum particulare, cùm ſubſtantias ſeparatas, atque adeo Deum Opt. Max. complectatur.

Ad tertium dicendum eſt, hanc ſcientiam agere de primis cauſis nō ſolùm ut cauſæ ſunt, ſed etiam vt entia ſunt.

Ad

Digitized by Google

Ad quartum negandum est, non aliter distingui hanc scientiam à sacra Theologia quàm ratione principiorum: distinguitur enim ratione etiam subiecti, & finis, ex cuius differentia principiorum quoque, & subiecti distinctio colligitur. Finis Theologiæ sacræ est cognitio eorum, ad quæ intelligenda nullum naturale lumen creaturæ satis est; cuiusmodi sunt ea, quæ ad diuinarum personarum distinctionem, claramq; Deitatis cognitionem, multaque eorum, quæ ad diuinam voluntatem, prouidentiam, & potentiam spectant; quæ omnia numerantur in secretioribus Dei arcanis. Vnde fit, vt sacra Theologia, non alia principia propria, & peculiaria habere possit, nisi per reuelationem accepta; neque aliud subiectũ, nisi Deum, quo ad ea, quę naturali lumine cognosci nequeunt. At finis Metaphysicę est naturalis contemplatio eorũ omniũ, quę in suo conceptu materiã non includunt. Vnde efficitur, vt eius principia cadant sub lumen naturale; eiusq; subiectum proprium, & adæquatum sit ens non includens in suo cõceptu materiã, quatenus potest naturali lumine cognosci. Quare, etsi Theologi censent, Deum esse subiectũ Theologię sacræ, quemadmodum & obiectum fidei Orthodoxæ, qua propria eius scientię principia cognoscuntur, non tamen inde efficitur, eundem esse huius scientię subiectum.

Qua ratione Theologia sacra distinguatur à Metaphysica.

## *Solutio argumentorum secundæ.* SECTIO VI.

AD primum secundę opinionis negandum est, substãtiam separatam distinguere primò, & per se hanc scientiam à cęteris; atque ad primam eius rei probationem dicendum, fuisse quidem substantiam separatam, occasionem distinguendi Philosophiam naturalem à prima Philosophia, & causam, sine qua ea distinctio non cognosceretur; sed tamen nõ esse primam, & adęquatam eius distinctionis causam, cùm ea substantia non sit primum, & adęquatum primę Philosophię subiectum. Quòd autem ea fuerit occasio eius distinctionis, & solùm causa sine qua non, ex eo patet, quia antequàm vlla separata substantia cognosceretur, Philosophia naturalis dicebatur prima Philosophia, quòd omnes substantię crederentur sub eius considerationem cadere. Quanquam enim eo tempore dari potuit conceptus substantię, vt substãtia est, qui re uera cõmunior est, quàm conceptus substantiæ corporeę, & postulat scientiam superiorem Naturali; tamen quia nondum putabatur esse vlla substantia expers materię, meritò credebatur eiusmodi conceptus substantiæ reciprocari cum conceptu substantiæ corporeæ, nec opus esse scientia superiori ad eius explicationem. At verò cùm primùm substantiæ corporis expertes cognitæ fuerunt, & Philosophi intellexerunt, conceptum substantiæ latiùs patere, quàm substantiæ corporeæ; tum demum quæri debuit

Quo pacto substantię separatæ hanc scientiam à cæteris distinguant.

Quid olim de substantiæ conceptu iudicabatur.



Digitized by Google

debuit superior aliqua scientia, quæ de substantia in cõmune, & de omnibus substantijs materię expertibus, earumque accidentibus, ac proinde de ente, vt ens est, differeret. Ita patet, substantiam separatam, primam occasionem distinctionis fuisse, primam autem & adęquatam causam non esse.

Ad secundam probationem dicendum, non esse in ea distinguendi ratione sermonem de subiecto Metaphysicę primo, & adæquato, sed de purè Metaphysico, quod secunda conclusione asseruimus esse substantiam separatam.

Tertiæ probationi eodem modo occurrendum, ex eo, quod Arist. ait in loco citato, nihil aliud colligi, quàm quòd substantia immobilis sit occasio distinctionis, aut subiectum purè metaphysicum.

## *Solutio argumentorum tertiæ.* SECTIO VII.

Cur subiectũ Metaphysicæ non sit substãtia, ut Physicæ.

AD primum, tertię opinionis dicendum, etsi subiectũ Physicæ est substantia; non tamen inde effeci, vt subiectũ Metaphysicæ substantia esse debeat. Nam etsi Metaphysica nobilior est, quàm Physica, tamen eius nobilitas non est ponderanda ex nobilitate subiecti adæquati simpliciter accepti, sed ex nobilitate rerum, quas illud suo ambitu complectitur, vt dictum est. Sect. 4.

Ad secundum negandum est, ita se habere Metaphys. ad substantiam in commune, & accidentia in commune, vt se habet Physica ad substantiam naturalem, & accidentia naturalia. Nam, etsi illa non differunt ab his, nisi sola communitate, & abstractione à materia; tamen Metaphysica agit de illis, vt de partibus sui adæquati subiecti: Physica autem, non eodem modo de his agit, sed de substantia naturali, vt de suo adæquato subiecto; de accidentibus verò naturalibus, vt de proprijs illius affectionibus. Causa huius discriminis est, quia Physica cùm sit particularis scientia, versari potest in sola substantia, vt subiecto, quemadmodũ aliæ quædã scientiæ in accidentibus; at Metaphysica cùm sit vniuersalis, necessariò sibi vendicat subiectũ omnibus omnium scientiarum subiectis cõmune, & (quod consequens est) aliquid commune substantijs, & accidentibus.

Ad tertium concedendum est, ens prędicari essentiali prędicatione de omnibus entibus; itemque nullum subiectum prędicari essentiali prædicatione de suis passionibus: negandum est tamen inde sequi, aut ens commune substantijs, & accidentibus, non esse subiectum Metaphysicę, aut passiones subiecti Metaphysicę nihil omnino esse. Quanquam enim illæ, nec substantiæ sunt, nec accidentia; sunt tamen, vel negationes quędam suo modo in rebus existentes; vel entia rationis: quæ omnia ad caput sequens explicanda sunt.

Passiones entis, non esse omnino nihil

Solutio

Digitized by Google

*Solutio argumentorum quarta.* SECTIO VIII.

AD primum denique, quartæ opinionis, vt respondeamus, illud animaduertendum est, duobus modis posse accipi nomen causæ; vno, pro causa propriè dicta, quæ significatio aperta est; altero pro ratione, seu medio à priori, vt vocant, quo pacto dicimus demonstrationem, qua ostendimus, Deum esse æternum, quia est omnino immutabilis, esse nostro intelligendi more per causam, quia est per rationem à priori, quanquam
a etiã 5. non sit per veram, ac propriè dictam causam, de qua re plura 1. Post. c. 2.
Illud etiam animaduertendum est, cùm Arist. hoc loco ait, in hac scientia quęri causas entis, vt ens est, sic intelligẽdum id esse, ac si apertiùs diceret, in hac scientia quęri causas, per quas entia quatenus entia, aut sint, aut aliqua attributa sibi vendicent; latè tamen sumpto nomine causæ, vt rationes à priori complectitur. His positis negandum est, ens, quatenus ens, non posse habere hoc pacto causam. etenim non solùm de alijs rebus, sed etiam de Deo potest aliquid hoc modo per causam demonstrari, vt quòd sit quiddam vnum, verum, bonum; quæ cum sint primæ entis passiones, de quauis re per rationem entis demonstrari possunt, maximè autem de Deo, cui maximè conuenit ratio entis. Possunt quoque entia, quatenus entia sunt, habere causam propriè dictam, quia omnes res finitæ entitatis habent huiusmodi causam, etiam quatenus entia sunt: quippe cùm secundum omnes entitatis gradus verè, ac propriè pendeant à primo ente. Nec mirum videri debet, quòd dicamus, ea, quæ analogicè cõueniunt cum aliquo primo, verè ac propriè ab illo pendere, etiam quatenus cum illo conueniunt. Analogica enim conuenientia, non fundatur in vnitate alicuius naturę, quę vnius omnino rationis sit, & omnibus analogatis ex æquo conueniat (hoc enim pacto, non posset vnum pendere ab altero secundùm eiusmodi naturam) sed in participatione, aut proportione quadam imperfecta, quæ nihil impedit quo minus vnũ verè, ac propriè pendeat ab altero, etiam quatenus cum illo conuenit. Quo pacto accidẽtia, quatenus accidentia, nõ solùm pendent à substantia, vt à vera causa, sed etiam quatenus entia. Quòd si quis obijciat, entia quatenus entia, habent veram causam, vt ais; igitur omnia entia habent veram causam, quod falsum est; naganda est consequentia. In solis enim vniuocis necessariò infertur vniuersalis ex indefinita reduplicatiua. Nam in analogis, vel ex proposito accidentium exemplo oppositum intelliges; quippe cùm etiam quatenus entia sunt, pendeant à substantia, nec tamen iccirco omnia entia à substãtia pendeant. Verùm hęc capite sequenti planiora fient.

Quo pacto hęc scientia quęrat causas entis, vt ens est.

Analogicę cõueuientię fundamentum.

Obiectio.

Dilutio.

Ad secundum dicendum est, nullum esse incommodum, si nostro intelligendi more consideremus in Deo principia quędam à priori multorum attributorum, quę de eo demonstrentur more passionum, siue affe-

Quo pacto in Deo principia, & affectiones intelligi possint.



Digitized by Google

ctionum, vt esse actum purum, per quod à priori demonstratur eius perfecta immutabilitas; & esse prorsus immutabile, per quod demonstratur eius æternitas; & omnino esse ens, per quod eius vnitas. Neque enim imperfectio vlla est, habere hoc pacto principia, & quasi passiones; sed est potiùs imperfectio nostra, non posse naturaliter hæc omnia percipere, vt sunt in Deo, quo pacto ea inter se non distinguuntur.

Prius, à quo non reciprocatur consequentia, quot modis dicatur.

Ad tertium negandum est, omne subiectum scientiæ esse prius natura ijs, quæ illius ambitu continentur, etiam si ab eo ad illa modo aliquo non reciprocetur consequentia. Duobus enim modis potest ab vno ad alterum non reciprocari consequentia. Vno, quo ad prædicationem, nempe si de quacunque re alterum dicitur, dicatur ipsum, non tamen vice versa; quo pacto concedimus, ab ente ad Deum non reciprocari consequentiam: altero, quoad existentiam, quod tum accidit, cùm altero posito in rerum natura, necessariò ponitur ipsum, & tamen ipso posito, non necesse est ponere alterum; quo pacto negamus ab ente ad Deum non reciprocari consequentiam. Nam quemadmodum posito Deo in rerum natura, eo ipso ponitur ens, sic etiam posito ente necessariò ponitur Deus, cùm quicquid in rerum natura existit, vel sit Deus, vel ab existentia Dei pendeat. Cùm ergo id dicitur prius natura, à quo non reciprocatur consequentia, non est accipienda reciprocatio quoad prædicationem, sed quoad existentiam, vt perspicuum est apud Aristotelē in loco citato: alioqui vnum, non esset prius natura duobus (quo exemplo ille eo loco vtitur) cùm de duobus nequaquam prædicetur. Accedit hęc ratio, quia si id esset prius natura, à quo non reciprocatur prædicationis consequentia, sequeretur Deum esse priorem natura qualibet persona diuina. Nam, etsi quicquid in Diuinis est pater, sit Deus, nō tamen quicquid est Deus, est pater, & ita in cæteris personis: at Deum esse priorem natura diuinis personis nemo dixerit, sed tantùm nostro intelligendi more, qui imperfectè diuinam naturam concipimus.

Prius natura non secundū prędicationē, sed secūdùm existentiā sumendum.

Num ens more intelligendi nostro sit prius Deo.

Quòd si quis dicat, Ego saltem more intelligendi nostro ens esse prius Deo; concedendum id quidem est, si modò ens confusè concipiatur; quo pacto entis nomen nullum naturæ gradum significat Deo, & creaturis communem, vt cap. sequenti patebit. Cæterùm ens esse hoc pacto prius Deo, non est esse prius natura illo, sed posse à nobis priùs concipi, vt à multis, qui Deum esse negauerunt, conceptum est, imò & à veris Philosophis concipitur, cùm distinguitur in ens finitum, & infinitum. Quinetiam addiderim, etsi ens diceret gradum aliquem entitatis communem Deo, & creaturis, & Deus adhuc maneret creator (quod planè videtur contradictionem inuoluere) adhuc tamen iuxta modum illum prioris, qui ex Aristotele adductus est, non esset ens prius natura Deo: adhuc enim posito ente in rerum natura necessariò poneretur Deus. Vnde colliges, si vera est sententia eorum, qui dicunt lineas esse actu in media superficie, & numerum esse verum genus numerorum,

Num omne genus sit prius natura suis

Digitized by Google

rorum, dariq́ue simul in rerum natura plures species numerorum, quarum aliæ sint partes aliarum; planè sequi, non omne genus esse prius natura suis speciebus illo prioris modo, cùm his datis perspicuè sequatur, magnitudinem reciprocari cùm linea secundùm existentiam, & numerum eodem modo cum binario. Nam quemadmodum si linea existit, magnitudo existit; ita secundum hanc sententiam si magnitudo existit, linea existit; eodemq́ue modo, vt existente binario existit numerus, sic etiam existente numero existit binarius. Ad hoc idem argumentum breuissimè respondet Aegidius, Rectè illud concludere in vniuocis, non in analogis.

speciebus, ut à quo non reciprocetur existendi consequentia.

Aegid. lib. 1. q. 9.

Ad quartum dicendum est, cùm Aristoteles diuidit ens in prædicamenta, non ita illud diuidere, seu potiùs distinguere, quasi omnia eius significata ponat per se, ac directò in prædicamentis. Nam nec differentiæ, quæ species constituunt, nec materia, nec formæ substantiales, nec motus, vt motus sunt, siue inchoati quidam actus, possunt per se in prædicamentis collocari, & tamen hæc omnia, & alia entia incompleta sub ente, quod est subiectum Metaphys. comprehenduntur. Alioqui non iam ens in commune, sed ens finitum, & completum esset primum, & adæquatum huius scientiæ subiectum; quod hi auctores minimè volunt: neque item ens, vt Metaphysicæ subiectum est, diceretur per se, siue essentiali prædicatione de differentijs, quæ sunt entia incompleta; quod tamen falsum esse capite sequenti patebit. Cùm ergo Arist. distribuit ens per decem prædicamenta, sic accipienda est distributio, vt non solùm ea, quæ in illis ponuntur per se, sed etiam, quæ reductitiè, & per alia; imò etiam si quid est, ad quod ipsa prædicamenta, quasi ad caput reuocentur; in prædicamenta ipsa, quasi in classes quasdam distributa esse intelligantur. Hoc igitur modo non dubium est, quin Deus etiam ipse in illa distributione ad prædicamentum substantiæ potuerit referri, non quidem, vt per se pertinens ad illud, nec etiam vt reductum per aliud, sed potiùs vt principium, ad quod ipsum substantię prædicamentum, & cæteræ deinceps accidentium classes ordine quodam redigantur; quod factum fuisse ab Aristotele suo loco patebit. Quod denique hi auctores addunt, in hac scientia non agi de Deo, vt de re, quæ contineatur sub eius subiecto, iam refutatum est.

Quo pacto Arist. distribuat ens in prædicamenta.

Quo pacto Deus ad prædicamẽta per duci possit.

Sect. 2.

Hæc de subiecto huius scientiæ dicta sint, in cuius explicatione, si quę desiderabuntur, ex libro sexto petenda erunt.

SINT

Digitized by Google

## SINT NE CÆTERAE OMNES SCIENtiæ huic ſcientiæ ſubalternatæ.

## QVAESTIO II.

### *Quibus rationibus uideantur eſſe ſubalternatæ.* SECT. I.

CÆTERAS omnes ſcientias eſſe huic ſcientiæ ſubalternatas, ex ijs, quæ ab Ariſtotele hoc capite dicuntur, videtur perſpicuum.

1 Primùm, quia quò latiùs patet ſubiectũ ſcientiæ, eo latiùs patet eius finis, quemadmodum, quia ſubiectũ Politicę eſt Reſpublica, Ethicę autem homo priuatim ſumptus, finis Politicæ latiùs patet, quàm finis cuiuſque ſingulatim: ergo ſi ens, quatenus ens, eſt ſubiectum huius ſcientiæ; cęterarum autem ſcientiarum particularia entia; erit vtique finis Metaphyſicæ ſuperior finibus particularium ſcientiarum: at ſcientia, cuius finis eſt ſubiectus fini alterius, eſt illi ſubalternata, vt frenorum effectiua Militari, quod eſt apud Ariſtotelem 1. Ethic. cap. 1. ſunt igitur cæteræ omnes ſcientiæ huic ſubalternatę.

2 Deinde, quia vt ſe habet ſubiectum vnius ſcientiæ ad ſubiectum alterius, ita proportione quadam ſe habent principia vnius ad alterius principia: eſt enim in vtriſque par ratio: at ſubiecta cæterarum ſcientiarum pendent in ſuo eſſe ex ſubiecto huius ſcientiæ: igitur & principia illarũ pendent in ſua veritate ex principijs huius. probatur igitur illarum principia per principia huius, quod veram, & propriè dictam ſubalternationem efficit.

3 Tertiò, quia iccirco Perſpectiua dicitur ſubalternata Geometriæ, & Muſica Arithmeticæ, quia harum ſubiecta continent illarum ſubiecta, eiſque addunt accidentarias differentias viſualis, & ſonori: at ſubiecta cæterarum ſcientiarum includunt ſubiectum huius, eique addunt accidentarias differentias, naturalis, cõtinui, diſcreti, & alias huiuſmodi, quę accidunt enti, quatenus ens eſt: non eſt igitur dubium, quin cæteræ ſcientiæ ſint huic ſcientiæ ſubalternatæ.

4 Atque hæc planè videtur eſſe ſententia Platonis 7. libro de Republica, & Ariſtotelis 1. Phyſicorum cap. 2. & 1. poſteriorũ cap. 7 eiſdemq; locis Simplicij, Themiſtij, & aliorum complurium, in quibus videtur eſſe D. Thomas in opuſculo, quod De materia generis inſcribitur, & Proclus 1. lib. commentariorum in primum Elementorum Euclidis. tex. 8. tex. 25. Cap. 14 Cap. 4

Quot

Digitized by Google

*Quot modis una scientia dicatur alteri subalternata.*

## SECTIO II.

VT igitur, quid in hac quæstione dicendum sit, intelligatur, exponenda sunt breuiter tria illa subalternationum genera, quæ circunferri solent, Ratione finis, Ratione principiorum, & Ratione subiecti.

Ac ratione quidem finis, ea scientia dicitur alteri subalternata, cuius finis est sub fine illius, siue ea, quæ agit de superiori fine, habeat imperium in inferiorem, eiq; præcipiat, ut in agendo ad superiorem finem se accommodet, quo pacto ars frenorum conficiendorũ subalternata est Equestri, Equestris Militari, & Militaris Politicæ; siue nullũ habeat imperium in inferiorem, sed solùm contemplatiuè agat de superiori fine, quo pacto Ethica subalternatur Physicæ. Agit enim Physica cõtemplatiuè tantùm de optima hominis operatione, quæ est perfecta operatio partis intellectiuæ; Moralis autem Philosophia docet, quid cuique agendum sit, vt perfectè, hoc est benè, beateque viuat. Subalternatio ratione finis.

Ratione principiorum ea dicitur subalternata alteri, cuius principia in illa demonstrantur; siue id fiat ostensiuè, siue deductione ad impossibile. Ostensiuè quidem eo modo, quo Medicina, & Geometria subalternantur Physicę; Medicina quidem totali subalternatione, quòd omnia eius principia in Physica possint directò ostendi; Geometria uerò subalternatione partiali, ratione illius principij, A quouis puncto in quoduis punctum licet lineam ducere, quod demonstratur ostensiuè in scientia naturali. Deductione autem ad impossibile, eo modo, quo eadem Geometria subalternatur Arithmeticæ, vt cùm Mathematici probant, Diametrum quadrati non esse commensurabilem lateri, quia alioqui sequeretur, vnitatem esse commensurabilem numero, hoc est, habere cum numero communem mensuram. Ratione principiorum.

Ratione subiecti ea scientia subalternatur alteri, cuius subiectum sub illius subiecto continetur; siue subiectum subalternantis contrahatur ad subiectum subalternatæ per differentiam aliquam per accidens, quo pacto Musica subalternatur Arithmeticæ, quòd subiectum illius sit numerus sonorus, huius autem numerus simpliciter; siue per differentiã per se, quo pacto scientia de rebus naturalibus secundum speciem, subalternatur ei, quæ agit de ente naturali in commune; qua ratione libri de Cœlo, & qui sequuntur in Physica, dici solent subalternari libris de Physica auscultatione. Ratione subiecti.

Illud tamen in omnibus his tribus subalternationum generibus animaduertendum est, semper priorem modum cuiusque earum à nobis propositum esse proprium; posteriorem improprium. Atque vt singula genera percurramus, nunquam in primo genere subalternatio est propria, nisi cùm scientia subalternans dirigit practicè subalternatam, eiq; præcipit, Subalternatio propria, & impropria. In primo genere.

Digitized by Google

præcipit, vt ad superiorem finem actiones suas dirigat. Nam si contemplatiuè tantum agat de fine superiori; impropriè dicetur subalternare sibi eam, quæ agit de inferiori, quo pacto Physica impropriè subalternat sibi Ethicam hoc subalternationis genere, licet in alio genere propriè subalternans dici possit.

In secundo. In secundo autem genere, numquam subalternatio propria est, nisi cùm subalternans ostensiuè, & à priori demonstrat principia subalternatæ, quo pacto Medicina subalternatur Physicæ. Nam per deductionem ad impossibile etiá principia vnius scientię possunt demonstrari per principia disparatæ scientiæ, quo pacto quędam principia Geometriæ demõstrari possunt per principia Arithmeticæ, quòd sequatur, neganda esse hęc, quę notiora sunt, si illa negentur. Accedit, quòd demonstratio ducens ad impossibile, non demonstrat rem directò, sed refutando oppositum; vt meritò censeatur illam minùs propriè demonstrare.

In tertio genere. In tertio uerò genere, ea sola subalternatio habetur propria, in qua subiectum subalternantis contrahitur per differentiam per accidens. Differentia enim per se adiuncta generi, quod diuidit, ac contrahit, efficit speciem; at species est id ipsum quod genus, vt homo id ipsum quod animal; compositum autem per accidens, non est id ipsum quod altera pars, veluti numerus sonorus id ipsum quod numerus, aut id ipsum quod sonorum; vt meritò eiusmodi differentia aliud scientię subiectum constituere censeatur. Quod ita tamen intellige, si talis differentia non pertineat ad scientiam eius, cui ad iungitur: hęc enim sola efficit subalternationem ratione subiecti. Nam si pertineat ad eam scientiam, ad quam spectat id, cui adiungitur, non constituetur de eo distincta scientia. Id, quod Scotus in prologo sententiarum doctè animaduertit, cùm sic ait; Scientia subalternata de aliquo vno per accidens, prę supponit duas tractantes de partibus illius totius separatim.

Quę differentia per accidens requiratur.

Quæst. 3.

Subalternata simpliciter. Denique illud animaduertendum est, hoc solum tertium genus subalternationis efficere scientiam simpliciter subalternatã. Nam primum, & secundum reperiri possunt in partibus vnius omnino scientię. Potest enim vna pars eiusdem practicę scientię imperare alteri parti, vt ad suum finem se accommodet in agendo: & passim videmus conclusiones vnius partis sumi, vt principia ostensiua in alijs partibus. At cùm adiungitur differentia per accidens, quę pertineat ad aliã scientiam, semper scientia, quę de eo cõposito agit, cẽsetur alia ab ijs, quę agunt de singulis partibus: atq; cum hac subalternatione semper coniũcta est subalternatio secundi generis. Alia pleraque hoc loco de natura subalternatarum, & subalternantium scientiarum, earumque subiectis, principijs, & cognitione prętermittimus, quòd ad librum sextum explicanda sint.

Cęteras

Digitized by Google

*Cæteras scientias non subalternari Metaphysicæ, saltem subalternatione totali, nisi impropriè, & secundùm quid.*

## SECTIO III.

His positis facilè concludi potest, cæteras scientias non esse subalternatas Metaphysicę, saltem subalternatione totali, nisi impropriè, & secundum quid. Assertio præcipua.

Ac non esse propriè subalternatas primo subalternationis genere, hinc intelligi potest. Nam, etsi Metaphysica agit de eo, quod in omni natura est optimum, vt Aristoteles ait primo lib. cap. 2. &, quod hinc sequitur, de supremo fine, sub quo omnes particularium scientiarum fines continentur; tamen non agit de eo practicè, quasi doceat, quo pacto obtineri possit, sed contemplatiuè tantùm, soliusque cognitionis gratia. Quo fit, vt non dirigat practicè inferiores scientias, vt in suis operationibus ad illum se accommodent. Probatio in primo genere.

Quòd si quis obijciat, Metaphysicam ex omnibus scientijs esse maximè principem, ac cæteris omnibus imperare, vt eodem loco docet Aristoteles; ergo esse propriè subalternantem hoc subalternationis genere; occurrendum est, Quòd Metaphysica dicitur imperare cęteris, impropriè accipiendum esse. Nihil enim aliud Aristoteles significat ijs verbis, quàm Metaphysicam cognoscere id, cuius causa omnia agenda sint, quod est summum totius uniuersitatis bonum: at non quisquis id cognoscit, cuius causa aliquid agendum sit, præcipit, vt aliquid fiat eius consequendi causa. Quo pacto Metaph. imperet cæteris.

In secundo etiam genere perspicua res est, si de totali subalternatione sit sermo. Nam, etsi cæterarum omnium scientiarum principia possunt à Metaphysico demonstrari deductione ad impossibile, propterea quòd prima principia Metaphysicæ sunt omnium manifestissima, & quorum oppositа sunt omnium absurdissima; non omnia tamen ab illo ostensiuè demonstrantur. Primùm, quia cùm cæterę scientiæ habeant plurima principia immediata, seu, quod idem est, indemonstrabilia; non possunt omnia earum principia ostensiuè demonstrari à priori, vt patet ex 1. Post. cap. 2. alioqui iam non essent immediata, ac indemonstrabilia. Deinde, quia alioqui nulla alia scientia demonstraret propter quid, vt patet ex ijs, quæ Aristoteles de scientijs subalternatis scribit eodem libro cap. 10. ac proinde, vt aliquid sciretur propter quid, oporteret priùs discere Metaphysicam, quod negant Philosophi, & ipsa experientia falsum esse docet. Postremò, quia in qualibet scientia non subalternata alteri particulari reperiuntur causæ proximæ, itemque primę in eo genere, per quas fiunt plurimæ demonstrationes propter quid. Dixi [si de totali subalternatione sit sermo] quia nihil est incommodi, si aliqua scientia subalternatione partiali huius generis dicatur pro- In secundo. ex. 5. ex. 30.



Digitized by Google

priè ſubalternari Metaphyſicæ, velut Dialectica, quoad illa pronunciata, Quinque eſſe genera vniuerſalium; Decem eſſe prædicamenta, quorum probatio à priori ad ſolum Metaphyſicum ſpectat.

In tertio. Denique eadem aſſertio patet in tertio ſubalternationis genere. Nam ſi ſubiectum alterius ſcientiæ ſit ens rationis, non erit illa huic ſubalternata hoc ſubalternationis modo, cùm ens rationis non conſtituatur ex ente reali, quod eſt huius ſcientię ſubiectum. Si verò ſit ens reale, conſtituetur vtique per differentiam realem; verùm nulla differentia realis poteſt eſſe per accidens reſpectu entis realis in commune ſumpti. Omnis enim differentia realis eſt eſſentialiter ens reale, vt patebit ad caput ſequens; quod autē eſt eſſentialiter aliquid, non poteſt illi adiungi ad cōſtituendū aliquid, ſiue per ſe, ſiue per accidens; qua ratione homo non poteſt adiungi animali, vt faciat cum illo compoſitionem, ſed rationis

Obiectio. particeps, & rationis expers, quæ non ſunt eſſentialiter animalia. Quòd

Dilutio. ſi quis obijciat, mobile, ſiue naturale additum enti reali facere vnum per ſe, & tamen eſſe eſſentialiter ens reale; reſpondendum eſt, mobile non contrahere immediatè ens reale in cōmune, ſed ens reale per ſe exiſtens atque completum; quo pacto concedimus, ex ente reali, & differentia reali addita, fieri poſſe ens per accidens, ſi ex additione illius non reſultet eſſentia vna. Verùm ſi ea differentia realis pertinebit ad Metaphyſicam, ut ſi dicas ſubſtantiam qualem, ſubſtantiam relatā, aut ſimile quid; iam compoſitum quoad utramque partem pertinebit ad Metaphyſicam, nec conſtituet illi ſcientiam ſubalternatam ut patet ex ijs, quæ dicta ſunt. Si verò non pertinebit ad Metaphyſicam; faciet utique immediatè compoſitionem cum aliquo pertinente ad aliam inferiorem ſcientiam, quo pacto ſonorum facit cōpoſitionem cum numero, & uiſuale cum linea: ſed ſcientia de eo compoſito non erit ſubalternata Metaphyſicę, niſi me-

Subalternatio mediata non negatur. diatè, quam dari non negamus. Quæ enim in hac quæſtione diximus, de immediata ſubalternatione intelligenda uolumus.

Obiectio. At obijcies, defuiſſe in hac probatione tertium membrum, nempe ſi ſubiectum alterius ſcientię ſit compoſitum ex ente reali, & ente rationis adiuncto. Erit enim ſubiectum hoc modo compoſitum, uerè ens per accidens, & aptiſſimum, ut conſtituat ſcientiam ſubalternatam Metaphy-

Dilutio. ſicæ. Sed reſpōdendum eſt, Si ens rationis adiunctum pertineat ad Metaphyſicam, itemq; ens reale, cui adiungitur, ueluti ſi dicas, ſubſtantiam generalem, uel, rem intellectam; non erit ſatis ea compoſitio, ut conſtituat ſubiectum ſcientiæ, quæ ſubalternata ſit Metaphyſicę, ut patet ex dictis. Si verò non pertineat ad Metaphyſicā, aut iungetur immediatè alicui non pertinenti ad Metaphyſicam, aut pertinenti. Si non pertinenti, ueluti ſi dicas, ens ſignificatiuum ex inſtituto, in quo aggregato ſumitur ens pro uoce, aut ſcripto; iam ſcientia, quę circa illud uerſabitur (ſi ulla tamen erit) mediatè tantùm ſubalternata erit Metaphyſicę, quod negandum non eſt. atq; hoc pacto eſſet Rethorica ei ſubalternata, ſi oratio ornata

Ad finem ſ. ctionis ſecu. dę.

Digitized by Google

nata quoad id reale, quod continet, esset ens per se, quod tamen non est dicendum, cùm uox subiecta ornatui, non sit vnum per se, nisi supposita significatione ex instituto, qua per se ordinatur ad exprimendam orationem interiorem, & naturalem. Si verò immediatè iungatur alicui pertinenti ad Metaphysicam, vt si dicas, Substantiam definitam, aut, Qualitatem demonstratam; non efficiet ea aggregatio totale subiectum, & principale, sed partiale, & minùs principale, vt inductione patet. Nullam enim scientiam reperies, quæ uersetur circa compositum ex ente reali per se, & ente rationis adiuncto tanquam circa subiectum totale, ac principale. Subiectū Rhetoricæ, quo pacto sit ens per se.

Ita patet, nullo ex prædictis modis scientiam ullam esse propriè subalternatam Metaphysicæ, saltem subalternatione totali, nisi quis puerilitèr fingere velit nouas quasdam scientiolas ex particularibus, ac minùs præcipuis quibusdam considerationibus ad sermocinales scientias pertinentibus. Vnde perspicuum relinquitur, nullam cæterarum esse huic subalternatam subalternatione simpliciter, quam diximus sine subalternatione tertij generis non reperiri. Conclusio quæstionis.

## *Solutio argumentorum partis affirmatiuæ.* SECTIO IIII.

EX his apertum est, quid ad primum, & tertium argumentum eorum, quæ initio proposita sunt, respondendum sit.

Ad secundum dicendum, non esse parem rationem principiorum ad principia, atque subiecti ad subiectū. Non enim quemadmodum subiectum superioris scientię, ad essentiam subiecti inferioris pertinere potest, ita & principia superioris ad essentiam principiorum inferioris. Non est igitur mirum, si, cùm subiecta cæterarum scientiarum pendeant in suo esse à subiecto Metaphysicæ, principia tamen complexa illarum (de ijs enim est sermo) non pendeant in sua ueritate à principijs huius. Negandum tamen nō est, cæterarum omnium principia defendi posse à priori per principia Metaphysicæ deductione ad impossibile.

Ad quartum dicendum, citatos auctores, cùm docent, aut docere uidentur, cæteras scientias esse huic subalternatas, de impropria, aut partiali subalternatione loqui. Auctores quo pacto intelligendi.



Digitized by Google

Institū Arist. in hoc cap.

ENs[a] autem multipliciter] Tradito in superiori capite subiecto huius scientiæ, docet in priori parte huius, quę nam sint partes subiectæ, in quas illud primò, & immediatè diuidatur, seu potiùs, cùm multiplex sit, distinguatur. Cuius rei explicatio hac occasione introducta est. Cùm dictum esset, subiectum huius scientiæ esse ens, Ens autē nō significet unam naturā omnibus entibus communem, sed multas, ac uarias; diceret aliquis, scié tiā, quæ circa illud uersatur, nō esse unam, sed multas. Cui tacitæ obiectioni respondet Arist. ita ens significare multas, ac uarias naturas, ut illę, quatenus entia dicuntur, cōueniant inter se attributione quadam ad principale significatum; quod ipse explicat similitudine Sani, & Medici: quæ autem hoc pacto significant multas, ac uarias naturas, posse sub eandem scientiam cadere. Hinc intelliges, non mirum esse, si aliquanto latiùs acceptum sit ab Arist. ens hoc loco, quàm superiori capite, cùm subiectum huius scientiæ constituit, ut eo loco diximus. Explicatio enim analogię entis poscebat, ut ad omnia omnino, quæ entia dicuntur, extenderetur, etiam si non omnia sub ente, ut est subiectum huius scientiæ, caderent. Itaque Arist. eo pacto propositæ obiectioni respondet, ut ipsa responsione doceat, partes subiectas enti, quatenus dicuntur entia, nec solo nomine conuenire inter se, nec esse subiectas enti, ut generi, aut speciei, sed conuenire attributione quadā, quod est alterū genus analogiæ. Hoc uerò, ut luculentiùs doceat, tres conclusiones subijcit. Prima est; Agere de ente, ut ens est, ad unam scientiam pertinere, etiam si ens non unam aliquam naturam, sed multas, ac uarias significet. Secunda; Scientiam, quæ agit de ente, ut ens est, præcipuè agere de substantia. Tertia; Agere de omnibus speciebus, ad eandem scientiam genere spectare; de singulis autem speciebus ad singulas species scientiæ. Primam conclusionem hac ratione probat, Quia non tantùm ea, quæ una ratione dicuntur (id est in natura una conueniunt) sed etiam ea, quæ attributione ad aliquid unum, sub unam scientiam cadunt: ens autem, etsi non unam, sed multas naturas significat; dicitur tamen de quodam ente primùm, ac præcipuè, de cæteris autem per attributionē ad illud. Priorē propositionem, & exemplo, & ratione probat. Exemplo quidem, Quia, etsi sanum non dicitur uniuocè de ijs, quæ sana appellantur, sed analogicè; nihil tamen obstat, quo minùs

Cur latiùs hic sumatur ens, quàm in superiore cap.

Prima conclusio Arist.

## Κεφ. Β'.

Textus 2.

ΤΟ[a] δὲ ὂν λέγεται μὲν[b] πολλαχῶς, ἀλλὰ[c] πρὸς ἓν καὶ μίαν τινὰ φύσιν, καὶ οὐχ ὁμωνύμως: ἀλλ' ὥσπερ καὶ τὸ ὑγιεινὸν ἅπαν πρὸς ὑγίειαν, τὸ μὲν τῷ φυλάττειν, τὸ δὲ τῷ ποιεῖν, τὸ δὲ τῷ σημεῖον εἶναι τῆς ὑγιείας, τὸ δὲ ὅτι δεκτικὸν αὐτῆς: καὶ τὸ ἰατρικὸν πρὸς ἰατρικήν, τὸ μὲν τῷ ἔχειν ἰατρικὴν λέγεται ἰατρικόν, τὸ δὲ τῷ φύσει εἶναι πρὸς αὐτήν, τὸ δὲ τῷ ἔργον εἶναι τῆς ἰατρικῆς: ὁμοίως δὲ καὶ ἄλλα ληψόμεθα λεγόμενα τούτοις: οὕτω δὴ καὶ τὸ ὂν λέγεται πολλαχῶς μέν, ἀλλὰ πᾶν πρὸς μίαν ἀρχήν. τὰ μὲν γὰρ ὅτι οὐσία, ὄντα λέγεται, τὰ δὲ ὅτι πάθη οὐσίας, τὰ δ' ὅτι ὁδὸς εἰς οὐσίαν, ἢ φθοραί, ἢ στερήσεις, ἢ ποιότητες, ἢ ποιητικὰ, ἢ γεννητικὰ οὐσίας, ἢ τῶν πρὸς τὴν οὐσίαν λεγομένων, ἢ τούτων τινὸς ἀποφάσεις, ἢ οὐσίας. διὸ καὶ τὸ μὴ ὂν,

Digitized by Google

nùs omnia, quæ propriè, siue non figuratè dicuntur sana, ad unã Medicinę scientiam pertineant. Ratione uerò, Quia quæ dicuntur talia per attributionem ad unum tale, quodammodo eadem ratione conueniunt. Posteriorem ex eo ostendit, quia ens præcipuè dicitur de substantia, de cæteris autem per attributionem ad substantiam; id quod exemplo Sani, & Medici perspicuè docet.

Ex hac conclusione intelliges, partes subiectas, in quas primò, & immediatè ens diuiditur, esse substantiam, prima accidentiũ genera, & reliqua omnia, quę dicuntur entia nõ ratione alicuius superioris naturę. Ex eadẽ patet solutio quæ quæstionis superioris lib. qua quærebatur, num hæc scientia circa solas substantias, an circa ea etiam, quæ per se substantijs accidunt, uersaretur. Dicendum est enim, uersari circa omnia entia, quatenus entia sunt, etsi ens, ut complectitur substantias, & accidẽtia, ac reliqua omnia, quæ dicũtur entia, non sit natura aliqua una simpliciter, sed analogum quid.

Consectarium.

Solutio q. 5. lib. 3.

## CAPVT II.

Textus 2.

ENs [a] *autem multis*[b] *quidem modis, sed*[c] *tamen ad unum, unamq; naturam quandam, & non æquiuocè dicitur: sed quemadmodum sanum omne ad sanitatem refertur, aliud quòd eam conseruet, aliud, quòd efficiat, aliud, quòd signum sanitatis sit, aliud, quòd eius sit capax: & medicum ad Medicinam; aliud, enim, quòd Medicinam habeat, medicum dicitur, aliud, quòd ad eam natura sit aptum, aliud, quòd sit Medicinæ opus: cuiusmodi, & alia sumemus his similia: ita & ens multis quidem modis dicitur, sed omne ad unum principium. Alia enim dicuntur entia, quòd substantia sint, alia, quòd substantiæ affectiones, alia, quòd uia ad substantiam, aut interitus, aut priuationes, aut qualitates, aut quæ substantiam, ea'ue, quæ ad substantiam dicuntur, efficere, uel generare possint, aut*[d] *alicuius horum, substantiæ'ue negationes. Quocirca,*[e] *& ipsum, non ens*

b Multis quidẽ modis} Multis modis, seu multipliciter dici, est cõe omnibus æquiuocis, siue casu æquiuoca illa sint, siue cõsilio, hoc est, ratione sumpta ex aliqua rerum affinitate, quæ analoga appellari solent.

c Sed tamen ad unum} Id est ad unam aliquam naturam, quod explicationis gratia statim adijcitur. His uerbis distinguitur ens ab ijs, quæ sunt casu æquiuoca, quę quidẽ sola hoc loco æquiuocorũ nomine comprehenduntur, etsi in prædicamentis analoga etiã æquiuoca dicantur. Aduerte tamen, cùm Aristot. paulò inferiùs ait, omne ens dici ad unum principium, excipiendum esse ipsum principium, quod quidem est substantia. Nam, etsi alia omnia dicuntur entia habitudine quadam ad substantiam, ipsa tamen substantia per se ipsam dicitur ens.

Cap. 1.

d Aut alicuius horum} Negationes etiam, cùm accidentium, ut cęcum, tum etiam substantiæ, ut mortuum, infimo entitatis gradu dicuntur entia; ea nimirum ratione, qua intellectus circa illa uersatur, quasi circa entia, ut cum dicimus cæcitas est in oculo, mors est in cadauere. Nam alioqui nullo pacto sunt entia, ut patebit libro quinto.

Negationes, qua ratione entia sint.

e Quocirca, & ipsum non ens} Probat non entia esse aliquo modo entia hac ratione. Cùm dicimus, non ens est non ens, uerum dicimus; igitur non ens aliquo modo est, non tamen simpliciter est, sed est non ens. Quo loco aduerte, hoc qualecunque esse non conuenire non enti, nisi quatenus intellectus circa illud uersatur, quasi circa ens. Id quod Albertus hoc loco, & D. Thomas, tum hoc ipso, tum etiam lectione secunda annotarunt. Alioqui cęcitas, exempli causa, seu priuatio uisus, haberet aliquod esse

Albert. hoc loco tract. 1. cap. 1. D. Tho. hoc loco lect. 1. p. 4. & lect. 2. p. 3.

Digitized by Google

esse in oculo. Nam sicubi illa est non ens remota omni conceptione intellectus, certè in oculo est. Quare cùm esse in subiecto, quantumcumq; diminutè sumatur, sit esse accidentis, tale esse cęcitatis esset accidentis esse. At dices, Hæc propositio est uera, Cecitas est in oculo; igitur cæcitas habet aliquod esse in oculo, nempe esse non entis. Negãda tamen est consequentia, quia propositiones affirmatiuæ de negationibus, nõ uerificantur nisi per negatiua fundamenta. Itaq; cùm dicimus, Cæcitas est in oculo, fundamentum in rebus est negatiuũ, nempe, uisum non esse in oculo; quã quidem negationem intellectus fimens, ut aliquid, tum demum de illa aliqd affirmare potest. Præterea, negatio hominis dicitur esse in equo, itemque negatio elephantis, & infinitæ aliæ negationes infinitarum specierum, & indiuiduorum; ergo si eiusmodi negationes habent aliquod esse in equo, quantumcumq; diminutum illud sit, dabuntur in equo infinita esse. Quapropter dicendum est, nullum nõ ens habere esse, etiam illud diminutissimum, quò non entia dicuntur esse non entia, nisi quatenus apprehenduntur ab intellectu. Quo autem modo non entia apprehendi possint, cùm solum ens sit obiectum intellectus, alia quæstio est, de qua re agendum est lib. sequenti.

Obiectio.

Dilutio.

ὂν, εἶναι μὴ ἓν φαμὲν. καθάπερ οὐδ' ἡ τῆς ὑγιεινῶν ἁπάντων μία ἐπιστήμη ἐστὶν, ὁμοίως τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς ἄλλων. οὐ γὰρ μόνον τῆς καθ' ἕν λεγομένων ἐπιστήμης ἐστὶ θεωρῆσαι μιᾶς, ἀλλὰ καὶ τῆς πρὸς μίαν λεγομένων φύσιν. ἔστι γὰρ ταῦτα τρόπον τινὰ λέγεται καθ' ἕν. Δῆλον οὖν ὅτι καὶ τὰ ὄντα μιᾶς θεωρῆσαι, ἢ ὄντα.

Παντὸς δὲ κυρίως τοῦ πρώτου ἡ ἐπιστήμη, καὶ ἐξ οὗ τ' ἄλλα ἤρτηται καὶ λέγονται. εἰ οὖν τὸ ἔστιν ἡ οὐσία, τῆς οὐσιῶν ἂν εἴη τὰς ἀρχὰς, καὶ τὰς αἰτίας ἔχειν τὸν φιλόσοφον.

Ἁπάντος δὲ γένους, καὶ μία αἴσθησις μία ἐνίοις, καὶ ἐπιστήμη: οἷον γραμματικὴ, μία οὖσα, πάσας θεωρεῖ τὰς φωνάς. Διὸ καὶ τοῦ ὄντος ὅσα εἴδη θεωρῆσαι, μιᾶς ἐστὶν ἐπιστήμης τῷ γένει, τάδε εἴδη τοῦ εἰδῶν.

Εἰ δὴ τὸ ὄν, καὶ τὸ ἓν ταὐτὸν, καὶ μία φύσις, τῷ

Textus 3.

f Quæ ratione una} Hoc interest inter πρὸς ἕν, id est, ad unũ, & καθ' ἕν, hoc est, secundùm unum, quòd illud significat analogicam attributionẽ; hoc autem uniuocã cõuenientiã in natura una. Verùm, quia Aristoteles initio capitis exposuit illud, Ad unũ, his uerbis [ad unamq; naturã] clariùs, ac minùs ambiguè putauimus reddi posse uerba καθ' ἕν, si diceremus, Ratione una, quę locutio in uniuocis propriè usurpatur.

Probatio 2. concl.

g Vbiq; autem} Probat cõclusionẽ secundã hac ratione, Scientia, quæ agit de multis, quorũ unũ est primũ, & ex quo cætera pendent, tum natura, tũ etiã appellatione; propriè, hoc est præcipuè agit de primo, ut patet in Medicina, quæ præcipuè agit de sanitate, secũda uerò ratione de ijs, quæ attributione ad sanitatẽ & sunt, & dicuntur sana: at scientia, quæ agit de ente, quatenus est ens, hmõi est, cùm substãtia sit primũ ens, & cętera omnia & sint, & dicãtur entia attributione ad substantiã, quod hactenus à principio capitis explicatum est: agit ergo præcipuè de substãtia. Hanc cõclusionẽ alijs uerbis exprimit Arist. quæ tñ idẽ ualent; modò in uerbo, teneat, subaudiatur uerbũ, Propriè, siue Præcipuè, quod in maiori propositione expressum erat.

Probatio 3. concl.

h Porrò cuiusque} Probat tertiam conclusionem hoc pacto. Quemadmodum totius generis obiecti sensibilis unus est sensus; ita & totius generis subiecti scibilis una est scientia: ut enim unus atque idem aspectus percipit omnes colores; ita Grammatica omnes uoces literatas: atqui unus sensus genere uersatur circa omnes species sensibilium, singulæ autem species sensus circa singulas species sensibilium: igitur una scien-

tia

* Videtur legendum δεῖ δὴ, uel ἤδη.

tia genere uersabitur circa omnes species entis, singulæ autem species scientiæ circa singulas species entis. Quod ad uerba attinet, nomine Generis intelligendum est hoc loco quicquid cõmuni aliqua ratione de multis dicitur, etiam si analogũ sit. Cùm uerò audis, singulas species scientiæ uersari circa singulas species entis; ne accipias species entis pro speciebus entis, ut res sunt, sed ut speciali ratione scibiles: quemadmodũ cùm dicimus, singulas species sensus uersari circa singulas species sensibiliũ, nõ sumimus species sensibilium, ut res sunt, sed ut sensibiles sunt, ideſt, ut speciali ratione cadunt sub sensum. Alioqui quot sunt species rerum, tot essent species scientiarum, & quot species qualitatum sensibilium, tot etiam species sensuum. Hæc de causa consultò Aristoteles in hoc capite modò uocat subiecta scientiarũ Genera, modò autem Species; ut nomine generis intelligamus subiectum scientiæ, quatenus res est (potest enim subiectum scientiæ, ut res est, complecti plures species) nomine autem speciei, intelligam⁹ subiectum, ut scibile est: etenim ex diuersitate specifica scibilium, quatenus scibilia sunt, ut Philosophi dicunt, sumitur diuersitas specifica scientiarum: quod quo pacto intelligendũ sit lib. 6. exponendũ est. Quocirca ens, quatenus ens est, duobus modis accipi potest: uno, ut res est, seu (quod eodẽ redit) quatenus est generali ratione scibile; quo pacto est subiectũ scientiæ in cõe, seu scientię unius genere: altero, ut speciali ratione scibile est, id est, ut cõsideratur absq; ulla materia; quo pacto cùm sit unius tãtùm speciei scibilis; unius tantùm speciei scientiæ subiectum dici debet. Ita patet, ueram esse tertiã cõclusionem, quæ tamen falsa esset, si in ea sumerentur species entis pro generibus rerum, ut res sunt, non autem quatenus speciali ratione sub scientiam cadunt.

Quid hoc loco nomine generis.

*ens, esse non ens dicimus. Quemadmodum igitur, & eorum omnium, quæ sana sunt, una est scientia; ita & in cæteris accidit. Non enim ea tantùm, quæ [i] ratione una dicuntur, unius scientiæ est contemplari; sed ea etiam, quæ ad unam naturam dicuntur. Etenim, & hæc quodammodo ratione dicuntur una. Constat igitur, unius quoque scientiæ esse, entia, quatenus entia sunt, contemplari.*

*Vbiq; [k] autem scientia in eo propriè uersatur, quod primum est, & ex quo cætera pendent, & propter quod dicuntur. Si igitur substantia hoc ipsum est; substantiarum profectò principia, atque causas Philosophus teneat oportet.*

Sect. 2.

Subiecta scientiarũ cur modò genera, modò species dicantur.

*Porrò [l] cuiusque generis unius, et sensus est unus, & scientia: sic Grammatica, una cùm sit, omnes contemplatur uoces. Quare, & entis quot quot sunt species, unius scientiæ genere est; & specierum, species contemplari.*

Ens, ut res est.

Vt speciali ratione scibile.

Textus 3. *Iam [m] uerò ens, & unum idem sunt, & una natura, quod*

Ex hac tertia conclusione habes solutionem tertiæ quæstionis superioris libri, quod ad priorem eius partem attinet. Quærebatur enim in priori eius parte, Num eadem scientia circa omnes substantias uersaretur: hinc autem patet, eandem scientiam genere uersari circa omnes; non tamen eandem specie, sed diuersas. Tametsi quatenus omnes substantiæ conueniunt in ratione substantiæ, quæ sine materia concipitur, non dubium est, quin hęc scientia de omnibus substantiis disserat.

Solutio q. 3. lib. 3.

[i] Iam uerò ens.] Docuit hactenus, hãc scientiã differere de ente, & partibus entis, q̃ sub eandẽ specialẽ scibilis rationẽ cadũt; nũc cõtinenter ostendit, eandẽ agere modo eodẽ de uno, & partib⁹ unius, ut hac tractationis cõsequẽtia innuat, unũ esse primã passionẽ entis. Quòd igit ad hãc scientiã ptineat agere de uno hac rõne, ꝓbat Aristoteles, quia de ijs, q̃ idẽ sunt, & una natura, etiãsi nõ sint eiusdẽ rõnis, eadem scientia differit; ens autem, & unum idem sunt, unaq; natura, tametsi non eandem rationem subeunt. Pro cuius assumptionis explicatione aduerte, ea de causa ens, & unum nõ solùm dici idem, sed

De Vno.

Digitized by Google

Ens & unum cur dicantur una natura.

sed etiam unam naturam, ne putentur esse idem subiecto tantùm, ueluti Socrates & hoc album, quod idem hoc loco Albertus annotauit. hęc enim ita sunt idem, ut non significent unam naturam, sed duas, subsłantiæ inquam, & accidentis. At unum nullã naturam addit enti, sed solam indiuisionem, quæ nihil aliud est, quàm negatio diuisionis. Atque ob hanc negationem, quæ in ratione unius includitur, non autem in ratione entis, dat̃ inter ens, & unum distinctio rationũ. Quanquam magis ad rem faceret, si unum nulla ratione distingueret̃ ab ente. planiùs.n. hoc pacto colligeretur, scientiam hanc agere de uno, & partibus uniꝰ, quo pacto agit de ente, & partibus entis.

tract. 1. cap. 5.

τῷ [k] ἀκολουθεῖν ἀλλήλοις, ὥσπερ ἀρχὴ, & αἴτιον, ἀλλ' οὐχ ὡς ἑνὶ λόγῳ δηλούμενα. διαφέρει δὲ οὐδὲν ὀλίγον ἂν ὁμοίως ὑπολάβωμεν, ἀλλὰ & ὡσαύτως ἔρρωται μᾶλλον. ταυτὸ γὰρ εἶς ἄνθρωπος, καὶ ὢν [m] ἄνθρωπος, & ἄνθρωπος: καὶ οὐκ ἔτι ἕτερόν τι δηλοῖ καὶ τὴν λέξιν ἐπαναδιπλούμενον τὸ, ἔστιν ὁ ἄνθρωπος, & ἄνθρωπος, & [n] εἷς ἄνθρωπος. Δῆλον δ' ὅτι ἡ χωρίζεται ὅτι τὸ μὲν ἡδέσθη, ἔτι δὲ φοβεῖται: ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ἑνός. ὥστε φανερὸν ὅτι ἡ αὐτότης ἐν τούτοις ταυτὸ δηλοῖ, καὶ οὐδὲν ἕτερον τὸ ἓν, ὡς τὸ ὄν.

Hoc loco Græci codices habẽt εἰ δὴ τὸ ὄν & cæt. sed quia hoc pacto sensus pendet, neq; ea, quæ sequuntur illam quasi parenthesin, διαφέρει δὲ &c. aptè nectuntur cum præcedentibus; facilius fuit credere, non, εἰ sed ὅτι scriptum esse ab Aristotele; aut totum illud εἰ δὴ irrepsisse pro οὐδὲν: utrouis enim modo idem redit sensus, & omnia rectè cohærent, neque ullo opus est antapodoto, siue supplemento sententiæ.

Ἔτι

a Quòd mutuò se sequantur] Hæc uerba non habent uim probationis, sed expositionis: paulò enim pòst subiungetur probatio assumptionis propositæ. Exponit autem Arist. hac quasi parenthesi, quo pacto ens, & unum sint una natura; docetque illa eo pacto esse unam naturam, ut reciprocentur inter se quemadmodum principium, & causa. Hoc uerò iccirco explicandum fuit, ne quis putaret, ens, & unum esse unam naturam, ut superius, & inferius. Quo loco illud prętermittendum non est, nomen causæ latiùs accipi in hoc exemplo, quàm propria eius significatio postulet, nempe ut extenditur ad occasionem, & alia pleraque, quę uulgo, non apud Philosophos, dicũtur causæ. Si enim sola propria causæ significatio spectetur, non dubium est quin minùs latè pateat, quàm principium, ut initio libri sequentis perspicuum erit. Vsus porrò uidetur Arist. huiusmodi exemplo, ut innueret modum, quo unum ab ente distinguitur. Vt enim principium, cùm idem sit, quod primum, ut ipse ait 1. Post. cap. 2. nihil aliud causæ adiungit, quàm negationem prioris; ita unum, cùm idem sit, quod indiuisum, ut idem docet lib. sequenti cap. 6. nihil aliud addit enti, quàm negationem diuisionis.

Quo pacto principiũ nõ latiùs pateat quàm causa.

text. 5.

text. 11.

Prior ratio.

l Idem enim sunt] Probat propositam assumptionem duabus rationibus. Prior est. Quæ non sunt diuersæ naturæ ab ulla re particulari, non sunt diuersæ naturæ inter se, sed potiùs una, & eadem; atqui ens, & unum non sunt naturæ diuersæ ab ulla re particulari; igitur nec inter se, sed una atque eadem. Maior perspicua est ex illo cõmuni pronunciato, quę sunt eadem eidem tertio, sunt eadem inter se, quo pacto illi sunt eadem; quod principium negatiuè etiã uerum est. Nec obijcias, animal, & rationale esse eandem naturam cum homine, cùm essentiali prędicatione de illo dicantur; & tñ nõ esse eandem naturam inter se, sed diuersas: Animal enim, & rationale, etsi sunt eadem natura cum homine, non tamen sunt eadem natura cum lapide, aut candore &c. at maior propositio, ut à nobis intelligitur, apertè dicit, Quæ non sunt diuersę naturæ ab ulla re particulari &c. Minorem dupliciter probat Arist. Primùm inductione, Quia idem, inquit, sunt, ens homo, & homo; itemq; unus homo, & homo: quod idem cernere

Digitized by Google

uere est in reliquis rebus particularibus, addito ente, & uno. Etenim perspicuum est, additionem hanc nullam naturam diuersam apponere, quæ tamen apponeretur, si diceres, Albus homo, uel Grammaticus homo &c. Ratio uerò huius rei est, quia detractis ab homine omnibus naturis, & relicta tantummodò natura humana, adhuc illa est ens, & unum quid. Deinde probat eandem minorem hac ratione. Quæcunque eâdem generatione generantur, & eâdem corruptione corrumpuntur sunt eadem natura, & non diuersæ; ens & unũ eâdem generatione generantur, & eâdẽ corruptione corrũpuntur, cum quauis re particulari; igitur non sunt diuersę naturæ ab ulla re particulari, sed una, & eadem. Ac obijciat aliquis, essentiã cuiusque rei naturalis, & qualitates proprias, quę illam per se comitantur,

*quòd [k] mutuò se sequantur, quemadmodum principium & causa, sed non ut quæ una ratione declarentur. nihil autem interest, si hoc modo sentiamus; quin etiam magis ad rem faciet. Idem [l] enim sunt unus homo, & qui [m] est homo, atque homo; neque aliud quicquam dictio significat, si ita gemines, est homo, atq; homo; & unus [n] homo. Constat etiam, ea neque in generatione, neque in corruptione separari: eodemq; modo res habet in uno. Itaque perspicuum est, additionem in his idem significare, nihilq; aliud esse unum, præter ens.*

Obiectio.

*Præterea,* generari una, & eadem generatione, eademque corruptione corrumpi; & tamen non esse eandem naturam, sed diuersas; igitur nihil confici hac probatione. Huic obiectioni occurrendum est, qualitates, quæ per se consequuntur essentias rerum naturalium, etsi generantur eisdem generationibus, quibus essentię, quas consequuntur, tamen non generari eisdem primò; sed secundaria ratione, & consequutione quadam, quasi manantes ab ipsa essentia, quę generatur: ac proximam probationem ita intelligendam esse, quasi dictum sit, Quecunque primò generantur eadem generatione, eademque corruptione primò corrumpuntur, esse eandem naturam, non diuersas. Quòd autem ens eadem generatione generetur, & corruptione corrumpatur primò cum quauis re, ex eo patet, quia generatio definitur esse uia à non ente tali ad ens tale; & corruptio uia ab ente tali ad non ens tale: quo fit, ut generatio intelligi non possit terminari ad aliquid prius ente; eodemque modò nec corruptio ad prius non ente. De uno tamen, etsi non ita perspicua res est; non tamen difficilè intelligetur. Nam cùm unum solam negationem formaliter significet; negatio autem non sit ens, ac proinde nec natura ulla; certè si quo modo Vnum significat naturam aliquam; non aliam, quàm entis significabit. Vnde cùm generatio, & corruptio non sint nisi naturę alicuius; necessariò efficitur, ut Vnum eadem generatione, & corruptione primò generetur, & corrumpatur, qua generatur, & corrumpitur ens. Ita patet, ens, & unum esse unam eandemque naturam, seu potiùs nullo modo diuersas.

Diluitur.

Qua ratione generatio cuiusq; rei terminetur primò ad ens, & unum.

[k] Quòd mutuò se sequantur] Quemadmodum τὸ ὄν, siue ens in genere neutro, aliquando sumitur, ut significat existentiam, nempe cùm accipitur, ut participium; aliquando essentiam, cùm subit uicem nominis; ita & ὁ ὤν, quod est Ens in masculino genere. Itaque ὁ ὤν non priori, sed posteriori modo sumendum est hoc loco, ut sensus postulat; eademque significatione accipiendum uolumus ipsum uerbum Est, quo maioris claritatis causa in uersione usi sumus: quod haud præter consuetudinem Aristotelis fecimus, qui paucis uerbis interpositis scribit ἔστιν ὁ ἄνθρωπος pro eo, quod dixerat, ὤν ἄνθρωπος.

Ens duobus modis.

[l] Et unus homo] Horum uerborum intelligentia hoc pacto supplenda est [Et unus homo, atque homo]

Posterior pars.

o Præterea, uniuscuiusque} Posterior probatio eiusdem assumptionis hęc est. Quæcumque per se dicuntur de quauis re particulari, sunt una, atque eadem natura uera, & realis; ens, & unum dicuntur per se de quauis particulari re; sunt igitur una, atque eadem natura uera, ac realis, seu potiùs non plures, & diuersę. Maior ex eo perspicua est, quia quæcumque duo attributa prædicantur per se de omnibus rebus, necessariò reciprocantur inter

Ἔτι ἡ ἑκάστου οὐσία ἓν ὄντι ἕν ἐστι κατὰ συμβεβηκός· ὁμοίως δὲ καὶ ὅπερ ἕν τι. ὥστε ὅσαπερ τοῦ ἑνὸς εἴδη, τοσαῦτα καὶ τοῦ ὄντος ἐστί· δῆλον οὖν ὅτι οὐδὲ τὸ τί ἐστιν ἕκαστον ἐστὶν ἓν οὐδὲ ταὐτόν, ἐπισκέψασθαι τῷ λόγῳ θεωρητέον· λέγω δ', οἷον ὥστε ταὐτὸν καὶ ἕν, καὶ ἕν ὁμοίως, καὶ τὸ ἄλλων τούτων τοιοῦτον. ἀναγκαῖον δὴ πάντα τὰ ἀνάγκη ταὐτὰ εἶναι εἰς τὴν αὐτὴν ἀρχήν. φανερὸν δὲ καὶ ἐκ τῶν διαλόγων τῶν ἐναντίων.

* Hoc locus Alexander, & nonnulla exemplaria addũt, καὶ τῶν τοῦ τοῖς ἀριθμοῖς μέτρων Textus 4.

esse; alioqui de aliqua re diceretur unum, de qua non diceretur alterum, ac proinde neque utrunq; de omnibus diceretur: at quæ reciprocantur inter se, etsi tum demũ plures, ac diuersæ naturæ reales esse possunt, cùm ad certa genera addicta sunt, ut homo, & ridendi facultas; tamen, cùm omnia rerũ genera trãscendunt, nõ possunt esse diuersę, sed solam naturam entis significant, uel formaliter, quo pacto eam significat ens; uel qua ratione induisa est, quo pacto eam significat unum; uel quatenus habet respectum aliquem rationis, quo modo eam significant Verum, Bonum, & si quæ sunt alia huiusmodi, ut inferiùs patebit, quo loco nobis erit controuersia cum Auicenna, & Scoto asserentibus, ens, & unum non dicere unam duntaxat naturam positiuam, & realem, sed plures.

Transcendentia non posse significare diuersas naturas reales.

p Id ipsum quod ens quoddam} Græcè est καὶ ὅπερ ὄν τι. qua loquendi forma Aristoteles significare cõsueuit prædicationem per se, & essentialẽ, ut 1. Post. cap. 18. cùm sic scribit: οὐ γάρ ὄντι ὁ ἄνθρωπος οὔτε ὅπερ λευκὸν, οὔτε ὅπερ λευκόν τι, ἀλλὰ ζῷόν τί ὄντως· ὅπερ γὰρ ζῷόν τί ὄντι ὁ ἄνθρωπος. Hoc est; Neque enim homo est id ipsum quod album; neque id ipsum quod album quoddam, sed animal fortasse: est enim id ipsum quod animal quoddam. lege ibi quæ proximè præcedunt, & sequuntur. Aduerte tamen, hæc, etsi propriè accommodantur prędicationi entis de quauis re; non tamen propriè accommodari prædicationi unius, nisi ratione entis, cuius naturam quoquo modo significat. ter. 35.

Quot species entis, tot unius.

q Quare quot sunt} Vt colligat id, quod reliquũ erat, Metaphysicum agere de ijs partibus unius, quæ ad eandem specialem scibilis rationem spectant; infert ex dictis, quot sunt species unius, tot esse species entis; seu potiùs quot entis, tot unius. Quod non modò uerum est, si sermo sit de his, ut res sunt, sed etiam, ut sub scientiam cadunt. Nã quemadmodum ens, ut res est, diuiditur, uerbi causa, in substantiam, qualitatem, & quantitatem; sic etiam unum diuiditur in unum, simile, & æquale, hoc est, in ea genera unius, quæ sunt fundamenta identitatis, quæ cernitur inter substantias; & similitudinis, quæ cernitur inter qualitates; & æqualitatis, quę cernitur inter quantitates: hoc enim pacto accipiendæ sunt identitas, similitudo, & æqualitas, cùm dicuntur species unitatis, siue quasi species. Præterea, ut ens, quatenus sub scientiam cadit, diuiditur in ens consideratum absque omni materia, & cum materia intelligibili tantùm, aut etiam sensibili, ut sexto lib. patebit; sic etiam potest diuidi unum: quæ omnia ex dictis facilè intelliges. Quod autem ad uerba attinet, planiùs hunc in modum loquutus fuisset Arist. Quare quot sunt eius, quod est, tot & unius species sunt, præsertim propter id, quod sequitur, Quarum quiditatem considerare &c. quæ planè uerba ad species unius referuntur, ut patet ex subiectis exemplis.

Quæ scientiæ agant de partibus unius.

r Quarum quiditatem} Iam colligit, huius scientiæ esse, agere de partibus unius, quæ ad eam specialem scibilis rationem spectant, sub qua partes entis in hac scientia cõsiderantur. Hoc autẽ intelligit sub forma huiusmodi generalis pronũciati. Ad eandem

dem genere scientiam spectare contemplationem omnium specierũ unius, & (quod supplendũ est) ad singulas species cõtemplationẽ singularũ specierũ quatenus scibiles sunt, quod antea quidẽ expressè dictum erat de speciebus entis, nũc autẽ breuitatis causa de speciebus unius prętermissum est. Cùm igitur hæc scientia sit species quædam scientiæ, & unum non aliam naturã significet, quàm entis; ad eam utique pertinebit agere de uno, & ijs speciebus unius, quę ad eã specialem scibilis rationem pertinẽt, sub qua ens in hac scientia consideratur.

*Prætereà, [a] uniuscuiusque substantia unum est, non per accidens; similiter, & id ipsum [b] quod ens quoddam. Quare quot [c] sunt unius, totidem entis species sunt; quarum [d] quiditatem contemplari, ad eandem genere scientiam spectat; ut eiusdem, & similis, & [e] aliorum huiusmodi. *Ferè [f] autem contraria omnia ad hoc principium reuocantur. ¶ Atque hæc à nobis in [g] Ecloge contrariorum tractata sunt.*

* Quidã addunt [eorumque, quę sunt his opposita] Textus 4.

Ex ijs, quę dicta sunt satis innuit Aristoteles, idem dicendum esse de cæteris attributis, quæ cum ente reciprocãtur, ut de uero, & bono, atque de uno, Nullam, in quam, earum dicere naturam aliquam diuersam ab ente; proinde eodem modo illa pertinere ad hanc scientiam, quo unum; nisi quòd unum est omnium primum, & ipsi enti immediatum.

De cæteris passionibus entis.

*Tot [h] etiam sunt Philosophiæ partes, quot ipsæ sunt*

[a] Et aliorum huiusmodi] Alexãder adiungit [eorũq; , quæ sunt his opposita] sed hæc non habentur in plerisque Græcis codicibus; eisdemque carent ferè latinæ interpretationes; ac demum uidentur ascititia, cùm Aristoteles paulò inferiùs incipiat ea de re agere, ubi ait, Cùm autem unius sit, opposita contemplari, &c.

[b] Ferè autem] Hæc uerba, quæ obiter adiecta sunt, satis etiã declarant, unũ esse primam entis affectionem, cùm ab Aristotele principium appelletur. Dicuntur autẽ contraria reuocari ad unum, uel quia alterum contrariorum est uelut priuatio alterius; priuatio uerò cùm sit negatio quædam, primò cernitur in uno, quod sola negatione diuisionis distinguitur ab ente: Vel quia contraria necessariò sunt multa; multa autem necessariò reuocantur ad unum, quod est radix, & origo multitudinis. Quod autẽ Arist. non ait simpliciter, omnia, sed ferè omnia, ea ratione dictum existimat D. Tho. quia in quibusdam contrarijs non est res satis manifesta, quamquam omnia re uera ad unũ reuocentur. Alexander nomine Principij non intelligit unũ, sed oppositionem unius, & multorum, quæ est prima contrarietas; quod minùs placet, cùm nondum sit facta expressa mentio huius oppositionis.

Idem D. Tho. hoc loco.

Cur contraria dicantur reuocari ad unum.

[c] In Ecloge contrariorum] D. Thomas ait, significari his uerbis decimum huius operis librum, quòd Aristoteles eam partem delegerit ad agendum de contrarijs. Verùm, quia Aristoteles planè ait se iam ista considerasse in tractatione peculiari ad eam rem instituta; dicendum est potiùs, hæc uerba significare peculiarem aliquem librum, in quo priuatim de contrarijs disputatum sit, quem Alex. ait esse secundum lib. de bono, qui ad nos non peruenit. Aut potiùs dicendum, significari librum, hoc ipso titulo inscriptum, ut est is, quem Laẽrtius inter Aristotelis opera commemorat Ecloge anatomorum: qua de causa Græcum nomen retinuimus.

Comm. 9.

Lib. 5.

[d] Tot etiam sunt] D. Tho. Alber. Comment. & alij nonnulli existimant Aristot. hoc loco distinguere partes huius scientiæ, & inter eas ordinem naturę constituere; ut ea sit natura prior, quæ agit de eo substantiarum genere, quod naturæ ordine prius est, utpote de substantia immobili, de qua lib. 12. ea uerò posterior natura, etsi doctrinæ ordine prior est, quæ disserit de eo, quod est naturæ ordine posterius, quod est substantia mobilis, de qua lib. 7. & 8. Verùm hæc sententia non placet. Primùm quia quæ hoc loco uocantur partes Philosophię, mox uocantur scientię, & superiùs appellatæ sunt species scientiæ: partes autem eiusdem specialis scientiæ non dicuntur plures scientiæ, minùs etiam plures species scientiæ. Deinde, quia Philosophia, & partes eius

D. Tho. hoc loco lect. 2. p. 5. Alb. tract. 1. cap. 6. Auer. com. 4.

Expositio quorundam.

Refutatio.

comparanturhoc loco cum Mathematica, & partibus eius; at Mathematica non est
Vera explicatio. species aliqua infima, sed genus quoddam, cuius etiam partes mox uocantur scientiæ, & alia prima, alia secunda, ac cæteræ deinceps. Potiùs ergo dicendum est, Aristotelem soluere hoc loco posteriorem partem tertię quæstionis superioris libri, qua quærebatur, Num si plures essent scientiæ, quæ circa substãtias uersarentur (id enim priori quæstionis parte quærebatur) omnes ita essent cognatæ, ut cõmuni sapientiæ nomine appellandæ essent; an uerò aliæ nomine sapientiæ, aliæ alio uocabulo. Cùm igitur Aristo. iam hoc capite priorem partẽ huius quæstionis soluerit, ut suprà diximus; cõsentaneũ rationi fuit, ut hoc loco solueret posteriorem. Ait ergo, tot esse Philosophię partes, seu species, quot sunt substantiæ (intellige autem, speciali ratione scibiles) ita scilicet, ut alia sit prima naturæ ordine, alia secunda. Est enim in primis rationi consonum, ut ex tantùm scientiæ, quæ differunt de per se ente, & per se uno, per se etiã, & propriè Philosophiæ titulo ornentur, quando nomen sapientiæ apud nos aliquam arrogantiæ speciem præ se utdetur ferre. Deinde cũm ens, & unum, quod per se tale dicitur (ideſt substantia) in duo genera proximè diuidatur, quorum alterum est substantia expers materię, alterum materiæ particeps; atque illud sit natura prius, hoc posterius; ordo autem naturę scientiarum, sequatur ordinem naturæ earum rerum, in quibus illæ uersantur; perspicuum est, scientiam, quæ agit de substantia materiæ experte, siue immobili, esse primam partem, siue speciem Philosophiæ; quæ autem differit de substantia materiæ participe, siue mobili, esse secundam, quo pacto inter species Mathematicæ, Arithmetica dicitur prima, Geometria secunda, & aliæ, quæ de rebus compositioribus agunt, numerantur deinceps. Hinc fit, ut Metaphysica, quia differit de substantia immobili, dicatur, tum prima Philosophia, tum absolutè, & quasi dignatione quadam Philosophia; Physica uerò, quia agit de substantia mobili, appelletur, uel cum adiectione Philosophia naturalis, uel Physiologia. Quo loco perspicuum est, presse accipi nomen Philosphiæ; cum alibi sæpe, & Mathematicæ scientię, quæ hic apertè à Philosophię appellatione excludũtur, & nonnullæ Practicę scientiæ, quæ de accidentibus differũt, ut Morales, & differendi sciẽtia, in Philosophiæ partibus numerẽtur.

Quæ scientiæ Philosophiæ, nomine dignores sint.

Philosophia presshùs accepta.

Vt 6. Meta. c. 1. text. 2.

Solutio 2. partis quæst. 3. lib. 3.

Hinc igitur patet solutio posterioris partis, tertię quæstionis superiori libro propositę. Constat enim dicendum esse, scientias, quę agunt de substantijs, etsi æquum est, ut nõ appellentur nomine sapientię, modestiæ causa; tamen propter nobilitatem rerũ, de quibus agunt, omnes ac solas nomen Philosophię, quasi proprium sibi uẽdicare.

Prior interpretatio.

Posterior.

y Genera statim habent ξ Duobus modis sententia hæc intelligi potest. Vno, ut uerbũ, Statim, idẽ ualeat hoc loco, quod Continenter, siue, Ordine quodã, ac Deinceps: quo pacto Aristoteles nihil aliud significat, quàm quòd ens, & unum multa cõplectatur genera scibilia, non confusè tã, sed apto ordine, & rerum naturę congruo. Atq; hunc sensum satis declarant proximè antecedẽtia, & quę mox de Mathematicis adduntur; eundem ý; sequitur Bessario, qui pro, Statim, scribit Subinde. Altero, ut uerbũ, Statim, significet, genera scibilia entis, & unius, ideſt, substantiæ (ut rectè Alexander interpretatur) non habere commune aliquod genus scibile, quod priùs cadat sub aliquam speciem scientiæ. Vt enim quantitas communis numero, & magnitudini, in quibus primæ speciei

cles Mathematicę scientiæ uersantur, non cadit sub speciem ullam Mathematicę scientiæ; ita substantia in commune non cadit sub aliquam speciem scientiæ distinctam ab ijs, quæ agunt de substantia immobili, & mobili. Quę enim agit de substantia immobili, eadem agit de substantia in commune, atque adeò de ente communiter sumpto, quòd nec in conceptu substantię, neque entis communis mobilitas ulla, aut materia includatur. Atque hoc pacto accipit Aristoteles uerbum, statim, 8. libro cap. 6. cùm docet, summa prædicamentorum genera statim habere unitatem, & entitatem, neque aliam esse naturam superiorē, quæ priùs significetur nominibus entis, & unius, cui priùs cōueniat esse ens, aut unum.

Text. 16. *sunt substantiæ. quare necesse est, ut earum quædam prima sit, alia sequatur. Ens enim, & unum genera [z] statim habent: quapropter, & scientiæ ea sequentur. Est enim Philosophus similis ei, qui Mathematicus dicitur: nam [z] & hæc partes habet, & quædam prima est, quædam secunda scientia, & alia deinceps in mathematicis.*

*Cùm [a a] autem unius sit opposita cōtemplari; atq; uni multitudo opponatur; negationis q, [b b] & priuationis tractatio ad unam ea ratione pertineat, quia [c c] utroque modo spectetur unum, cuius est negatio, aut*

z Nā & hæc] Hoc est, huius scientia; Mathematici inquam. Quod autem additur [in mathematicis] referri potest, uel ad res mathematicas, seu mathematica theoremata, resq; alias mathematicas; uel ad ipsas scientias Mathematicas, quæ nonnunquā significātur nomine τῶν μαθημάτων, quo hīc utitur Aristoteles; quāquam hoc uocabulum propriè significat ipsa theoremata, omninoq; res mathematicas. μαθήματα

a a Cùm autem unius] Cùm Arist. superiori parte capitis docuerit, hanc scientiā agere de uno, & partibus, seu quasi speciebus unius, ut de eodem, simili, æquali, & cęteris huiusmodi, quibus nomina non sunt imposita; consequens esse uidebatur, ut in hac tertia ostenderet, eandem agere de multitudine, & partibus, siue, ut ita dicam, speciebus multitudinis, ut de diuersitate, dissimilitudine, inæqualitate, & similibus, quatenus absq; illa materia considerari possunt. Ratio igitur, qua id probat, huiusmodi est. Eiusdem facultatis est opposita cognoscere, ut Medicinæ sanitatem, & ægritudinem; at multitudo opponitur unitati, & partes subiectæ multitudinis partibus subiectis unitatis; igitur ad hanc scientiam, quæ agit de uno, & partibus subiectis unius, pertinet agere de multitudine, & partibus illi subiectis. Quo locò aduerte, quemadmodum primę substantiæ sunt eędem, aut diuersę secundùm substantiam; similes, aut dissimiles secundùm qualitatem; & æquales, aut inæquales secundum quantitatem; sic etiā habere aliquam unitatem, aut distinctionem inter se ratione accidentium ad alia prædicamenta pertinentium. Eiusdem facultatis opposita cognoscere.

Comm. 12. b b Negationisque, & priuationis] Quæ exemplorum causa adiuncta sunt maiori propositioni, hoc pacto supplenda sunt Alexādri sententiā [atq; negationē, priuationemq; eiusdem scientiæ sit cōsiderare, cuius est cōsiderare id, cuius est negatio, aut priuatio.] Potiùs autem Arist. attulit exempla in his duobus generibus oppositionum, quia oppositio unius, & multorum ad alterum eorum pertinet, ut mox docebit.

c c Quia utroque modo] Vt doceat, unum opponi priuatiuè multis, ait in primis, unum utroque modo considerari posse, & ut significat negationem diuisionis, quæ cernitur, inter multa, & ut significat eius priuationem: siquidem indiuiso, quæ in uno cernitur priuatio quędam est, cùm supponat naturam entis subiectam; in omni autem priuatione includitur negatio, quæ ex ratione sua ad nullum genus addicta est, nullamúe naturam subiectam supponit, atque ideo dicitur tam de entibus, quam de non entibus, ut non album de Aethiope, & Chimæra. Ita fit, ut unum considerari possit, & ut significat priuationem, & ut significat negationem, quæ in priuatione quodammodo includitur. Quod autem attinet ad uerba illa, Cuius est negatio, uel Vnum duobus modis cōsiderari posse.

Digitized by Google

uel priuatio &c. sensus est; Et ut significat negationem, & ut significat priuationem; quæ negatio, aut priuatio ex sua ratione aut significat simpliciter nō inesse id, quod remouetur; aut non inesse alicui generi determinato.

d d Atque ibi quidem] Docet, interiecta, ut uidetur, parenthesi, unū opponi multis priuatiua oppositione, non autem negatiua, seu contradictoria. Ratiō uerò est, quia ibi, hoc est, in ipso uno, hoc discrimen cernitur præter id, quod est in negatione, id est, ut à negatione absoluta distinguitur, ꝙ negatio absoluta, & libera, quæ contradictoriam oppositionē efficit, est absoluta, & libera absentia illius, quod negatione remouetur; priuatio autem est alligata alicui naturę subiectę, de qua sola prædicatur. Cùm igitur unū nō sit idē absolutè, quod non diuisum, sed idem quod ens indiuisum; efficitur, ut non opponat̄ multis cōtradictoria oppositione, sed priuatiua.

Vnum non idem absolute, quod non diuisum.

Sed contra hæc sic licet obijcere. Vnū opponit̄ multis contrariè, ut Arist. docet lib. 10. cap. 5. ubi hanc quæstionem de oppositione unius, & multorū accuratè disputat; non opponitur ergo priuatiuè, ut dictum est. Præterea, si unum priuatiuè opponeretur multis, cùm priuatio sit suaptè natura posterior eo, cuius est priuatio, unū esset posterior natura multis; at hoc apertè falsum est, tum quia unum est causa multitudinis, tum etiā quia ab uno ad multa non reciprocatur existēdi cōsequentia, ut habes in prædicamentis; ergo fieri non potest, ut unum priuatiuè opponatur multis.

Prior obiect.

Posterior.

Cap. de priori.

His obiectionibus ita respondebis, ut ad priorē dicas, Aristotelem in loco citato nomine cōtrariæ oppositionis intellexisse etiā priuatiuā, ut eo loco patebit. Ad posteriorem uerò, unum non significare priuationem multitudinis, sed eius diuisionis, quæ cernitur inter ipsa multa, ut paulò antè diximus. Quanquam uerò multa, ut multa sunt, posteriora sunt uno (quod rectè probatū est) tamē prima diuisio, quæ inter ipsa multa cernitur, est prior ipso uno: hac enim ratione primò distinguuntur multa inter se, ꝙ inter illa datur hoc, & non hoc, ut Socrates, & non Socrates; huiusmodi autem distinctio, siue diuisio, est prior ipso uno; quandoquidem, ut D. Thom. rectè animaduertit, primò concipimus ens; Deinde non ens, ubi iam cernitur diuisio; Tertio loco unum, quod

Solutio prioris.

Posterioris.

Qua ratione diuisio sit prior uno.

ἡ στέρησις, *ἢ ἁπλῶς λεγομένη ὅτι οὐχ ὑπάρχει ἐκεῖνο, ἢ τινί γ' ἡμεῖ (ἔνθα dd μὲν οὖν τῷ ἑνὶ ἡ διαφορὰ πρόσεστι, οὐδὲ τὸ ἐν τῇ ἀποφάσει· ἀπουσία γὰρ ἡ ἀπόφασις ἐκείνου ἐστίν· ἐν δὲ τῇ στερήσει καὶ ὑποκειμένη τις φύσις γίνεται, καθ' ἧς λέγεται ἡ στέρησις) τῷ δ' ἑνὶ πλῆθος ἀπόκειται· ὥστε καὶ τὰ ἀπόκειμενα τοῖς εἰρημένοις, τότε ἕτερον, καὶ τὸ ἀνόμοιον, καὶ ἄνισον, καὶ ὅσα ἄλλα λέγεται, ἢ * καὶ ταῦτα, ἢ καὶ πλῆθος καὶ τὸ ἕν, τῆς εἰρημένης γνωρίζειν διαιρέσεως· ὧν ee ἕν τι καὶ ἡ ἐναντιότης ἐστί· διαφορὰ γάρ τις ἡ ἐναντιότης, ἡ δὲ διαφορὰ ἕτερότης. ὥς ff ἐπειδὴ πολλαχῶς τὸ ἓν λέγεται, καὶ ταῦτα πολλαχῶς μὲν λεχθήσεται· ὅμως δὲ μιᾶς ἅπαντα γνωρίζειν ἐστίν. ᾗ γὰρ εἰ πολλαχῶς, ἕτερα· ἀλλ' εἰ μήτε καθ' ἓν, μήτε πρὸς ἓν οἱ λόγοι ἀναφέρονται, τό τε ἕτερα. Ἔτι δὲ πάντα πρὸς τὸ πρῶτον ἀναφέρεται, οἷον ὅσα ἓν λέγεται, πρὸς τὸ πρῶτον ἕν· ὡσαύτως φατέον καὶ ταὐτὸ καὶ ἕτερον, καὶ gg πᾶν * ἄλλων ἐναντίων ἔχειν. ὥστε διελόμενον ποσαχῶς λέγεται ἕκαστον, οὕτως ἀποδοτέον πρὸς τὸ πρῶτον ἐν ἑκάστῃ κατηγορίᾳ, πῶς πρὸς ἐκεῖνο λέγεται. τὰ μὲν γὰρ τῷ ἔχειν ἐκεῖνο, τὰ δὲ τῷ ποιεῖν, τὰ δὲ κατ' ἄλλους λεχθήσεται τούτους τρόπους.

* Alexander legit ἢ γὰρ ἁπλῶς λέγομεν &c.

* Aliàs κατ' αὐτὰ

ex. 9.

* Aliàs non habetur ἄλλων.

¶ Φανε-

quod addit enti priuationem diuisionis; Quartò multa, quę sunt hoc unum, & illud unum, ac proinde hoc, & non hoc. Dixi [huiusmodi autem diuisio] quia diuisio entium non est prior, sed posterior ipso uno, cùm supponat singulorum unitates, ut superiùs dictum est. Itaque unum opponitur priuatiuè multis, non ut multa sunt, sed ut diuisa sunt inter se primâ illa diuisionis ratione; in qua reperitur hoc, & non hoc. Vnde fit, ut unum, nõ tam sit oppositum priuatiuè multis, quàm diuisioni, quæ cernitur in multis: quanquam quia multitudo est compositior, & proinde notior sensu, aliquando explicamus unum à posteriori per negationem, seu potiùs priuationem multitudinis, ut Aristoteles loco citato docet.

Quo pacto unum priuatiuè opponatur multis.

*aut priuatio, sine ea, qua simpliciter dicitur non inesse illud, siue qua cuidam generi. (Atque [dd] ibi quidem uni differentia adest, præter id, quod est in negatione: est enim negatio, illius absentia; in priuatione uerò subiecta etiam quædam est natura, de qua priuatio dicitur) cùm, inquam, uni multitudo opponatur; efficitur, ut & opposita ijs, quæ dicta sunt, diuersum, dissimile, inæquale, & quæcunque alia, aut ab his, aut à multitudine, & unitate dicuntur, dicta scientiæ sit cognoscere; in [ee] quibus etiam contrarietas numeratur: est enim contrarietas differentia quædam; differentia uerò diuersitas. Quare, [ff] cùm unum multipliciter dicatur, hæc etiam multipliciter dicentur: sed tamen unius scientiæ est ea omnia cognoscere. Neque enim, si quæ multipliciter dicuntur, ad aliam, atque aliam pertinent; sed si nec ratione una dicantur, neque rationes ad unum reuocentur. Quoniam uerò ad primum referuntur omnia, ueluti quæcunque unum dicuntur, ad primum unum; eodem pacto in eodem, & diuerso, alijsq; [gg] contrarijs rem habere dicendum est. Quare ubi diuisione exploratum fuerit, quot modis dicatur quidque, tum demum referendum est ad primum in unoquoque prædicamento, quo pacto ad illud dicatur. Alia enim, quia illud habeant, alia quia efficiant, alia alijs modis similibus dicentur.*

dd ibi quidem uni differentia adest] Sub pluralitate, seu multitudine continetur diuersitas; sub diuersitate differentia, sub differentia contrarietas. Eodem modo cernere est sub uno idem, sub eodẽ uarias quasi species eiusdem, ut idem genere, & specie.

ee In quibus etiam] Affectiones entis esse analogas.

ff Quare, cùm unum] Docet huiusmodi affectiones, quę ab uno deriuantur, & ad illud rediguntur, non esse uniuocas, sed habere multiplicem significatum, quemadmodum, & ipsum unum; sed tamen nihil obstare, quo minùs ad eandem scientiam pertineant, quia non ita sunt multiplices, ut sint omnino æquiuocæ: Id quòd etiam superiùs de ente apertè dictum est, & de uno planè significatum, cùm illatum est, species, seu quasi species entis, & unius æquiparari inter se. Addit deinde Aristoteles, in tractatione harũ affectionũ, quandoquidem sunt multiplices, & semper aliquid præcipuum significãt, ad quod cætera significata referantur) explorandam esse in primis earum multiplicitatem; deinde reuocanda minùs principalia significata ad præcipuum illud, quod respiciunt, & ex quo nominantur, explicata nimirum peculiari ratione, qua unumquodque ad illud refertur; ueluti quòd contrariorum, quædam sint, quia in se habeant cõtrarietatem, ut morbus, & sanitas; quædam uerò, quia illam efficiant, ut sedetaria uita, & moderata corporis exercitatio &c. Quæ res tanti est ponderis, ut totum librum sequentem in ea explicanda ponat Aristoteles.

De qua re agat liber iste.

Comm. 14.

gg Alijsq; contrarijs] Sic legit Alexãder, etsi nostri cõtext⁹ ad uerbũ habẽt, cõtrarijsq;.

¶ Perspicuum

hh Perspicuum est igitur] Soluit ex dictis quæstionē quintā superiori libro propositam, atq; adeo sextam, cuius erat eadem difficultas. Quærebatur enim in quinta, Num hæc scientia in substantiarum tantùm consideratione uersaretur, an etiam in consideratione eorum, quę illis per se accidunt; quę quidem in sexta quæstione mox explicata sunt his uerbis, De eodem, & diuerso; de simili, & dissimili; de identitate, & contrarietate; de priori, & posteriori; deque alijs hmōi omnibus.

ii Atq; Philosophi est] In hac extrema parte capitis confirmat Aristoteles more Dialectico, cōmunibusue argumentis id, quod in superioribus duabus ostenderat ex pprijs, Ad hāc scientiam pertinere, disputationem de uno, & multis, deque omnibus entis affectionibus, quę ad has reuocantur. Primum argumentum est.

Omniū quæstionum tractationem ad aliquam scientiam spectare

Tractatio omniū quæstionum, quæ in controuersiā uenire possunt, ad aliquam scientiā pertinet: at de prædictis entiū affectionibus plurimæ excitantur quæstiones, ut quid idem sit, quid diuersum; sit ne unum tantùm uni contrarium; & similia: igitur ad aliquam scientiā pertinet earum explicatio: non pertinet autem ad ullam scientiam, quę de particulari aliquo rerum genere disputet: igitur ad hanc, quę de cōmuni entiū natura differit. Proximam assumptionem ex eo probat Arist. quia huiusmodi affectiones non sunt certi alicuius generis, sed entis, ut ens est. Quod non ita intelligas, quasi hæc omnia conueniant omnibus omnino entibus (neq; enim omnia exempli causa sunt contraria, aut differentia) sed ita, ut in omni genere rerum, quod quęq; particularis scientia sibi assumit tractandum, reperiantur. Quanquam si hæc attributa latè in primis, deinde disiunctim cum suis oppositis, postremò, tum absolutè, tum aliarum rerum comparatione sumantur; uix ulla reperientur, quæ de quouis ente nō dicantur. Quod autem Arist. ait, hęc ipsa esse etiam affectiones unius, ut unum est, propterea dictum esse intellige, quia cùm unum sit prima entis proprietas, reliqua omnia, quæ consequuntur, eius quasi affectiones censeri possunt.

Cur cęteræ affectiones entis dicātur affectiones unius.

Φανερὸν hh οὖν ὅπερ ἐν ταῖς ἀπορίαις ἐλέχθη, ὅτι μιᾶς ἐπιστήμης καὶ τούτων ἡ τῆς οὐσίας ὅτι λόγον ἔχειν· τὸ δ' ἓν ἐν τοῖς ἀπορήμασιν.

Καὶ ii ἔστι τοῦ φιλοσόφου, περὶ πάντων δύνασθαι θεωρεῖν. εἰ γὰρ μὴ τοῦ φιλοσόφου, τίς ἔσται ὁ ἐπισκοπούμενος, εἰ ταυτὸ Σωκράτης, ἢ Σωκράτης καθήμενος, ἢ εἰ ἓν ἐνὶ ἐναντίον, ἢ τί ὅτι τὰ ἐναντίον, ἢ πολλαχῶς λέγεται; ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων περὶ τοιούτων. Ἐπεὶ οὖν τοῦ ἑνὸς ἡ ἓν, καὶ τοῦ ὄντος ἢ ὄν, ταῦτα καθ' αὐτά ὅτι πάθη, ἀλλ' οὐχ ἡ ἀριθμοὶ, ἢ γραμμαὶ, ἢ πῦρ· δῆλον ὡς ἐκείνης τῆς ἐπιστήμης καὶ τί ὅτι γνωρίσαι, καὶ τὰ συμβεβηκότ' αὐτοῖς. καὶ kk οὐ ταύτῃ ἁμαρτάνουσιν οἱ περὶ αὐτὰ σκοπούμενοι, ὡς οὐ φιλοσοφοῦντες, ἀλλ' ὅτι πρότερον ἡ οὐσία, περὶ ἣν οὐδὲν ἐπαΐουσιν. ἐπεὶ ll ὥσπερ ὅτι καὶ ἀριθμοῦ ἢ ἀριθμὸς ἴδια πάθη, οἷον περισσότης, ἀρτιότης, συμμετρία, ἰσότης, ὑπεροχὴ, ἔλλειψις· καὶ ταῦτα καὶ καθ' ἑαυτοὺς, καὶ πρὸς ἀλλήλους ὑπάρχει τοῖς ἀριθμοῖς· ὁμοίως δὲ καὶ στερεὰ καὶ ἀκίνητα, καὶ κινούμενα, ἀβαρῆ τε καὶ βάρος ἔχοντα ὅτι ἕτερα ἴδια· οὕτω καὶ τοῦ ὄντος ἢ ὄν, ὅτι πάθη ἴδια, καὶ ταῦτα ἔστι, περὶ ὧν ἡ τοῦ φιλοσόφου ἐπισκέψασθαι τὸ ἀληθές.

Σημεῖον mm δὲ οἱ γὰρ διαλεκτικοὶ, καὶ σοφισταὶ τὸ αὐτὸ μὲν ὑποδύονται σχῆμα τοῦ φιλοσόφου (ἡ γὰρ

Ac

Comm. 16. [kk] Ac non ea ex parte} Sophistas designat (inquit Alexander) qui Philosophi nomẽ induti de substantia, cuius inter Philosophos præcipua est disputatio, nullã mentionẽ faciunt, sed in eo sunt occupati, ut de contrarijs ac oppositis, ijsq; , quæ multipliciter dicuntur, & similibus edisserant; eaque ad sophismata accommodant, & in altercationibus usurpant, ut aduersarios conturbent, ac circumueniant. Hos autem incusat, non quòd de his differere ad Philosophũ nõ pertineat (neque enim hu iusmodi commẽtario à Philosopho aliena est) sed quòd de his tãtum, quasi de præcipua re disputent: de substantia uerò, quæ prima est, & à qua cætera esse mutuantur, & propter quã de illis Philosophi agunt, mentionem nullam faciant, nec de ipsa quicquam sciant. Horum Sophistarum multos licet agnoscere apud Platonem, Socratis disputatione conuictos, quòd nihil solida doctrina, quam maximè præ se ferũt, habere deprehendãtur. Albertus tamen hoc loco non refert ista ad Sophistas, sed ad ueteres illos Philosophos, qui unum & multa, numeros, & alia hmõdi principia substãtiæ esse credentes, de his tantùm differuerũt, nihilque de ueris substantiæ principijs docuerunt. Alexandri expositio. Albertus.

*Perspicuum* [hh] *est igitur id, quod in dubitationibus dictum est, unius scientiæ esse de hisce, & de substantia differere: hoc enim unum erat eorum, quæ in quæstionibus continebantur.*

Textus 5. *Atque* [ii] *Philosophi est, de omnibus posse agere. Si enim Philosophi non est, quisnam erit, qui considerabit, sit'ne idem Socrates, & Socrates sedens; uel, sit'ne unum uni contrarium; uel, quid sit contrarium, quot'ue modis dicatur? Eadem quoq; est ratio de cæteris huiusmodi. Cùm igitur hæc unius, qua ratione unum est, & entis, qua ens, non autem qua numeri, aut lineæ, aut ignis, per se affectiones sint; perspicuum est, illius scientiæ esse, & quid ea sint, & quæ illis accidant, cognoscere. Ac* [kk] *non ea ex parte peccant ij, qui ea tractant, quasi non philosophentur; sed quia prius quiddam est substantia, de qua tamen nihil sciunt. Etenim* [ll] *ut numeri, qua ratione numerus est, propriæ sunt affectiones, ueluti imparitas, paritas, commensuratio, æqualitas, excessus, & defectus; atque hæc & per se spectatis, & inter se comparatis numeris insunt; eodem'que modo, & solido, & immobili, & ei, quod mouetur, ponderis experti, & pondus habenti alia sunt propria; ita & enti, qua ens est, quædam propria conueniunt. Atque hæc sunt ea, de quibus Philosophi est, ueritatem exquirere.*

Tract. 1. cap. 7

*Quod* [mm] *hoc argumento intelligi potest. Dialectici enim & Sophistæ eandem, quam Philosophus, personã induunt (Sophistæ uerò, non ut uerum inueniat, aut doceat, sed ut uerum docere, & sapiens esse uideatur, ea argumenta conquirit, quibus non tam contineatur ueritas, quàm uideatur contineri: at Dialectici, & Sophistę differunt de generalibus entium affectionibus,*

[ii] Atque Philosophi} Ex comparatione rerũ particularium cum ente in commune confirmat, quemadmodum particularia entia suas habent proprias affectiones; sic ens in commune habere suas.

[kk] Ac non ea ex parte} Secundum argumentum est. Dialectici, & Sophistæ induunt personam primi Philosophi, quanquam alio, atq; alio fine, & alijs, atque alijs medijs adhibendis: Dialecticus enim eodem fine, quo primus Philosophus (gratia nimirum exquirendę, ac tradendæ ueritatis) conatur quàm maximè probabilibus argumentis id docere, quod primus Philosophus necessarijs rationibus ostendit: Sophista uerò, non ut uerum inueniat, aut doceat, sed ut uerum docere, & sapiens esse uideatur, ea argumenta conquirit, quibus non tam contineatur ueritas, quàm uideatur contineri: at Dialectici, & Sophistę differunt de generalibus entium affectionibus, Dialectici. Sophista.

[ll] Etenim, ut numeri} Ex comparatione rerũ particularium cum ente in commune confirmat, quemadmodum

quia sint primi Philosophi propria; illi quidem, ut primo Philosopho ministrent; hi uerò, ut sapientes esse uideantur: agit ergo uerè primus Philosophus de communibus entium affectionibus.

Subiectum Dialecticæ, & Sophisticę, utentium, quo pacto idem quod primi Philosophi.

n n Ens autem omnibus] Quòd hîc ens dicitur genus subiectũ, in quo uersentur Dialectica, Sophistica, & Prima Philosophia; non ad artem Dialecticã, & Sophisticã quatenus docẽt, suaq; principia tradunt, referendũ est; sed quatenus proprijs præceptis in qualibet materia utuntur. Genus enim subiectũ Dialecticæ docentis, ut secundo libro dixim⁹, est uerus differẽdi modus, & nequaquã fallax; Sophisticæ autem docentis, apparens & fucatus. Illud tamẽ aduerte hoc loco, etsi prima Philosophia, Dialectica, & Sophistica in hoc conueniunt, quòd agunt de ente, eiusque affectionibus; tamen primam Philosophiam, non descendere ad omnia particularia entia, ad quæ tamẽ omnia descendunt Dialectica, & Sophistica; quod rectè annotauit Auicẽna initio suæ Metaphysicæ.

Idem Albertus hîc tract. 1. c. 7. & D. Thom. 4. p. 6

(ἡ γὰρ σοφιστικὴ φαινομένη μόνον σοφία ὄσα, καὶ οἱ διαλεκτικοὶ διαλέγονται περὶ ἁπάντων) κοινὸν [nn] δὲ πᾶσι τὸ ὄν ὄσι. Διαλέγονται δὲ περὶ τούτων, δηλονότι διὰ τὸ τῆς φιλοσοφίας εἶ) αὐτὰ οἰκεῖα. περὶ μὲν γὰρ τὸ αὐτὸ γένος τρέφεται ἡ σοφιστικὴ καὶ ἡ διαλεκτικὴ τῇ φιλοσοφίᾳ: ἀλλὰ διαφέρει, τῇ [oo] μὲν τῷ τρόπῳ τῆς δυνάμεως, τῇ δὲ τοῦ [pp] εἶναι τῇ προαιρέσει. ἔστι δὲ ἡ διαλεκτικὴ πειραστικὴ περὶ ὧν ἡ φιλοσοφία γνωριστική: ἡ δὲ σοφιστικὴ, φαινομένη, [qq] οὖσα δ' οὔ.

Textus 6.

Ἔπι [rr] δὲ ἐναντίων ἡ ἑτέρα συζυγία στέρησις, καὶ πάντα ἀνάγεται εἰς τὸ ὄν, καὶ τὸ μὴ ὄν, καὶ εἰς ἓν καὶ πλῆθος: οἷον στάσις ἕνος, κίνησις δὲ πλῆθος. τὰ δ' ὄντα, καὶ τὴν οὐσίαν ὁμολογοῦσιν σχεδὸν ἐξ ἐναντίων * συγκεῖσθαι. ἅπαντες γὰρ τὰς ἀρχὰς ἐναντίας λέγουσιν, οἱ μὲν γὰρ θερμὸν καὶ ψυχρὸν, οἱ δὲ πέρας καὶ ἄπειρον, οἱ δὲ φιλίαν καὶ νεῖκος. πάντα δὲ καὶ τἄλλα ἀναγόμενα φαίνεται εἰς τὸ ἕν, καὶ τὸ πλῆθος (εἰλήφθω γὰρ ἡ ἀναγωγὴ ἡμῖν). * εἰ δ' ἀρχαὶ καὶ παντῇ ὡς, καὶ

* Alias non habet συγκεῖσθαι.

Modo facultatis, quo pacto differat Metaphysica à Dialectica.

o o Facultatis modo] Ad media, argumẽtaũe referẽdũ hoc est. Itaque aut Aristoteles significat maiorẽ esse uim, & facultatem primæ Philosophiæ, quàm Dialecticæ utentis, quia illa sit demõstratiua, hæc minimè: Vel econtrariò, maiorem esse hac ex parte potestatẽ Dialecticę utentis, quàm primæ Philosophiæ, quòd Dialectica utens possit in utramque partem de quacumque re proposita disserere; Prima aute Philosophia eã tãtùm partẽ, quæ uera est, cõfirmet.

* Aliàs addit ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ἀγαθοῦ: uel ut Alexander legit, ἐν τῷ δευτέρῳ & cęt.

p p Vitæ instituto] Est enim Sophistæ institutum, sapientię ostentatio quæstus causa; quod longè distat ab instituto ueri Philosophi.

Sophistica.

q q Apparet quidem] Sophistica non modò apparet tentatrix cognoscendæ ueritatis ex probabilibus, ut Dialectica; sed etiam demonstratrix ex necessarijs, ut Philosophia. Apparet autem tum Dialectica, tum etiam Philosophia, quia utitur duobus illis fucatis argumentationum generibus, quorum alterum dicitur litigiosum, siue certandi studio comparatum, quo usurpando uidetur esse Dialectica; alterum appellatur pseudographum, siue mendacis demonstrationis, quo cùm utitur, uidetur esse Philosophia.

r r Præterea, contrariorum] Tertium argumentum hanc habet sententiam. Quæcunq; reuocantur ad ens, & non ens, uel ad unum, & multitudinẽ, pertinent ad hanc scientiam; omnia prędicta sunt huiusmodi; pertinent igitur ad hanc scientiam. Maior ex eo patet, quia quæ reuocantur ad unum, & multitudinem reuocantur etiam ad ens, & non

& non ens; si quidem unum etiam ipsum reuocatur ad ens, & multitudo ad non ens; ipsum autem non ens, cùm sit negatio entis, ad ipsum quoque ens reducitur: quo fit, ut quæcumque reuocantur ad ens, & non ens, ut ad unum, & multitudinem; tandem reuocentur ad ens. Quare cùm in hac scientia differatur de ente; efficitur ut quæcumque reuocantur ad ista, pertineant ad hanc scientiam. Minorem probat Arist. primùm hac ratione, Quia affectiones iam dictæ habent inter se quandam cõtrarietatem latè sumptam; semper autem alterum cõtrariorum est quodammodo priuatio alterius; quo pacto quies est priuatio motus. Quocirca quemadmodum quies, quia est priuatio aliter, atq; aliter habẽdi, reducitur ad unum, & motus propter uarietatem, quam rebus affert, reuocatur ad multitudinem; ita de cæteris contrarijs dicẽdum est. Deinde auctoritate Antiquorum. Illi enim, etsi in assignãdis primis cõtrarijs non rectè philosophati sunt; ea tamen tradiderunt prima contraria, quæ ad unum, & multitudinẽ perspicuè uidentur reduci. Impar enim ad unum reducitur, quia minùs aptum est ad diuisionem; par uerò ad multitudinem, quia aptiùs diuiditur: frigidum reuocatur ad unum, quia stringit, & in unum cogit; calidum, ad multitudinem, quia dissoluit, & dissipat: denique; siccis constat, finitum, & concordiam reuocari ad unum; infinitum uerò, & discordiam ad multa: quod idem de cæteris dicendum est. Quòd si prima contraria ad unum, & multitudinem rediguntur; non dubium, quin omnia omnino contraria ad eadem reuocentur. Non pugnant autem secum duo illa, quæ Aristoteles hic scribit; Fere incõfesso esse omnia ex contrarijs cõstare; &, Omnes dicere principia esse contraria. Loquitur enim in priori pronunciato de omnibus omninò Philosophis, quorum nonnulli, iisque paucissimi, principia rerum naturalium esse negauerunt, ut Parmenides, & Melissus; in posteriori autem de ijs tantùm, qui earũ principia posuerunt. Non censuerunt tamen hi, omnia, quæsunt, constare contrarijs; sed principia omnium esse contraria, seu, ut rectiùs loquar, habere cõtrarium. Itaque cùm ait [Omnes enim] subaudi [qui principia ponunt] &c.

*(Sophistica enim apparens tantùm est sapientia; Dialectici etiam de omnibus differunt) ens [a] autem omnibus commune est. De his uerò propterea differunt, quòd ea Philosophiæ sint propria. In eodem enim genere Sophistica, & Dialectica, in quo Philosophia, uersantur: uerùm Philosophia ab altera facultatis [bb] modo; ab altera uitæ [cc] instituto differt. Est q; Dialectica tentatrix de ijs, quorum cognitio ad Philosophiam spectat; Sophistica uerò apparet [dd] quidem, re autem ipsa non est.*

Contraria.

**Textus 6.** *Præterea [ee] contrariorum altera series priuatio est, & omnia ad ens, & non ens; ad unum item, & multitudinem reuocantur: quo pacto status ad unum pertinet, motus ad multitudinem. Porrò ea, quæ sunt, atque substantiam ex contrarijs constare, ferè in confesso est. Omnes enim dicunt, principia esse contraria; quidam par, & impar; alij calidum, & frigidum; alij finitum, & infinitum; alij amicitiam, & contentionem. Sed & cætera omnia ad unum, & multitudinem uidentur reuocari (ponatur [ff] enim à nobis ea reductio) principia q; , & omnino, & quæ*

Prima contraria Veterum reuocari ad unum, & multa.

[a] Ponatur enim à nobis] Quidam Græci codices sic habent [Sumatur enim à nobis ipsa reductio in primo de bono] quasi dicatur, Supponatur, ut dici solet, ex eo libro, in quo, si lectio uera est, uidetur Arist. reductionem hanc latè persequutus. Verùm nec liber extat, nec lectio hæc est admodum uulgata. Et Alexander ait, Aristotelem de ea

Varia lectio.

Comm. 19.

reductione egisse in 2. de bono, non in primo. Denique Argyropylus, & Beffario citatione præterniserunt. Illud constat, postulare Aristotelē his uerbis, ut ponamus rem ita habere, quia longum esset, hanc reductionē singulatim in omnibus principijs persequi. certum enim esse putat, principia rerum naturaliū, quas tantum Veteres illi cognoscebant, tum quæ omnino, ac uerè sunt principia, tum quæ ab illis afferuntur, in hæc genera cadere, hoc est ad unū, & multitudinē ut generalia principia reuocari. Potiùs autem reddidimus uerbo εἰλήφθω. Ponat, quàm, Sumat; quia & utrumq; significat apud Philosophos, quod Budæus ex Analyticorum lectione rectè obseruauit; & magis cōgruit huic loco, Ponat, clariùsque Aristotelis sniam exprimit.

Varius titulus scientiæ esse agere de ente ut ens est.

et Atque ex his} Confirmat ex opinione Antiquorū proximè citata id, quod in prima parte capitis dixerat, Agere de ente, ut ens est, non ad plures, sed ad unam scientiam spectare. Nam cùm omnia entia, illorū sententia, aut contraria sint, aut ex contrarijs cōstent; atque ea, quæ ex contrarijs constant, in eadem scientia tractari debeant, in qua de contrarijs agitur; agere autem de omnibus contrarijs, ut cōtraria sunt, ad unā scientiā pertineat, utpotè ad eam, quæ agit de uno, & multitudine (ad hæc enim cętera, ut ad prima, generaliaq; principia

κὴ ὡδὶ τῶν ἄλλων, ὡς εἰς ἑνὸν ταῦτα πίπτουσι.

Φανερὸν " οὖν κὴ ἐκ τούτων, ὅτι μιᾶς ἐπισήμης τὸ ὂν ἢ ὂν θεωρῆσαι. πάντα γὰρ ἢ ἐναντία, ἢ ἐξ ἐναντίων. ἀρχαὶ δὲ, ἐ τῶν ἐναντίων, τὸ ἓν ἐ τὸ πλῆθος: ταῦτα δὲ μιᾶς ἐπισήμης, εἴτε "" καθ' ἓν λέγεται, εἴτε μὴ, ὥσπερ ἴσως ἔχει τ' ἀληθές. ἀλλ' ὅμως, εἰ ἐ πολλαχῶς, λέγεται τὸ ἓν, πρὸς τὸ πρῶτον ταλλ' ἀναχθήσε): ἐ ἐναντία ὁμοίως. ἐ δῆλ' ἔτο, κὴ εἰ μή ἐστι τὸ ὂν ἢ τὸ ἓν καθόλε, κὴ ταυτὸ ὅλως παύτων: ἢ χωριστὸν, ὥσπερ ἴσως κ ἔστιν: ἀλλὰ τὰ μὲν πρὸς ἕν, τὰ δ' τῷ ἑφεξῆς. κὴ "" δῆλ' ἔτο κ ἔτ' ἦλθον μέτρου θεωρῆσαι, τί τὸ ἐναντίον, ἢ τέλειον, ἢ ἓν, ἢ ὂν, ἢ ταυτὸ, ἢ ἕτερον, ἀλλ' ἢ ἐξ ὑποθέσεως.

Ὅτι μὲν οὖν μιᾶς ἐπισήμης τὸ ὂν ἢ ὂν θεωρῆσαι, κὴ τὰ ὑπάρχοντα αὐτῷ ἢ ὄν, δῆλον: κὴ ὅτι ἐ μόνον τῶν ἐσιῶν, ἀλλὰ ἐ τῶν ὑπαρχόντων ἡ αὐτὴ θεωρητικὴ, τ' τε εἰρημένων, κὴ περὶ πρότερον καὶ ὑστέρου, ἐ γένους ἐ εἴδους, ἐ ὅλε ἐ μέρους, κὴ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων.

## VTRVM ENS, QVA RATIONE EST ENS, sit analogum. QVAESTIO 1.

### *Sententia eorum, qui dicunt esse prorsus æquiuocum.* SECT. I.

Commune, quotuplex.

VNIVERSALE quicquid multis commune est, aut sit comparatione eorum æquiuocum, aut uniuocum, aut quodammodo medium, quod analogum uocatur; quæri id meritò potest de ente in commune, Quod nam communitatis genus sibi vendicet. Nam, etsi Arist. initio huius capitis cap. 2. planè hanc quæstionē explicauit, asserens, illud nec esse æquinocum, nec uniuocum,

Digitized by Google

pia rediguntur) efficitur, ut omnia entia, qua entia sunt, ad unam scientiam pertineant.

Vnum nõ dici uniuocè.

u u Siue ratione una.] Sententia huius loci est, Siue unum, & multitudo uniuocè dicantur, siue nõ uniuocè, ut fortasse rei ueritas habet; tñ ad unã sciẽtiã ptinere possunt, qa significãt primò aliquid; ad quod cęterą, quatenus talia sunt, referuntur. Eodemq; modo, etsi ens, & unũ uniuersalia nõ sunt, atq; eadẽ in omnibus (hoc est propriè uniuersalia) ac multo minùs separata, ut Plato autumat, quẽadmodũ, inquit, fortitan re uera nõ sunt; tñ sub eandẽ cadere posse, eo quòd inter significata entis, & unius alia cõueniant in nomine cõmuni attributione unius ad alterũ, ut substãtia, & accidẽs; alia ꝓportione quadã (qđ uocat Deinceps) ueluti idẽ, ęquale, simile, & cætera hmõi, quatenus sunt prima unius significata. Vtit autẽ Arist. hoc loco nõ sine dubitãdi uerbo, qa nec de multiplicitate unius, nec cõtra uniuersaliũ separationẽ adhuc accuratè disseruit, quod 5. & 7. lib. faciet.

Dubitandi uerbo cur utatur.

*et quæ ab alijs tradita sunt, in hæc ut in genera cadũt.*

*Atq; ex his etiam perspicuum est, unius scientiæ esse, ipsum ens contemplari. Omnia enim, aut contraria sunt, aut ex contrarijs. Principia uerò, etiam contrariorum, unum & multitudo sunt; hæc autem ad unam scientiam spectant, siue* x x *ratione una, siue non una dicantur; quo forsitan modo se rei ueritas habet. Verùm, etsi unum multis modis dicatur, ad primum cætera reuocabuntur; & contraria similiter. Hac de causa, etsi ens, aut unum, uniuersale non est, atq; idem in omnibus; aut separabile, quemadmodum fortasse non est; alia tamen ad unum dicuntur, alia quia deinceps sint sic appellantur. Atque* x x *hinc fit, ut non sit Geometræ, quid cõtrarium, aut perfectum, aut unum, aut ens, aut idem, aut diuersum cognoscere, nisi ex hypothesi.*

*Quòd* y y *igitur entis, ut ens est, & eorum, quæ illi, quia sit ens, cõueniunt, ad unam scientiam cõsideratio pertineat; quodq; non substantiarum modò, sed eorum etiam, quæ illis insunt, eadem sit contemplatrix; & eorum, inquam, quæ dicta sunt, & prioris & posterioris, & generis ac speciei, et totius & partis, & aliorum huiusmodi, apertum est.*

x x Atq; hinc fit.] Colligit ex toto capite hoc cõsectariũ; Cognitionẽ eorũ, q hactenus dicta sunt, & aliorũ similium, nõ ptinere ad Geometrã, nisi quatenus ea supponit explicata à primo Philosopho. Quod idẽ dicendum est de cæteris artificibus.

y y Quòd igitur entis.] Conclusio est, & quasi epilogus totius capitis. Quo loco quasdã affectiones entis enumerat, quarũ hactenus nõ fecerat mentionẽ, & alias plures supereſſe innuit, de quibus sequenti lib. differet. Quod autẽ aut ad Metaphysicũ ptinere disputationẽ de genere, & specie, nõ solùm uerũ est quoad unitatẽ genericã, & specificã rerũ, aut etiã quoad relationes identitatis, quæ in eis fundãtur, sed etiã quoad relationes generis, & speciei, non quidem prædicabilitatis, ut sic dicã (id enim ad Dialecticũ pertinet) sed inexistentiæ, & subiectionis rerum, quę sunt illarum fundamenta.

Agere de Genere, & specie ad Metaphysicum spectare.

uniuocum, sed ex eorum numero, quæ dicuntur ad vnum, quę quidem inter analoga numerari solent; non desunt tamen, qui in alterutrum extremum declinent.

Atq; in primis quidam Rabbi Moyses, quem D. Tho. citat. q. 7. de potentia Dei ar. 8. existimat, illud comparatione Dei, & creaturarum esse omnino æquiuocum, nullamq; inter Deum, & creaturas analogiam reperiri posse, ea forsitã ductus ratione, quòd analogia idem sit, quod proportio,

Sententia eorum, qui uolunt, ens esse omnino æquiuocum.

Digitized by Google

portio, consetque inter finitum, & infinitum nullam esse proportionem.

Aureolus quoque apud Capr. in 1. d. 2. q. 1. videtur credere, illud non modò comparatione Dei, & creaturarum, sed etiam respectu diuersorum prædicamentorum esse prorsus æquiuocum; quippe qui multis argumentis contendit, nullam rationem, quę modo aliquo sit vna, conuenire enti, quatenus ens est. Eius argumenta tria sunt potissimùm.

Primum Aureoli.

Primum est, quia si ens vendicat sibi rationem aliquo modo unam, iam quæritur, num rationes particularium entium sint prorsus eædem cum illa, an illi aliquid addant. Primum dici non potest, quia sequeretur, entia particularia esse prorsus eadem inter se. Nec verò secundum, quia sequeretur, entia particularia aliqua ex parte non esse essentialiter entia. quicquid enim additur rationi entis, vt ens est, non potest esse essentialiter ens, quemadmodum quicquid additur rationi albi (ut quod moueat gustatum) non potest esse essentialiter album.

2 Secundum, quia si ens haberet rationem aliquo modo vnam, aut illa esset respectiua, aut absoluta (nam cùm respectiuum sit ad aliud, absolutum autem non sit ad aliud; fieri non potest, vt inter eorum rationes detur medium) at ratio entis non potest esse respectiua, cùm sit communis rebus absolutis; nec item absoluta, cùm sit communis respectiuis.

3 Tertium, quia si ratio entis aliquo modo esset una; entiaque omnia non solùm entis nomine, sed etiam ratione conuenirent; illud planè sequeretur, summa prædicamentorum genera non esse primò diuersa: quę enim in aliquo conueniunt præterquàm in nomine, & in aliquo differūt, non sunt primò diuersa, sed differentia, vt docet Arist. 10. lib. huius operis cap. 11. at decem summa prædicamentorum genera sunt primò diuersa, ut est communis Philosophorum sententia. tex. 24.

4 Quarta ratio addi potest hunc in modum. Entis nomen significat immediatè substantiam, quantitatem, & cætera summa genera; ac potiori ratione Deum; non est igitur ulla ratio communis, quæ nomini entis adæquatè respondeat: alioqui interuentu illius significarentur hæc omnia, quod negat Arist. 8. Metaph. cap. 6. cum ait statim unumquodque horum, & vnum quippiam esse, & ens quoddam, hoc est, absque ulla communi ratione media. Qua eadem de causa idem paulò antè dixerat non poni ens in definitionibus. tex. 26. Eodem tex.

Confirmatio ex Aristot. & Porphy.

Atque his duabus posterioribus rationibus uidetur hæc sententia Aristotelicæ doctrinę consentanea, ut mirum non sit, quòd Porphyrius in Isagoge cap. de specie illam Aristoteli planè attribuere videatur his verbis, Et omnia quis entia uocauerit, æquiuocè, inquit (nempe Aristoteles) vocabit. Quocirca paulò etiam pòst, exponens æquiuocationem entis, sic ait: Cùm autem sint decem prima; communicatio nomine tantùm est, non item & ratione ad id nomen accommodata.

Sententia

*Sententia eorum, qui affirmant esse uniuocum.* SECTIO II.

Nominales idem sentiũt, ut Ochamus, & Gabr. in 1. d. 2. & Greg. d. 8. q. 3. Bonetus itẽ primo suæ Met. cap. 6. Trõb. hoc loco

Scoti, & Nominalium ratiocinia.

AT uerò Scot. 1. lib. Sent. d. 3. q. 1. & tertia, & 3. lib. d 8. q. 2. aliíq; non pauci oppositam omnino sententiam sibi persuadentes, asserunt, ens, qua ratione est ens, uniuocũ esse. Argumenta Scoti sequũtur cæteri. Verùm, quia sunt plurima, satis erit, si præcipua quæque afferamus.

Primum est. Conceptus certus de re quauis distinguitur à conceptu incerto de eadem apud eundem hominem, alioqui idem cõceptus apud eundẽ esset certus, & incertus, quod fieri nequit: multi autẽ Philosophi fuerunt certi de prima causa, quòd esset ens, incerti utrum esset ens finitum, an infinitum: quidam etiam dubitarunt de lumine, esset ne substantia, an accidens, cùm interim nemo dubitet, quin sit ens: igitur cõceptus entis est alius à conceptu Dei, & creaturæ, substantiæque, & accidentis; ex qua re efficitur, ut sit uniuocus. 1

Secundum. Si ens nõ diceretur de omnibus rebus eadẽ rõne, & cõceptu; neq; Deũ per creaturas, neq; substãtias per accidẽtia cognoscere possemus: at hæc sunt absurdissima (pugnãt enim cum eo, quod sacra fides docet apud Paulũ ad Rom. & cũ omniũ Philosophorũ doctrina, ac experiẽtia) nõ est igitur negandum, ens, qua rõne est ens, esse uniuocũ. Maior ex eo probatur, quia nulla res cognoscitur per aliã, nisi in ea cõtineatur, aut formaliter, quoad aliquem conceptum utriq; cõmunem, quo pacto Angeli cõtinentur in substãtijs corporeis quoad cõceptũ substãtiæ generis summi, aut uirtute, & eminẽter, quo pacto operationes uitales continentur in anima tãquam in re, à qua oriri possunt. Cùm igitur, nec Deus contineatur uirtute in creaturis, nec substantiæ in accidẽtibus (res. n. perfectiores non continentur hoc modo in minùs perfectis) efficitur, ut si non continerẽtur in illis formaliter, saltem quoad conceptum entis; nec Deus per creaturas, nec substantiæ per accidentia cognosci possent. 2

Cap. 2.

Ad hoc argumẽtum reuocandum est illud, quo Scotus in hunc modũ probat ens esse uniuocũ substantijs, & accidentibus, Quia alioqui, ut ait, non cognosceretur à nobis substantia per accidentia, sed immediatè per se ipsam, quod tñ falsum est. Sic n. modo non dubium esset, quin internoscere possemus hostiam consecratam, quòd in ea substantia panis nõ existat, à non consecrata, in qua existit. Si quid enim præsentia sua immediatè immutat intellectum; absentia illius potest naturaliter cognosci; quod patet in lumine, & tenebris comparatione uisus.

Reuocatio argumenti cuiusdam.

Tertium. In omni inquisitione metaphysica ad intelligendũ Deũ per cõceptus creaturarũ, ita progredimur, vt cõsiderata rõne formali cuiusq; rei, & sublata ab ea omni imperfectione, quod reliquum est Deo attribuamus: ergo, nisi saltem conceptus entis esset vniuocus, nihil omnino per hmõi inquisitionẽ relinqueretur in creaturis, quod Deo uerè tribui posset; quo fieret, vt nõ ueriùs prædicaretur sapiẽtia de Deo per cõceptũ 3

desumptum

desumptum ex sapientia creata, quàm lapis. Quantumcumq; enim sapientia creata denudaretur ab imperfectionibus, quas habet, nunquam tamen id, quod ex ea relinqueretur, tale esset, quale re uera est in Deo.

4 Quartũ; A quibuscumq; similibus potest abstrahi natura aliqua una, in qua fiat eorum inter se, quatenus similia sunt, comparatio; omnia entia sunt similia, quatenus sunt entia; igitur ab omnibus entibus potest abstrahi natura entis: at natura, quę à multis abstrahitur, est uniusꝝ eiusdem rationis in omnibus.

5 Quintum; Vnitas obiecti nõ solùm est prior naturæ ordine quàm vnitas potentiæ, sed etiam non minor; quippe cùm potentia, quemadmodũ sumit speciem ab obiecto, sic & vnitatem sumat: ens autem est obiectum intellectus, intellectus uerò habet unitatem naturæ cuiusdam uniuocæ: ergo priùs naturæ ordine eam unitatem sibi uendicat natura entis.

6 Sextum; Quædam repugnant creaturis, quatenus entia sunt, quæ Deo etiam, quatenus est ens, repugnant, vt esse non intelligibile, esse impossibile (neq; enim huiusmodi prędicata repugnãt primò alicui rei propter aliquam specialem entis rationem) possumus igitur abstrahere naturam entis ab omnibus particularibus entiũ naturis, cui primò illa repugnent, & in quam primo cadat reduplicatio. Quòd si illã possumus abstrahere ab omnibus particularibus, non dubium est, quin sit uniuoca.

7 Septimum; Ens ut commune est Deo & creaturis, substantijs, & accidentibus, potest esse subiectum ueræ contradictionis, vt si dicas, Omne ens est finitum, Non omne ens est finitum. Potest item assumi, vt medius terminus in vero, & neutiquam fallaci syllogismo, vt si dicas Omne ens est causa, aut effectus; nulla negatio est causa, aut effectus; igitur nulla negatio est ens. Non est igitur negandum ens esse uniuocum. Alioqui nulla ex propositis enunciationibus esset una enunciatio, sed multiplex, & distinguenda, vt veram contradictionem, verumq; syllogismũ cõficeret.

8 Octauum, quod nobis ex argumentis Scoti vltimum sit, ducitur ex auctoritate Aristotelis secundo lib. huius operis cap. 1. quo loco ex pronunciato illo, vt verbum de verbo reddamus [Vnumquodqùe autem prę cęteris maximè ipsum est, secundùm quod & alijs uniuocatio ineſt] in hãc sententiam argumentatur Aristoteles. Id quod est causa uniuoca veritatis cæterorum omnium, est maximè verum; primæ causæ, siue principia, sunt huiusmodi; ergo sunt maximè vera. Cùm ergo mox subijciat, Vt unumquodque est ens, ita & uerum esse; apertum est, ens illius sententia uniuocum esse. tex. 4.

9 Nonum addi potest hunc in modum. Si ens non esset vniuocum, nõ dicerentur entia magis, ac minùs entia; at dicuntur; est igitur vniuocũ. Maior ex eo probatur, quia duobus modis fingere possumus, res plures conferri inter se secundum magis & minùs: altero, secundùm vnam, & eandem rationem omnibus communem: altero, secundùm rationes earum peculiares: at posteriori modo impossibilis est comparatio secundùm

Digitized by Google

dùm magis & minus. nõ minùs enim perfectè quantitas est ens per se extensum, quàm substãtia ens per se existens; quod idẽ in cæteris perspicuũ est: igitur, nisi ens esset vnius, & eiusdem rationis in omnibus, quod uniuocum appellamus; non dicerẽtur quædã magis entia, alia minùs entia.

Decimum. Par ratio esse censetur in accidente, quatenus dicitur de omnibus accidentibus, atque de ente, quatenus dicitur de omnibus entibus (vtrumque enim dicitur analogum ab ijs, qui contrariam sententiã tuentur) atqui accidens non est re uera analogum, sed vniuocum omnibus nouem prędicamentis accidentium, tum quia nomen accidentis nõ significat vnum eorum principaliter, & alia per habitudinem ad illud; tum etiã, quia ratio accidentis, siue eius, quod est in subiecto, initio prædicamentorum posita æquè conuenit omnibus accidentibus: igitur neque ens analogum est, sed vniuocum omnibus entibus. 10

Cap. 2.

## *Ens non esse omnino æquiuocum.* SECTIO III.

MEdia tamen sententia, quam Arist. paucis uerbis complexus est initio huius capitis, & D. Tho. cum communi Philosophorum schola sequitur, vera est, & à nobis amplectenda, ac perspicuitatis causa tribus conclusionibus explicanda, eo primùm animaduerso, non esse nobis in hac quæstione sermonem de solo ente reali, vt in superiori, sed de ente in cõmune, vt cõplectitur entia realia, & rationis: sic enim accipit Aristoteles nomen entis, cùm eius analogiam explicat, vt in expositione contextus diximus.

Approbatio mediæ sententiæ.

Prima conclusio; Ens, qua ratione est ens, non est omnino æquiuocũ. Hæc conclusio, quæ cum prima opinione directò pugnat, planè proponitur ab Arist. initio huius capitis, cùm ait, Id, quod est, non æquiuocè dici. de pura enim æquiuocatione intelligendum est verbum, Æquiuocè, vt patebit ex secunda conclusione. Veritas huius conclusionis ex eo facillimè perspicitur, quia maior est cognatio inter Deum, & creaturas, substantiasque, accidentia, atq; adeo inter entia realia, & rationis, quàm solius nominis. Nam si hæc omnia fortuitò, entia dicerentur, nec inter se vllam omnino conuenientiam haberent, propter quam entis nomine appellarentur; nullus omnino conceptus de omnibus, quatenus entia sunt, formari posset, quemadmodum, nec de homine Gallo, & gallo aue, quatenus huic nomini respondent; quod falsum esse perspicuum est.

Conclusio 2.

Præterea, si ens esset purè æquiuocum Deo, & creaturis, nihil de Deo, audito nomine entis, intelligeremus, vt doctè argumentatur D. Thomas, quòd significatio huiusmodi nominum nobis nota non sit, nisi quatenus sumitur ex ijs, quæ in creaturis nouimus. Nulla etiam similitudo imitatiua esset creaturarum respectu Dei. si qua enim similitudinis cognatio creaturis cum Deo intercedit, ea primùm in eo cernitur, quòd entia sint.

2. contra gen. cap. 33.

Cõmunia nomina nõ esse nota nobis, nisi ex ijs, quæ in creaturis nouimus.



Digitized by Google

qui autem id diceret, negaret, Deum esse primam omnium rerum causam; negaret item, posse aliquid de Deo ex creaturis colligi: quo fieret, vt inanes, & fallaces essent ratiocinationes, quibus perfectiones Dei ex perfectionibus creaturarum cõcluduntur: negaret quoque, Deum per suam essentiã cognoscere creaturas, vt quibus cum diuina natura nulla omnino esset cõmunio, nisi solius nominis, quod D. Th. alibi concludit: at hæc non modò absurdissima sunt, sed etiam impia. Si ens quoq; substantijs, & accidentibus nulla omnino ratione, quæ ex rebus ipsis duceretur, cõmune esset; non posset vtrumq; genus sub vnam scientiã cadere, quod Aristoteles negat, tum hoc capite, tum verò multò clariùs docet lib. 11. cap. 3. tex. 2. De Verit. q. 1. art. 11.

Passiones cõmunes entib⁹ realib. & rationis. Deniq; si entibus etiã realibus, & rationis purè æquiuocũ esset ens, nulla cõmunis passio cõueniret vtrisq; , quatenus entia sunt; at cõuenit cõcipi posse, quod etiã extenditur ad nõ entia, vt ad Chimeram, & Hippocentaurum, quatenus sunt entia ficta; igitur ne entibus quidẽ realibus, & rationis purè æquiuocum est ens. Probari etiã potest cõclusio hæc omnibus penè argumentis, quæ ex Sco. pro secunda opinione attulimus. Hoc. n. saltem efficiunt, vt necessariò cõcedendũ sit, omnia entia, quatenus entia sunt, conuenire in ratione aliqua, quæ ex natura ipsorum petatur.

## *Neque item vniuocum.* SECTIO IIII.

Conclusio 2. Secunda conclusio. Ens, qua ratione est ens, non est vniuocum. Hæc cõclusio ponitur ab Arist. in primis verbis huius capitis cùm ait, Id, quod est, multis modis, siue multipliciter dici. Quòd enim loquatur de multiplicitate, quæ opponitur vniuocationi, non autem quo pacto eam accepit in prædicamentis, cùm dixit, qualitatem esse ex ijs, quæ multipliciter dicuntur; ex hoc eodem cap. manifestum est. Docet enim paulò inferiùs, & planiùs ad finem capitis, Etsi ens non vna ratione dicitur, tamen pertinere ad eandem scientiam: perspicuum est autem, ea, quæ non vna ratione dicuntur, non esse vniuoca. Ex qua re clariùs perspicies, Aristotelem, cùm initio capitis dixit, Id, quod est, non dici æquiuocè, de pura, siue omnimoda æquiuocatione id intellexisse, vt diximus ad superiorem conclusionem, quippe cùm ea, quę de multis dicuntur, quantùm deficiunt ab vniuocis, tantùm ad æquiuoca necessariò pertineant, vt patet ex eorum definitionibus. Cap. de Qualitate.

Probatur conclusio hunc in modum. Si ens esset vniuocum, necessariò esset genus; atqui nõ potest esse genus; non est igitur vniuocum. Maior duabus rationibus patet. Primùm, quia omne simplex prædicatũ vniuocum, quod essentiali prędicatione dicitur de pluribus, necessariò est genus, aut species, aut differentia; ens autem dicitur essentialiter de pluribus, seu potius de omnibus, nec tamen potest esse species, aut differentia, cùm sit omnium prædicatorum primum. Deinde, quia ens dicitur Idem Boẽti⁹ in Porphy. ad cap. de specie.

Vniuocũ essentiale triplex tantùm.

Digitized by Google

citur de pluribus differentibus ſpecie in queſtione, quid eſt; quo fit, vt ſi vniuocum ſit, nihil ei deſit quominùs ſit genus. Atque huic maiori propoſitioni innititur argumentatio illa Porphyrij in Iſagoge, Dantur decẽ ſumma genera, ſupra quæ nullum genus tranſcendit; igitur communicatio omnium rerum in ente eſt in ſolo nomine, hoc eſt, ita eſt in nomine, vt non ſit in ratione verè vna. Minor autem præterquàm quòd eſt omnium Peripateticorum communis ſententia (niſi velis excipere neſcio quos ex Nominalibus) ea ratione facilè oſtendi poteſt, Quia omne genus habet differentias, per quas contrahatur; ens autem, qua ratione eſt commune omnibus entibus, per nullas differentias contrahitur. Id quod hac ratione oſtenditur. Nullum genus dicitur eſſentiali prædicatione de differentijs, per quas contrahitur, vt probauimus ſuperiori lib. cap. 3. ex libro 6. Top. cap. 3. ens autem dicitur eſſentiali prædicatione, atque adeo quiditatiua de omnibus differentijs, ut q. 3. patebit; & cęt.

Cap. de ſpecie.

Ad tex. 10.

Ens non poſſe eſſe genus.

Huic argumento cederet omnino Scotus, niſi in maiori propoſitione excipere tranſcendentia, vt videre eſt in 1. d. 8. q. 3. Verùm ea exceptio, cùm & cauſa fugiendi vim argumenti excogitata ſit, & vulgatę enumerationi vniuerſalium ab omnibus Philoſophis receptæ, ac ipſi generis definitioni repugnet, non eſt audienda. Nominaliũ[a] quidã cõceſſa, vt neceſſe erat, maiore, negandã putarunt minorẽ contra Ariſtotelem, & totius Peripateticę ſcholæ doctrinã apertiſſimamq; rationem, incidentes in Scyllam, vt Charybdin vitarent. Alij[b] vtramq; aſſumptionem negare nõ ſunt veriti; in quos omnium ſuperiorum reprehenſio conuenit.

Exceptio Scoti.

Nominales.

a Vt Gabr. 1. d. 3. q. 8. & ibidem Greg. q 3 quibus aſſentitur Bonetus in ſua Metaphy cap. 6.

b Vt Maior 1. d. 8. q. 1.

Prętereà, ſi ens in commune dicitur vniuocè de omnibus entibus; aut entia de quibus illud immediatè prædicatur, ſunt diuerſarum eſſentiarum, aut eiuſdem; non poſſunt autem eſſe eiuſdem, niſi quis ita inſaniat, vt dicat, omnia eſſe vnũ (idem enim pari ratione dicendum eſſet de cæteris inferioribus comparatione aliarum naturarum vniuocarũ, quę ſub ente continentur) ſunt igitur diuerſarũ eſſentiarũ: at entia, quæ in eadem communi eſſentia conueniunt, & ſunt diuerſarũ eſſentiarum, neceſſariò includũt diuerſas entitates, ex quibus ea diuerſitas naſcitur: igitur, ſi ens vniuocè dicitur, vnumquodque eorũ, de quibus illud immediatè prædicatur, includit duas entitates, quarũ una cõmunis eſt, ſiue ea vocetur genus, ſiue quiduis aliud; altera propria, & peculiaris, ſiue hæc dicatur differẽtia, ſiue quicquid aliud libuerit; quod certè fieri nequit. Entitas enim illa peculiaris eſt entitas quędam, ac proinde eſſentialiter ſubiecta entitati communi: quare cùm ea includat cõmunem entitatem, & pari ratione aliam ſibi propriam, qua ſit diuerſa à cæteris ſub eadem cõmuni entitate contentis; fit, vt eadem queſtio poſſit de ea excitari, & ita deinceps de infinitis. Cùm hęc igitur danda non ſint, neceſſariò dicendum eſt, fieri non poſſe, vt ens ſit vniuocum.

Entia contenta ſub vniuoca natura neceſſario eſſe compoſita, & differunt eſſentialiter.

Idem ſentit Sent. in 1. d. 8. q. 3.

Anton. Andr. pro præceptore Scoto reſpõdet, Ea, de quibus ens immediatè dicitur, non differre inter ſe entitatibus peculiaribus adiunctis,

Reſpõſio Antonij Andreę.

Impugnatio. entitati communi, sed modis intrinsecis duntaxat. Verùm hęc responsio parum habet momenti. Quæ enim modis tantùm differunt inter se, non sunt essentiæ diuersæ; vt candor separatus, & idem in subiecto; calor intensus, & idem remissus; res quælibet existens, & ipsa non existens. Itaque, aut modi, quibus entia distinguuntur sub ente, sunt entitates quædam, quo pacto non soluitur argumentum; aut si non sunt entitates, sed tantùm modi entitatum, omnia profecto entia sunt eiusdem omnino essentiæ, quandoquidem idem dici potest de ijs, quę remotè, & mediatè continentur sub ente, atque de ijs, quæ proximè, & immediatè, vt paulò antè diximus. Lege Ferr. 1. contra gent. c. 32.

Quorundam argumentū. Præterea, sic argumentantur quidam D. Tho. sectatores. Si ens, quatenus ens, esset vniuocum, in quauis definitione repeteretur idem sub eadem ratione; hoc autem faciendum non est; ergo nec illud est concedendum. Maior patebit resoluenti definitionem quamlibet vsq; ad ens, tum ex parte generis, tum etiam ex parte differentiæ. nam cùm utrumq; sit formaliter, & essentialiter ens, bis ponetur ens in resolutione partiū definitionis; semel ratione generis, & iterum ratione differentiæ; atque adeo sub eadem ratione, quia natura vniuoca est penitus eiusdem rationis in vniuocatis. Minor perspicua est, quia superuacanea repetitio eiusdem sub eadem ratione ab omnibus arguitur vitij, & meritò nugatio appellatur. Vt Caiet. libello de ente, & essentia q. 3. & alij.

Solutio Scoti Huic argumento occurrit Sco. hoc modo. Quemadmodum differentia sumitur denominatiuè respectu generis, quod informat; sic etiā ens, quod includitur in differentia, sumi denominatiuè respectu entis inclusi in genere; nec esse nugationem cùm idem sumitur semel absolutè, & iterum denominatiuè in eadem definitione: vt si resoluendo definitionem hominis, dicas, Homo est ens, per se existens, corporeum, viuens, sentiens, affectum entitate, qua est rationis capax. Ac Caietanus quidem in commentarijs de ente, & essentia q. 3. adeo absurdam putat hanc responsionem, vt eam impugnatione indignam iudicet; idq; ea ratione, Quia, etsi ens secundùm particulares rationes sumptum, potest seipsum denominare; tamen in commune acceptum, si modò vniuocum est, nō possit: in communi enim natura vniuoca, vt ait, non datur vlla varietas. Loco citato.

Scotum quo pacto reprehendat Caietanus.

Impugnatur Caietani reprehensio. Sed hęc non videntur à Caietano rectè dici. Potest enim in natura communi vniuoca dari varietas absoluti, & denominatiui, vt albedinis, & albi, qualitatis, & qualis, auri & aurati, præsertim si natura non sumatur, vt est abstracta à suis particularibus, seu, quod idem est, in suppositione simplici, sed absolutè, ac personaliter, vt loquuntur Dialectici, quo pacto sumuntur omnia prædicata essentialia, quæ in definitionibus ponuntur. Quod cùm verum sit, & homo sit animal rationale; erit profectò ens affectum entitate, neque vlla dabitur nugatio, quemadmodum, nec si dicas albedinem triangularem esse qualitatem affectam qualitate, quod quidem est, esse qualitatem qualem. Itaque propositum argumentum

apud

Digitized by Google

apud eos valeat, qui vitium in Scoti responsione viderint.

Vniuocorum cõuenientia, quanta.

Præterea; Nulla res, quæ in prædicato vniuocè conuenit cum altera, includit quicquam in ratione eiusmodi prædicati, quod altera non includat: atqui accidentia, quatenus sunt entia, includunt in suis rationibus respectum ad substantiam, quem non includit substantia, quatenus est ens: non conuenit igitur substantia vniuocè cum accidentibus in ente, potioriq; ratione, neq; Deus cum creaturis. Maior ex eo patet, quia alioqui prædicatum vniuocum nõ diceretur eadem omnino ratione de ijs, quæ in illo vniuocè conueniunt, quod est contra definitionem vniuocorum. Minor verò probatur duabus rationibus. Prior est, Quia naturalis dependentia essentiæ rerũ colligitur ex dependentia naturali existentiæ illarum; tota autem existentia accidentiũ, etiam quatenus entia sunt, pendet à substantia, veluti existentia caloris, & quatenus calor is, & quatenus qualitatis, & quatenus accidentis, & quatenus entis; ergo tota essentia accidentis, etiam quatenus ens est, à substantia pendet. Quod cùm Scotus ipsa veritate cogente concesserit in 1. Sentent. d. 3. q. 3. miror cur adiungat eodem loco, posse tamen à substantia, & accidente conceptum vnum communem vniuocum abstrahi. Posterior est, Quia enti per se, & enti in alio nihil potest dari commune vniuocum; ens autem in alio, quod est accidens, necessariò includit respectum ad ens per se, quod est substantia; ergo omne accidens, quatenus est ens, includit respectum ad substantiam. Assumptio perspicua est. propositio autem probatur, quia nihil potest abstrahi ab eo, quod per se potest existere, & ab eo, quod non potest per se existere: hæc enim disiunctio in omnem naturam cadit quantumcumque sit abstracta. Eadem minor principalis perspicuè asseritur ab Arist. tum hoc loco, tum uerò clariùs 7. lib. cap. 1. Nec verum est, quod nonnulli dicunt, Aristotelem non docere ijs locis, accidentia, quatenus entia sunt, includere respectum ad substantiã, sed tantùm quatenus accidentia. planè enim docet, præsertim in loco citato libri 7. se id intelligere de accidentibus non modò quatenus accidentia sunt, sed etiam quatenus entia. Exempla quoque sani, & medici, seu medicinalis, quæ hoc loco afferuntur, idem perspicuè ostendunt. Deambulatio enim non tantùm quatenus speciali ratione dicitur sana, sed etiam quatenus nulla adhibita limitatione eo nomine appellatur, ad sanitatem refertur; atque ita res habet in cæteris. Quòd si quis dicere pergat, omnia minùs principalia significata analogorum secundùm speciales rationes accepta includere respectum ad principale, non autẽ quatenus nulla limitatione adhibita eo vocabulo significantur, quasi eo pacto omnia cum principali significato eadem omnino ratione conueniant; is apertè tollet de medio omnia analoga attributionis, totumq; genus huiusmodi analogiæ ad vniuocationem traducet: quod multò erit faciliùs in analogia proportionis; quæ propiùs ad uniuocationem accedit, vt ex ijs, quæ dicenda sunt perspicuum erit.

Dependentiã essentiæ ex dependentia existentiæ colligi.

Nihil posse abstrahi ab eo, quod est p se, & quod in alio.

Hoc ipso cap. text. 2. & lib. 7. c. 4. text. 2.

Nota bene.

Mitto

Digitized by Google

Mitto plures rationes alias, quę ad hanc concluſionem confirmandã ualent, quoniam diſtantiã entis creati ab increato, diſtinctionemq; prędicamentorum attingunt: quod ea de cauſa facimus, ne materiam lib. ſequentis anteuertamus. Quanquam verò rationes, quibus hęc concluſio probata eſt, ſolius entis realis vniuocationem impugnent; ex eiſdem tamen relinquitur impugnata vniuocatio entis, vt realis, & rationis complectitur. Minùs enim conueniunt in ratione entis entia rationis cum entibus realibus, quàm entia realia inter ſe.

## *Eſſe analogum.* SECTIO V.

Concluſio 3. TErtia concluſio. Ens, qua ratione ens eſt, analogum eſt. Hanc concluſionem planè aſſerit Ariſtoteles, tum hoc capite ſæpiùs, tum alijs locis quàm plurimis, nunc affirmãs illud eſſe ex ijs, quæ dicuntur ad vnum, nunc ex ijs, quæ una quodammodo ratione dicuntur. Probatur autẽ concluſio perfacilè ex ſuperioribus. Cùm enim ex prima pateat, ens non eſſe omnino æquiuocum; ex ſecunda autem non eſſe vniuocum; conſtet autem illud dici de pluribus; planè ſequitur, eſſe medium quid inter vtrumque, quod trita iam appellatione analogum dicitur.

Hoc ipſo ex. tex. 2. & lib. 7. c. 4. tex. 14. & 15. & lib. 12. c. 4. tex. 19. & alibi ſæpe.

Ens eſſe vniuocum reſpectu quorundam. Illud tamen prætereundum non eſt, ens, qua ratione ens eſt, non ita dici analogum, vt reſpectu omnium, quæ ſunt, analogũ ſit. Eſt enim vniuocum ijs omnibus, quæ in qualibet vniuoca natura cõueniunt, vt omnibus ſpeciebus eiuſdem generis, & omnibus indiuiduis eiuſdem ſpeciei; ſiquidem eadem ratione dicitur ens de homine, & equo; itemq; de Socrate, & de Platone. Neque id mirum videri debet, cùm ea etiam, quæ omnino æquiuoca ſunt, aliquarum quoq; rerum comparatione ſint vniuoca, vt canis comparatione latrantium. Itaque cùm ens dicitur analogum, reſpectu eorum analogum eſſe intelligendum eſt, de quibus proximè, ac immediatè dicitur, cuiuſmodi ſunt Deus Opt. Max. genera ſumma, & omnes differentiæ. Nam de ijs, quæ ſub eodem genere, aut ſpecie eſſentialiter continentur, non dicitur ens immediatè, ſed interiectu alicuius generis, aut ſpeciei, aut etiam differentię.

Obiectio. At dices, id, quod in ſe non eſt vnius rationis, non poſſe eſſe eiuſdem rationis quarumlibet rerum comparatione, ac proinde, nec vniuocum; ens autẽ non eſſe in ſe unius rationis; quare nec reſpectu eorum, quę ſub eodem genere, aut ſpecie continentur vniuocum eſſe. Sed facilè diluitur obiectio negatione maioris. Quod enim in ſe nõ eſt unius rationis ſimpliciter, ſed multarum, poteſt per aliquam earũ eſſe unius rationis comparatione aliquarum rerum. Ita ergo ens per eam rationem, qua ſignificat genus ſummum ſubſtantiæ, eſt eiuſdem rationis reſpectu omniũ ſpecierum, & indiuiduorum prædicamenti ſubſtantiæ, & ita res habet in cæteris. Quòd ſi quis urgeat, rationẽ, quæ eſt ſecundum nomen ſubſtantiæ, non eſſe

Diluitio.

Occurritur ſubſtantiæ.

Digitized by Google

non esse rationem secundum nomen entis in commune, sed secundum nomen particularis cuiusdam entis; occurrendum est, In ijs, quæ non significant immediatè vnam naturam, sed plures, cuiusmodi sunt analoga, & casu æquiuoca, rationes omnium immediatè significatorum esse secundùm commune nomen, ut patet ex definitione æquiuocorũ in Prædicamentis tradita, in qua tam analoga, quàm casu æquiuoca cõprehenduntur. Quod diligenter aduertendum est. Quanquam in ijs, quæ sunt casu æquiuoca, quia nec simpliciter, nec secundùm quid habent eãdem communem rationem, id meliùs perspiciatur. Ita patet, ens communissima ratione sumptum esse analogum. Quòd autem idem dicendum sit de ente reali completo, lib. sequenti patebit.

Cap. de Aequiuocis.

## De uarijs analogiæ modis, & eorum discrimine. SECTIO VI.

VT autem qualis sit entis analogia intelligatur (neq; enim id facile est perspicere) excludenda est in primis ab hac disputatione analogia quædam, quam Arist. 7. Phys. cap. 4. & 10. lib. huius operis cap. 13. in natura generum subesse docet; quam D. Tho. 1. sent. d. 19. uocat analogiam secundùm esse tantùm, Caietanus autem in libello de analogia nominũ analogiam inæqualitatis, quòd natura generica, & si uniuoca est, perfectius tamen esse habeat in una specie, quàm in alia, ratione perfectioris differentiæ, cui coniuncta est. Iccirco autem hoc genus analogiæ excludendum est hoc loco, quia non impedit ueram uniuocationem, ut eisdem locis patebit.

Analogia generum.

7. lib. Phys. tex 31. & 10. lib. Metaph. tex. 26. D. Tho. q. 5. art. 2. Caiet. libello de analog. nom. cap. 2.

Reuocanda est deinde in memoriam distinctio illa analogorum in analoga secundùm attributionem, & secundùm proportionem, de quibus, quantùm satis erat, in Dialecticis Institutionibus, & Prædicamentorum commentarijs scriptum est.

Analogiam proprie dictã duplicé esse.

Libr. 1. cap. 20.

Post hæc, animaduertenda sunt nõnulla discrimina, quæ inter huiusmodi analoga cernuntur. Primum, quod ad vocabula pertinet, huiusmodi est; Ea, quæ secundùm attributionem appellantur, nunquam aliter apud Arist. nuncupari, quàm nomine eorum, quæ ad unũ, vel ab vno dicuntur; eaq; sola, quæ nos analoga secundùm proportionẽ dicimus, analogorũ nomine apud illũ vocari. Hæc intelliges ex hoc ipso cap. & ex cap. 6. lib. 5. ex cap. 4. lib. 7. ex cap. 4. lib. 12 ex cap. 16. 2. Post. & ex alijs plerisq; locis, maximè verò ex cap. 6. primi Eth. vbi planè distinguũtur analoga ab ijs, quę ab vno, vel ad vnum dicuntur. Eandem distinctionem faciunt Græci auctores initio Prædicamentorum Aristotelis. Vsus tamen Latinæ scholæ obtinuit, vt vtraque hodie analoga dicantur.

Primum discrimen inter analoga.

Hoc capite tex. 2. & lib. 7 tex. 14. & 15. & lib. 5. tex. 11. & lib. 12. tex. 19. 22. & 23. & lib. 2. Poster. tex. 23. & 24. Ammonius, & alij.

Alterũ discrimen est, semper dari aliquid vnũ & idem, ad quod mẽbra analoga secundùm attributionem, vel cętera, vel omnia referantur, & ratione cuius talia nominentur. Dico autem (cætera) quia illud unum, & idem,

Secundum.

Digitized by Google

& idem, ad quod alia referuntur, interdum significatur eodem nomine; vt nomine sani animal sanum, & nomine Medici homo Medicus; quod cum accidit, tunc illud dicitur principale significatum, cætera verò ratione illius dicuntur eodem vocabulo. Quod genus analogorum vocat D. Tho. analoga secundùm attributionem vnius ad alterum, comprehendés nomine Vnius omnia minùs principalia; nomine uerò alterius, ipsum principale. Interdum uerò illud vnum, & idem, ad quod alia referuntur, non significatur eodem nomine; ut si nomen Sani restringatur ad salutaria duntaxat; & nomen Medici ad medicinalia, tum illa, ad quæ horum nominum significata referentur, non continebuntur sub ijsdem nominibus. Res enim dicuntur salutares ab animali sano, & tamen animal, quatenus sanum, non dicitur salutare; eodemque modo multa dicuntur medicinalia ab homine Medico, cùm tamen Medicus non dicatur medicinalis. Hoc igitur cùm accidit, tum illud vnum, ad quod alia referuntur, non solùm non dicitur principale significatum, sed ne significatum quidem illius nominis, vt patet. Vnde fit, vt omnia significata horum nominum dicãtur talia, quia referuntur ad aliquid aliud. Quod genus analogorum vocat D. Tho. analoga secundùm attributionẽ duorum ad tertium, significans nomine duorum omnia significata huiusmodi analogorum; nomine autem tertij, vnum illud sub eodem nomine minime comprehensum, ad quod omnia referuntur. Ita patet, semper dari aliquid vnum, & idem, ad quod membra analoga secundùm attributionem, uel cætera, vel omnia referantur, & ratione cuius talia appellentur; quod tamen in analogis secundùm proportionem necessarium non est. Etenim Principium est analogum principijs rerum naturalium, principio temporis, & principio uiæ, cùm tamen nec principia minùs principalia dicãtur principia per attributionem ad aliquod idem principium principale, nec item omnia per habitudinem ad aliquid vnum, & idem, quod non sit principium. Quanquam enim illa dicuntur principia per attributionem ad principiatum, tamen principiatum non est unum, & idem, sed tam multiplex, quàm est ipsum principium: quod idem obseruare poteris in cæteris analogis huius generis. Quòd si cum hac analogia iungatur analogia attributionis, tum demum ratione illius dabitur unum, & idem, ad quod cætera, uel omnia referantur, iuxta conditionem eius analogiæ. Exempli causa, Ridens est analogum secundùm proportionem comparatione hominis, prati, & fortunæ: at pratum, & fortuna dicuntur ridere, seu arridere, quia quodammodo imitantur hominem arridentem alicui, in qua imitatione spectatur attributionis analogia. Idem cernere est in cæteris omnibus, quæ per tropum aliquem dicuntur, ut cùm aspectus dicitur per metaphoram de interna animi contemplatione.

Analoga attributionis unius ad alterum. — 2.p.q.13.a.1

Duorum ad tertium. — Loco proximè citato.

Tertium discrimen. — Tertium discrimen est, analoga secundùm attributionem non necessariò significare formam, quæ insit in omnibus membris diuidentibus.

Nam,

Digitized by Google

Nam quicquid dicendum sit de analogis duorum ad tertium, certè ea, quæ sola attributione vnius ad alterum analoga sunt, significant formam in solo principali significato existentem. Sanitas enim, quæ est forma significata nomine Sani, in solo animali inest, non in vrina, aut potione, aut aëre, quæ denominatione extrinseca dicuntur sana. At analoga secundùm proportionem necessariò significant formam, quę inest in omnibus membris diuidentibus, vt inductione patet. Nam principium significat naturam principij existentem in omnibus, quæ dicuntur principia, eodemque modo se res habet in cæteris non modò propriè dictis, sed etiã impropriè, & per tropum. Ridere enim, exempli causa, significat risum non modò inhærentem homini, sed etiã suo modo florenti prato. Namque ipsa florum productio est quædam quasi hilaritatis significatio per vultum.

Quartum discrimen est, In analogis secundùm attributionem, omnia significata, quæ habitudine ad aliquid vnum dicuntur talia, necessariò per illud definienda esse; vt pulsum sanum, & deambulationem sanam per animal sanum. At in analogis secundùm proportionem id non est necessarium, nisi eadem sint analoga secundùm attributionem. Nam neque principium temporis necessariò definitur per habitudinem ad principium viæ; neque hoc per habitudinem ad illud. Quod idem cernere est in cæteris analogis proportionis propriæ, si in eis sola proportionis analogia reperiatur. Quartum.

Sectione præcedente. His ita constitutis, cùm superiùs ostensum sit, ens esse analogum Deo, & creaturis, substantiæ creatæ, & accidentibus, itemq; ipsis accidentibus diuersorum prædicamentorum, & postremò entibus realibus, & rationis; his quatuor analogijs explicandis totũ, quod quærimus, apertũ fiet.

## *Qualis sit analogia entis.* SECTIO VII.

AC non esse quidem ens comparatione Dei, & creaturarum vllo pacto analogum secũdùm attributionem duorum ad tertium luce clarius est, cùm præter Deũ, & creaturas nihil aliud sit, cuius comparatione Deus, & creaturæ, & sint, & dicantur entia. Quòd verò nec sit analogum secundùm attributionem vnius ad alterum, creaturarum, inquam, ad Deum (nemo enim dixerit, Deum esse ens per attributionem ad creaturas) his rationibus videtur ostendi. Ens non esse analogũ Deo, & creaturis attributione duorũ ad tertium.

Primùm, quia si creaturæ essent entia per attributionem ad Deum; solus Deus esset formaliter ens, siquidem forma significata per analoga, quæ dicuntur secundùm attributionem vnius ad alterum, soli principali significato inest, vt patet in sano. Itaque non magis quælibet creatura diceretur ens ab entitate, quàm potio dicitur sana à sanitate, quam in se non habet. Prior ratio cur entia creata, nõ uideantur dici entia attributione ad Deum.



Digitized by Google

Posterior. Deinde, quia si creatura esset ens per attributionem ad Deum; necessariò quatenus est ens, definienda esset per Deum; quod patet esse falsum, tum quia creatura, quatenus est ens, satis aptè definitur esse, quod existere in rerum natura potest; tum etiam, quia entia creata, quatenus sunt entia, priùs cognita fuerunt à Philosophis, quàm vlla eorum dependentia à diuina natura cognosceretur. Adminiculo enim cognitionis creatarum rerum sese erexit humanus intellectus ad diuinæ naturæ cognitionem, vt etiam D. Paul. ad Rom. scribit. Atque in hac sententia videbitur D. Thomas esse in q. 2. de veritate ar. 11. Vbi docet, inter Deū, & creaturas non cerni analogiam vnius ad alterum, sed proportionalitatis, quam nos proportionis analogiam dicimus. Ad Rom. 1.

Eisdem argumentis videtur concludi, non esse ens analogum substantiæ creatæ, & accidenti. Nam neq; accidens est ens sola extrinseca denominatione; neq; item videtur definiri per substantiam quatenus ens, vt patet ex tradita entis definitione, sed quatenus accidens.

Ens esse analogum, & analogia attributionis, & proportionis. Dicendum est tamen, vtroque modo esse ens analogum, & secundùm attributionem, & secundùm proportionem, cùm respectu Dei, & creaturæ, tum etiam respectu substantiæ creatæ, & accidentis, atque adeo respectu accidentium diuersorum prædicamentorum, entiumque realium, & rationis.

Proportionis Hæc assertio, quod attinet ad analogiam proportionis (ab hac enim, vt faciliori inchoabimus) nullo negotio probatur quoad omnes partes. Vt enim Deus se habet ad suum esse, sic proportione quadā se habet ad suū substantia creata; & quo pacto substantia creata, ita, & accidens; quo item modo vnum genus accidentium affectum est ad suam existentiam, sic vnumquodque cæterorum ad suam; qua denique ratione entia realia, eadem quoq; entia rationis; est enim in omnibus æqua proportio, quāuis res ipsę, & ipsę etiam existentiæ per se sumptę diuersę admodum sint.

Præterea, omnia analoga, in quibus non cernitur analogia proportionis, sunt analoga secundùm attributionem vnius ad alterum (Quæ enim sunt analoga secundùm attributionem duorum ad tertium, sunt etiam analoga secundum proportionem, vt inductione patet) atqui forma significata per nomina huiusmodi analogorum, soli principali significato inest, vt patet ex tertio discrimine; entitas autē, quę est forma nomine entis significata, necessariò inest omnibus entibus; igitur omnia entia, quatenus entia sunt, cōueniunt secundùm analogiā proportionis. Atque hoc idē docet Arist. quoad entia realia lib. 5. cap. 6. & lib. 12. cap. 4. & 5. asserēs, ea, quæ ad diuersa prædicamenta pertinent, nō eadē ratione, sed similitudine rationum inter se cōuenire. Loquitur autem non solùm de ijs, quę directò pertinent ad prædicamenta, sed etiam de ijs, quæ sunt illorum principia, in quibus patet, Deum quoque Opt. Max. intelligi. Lib. 5. tex. 7. & lib 12. tex. 22. & 27.

Reprehensio non agnoscētium in ente Ex his collige, non rectè philosophari eos, qui in ente solam analogiā attributionis agnoscunt. Coguntur enim fateri (quod etiam libenter admittunt)

Digitized by Google

mittunt) solam substantiam esse formaliter ens, quemadmodum solum animal est formaliter sanum: eamque existimant Recentiores quidam fuisse opinionem Parmenidis, quemadmodum illam refert Simplicius in primum Physicorum. Idem videtur credere Aegidius hoc loco cùm ait, accidentia non habere entitatem, nisi in obliquo, vt non sint entia, sed entis: ex quo quasi fundamento colligit lib. 7. & in libello de Esse, & essentia absurdam illam sententiam, Accidentia nõ habere propriam existentiam, sed per solam existentiam substantiæ existere.

analogiã proportionis.

Niphus disput. 1. Aegid. q. 3. & 4. Idem lib. 7. q. 2. De Esse, & essentia q. 10.

Quod verò attinet ad analogiam secundùm attributionẽ, id quidem in accidentibus, & comparatis inter se, & cum substantia creata facilè intelligitur. Nam cùm accidentia dicantur entia respectu substantiæ creatæ; efficitur, vt si ens, quatenus de eis dicitur, analogum est; necessariò sit analogum secundùm attributionem; duorum quidem ad tertium, si ens sumatur pro solis accidentibus; vnius autem ad alterum, si sumatur, vt est commune omnienti creato.

Analogia attributionis accidentium.

Atque hæ duæ assertionis partes, quibus conferuntur accidentia, & inter se, & cum substantia creata, hoc ipso cap. & lib. 7. cap. 1. & 4. Et lib. 11. cap. 7. planè traduntur ab Aristotele.

Hoc lib. tex. 2 lib. 7. tex. 1. 2. 3. 4. & 14.

Ex qua duplici comparatione patet, idem dicendum esse de entibus rationis, tum comparatione entis realis, tum etiam inter se, si diuerso omnino genere habitudinis referuntur ad ens reale, quemadmodum accidentia diuersorum prædicamentorum ad substantiam. Neq; enim entia rationis minùs pendent ab ente reali, quàm accidentia à substantia.

Entium rationis.

In Deo autem, & creatura, in quibus assertio non ita facilè perspicitur, duabus potissimùm rationibus id concludi potest. Prior ratio. Non minùs pendet ens creatum à Deo in genere causę exemplaris, efficientis, & finalis, quàm pendeat accidens à substantia creata in genere causæ subiectę, quę reducitur ad materialem; atqui accidens ita pendet à substantia creata, vt sit ens per attributionem ad substantiam; igitur & ens creatum ita pendebit à Deo, vt non sit ens, nisi per attributionem ad illum. At obijciat aliquis; Res non pendere secundum suas essentias absolutas à suis causis exemplaribus, efficientibus, & finalibus, vt patet in statua Cæsaris respectu sui exemplaris, quod est in mente statuarij, & ipsius statuarij, & eius finis, propter quem statua facta est, cùm tamen accidens secundùm suam essentiam pendeat à substantia. Sed respondendum, disparem esse rationem. Nam, etsi id uerum est collatis rebus cum suis particularibus, & secundarijs causis exemplaribus, efficientibus, & finalibus; tamen si conferantur cum primo exemplari, efficiente, & fine, falsum est. Adeo enim est essentialis omnibus entibus creatis dependentia à Deo tanquam à primo exemplari, efficiẽte, & fine, vt sine ea, quatenus entia sunt, intelligi non possint, quemadmodum nec accidens absque dependentia à substantia, vt à prima causa subiectiua. Vnde colligo, perfectam cognitionem substantiæ creatæ, quatenus est

Analogia attributionis creaturarum ad Deum.

Perfecta cognitio entis creati.



Digitized by Google

ens, indigere cognitione triplicis dependētię, à primo, scilicet, exemplari efficiente, & fine: cognitionem autem accidentis, quatenus est ens, indigere adhuc cognitione dependentię à prima causa subiectiua, quę est substantia creata. Ex qua re apertiùs intelliges, veram esse Indi illius sententiam, cuius meminimus lib. 2. Neminem posse res humanas intelligere, qui diuinas ignoret. Cap. 3. 45. sect. 4.

Posterior ratio. Id, quod ea ratione de vno dicitur per essentiam, quia tota essentia, quam significat, illi conuenit; de altero autem per participationem, quia pars essentię, dicitur de secundo per attributionem ad primum, veluti homo, de Paulo, & anima Pauli, aut etiam, de corpore Pauli; ea enim ratione anima Pauli dicitur homo interior, & corpus exterior, quòd illa sit pars interior humanę naturę, corpus autem exterior: atqui ens eà potissimùm ratione dicitur de Deo per essentiā, quòd omnes gradus entitatis, siue essentię, qui immediatè significantur nomine entis, illi conueniunt (alij quidem formaliter, alij autem eminenter, id est, excellentiùs, quàm cęteris rebus) de creaturis verò per participationem, quia vnicuique earum conueniat pars aliqua totius eius multitudinis graduum essentię: ergo dicitur de Deo, & creaturis per attributionem creaturarum ad Deum. Ita patet, ens esse analogum respectu Dei, & creaturę per attributionem vnius ad alterum. Quod idem intelliges apud D. Tho. 1. p. q. 13. ar. 5. Lege item Caiet. in lib. de analog. Nom. cap. 2.

Solutio prioris rationis pro parte opposita.

Ad priorem verò rationem, quę hanc analogiam creaturę ad Deū infirmare contendebat, dicendum est, in quibus analogia proportionis simul reperitur cum analogia vnius ad alterum, in ijs posse formam significatā inesse in omnibus membris, vt patet in pede, quatenus dicitur de pede animalis, & lecti: in pede enim lecti simul cernitur, & imitatio pedis animalis (quæ est, quædam attributio) & proportio quædam ad illū. Ita fit, vt pedalitas, quæ est forma significata nomine pedis, insit suo modo in pede lecti, quemadmodum in pede animalis. Eodem igitur modo res habet in ente respectu Dei, & creaturæ propter vtramq; analogiam, & proportionis, & attributionis. Respondeti quoque potest ad argumentum, Creaturas, quatenus dicūtur entia per attributionem ad Deum, appellari entia denominatione extrinseca ab entitate diuina: at quatenus dicuntur entia secundùm proportionem, esse ac dici entia à proprijs entitatibus. Quo pacto loquitur Caiet. in libello de analogia nominum.

Alia responsio.

Quænam sint vtriusq; analogiæ fundamenta.

Quòd si quis roget, quænam sint fundamenta vtriusque analogiæ in ente respectu Dei, & creaturæ; & vtra earum priùs enti conueniat; Dicendum est ad priorem quæstionem, fundamentum, siue rationē fundandi analogiæ attributionis creaturarum ad Deum esse ipsam diuinam entitatem, à qua creaturæ omnes extrinseca denominatione dicūtur entia, vt à primo fine, efficiente, & exemplari: fundamentum verò proportionis cum Deo, esse modum habendi formaliter, atque essentialiter entitatem, qui idem quodammodo est in omnibus entibus. Ad posterio-

rem

rem dicendum, primo quidem aſpectu, priorem videri ex natura rei analogiam, qua Deus, & creaturæ cõueniunt in ente per proportionẽ, quàm eã, qua cõueniunt per attributionẽ creaturarum ad Deũ: ſemper enim attributio vnius ad alterum videtur ſupponere aliquid in eo, quod attribuitur, ſiue refertur, vt patet in attributione ſani conſeruantis, & efficientis ad ſanum formaliter. Verùm hæc reſponſio, etſi locum habet in pleriſque rebus creatis collatis inter ſeſe; non habet tamen in creaturis cõparatione Dei, quippe cùm attributio creaturarum ad Deum, earum'ue dependentia ab illo, vt à primo fine efficiente, & exemplari, nihil ſupponat in creaturis, ſed illis potiùs entitatem largiatur. Itaque dicẽdum, aut haſce analogias in ente eſſe ſimul natura; aut, quod magis placet, analogiam attributionis præcedere analogiam proportionis. Nam ex eſſendi ratione, quam res creatæ à Deo variè accipiunt, naſcitur earum proportio, & inter ipſas, & cum Deo.

Vtra analogia prius cõueniat entia.

Ad poſteriorem rationem dicendum, creaturam, quatenus eſt ens, neceſſariò definiendam eſſe per Deum, ſi definitio eſſe, debeat omnino diſtincta, & perfecta. Nec enim propoſita entis definitio eſt diſtincta eius explicatio, ſed confuſa, ut mox patebit. Nec item Philoſophi perfectè cognouerunt entia creata, quatenus entia ſunt, antequàm cognoſcerent diuinam naturã, à qua illa pendent, qua ratione ſunt entia, ſed imperfectè, & à poſteriori; quod ſatis fuit, vt eorũ adminiculo ad diuinæ naturæ cognitionem ſe attollerent. Quòd ſi Theologorum plerique negant, definiendas eſſe creaturas neceſſariò per Deum; id haud dubiè intelligũt de ſufficientibus definitionibus, cuiuſmodi ſunt, quę traduntur per genus proximum, & differentiã proximã, non de omnino diſtinctis, & abſolutis.

Num creatura neceſſariò ſit definienda per Deum.

Vt D. Th. De Veritate. q. 2. ar. 11. ad 6. Caiet. de ente & eſſ. ca 2. & Capr. 1. d. 35. q. 2. cõcl. 10.

Quod verò in eodem argumento additur, negaſſe D. Thomã in creaturis analogiam attributionis ad Deum, facilè refellitur. Neq; enim negat ille, quod alibi ſæpe concedit, vt q. 7. de Potentia Dei ar. 7. 1. p. q. 13. ar. 6. & primo con. gent. cap. 34. multoque luculentiùs in prologo ſent. q. 1. ar. 2. ſed eam ſolam analogiam vnius ad alterum inficiatur, qua ſignificatur determinata habitudo creaturarum ad Deum: quaſi dicat, eã habitudinem non eſſe talem, qualis eſt inter vnũ, & duo, aut inter duos quoslibet deſignatos numeros. Hoc enim pacto negandum eſt, creaturã dici ens per habitudinem ad Deum, cùm inter finitum, & infinitum non poſſit dari habitudo determinata, ſiue dimidij, ſiue tertiæ partis, ſiue quartæ, ſiue cuiuſuis alterius denominationis, quę ex numero vllo ſumatur. Itaque vult D. Thomas, creaturã non dici ens, quia eius entitas habeat certam commenſurationem cum entitate Dei; ſed quia diuinã eſſentiam quoquomodo imitatur. Atque hęc eſt Thomiſtarum explicatio. Quo autem modo propoſitę duę rationes ſoluendę ſint, quatenus accõmodantur ad euertendam analogiam entis per attributionem accidentis ad ſubſtantiam, ex dictis patet.

Quo pacto D. Tho. neget analogiã attributionis creaturarũ ad Deum.

Vt apud Per. 1. con. gent. cap. 34.

Occaſio quæſtionis ſequẽtis.

Verùm vt ea, quę dicta ſunt, pleniùs intelligantur; ſimulque argumenta, quę

Digitized by Google

ta, quæ initio quæstionis pro prima, ac secunda opinione propositâ sunt, apertiùs dissoluantur; operæpretium erit exquirere, qualis nam sit conceptus entis; vnus ne, & præcisus à conceptibus membrorum diuidentium; an uerò ab eis nulla ratione distinctus & abstractus. Hinc enim plena huius quæstionis explicatio pendet. sect. 1. & 2.

## QVALIS SIT CONCEPTVS ENTIS.

### QVAESTIO SECVNDA.

### De *conceptu formali, & obiectiuo.* SECTIO I.

ATque ut à distinctione cõceptus ordiamur; illud principio ponatur, duplicem esse conceptum; formalem unum, alterum obiectiuum. Quo etiã pacto nostri distinguunt rationem, in formalem, & obiectiuam; nisi quòd presiùs accipiunt rationem, vt idem sit, atq; conceptus definitiuus.

Conceptus formalis.

Conceptus formalis nihil est aliud, quàm actualis similitudo rei, quæ intelligitur, ab intellectu ad eam exprimendam producta. Exempli causa, cùm intellectus percipit naturam humanam; actualis similitudo illius, quam sibi fabricat, ut naturam humanam exprimat, est conceptus formalis humanæ naturæ. Dicitur autem actualis similitudo, vt discernatur à specie intelligibili, quæ etsi est similitudo rei, quæ intelligitur; non inhæret tamen intellectui, ut actus, sed ut habitus. Hinc patet, cur huiusmodi conceptus dicatur formalis. Cùm enim sit forma quædam accidentaria inhærens intellectui, meritò formalis appellatur, ut distinguatur ab obiectiuo, qui rarò, & ex accidente in intellectu ineſt. Est & alia ratio, cur dicatur formalis; nempe, quia representat rem sub ea forma, seu natura, secundùm quam intelligitur.

Duplex formalis.

Diuiditur porrò conceptus formalis in simplicem, & compositum, siue complexum, qui definitiuum complectitur. v. g. conceptus, qui respondet in mente subiecto huius enunciationis, Homo est animal rationale, est simplex; qui autem respondet prædicato, est complexus, atq; adeo definitiuus. Ac simplex quidem vocatur aliàs uerbum mentis, latè accepto verbi vocabulo, ut nomina etiam complectitur; definitiuus autem, ratio formalis. Atq; in hac explicatione magis perspicuã D. Tho. sniam sequuti sumus: num autẽ eadẽ quoq; sit verior, suo loco videbimꝰ.

Obiectiuus.

Conceptus obiectiuus est res, quæ intelligitur, secundùm eam formam, naturam'ue, qua per formalem concipitur. Dicitur autem simplex, quatenus repræsentatur per simplicem formalem; compositus autem atque complexus, quatenus repræsentatur per complexum formalem. Qui quidem, cùm respondet definitiuo formali, dicitur ratio obie-

Digitized by Google

obiectiua. Quanquam & ipsa ratio obiectiua appellari nonnunquam solet ratio formalis; non tamen simpliciter, sed cum hoc addito, Obiectiua. Exempla vtriusque conceptus obiectiui sumi possunt in homine, quatenus repręsentatur per terminos huius enunciationis mentalis, Homo est animal rationale; est enim conceptus obiectiuus simplex, quatenus repręsentatur per subiectum; complexus autem, atque definitiuus, quatenus repręsentatur per prædicatum. Hæc de conceptu formali, & obiectiuo; itemque de ratione, tum formali, tum obiectiua.

## *Tres opiniones de conceptu entis.* SECTIO II.

NOn desunt igitur, qui videantur sentire, utrumque conceptum analogicum entis, tum formalem, tum etiam obiectiuum (neque enim vlla nobis iam hoc loco quæstio est cum ijs, qui illum vniuocum ponunt) esse vnum, ac præcisum à proprijs conceptibus membrorum immediatè diuidentium, vt à proprijs conceptibus substantiæ, quantitatis, & aliorum summorum generum. Horum sententiam refert Caiet. in libello de analogia nominum. In eademq; videtur esse Iauellus hoc loco; Quę, quod attinet ad conceptum formalem, fere est communis opinio, & tribus potissimùm rationibus confirmari potest. Opinio prima. Cap. 6. Quæst. 1.

Primùm, Quia formalis conceptus entis, tum simplex, tum definitiuus, nec est proprius substantiæ, nec quantitatis, nec alicuius alterius particularis entis, sed communis omnium, vt patet in hac enunciatione mentali, Ens est id, quod est. Deinde, Quia omnium similium, quatenus similia sunt, potest dari vna numero imago: at omnia entia, qua ratione sunt entia, similia sunt inter se, conceptusque formalis quędam imago rerum est. Tertiò, Quia formalis conceptus entis est omnium simplicissimus, & ad quem fit cæterorū vltima resolutio, vt est cōmunis Philosophorum sńia: nō esset autem hmōi, nisi esset vnus, atque abstractus ab omnibus particularibus, & (quod hinc sequitur) ab omnibus præcisus. Prima ratio pro præcisione formalis conceptus. 2 3 Vt Diui Thomæ de uerit q. 1. ar. 1. ex Auicenna in 1. suæ Metaphysicæ.

Quod autem ad obiectiuum attinet, ex his videtur eadem sententia ostendi. Primùm, Quia conceptus obiectiuus respondet conceptui formali, cùm sit nihil aliud, quàm res, quæ intelligitur, quatenus per formalem repręsentatur, vti diximus. Quare cùm formalis conceptus entis sit vnus, & præcisus ab omnibus particularibus, vt probatum est; necessariò efficitur, idem dicendum esse de obiectiuo; alioqui conceptui formali entis, ut est præcisus à conceptu substantiæ, quantitatis, & aliorum entium particulariū, nullus omnino conceptus obiectiuus responderet. Prima pro prȩcisione obiectiui.

Deinde, Quia si cōceptus obiectiuus entis nō esset vnus, ac præcisus ab omnibus particularibus obiectiuis; nihil aliud esset ens, quàm tota copulatio, aut disiunctio ex conceptibus obiectiuis eorum, quę entis nomine significātur; quod quàm sit absurdū ex eo planè uidetur colligi, quia si ita esset, 2

Digitized by Google

esset, profectò, cùm dicimus, substantiam esse ens, aut sensus foret, substantiam esse substantiam, & quantitatem &c. si nomina, inquam, communia significant multa copulatim; aut sustantiam esse substãtiam, uel quantitatem &c. si illa significant disiunctim: at illud apertè falsum est; hoc autem planè ridiculum.

3 Tertiò, Quia si nullus esset conceptus obiectiuus entis pręcisus à conceptu obiectiuo substantiæ, & cæterorum entium, per eundem prorsus naturę gradum esset homo substãtia, per quem est ens; quod ex eo patet fieri nõ posse, quia homo per id, quo est ens, cõuenit cum omnibus entibus; per id autem, quo est substãtia, distinguitur ab cęteris omnibus, quę non sunt substantiæ, vt à quantitate, & qualitate. Qui autem fieri potest, vt res vlla per idem omnino conueniat cum alia re, & distinguatur ab illa? Consecutio autem luce clarior est. Nam si homo esset ens, per aliquẽ naturæ gradum distinctum ab eo, per quem est substantia; iam ille esset conceptus obiectiuus entis præcisus à conceptu obiectiuo substantię, eademque ratione à conceptibus obiectiuis omnium aliorum entium particularium.

Cur si præcisus est, nõ sit uniuocus.

Quòd si ab his petas, cur ens non sit vniuocum, si eius cõceptus obiectiuus est vnus, ac præcisus ab omnibus obiectiuis particularibus; respondent, causam esse, quia is conceptus non æquè participatur à conceptibus obiectiuis entium particularium, cùm priùs dicatur de Deo, posteriùs de creatura; eodemq; modo priùs de substãtia, posteriùs de accidẽte.

In hac uidetur esse Capreolus 1. d. 2. q. 1.

Secunda opinio.

Alij sunt, qui etsi de conceptu formali idem sentiunt, quod superiores; tamen quod attinet ad obiectiuũ existimant, illum non esse vnũ, nisi vnitate disiunctionis, ac proinde non esse præcisum à conceptibus obiectiuis membrorum diuidentium. Hanc sententiam refert Caiet. in loco citato, quam Paulus * Sonc. in hunc librum, vt veriorẽ amplectitur.

Vide etiam Heruęũ quo. lib. 2. q. 7. & Fland. hic q. 2. ar. 6. Libell. de Anal. nominũ cap. 6. * Q. 2. & 3.

Quo loco, vt meliùs rem declaret, docet, conceptui formali entis primò, & immediatè respondere in rebus hoc disiunctum, Substantia uel accidens, atque hunc esse conceptum obiectiuum entis communem omnibus obiectiuis, quia quicquid est, aut est substantia, aut accidens. Probat autem suam sententiam hoc ferè modo. Conceptus obiectiuus tribus modis potest dici vnus; primo, vnitate naturæ vniuocæ; secundo, vnitate analogiæ; tertio, vnitate disiunctionis: at cõceptus entis, non est vnus vnitate naturæ vniuocæ; nec vnitate analogiæ; est igitur vnus vnitate disiunctionis. Maiorem quasi perspicuam supponit. Priorem quoque partem minoris ait esse communem omnium D. Tho. sectatorum, & antè probatã à se hoc ipso libro; Posteriorem autem, in qua est cardo rei, duabus rationibus ostendit.

Probatio.

Q. 2.

Prior ratio contra analogicã unitatẽ conceptus entis.

Primùm, Quia nemo potest distribuere terminum communem, nisi apprehendat totum eius primum significatum: nemo enim potest distribuere v. g. terminũ, Homo, in hac ipropositione, Omnis homo est animal, nisi apprehendat totam naturam humanam in concreto, quod est

primum

primum eius significatum, etsi non apprehendat significata secundaria, quæ sunt suppositа humana, vt Petrum, & Ioannem: atqui experimento constat, terminum, Ens, distribui à nobis, absque eo quòd concipiamus actu omnia membra, in quæ ens immediatè distinguitur, vt Deum, & decem summa genera, quod patet in hac propositione, Omne ens est id, quod est: non est igitur conceptus obiectiuus entis tota aggregatio ex membris immediatè diuidentibus entis, quæ tamen aggregatio esset, si esset analogicè vnus.

Posterior. Deinde, Quia in omni prædicatione essentiali, necesse est, vt totum primum, & immediatum significatum prędicati conueniat subiecto: nulla autem res est, de qua verè prædicetur tota aggregatio ex mẽbris immediatè diuidentibus entis, cùm tamen ens prædicetur vera, & essentiali prædicatione de quauis re. Ita concludit, conceptum obiectiuum entis non esse vnum vnitate aggregationis, & ex consequente, nec vnitate analogiæ.

Cap. 4. Tertia opinio Denique Caiet. in eodem libello existimat, si simpliciter, & absque distinctione loquendum est, nec conceptum obiectiuum entis, nec verò formalem esse vnum, sed plures; quanquam vterque sit quodammodo vnus propter vnitatem analogicam repertam in naturis immediatè significatis. Cap. 6. Proinde, vt ipse inferiùs colligit, neuter conceptus entis est præcisus à conceptibus omnium entium particularium. Ratio huius sententiæ esse potest, Quia analoga sunt simpliciter æquiuoca, quamuis nõ pura, sed quæ ad vniuoca aliquo modo inclinent; æquiuoca autem omnia sunt simpliciter diuersarum rationum cùm obiectiuarũ, tùm etiam formalium, vt patet ex æquiuocorum definitione: quandocunque autem ratio formalis, seu conceptus formalis definitiuus, non est vnus simpliciter, nec etiam conceptus formalis simplex est vnus simpliciter. huiusmodi enim conceptus se habent, vt definitio, & definitum. Probatio.

## *Vera explicatio conceptus entis.* SECTIO III.

Formalis cõcept⁹ triplex. VAnquam verò sola Caietani sententia, aut omnino veritatem attingere, aut propiùs ad illam accedere videatur; tamen vt hæc intelligantur pleniùs, animaduertendum est in primis, trifariam posse distingui formalem conceptum entis; in omnino distinctum; omnino confusum; & partim distinctum partim confusum.

Omnino distinctus. Omnino distinctus esset, qui determinatè, & expresse repræsentaret omnes entitates simplices, seu non compositas ex natura communi, & differentia contrahente (hæc enim sunt immediata entis significata) vt Deum, genera summa, & omnes differentias, quibus illa contrahuntur, non solùm ad ea, quæ extant in rerum natura, verùm etiam ad ea, quæ diuina virtute fieri possunt. Veruntamen huiusmodi cõceptus formalis,



Digitized by Google

nec datur, nec dari potest in creaturis, cùm solus Deus hæc omnia determinatè, & expressè intelligere possit.

Omnino confusus. Omnino confusus est, qui omnes huiusmodi entitates simplices repræsentat confusè, & indeterminatè, cuiusmodi est vterque terminus huius enunciationis mentalis, Ens est id, quod est; qui conceptus, quia imperfectissimus est, vocatur à quibusdam conceptus quid nominis. Caiet. 1 opus de concept. entis, & Ferr. 1 con. gent. c. 34.

Partim distinctus partim confusus. Partim verò distinctus, & partim confusus est, qui repræsentat vnam expressè, & determinatè, cæteras verò implicitè, & indeterminatè; vt cõceptus formalis substantiæ generis summi. Is enim repræsentat substantiam expressè, & determinatè, quantitatem autem, & cæteras implicitè, & indeterminatè, nempe quatenus omnes cum substãtia proportione quadam conueniunt.

Eodem modo distingui potest conceptus obiectiuus entis in omnino distinctum, omnino confusum, & partim distinctum, partim confusum. Siquidem immediatum entis significatum, quatenus omnino distinctè repræsentatur, dicitur conceptus obiectiuus omnino distinctus; quatenus uerò omnino confusè, appellatur omnino confusus; quatenus denique partim distinctè, & partim confusè, partim confusus, & partim distinctus nuncupari potest.

Conceptum duob⁹ modis posse dici unum. Animaduertendum est deinde, quemlibet conceptum duobus modis posse dici unum, nempe, aut re, aut ratione. Exempli causa, cõceptus formalis, quem habeo de omnibus hominibus, quatenus homines sunt, est unus re, & ratione, quia & est vna numero qualitas, & eodem prorsus modo repræsentat naturam humanam, quæ est multiplicata in indiuiduis hominibus. At verò natura humana, quæ in illis existit, non est conceptus obiectiuus vnus re, sed ratione duntaxat, cùm in diuersis sit diuersa numero substantia.

Duobus item modis præcisum. Tertio loco animaduertendum est, duobus item modis posse quemlibet conceptum dici præcisum ab alijs; Vno, re, altero, ratione. Eum cõceptum intelligo præcisum re, qui est re ipsa distinctus ab ijs, à quibus dicitur præcisus; qualis est conceptus formalis, quo concipimus hominem communem comparatione eorum, quibus concipimus Socratem, Platonem, & alios particulares. Est enim alia qualitas numero distincta ab ijs omnibus, quibus repræsentantur homines particulares. Eodem modo credebat Plato hominem communem (qui est conceptus obiectiuus prædicti formalis) esse præcisum à particularibus, quippe qui putabat, illum esse re ipsa à particularibus distinctum. Eum autem dico præcisum ratione (qui etiam abstractus appellatur) in cuius ratione nihil includitur eorum, quæ sunt propria conceptibus, à quibus præcisus est. Hoc pacto est præcisus vterque conceptus hominis communis à particularibus. Nam neque in repræsentatione conceptus formalis, quo concipimus hominem communem, includitur repræsentatio cuiusquã particularis entitatis, nec item in quidditate ipsius hominis commu-

Re.

Ratione.



Digitized by Google

nis includitur quicquam, quod sit proprium, & peculiare cuiquam particulari.

*De conceptu entis obiectiuo.* SECTIO IIII.

His positis, vt à conceptu obiectiuo ordiamur, sit prima conclusio. Conceptus obiectiuus entis nec est vnus re, nec præcisus re ab omnibus obiectiuis membrorum diuidentium. Huius conclusionis veritas ex eo facilè perspicitur, quia conceptus obiectiuus entis nihil est aliud, quàm ipsa natura entis omnibus entibus communis: at nulla natura communis, non solùm analoga, sed ne vniuoca quidem (hęc enim maiorē vnitatem habet, magisque videretur esse præcisa à suis particularibus) est re ipsa una, aut ab eis re ipsa separata. Prima conclusio.

Secunda conclusio. Conceptus obiectiuus entis non est vnus ratione, nisi secundùm quid. Hęc ex eo probatur, quia si ratione esset vnus simpliciter, necessariò admittenda esset vniuocatio entis, quæ tamen superiùs refutata est. Nam, etsi non omnes existimant, vniuocationem rerum ex vnitate simpliciter conceptus formalis esse colligendam (quod rectè, an secus quidam negent, paulò pòst patebit) omnes tamen ex vnitate simpliciter conceptus obiectiui eam necessariò colligi putant. Quod sanè non de vnitate reali, vt patet ex superiori conclusione, sed de vnitate rationis necessariò intelligendum est. Ita fit, vt conceptus obiectiuus entis non sit vnus ratione, nisi secundùm quid, vnitate nimirum analogica. Quam eandem conclusionem planè asserit Arist. de omnibus analogis secundùm proportionem 2. Post. cap. 16. vbi sic ait; Est & alius modus perueſtigandi per analogiam, seu proportionem. non enim potest vnum quippiam idem fumi. Et paucis interpositis subdit. Inerūt autem & his, atque sequentur aliqua, quasi talis sit vna quędam natura. De analogis autem secundùm attributionē in hoc ipso capite, in quo nunc versamur, cùm sic scribit; Non enim ea tantùm, quę ratione, vna dicuntur, vnius scientiæ est contemplari; sed ea etiam, quæ ad vnam naturam dicuntur. nam & hęc quodammodo ratione dicuntur vna. Secunda. text. 13. text. 2.

Tertia conclusio. Conceptus obiectiuus entis non est præcisus ratione ab omnibus obiectiuis membrorū diuidentium, nisi secundùm quid. Et quidem, quod attinet ad conceptū entis omnino distinctum, aut partim distinctum, & partim confusum, conclusio aperta est. Etenim, qui omnino distinctus est, planè includit omnes peculiares modos essendi entitatū simplicium, quæ sunt membra proximè diuidentia entis, vtpotè modum essendi substantiæ, quantitatis, & cæterarum. Is autem, qui est partim distinctus, partim confusus, necessariò includit eum, quem sibi entitas distinctè repręsentata, vt proprium, & peculiarem vendicat, vt patet ex dictis. At omnino confusum non esse simpliciter, & omnino Tertia.



Digitized by Google

præciſum ratione ab omnibus obiectiuis membrorum diuidentiũ, haud facilè quiuis ſibi perſuadebit; præſertim cùm ideo dicatur omnino confuſus, quia omnino confuſè repreſentatur, ideſt nulla entitate determinatè, & expreſsè cõcepta. Verùm ſi quis animũ aduertat, planè intelliget, ne hunc quidem conceptum entis eſſe ſimpliciter, & abſolutè præciſum ratione. Aut enim cùm definimus ens eſſe id, quod eſt, tribuimus enti modum eſſendi vnius rationis ſimpliciter, aut diuerſarum: ſi vnius ſimpliciter; effugere non poſſumus, quin concedamus, illud eſſe vniuocum: ſi autem diuerſarum, quaſi dicamus, ens eſt id, quod aliquẽ eſſendi modum ſibi vendicat, ſignificantes verbo, Aliquẽ, omnes eſſendi modos entitatum ſimplicium; iam in eo cõceptu includimus ea, quæ ſunt propria cõceptibus obiectiuis membrorum diuidentiũ. Ergo ſi vniuocatio entis concedenda non eſt; neceſſariò efficitur, ne eum quidẽ conceptum obiectiuum entis, qui omnino cõfuſus eſt, eſſe ſimpliciter, & abſolutè ratione præciſum à conceptibus membrorum diuidentiũ. Quia tamen hmõi cunceptus entis nihil expreſsè, & determinatè cõtinet, quod ſit propriũ, & peculiare membris diuidentibus, ideo quodammodo, & ſecundùm quid poteſt dici præciſus ratione à conceptibus eorum obiectiuis.

Definitio entis.

Collatio conceptus entis cum cõceptibus vniuocis.

Quod vt meliùs intelligas, aduerte, aliter hominẽ excludere à ratione ſua ea, quæ ſunt propria Socrati, & Platoni; aliter verò ens, quatenus omnino confuſè concipitur, ea, quæ ſunt propria ſubſtantię, & cęteris entitatibus, quę proximè entis nomine ſignificantur. Ita enim natura hominis excludit propria Socratis, & Platonis, vt hęc non pertineant ad eſſentiam illius: at ens, quatenus omnino confuſè concipitur, ita excludit ea, quę ſunt propria ſubſtantię, & cęterorum entitatum ſimplicium, vt tamen eius eſſentia non ſit alia, quàm eſſentia huiuſmodi entitatum. Itaque hęc non ſimpliciter excluduntur à conceptu entis, etiam omnino confuſo, ſed quodammodo excluduntur; vtpotè quatenus, nec determinatè, nec expreſsè, ſed indeterminatè, & implicitè concipiuntur. Vnde patet, nunquam ens abſtrahi ſimpliciter à ſuis membris diuidentibus, ſed ſolum quodammodo, & ſecundum quid. idem enim eſt abſtrahi, atque præciſum eſſe ratione, vt diximus. Satis eſt tamen hęc qualiſcunque præciſio, & abſtractio, vt diluantur multa ſophiſmata, quæ ex verbo, Ens, contexi poſſunt, vt, Ens eſt analogum; ſubſtantia genus ſummum eſt ens; eſt igitur ſubſtantia genus ſummum analoga: Ens eſt vnum ſecundum quid; ſubſtantia genus ſummum eſt ens; eſt igitur ſubſtantia, quę genus ſummũ eſt, vnum ſecundum quid. Adhęc enim, & ſimilia reſpondent Dialectici, ideo vitioſam eſſe conſequentiam, quia nomen entis ſumitur in maiore præciſè, ſiue abſtractè, quod facit ſimplicem ſuppoſitionem, vt diximus in Inſtitutionibus Dialecticis; in minore autẽ ſine præciſione, ſiue abſtractione iuxta formam ſuppoſitionis abſolutæ.

Num ens abſtrahi poſſit à membris diuidentibus?

Lib. 8. c. 24.

Confirmatio ex Ariſt.

Hanc eandem concluſionẽ, quę in propoſita dubitatione præcipua eſt, planè conſtat eſſe aſſertam ab Ariſt. 8. lib. huius operis cap. vltimo, vbi tex. 16.

ſicẽ

sic ait: Statim enim vnumquodque (nempe generum summorum) ens quoddam,& vnum quiddam est,idest, non per aliquam cõmunem naturam ab omnibus abstractam, quę entis nomine significetur. Qua etiã de causa paulò antè dixerat,ens non poni in definitionibus;quod tamen necessarium foret, si nomen entis significaret naturam aliquam abstractam à decem summis generibus. Atque hæc de conceptu obiectiuo entis,

Modi textu.

## *De formali conceptu entis.* SECTIO. V.

QVOD verò attinet ad formalem, sit quarta conclusio. Formalis cõceptus entis potest esse nõ solùm vnus re,sed etiã præcisus re ab omnibus conceptibus formalibus membrorum diuidentium. Et quidem quòd possit esse vnus re, ex eo patet,quia & si is,qui est omnino distinctus,non potest esse vna numero qualitas;tamẽ,& qui est omnino confusus,& qui partim distinctus,partim confusus,vna numero qualitas esse potest;vterque enim potest esse subiectum vnius numero enunciationis mentalis; tametsi hoc interest,quòd prior potest distribui pro omnibus entibus; posterior autem non, nisi pro ijs, quæ continentur sub ea entitate,quam expressè repræsentat.

Quarta conclusio.

Quòd autẽ possit esse præcisus re ab omnibus formalibus membrorum diuidentium, ex eo intelligi potest, quia & si nec is,qui omnino distinctus est, nec qui partim distinctus, partim confusus,potest esse alia qualitas numero ab ijs omnibus, quibus expressè,& determinatè repræsentantur particulares entitates; is tamen,qui est omnino confusus, necessariò est qualitas diuersa numero ab illis omnibus, cùm nullam particularem entitatem determinatè repræsentet.

Quinta conclusio,Formalis conceptus entis,nec est vnus ratione, nec item præcisus ratione ab omnibus conceptibus formalibus membrorũ diuidentium, nisi secundùm quid. Hæc conclusio facilè deducitur ex secunda,& tertia,cùm ratio conceptus formalis in actuali repræsentatione obiectiui consistat, vt ex supràdictis patet.

Quinta.

Sexta conclusio.Etsi formalis ille conceptus entis, qui est omnino cõfusus,potest dici simpliciter præcisus ab omnibus formalibus mẽbrorũ diuidentium;non potest tamen simpliciter dici vnus conceptus,nisi quo pacto nomen vocale æquiuocum simpliciter,& sine adiectione, dicitur vnum nomen. Prima pars huius conclusionis ea ratione probatur, quia quicquid est re ipsa præcisum ab alio, potest dici simpliciter, & absolutè præcisum ab illo. Non tamen hinc colligas, posse illum dici simpliciter abstractum: idem est enim abstractum, quod præcisum ratione.

Sexta.

Secũda pars hac rõne ostenditur, Quia cõceptũ esse vnũ re duntaxat, nõ est satis, vt dicatur simpliciter vnus cõceptus: alioqui cõceptus obiectiui huius actionis,& huius passionis, qui sunt vnus re, dici possent simpliciter vnus

Vt conceptus sit vnus simpliciter, non satis esse si sit vnus re.

Digitized by Google

vnus conceptus, quod falsum est. Cùm igitur conceptus ille formalis nō sit vnus simpliciter nisi re (ostensum est enim nullum conceptum entis, siue obiectiuum, siue formalem, esse vnum ratione, nisi secundùm quid) efficitur necessariò, non posse illum simpliciter appellari vnum conceptum. Addidi tertiam illam conclusionis partem [nisi quo pacto nomē vocale &c.] quia quemadmodū nomen vocale æquiuocum, cùm distinguitur à rationibus secundum illud nomen, solet dici simpliciter, & sine adiectione vnum nomen, seu idem nomen, vt patet ex æquiuocorum definitione; sic etiam formalis ille conceptus entis, si sumatur, vt distinguitur à rationibus formalibus, seu definitionibus mentalibus, quibus explicatur, poterit appellari simpliciter, & sine adiectione vnus conceptus: vt si dicamus, iccirco omnia entia æquiuocè conuenire in eo quòd entia sunt, quia habeant eundem confusum conceptum communem, rationes autem secundum illum diuersas. Verùm vt nomen æquiuocum non dicitur vnum & idē nomen, nisi quatenus est vna & eadem vox; ita formalis ille conceptus entis non dicitur vnus & idem conceptus, nisi quia est vna & eadem numero qualitas: simpliciter enim atq; absolutè, & nomen vocale æquiuocum est multiplex nomen, & conceptus ille est multiplex conceptus. Ita patet totius dubitationis explicatio, sit ne videlicet conceptus entis vnus, & præcisus à conceptibus membrorum diuidentium, & quo pacto ab eis distinguatur.

Nomen æquiuocum an sit vnum nomē.

Ex his obiter collige, rationis nomen in definitionibus æquiuocorum, & vniuocorum æquè accipi posse pro ratione formali, atque pro obiectiua, quod non rectè à nonnullis negari video. Dum enim concedunt accipiendum esse pro obiectiuo, etiam pro formali accipi posse concedant necesse est. Nam cùm dicant æquiuoca esse ea, quorum nomen est commune, & conceptus obiectiuus diuersus; vniuoca autem, quorum nomen est commune, & conceptus obiectiuus idem; id autem intelligi non possit de obiectiuo diuerso, aut eodem re, sed de eodem, aut diuerso ratione (illo enim pacto homo esset æquiuocus Socrati, & Platoni, in quibus humana natura est re ipsa diuersa; & calefactio esset vniuoca huic actioni, & huic passioni, quia est eadem re in vtraque) efficitur, vt necessariò intelligendum sit de conceptu diuerso, aut eodem ratione. At is cōceptus obiectiuus dicitur diuersus, aut idem ratione, qui est diuersus, aut idem definitione mentali, siue conceptu formali definitiuo: igitur dum concedunt, rationis nomen accipiendum esse in prædictis definitionib⁹ pro conceptu obiectiuo, implicitè fatentur, illum æquè posse accipi pro formali; quod tamen aliàs negant. Quin etiam crediderim, potius pro formali accipiendum esse, quando obiectiuus non cognoscitur esse simpliciter vnus ratione, nisi ex vnitate simpliciter rationis formalis.

Quo pacto Rationis vocabulum sumatur in definitionibus æquiuocorum, & vniuo.

In his effer ueus quoūb. 2. q. 7.

Potiùs sumē dum pro formali cōceptu

Idem Pert. con. Gent. c. 34. ex Ammo. & simpl. in Prædicam. & Ochamus 1. d. 2. q. 9. ad finem.

Obiectio Hereui.

At obijcit Hereus. Si rationis nomen positum in definitione vniuocorum & æquiuocorum non sumatur pro obiectiuo conceptu, fore vt omnia sint vnius & eiusdem rationis, cùm à Deo, vnico & simplicissimo

conceptu

conceptu comprehendantur. Sed non aduertit, nullam esse eam consequentiam; tum, quia conceptus, quo Deus omnia comprehendit, non est immediatus rerũ omnium, sed solius diuinæ essentiæ, cùm interim Aristoteles intelligendus sit de immediato: tum etiam quia conceptus ille diuinus non exæquo participatur ab omnibus rebus, sed ab alijs magis, ab alijs minùs, præterquàm ab ijs, quæ vniuocè conueniunt, quemadmodum ab his solis exæquo participatur similitudo naturæ diuinæ, in quam primò fertur ille conceptus. Sed iam ad rem propositam reuertamur. Dilutio.

*Solutio argumentorum, quibus vtuntur ij, qui ponunt conceptum formalem entis vnum, ac præcisum simpliciter.*

## SECTIO. VI.

QVAPROPTER primum argumentum eorum, quibus videbatur ostendi, cõceptum formalem entis esse vnum, ac præcisum à formalibus membrorum diuidentium, quatenus quidem nititur concludere, illum esse præcisum ratione, hoc pacto dissoluendũ est. Etsi is, qui est omnino confusus, non est proprius cuiusquam particularis entis; tamen includere confusè proprios modos essendi eorum omnium, quæ proximè entis nomine significantur. Quòd si nititur ostendere vnitatem & præcisionẽ realem; nihil contra nos concludit.

Ad secundum dicendum, rectè illud colligere, dari posse vnum numero conceptum formalem, qui repræsentet omnia entia, quatenus entia sunt; verùm inde non effici, aliquem esse simpliciter vnum ratione, aut simpliciter præcisum ratione: quanquam rectè efficitur, eum, qui omnino confusè repræsentat omnia entia, esse præcisum re ab ijs, qui distinctè entia particularia repræsentant.

Ad tertium dicendum est, & si conceptus entis siue formalis, siue obiectiuus est omnium simplicissimus, & ad quem fit ultima resolutio cæterorum; non ideo tamen necesse esse, vt aut formalis, aut obiectiuus sit vnus simpliciter, aut abstractus simpliciter ab omnibus particularibus. Neq; enim analogia repugnat simplicitati, sed compositio. Itaque ut conceptus entis sit simplicissimus, satis est si sit minimè omnium compositus, quanquam sit minimè omnium & vnus, & abstractus. Conceptum entis esse simplicissimum.

*Solutio eorum, quæ pro præcisione conceptus obiectiui entis proposita sunt.*

## SECTIO. VII.

AD primum vero eorum, quibus concludi videbatur, conceptum obiectiuũ esse vnum, ac præcisum simpliciter, dicendum est, conceptum obiectiuum non respondere formali, nisi in repræsentando. Vnde & si aliquis formalis sit vnus re, ac præcisus re, non inde sequitur, obiectiuum Quo pacto obiectiuus respondeat formali.

Digitized by Google

ctiuũ quoque esse vnum re, aut præcisum re. Quòd si formalis esset simpliciter vnus, ac præcisus ratione, tum rectè idem colligeretur de obiectiuo, vt argumentatio optimè ostendit.

Ad secundũ dicendũ, & si cõceptus obiectiuus entis nõ est simpliciter vnus, nec simpliciter præcisus ratione à particularibus, tñ nõ inde effici, illum nihil aliud esse, quàm copulationẽ, aut disiunctionem illorum. Siquidẽ nomẽ entis, nec cum copulatione, nec cum disiunctione significat sua significata, sed absolutè, licet eius significatio exponatur per coniunctionẽ, & eius suppositio, siue acceptio personalis (vt vocant) per disiunctionem. Cùm enim significationem entis explicamus, dicimus, nomẽ entis significare substantiam, & quantitatem &c. cùm autem exponimus acceptionem personalem, quam habet v. g. in hac enunciatione, substantia est ens, tum huiusmodi expositione vtimur, substantia est hoc ens, aut illud &c. quæ sanè ridicula non est, cùm substantia, quæ in ea cùm alijs mẽbris diuidentibus disiunctim ostenditur, non exprimatur sub nomine substãtiæ. Dixi [Licet eius suppositio personalis &c.] quia quemadmodũ nomina vniuoca, cùm de re aliqua affirmantur, duplicem habent suppositionem, Vnam absolutam, alteram personalem, quę nõ eodem modo exponuntur; sic quodammodo res habet in analogis secundum proportionem propriam. Verbi causa cùm dicimus, Socrates est homo, nomen, Homo, accipitur, tum absolutè pro homine vt homo est, quæ est primaria eius suppositio, siue acceptio; tum etiam pro singulis hominibus disiunctim, quæ est eius suppositio secundaria, Nam cum dico, Socrates est homo, nihil aliud primò, ac præcipuè significo, quàm id ipsum, quod exprimo, quòd Socrates inquam sit homo. At quia homo re ipsa est hic, aut ille (neque enim datur homo communis, qui separatus sit à singulis, vt à Platone ponebatur) secundaria ratione significo, Socratem esse re ipsa hunc hominem, aut illum &c. Quanquam priorem illã suppositionem, de qua egimus 8. lib. Inst. Dialect. Recentiores Dialectici non tractant, quòd vel sint Nominales, qui nullam rem communem agnoscunt, vel in exponendis acceptionibus verborum modum loquendi Nominalium sequantur. Eodem igitur pacto, cùm dicimus, Substantia est ens, nomen Entis duobus modis sumitur, vno absolutè pro ente, vt ens est, nullo particulari designato, propter omnimodam confusionẽ conceptus, quæ est suppositio absoluta; altero disiunctim pro singulis membris diuidentibus entis, vt pro substantia, quantitate & cęt. quæ est suppositio personalis. Hæc enim semper comitatur absolutam, vt eodem libro diximus.

Ad tertium dicendũ est, membra proximè diuidentia entis, per eundẽ omnino naturæ gradũ cõuenire, & differre inter se. Nam si per alterum cõuenirent, per alterũ differrẽt, posset gradus ille naturæ, siue entitatis abstrahi ab omnibus, quibus differrent. Aut igitur gradus ille in omnib. entibus esset idẽ omnino ratione, aut analogicè idem. Si rõne omnino idem,

Aliter exponi significationẽ nominum cõmunium, aliter acceptionem.

Suppositionẽ absolutã ignotam esse Recentioribus.

Cap. 26.

Cap. 27.

Membra immediatè diuidentia entis per eundem naturæ gradũ conuenire, ac differre inter se.

idem, iam esset vniuocus; si analogicè idem, rursus rediret eadem quæstio, num scilicet diuersi gradus entitatum, qui in illa vna analogica ratione continerentur, vniuocè conuenirent in aliquo communi gradu, an verò analogicè, sicque nullus esset quærendi exitus. Cùm igitur ostensum sit, entia, quatenus entia, non habere vniuocam conuenientiam; progressus autem ille infinitus non sit dandus; necessariò concedendum est, substantiam, quantitatem & cætera membra immediatè diuidentia entis, per eundem omnino naturę gradum conuenire, ac differre inter se, seu potiùs diuersa esse, veluti substantiam, genus summum per eundem omnino entitatis gradum conuenire cum quantitate, quo diuersa est à quantitate, atque ita in cæteris. Nec debet id cuiquam impossibile videri. Nam conuenientia analogica, est conuenientia secundùm quid; atqui idem entitatis gradus, qui est principium differendi ab altero simpliciter, potest esse principium conueniendi cum eodem secundùm quid, siquidem eadem differentia specifica coloris cærulei, qui omnium sententia est simplex entitatis gradus, & nequaquam ex multis compositus, non solùm est principium, quo cæruleus color differt simpliciter à nigro, vt perspicuum est; sed etiam, quo cum illo quodammodo conuenit, vtpote quatenus albi comparatione quodammodo est niger. Idem intelliges ex differentia specifica fortitudinis, quæ cùm sit principium differendi simpliciter ab audacia, est tamen principium quodammodo conueniendi cum eadem; si quidem fortitudo comparata cum timiditate est quodammodo audacia. Quod idem in alijs medijs qualitatibus cernere licet. Denique in Deo comparatione creatarum omniũ entitatum id necessariò concedendum est, hoc admisso, nullam omnino esse in diuina natura distinctionem graduum superioris, & inferioris entitatis, quod libro quinto ostendetur. Nam cùm inter Deum, & creaturas sit aliqua conuenientia, & nihilominus diuersitas infinitę distantiæ; necesse est, vt simplicissima illa entitas sit, & conuenientiæ, & diuersitatis principium. Quod idem ex parte creaturarum necessariò etiam dicendum est; siquidem ille identitatis gradus, quo vnaquæque creatura est ens, ille inquam idem omnino est principium conuenientiæ cum Deo, & diuersitatis ab illo; alioqui per aliquem entitatis gradum conueniremus cum diuina natura, quo ab illa non distingueremur, quod fieri nullo modo potest. Ita patet, Deum, genera summa, differentias omnes, materiam, & formam substantialem in cõmune, & reliquas omnes entitates simplices per eundem naturæ gradum conuenire analogicè inter se, ac diuersa esse simpliciter. Vnde sequitur, substãtiam genus summum per eundem omnino naturę gradum esse talem substantiam, & substantiam, & omnino ens: eodemq; modo quantitatẽ per eundem omnino naturæ gradũ esse quantitatem, & accidens, & ens. Nam si per alios cõmuniores gradus huiusmodi communiora attributa illis conuenirent, non essent substantia, quantitas, & cætera, quæ dixi-

q. 2. sect. 4.

Ratio.

Simile.

Alterum simile.

Exemplũ necessarium.

Consectariũ notandum.



Digitized by Google

mus, simplices entitates, sed compositæ; quod nunc supponimus esse falsum, quinto autem libro ostendemus.

## *Num conceptus unus, ac præcisus à multis, possit esse analogus respectu illorum.* SECTIO VIII.

Refutatio id asserentium.

IN eo autem, quod hi auctores dicunt, etsi cõceptus obiectiuus entis sit vnus, ac præcisus à particularibus, non inde tamen effici, vt ens vniuocum sit, cùm is conceptus nõ ex æquo participetur à membris diuidentibus; in eo, in quam, aut à nostra, communiq; opinione re ipsa non discordant; aut certè sibi repugnant; aut denique nihil ad rem loquuntur, & falsam sententiam pronunciant. Nam si non accipiunt vnum, ac præcisum pro vno, ac præciso simpliciter, sed pro eo, quod est tale secũdùm quid, nihil à veteri, quam sequimur, & cui se videntur opponere, opinione dissentiunt. Quanquam non erat absolutè appellandũ vnum, ac præcisum id, quod est tale secundùm quid. Sin autem accipiunt vnum, ac præcisum pro vno simpliciter, ac pręciso simpliciter; quæ nam quæso est inæqualis ea participatio, quæ illud vnum, ac præcisum analogum facit?

Quadruplex participatio inęqualis.

Quadruplex enim videtur esse inæqualis participatio; vna secundùm rationem participati; altera secundùm esse, quod habet in participantibus; tertia secundùm plures, & pauciores gradus formæ eiusdem omnino rationis; quarta secundùm diuersum modum prædicationis de participantibus. Si ergo loquuntur de inæquali participatione secundùm rationem entis, vt alia sit ratio Dei, quatenus ens est, alia substantiæ creatæ, quatenus etiam ens est, alia quantitatis & cæterorum, vt entia sunt; omnino sibi repugnãt. Nam quod, quatenus tale est, non est vnius rationis, id nec est ratione vnum simpliciter, nec simpliciter præcisum ratione. Si verò loquuntur de inæquali participatione secundùm esse, quod ens habet in suis membris diuidentibus, vt in alijs habeat perfectiorem existentiam, in alijs minùs perfectam; non credunt ens esse verè analogum. neque enim hæc participationis inæqualitas veram inducit analogiam, nisi absurdè velis, genera esse verè analoga, quòd inæqualiter perfectam existentiam habeant in diuersis speciebus. Quòd si loquantur de inæquali participatione secundùm plures, & pauciores gradus formæ eiusdem omnino rationis, quo pacto album participatur à magis albo, & minùs albo; præterquàm quòd ea non potest conuenire enti, vt perspicuum est, nullam quoque inuehit analogiã; alioqui album esset analogum cõparatione magis albi, & minùs albi, quod nemo dixerit. Si denique loquuntur de inęquali participatione secundùm diuersum modũ prædicationis de participãtibus, vt id dicatur analogicè prædicari, quod dicitur de vno essentiali prędicatione, de altero autem accidentaria; quo pacto album prædicatur de Socrate albo vt hoc album est, & de Platone albo,

Qua ratione sibi repugnẽt

Quibus modis ueram entis analogiã non inducãt.

Quo pacto, non ad rem loquantur.

Digitized by Google

albo, vt Plato est (hęc enim potissimùm diuersitas prędicãdi, aut si mauis, inexistendi, quę illius fundamentum est, videbitur analogiam inducere) nihil ad rem loquuntur; quẽadmodum nec si dicant, idem omnino prędicatum, si de vno subiecto prædicetur per inhęrentiã, de altero verò per extrinsecam denominationem, conuenire vtrique analogicè. Hęc enim participationis inęqualitas non potest accommodari rei propositę, cùm ens de omnibus rebus, earumque entitatibus dicatur non modò intrinseca, sed etiam essentiali prędicatione. Num autem huiusmodi prędicationum inexistentiarum'ue diuersitas afferat analogiam prędicatis, libro sequenti commodiùs dicetur.

## *Solutio argumentorum, quibus utebantur ij, qui ponunt conceptum entis esse unum unitate disiunctionis.* SECT. IX.

AD sententiam verò eorum, qui dicunt, vnitatem obiectiui conceptus entis non esse aliam, quàm disiunctionis, dicendum est, id fieri non posse. Primùm, quia disiunctio nõ est in rebus, sed in ipsa indeterminatione intellectus, cùm tamen vnitas, & conuenientia omnium rerum, quatenus entia sunt, in rebus sit ipsis. Deinde, quia vnitas disiunctionis ęquè tribui potest casu ęquiuocis, atque analogis, cùm tamen ea, quę sunt casu ęquiuoca, quatenus talia sunt, nullam omnino cõuenientiam habeant, pręterquàm nominis. Tertiò, quia isto modo tollitur omnis unitas analogica, quam tamen cùm omnes Philosophi, tum potissimùm Arist. enu-
arg. 12. merat inter vnitates lib. 5. huius operis cap. 6. Nam quo pacto ea negatur enti, eodem negabitur cæteris analogis. Quartò, quia cùm dicimus, aliquid esse ens conceptu omnino confuso, nihil tum de substantia, aut accidente, alia'ue particulari entitate cogitamus. Quintò, quia id, quod pertinet ad essentiam rei determinatæ, ac certæ non consistit in disiunctione, quæ nihil dicit certum, & determinatum: quælibet autem res certa, & determinata est essentialiter ens, vt patebit quæst. sequenti. Postremò, quia hac admissa sententia vix, ac ne vix quidem stare possunt pleraque pronunciata communi sensu recepta, vt, Ens esse adęquatũ subiectum Metaphysicę, Ens esse obiectum intellectus; Esse commune rebus omnibus; & similia, quæ cum disiunctione vera esse non possunt.

Disiunctionẽ nõ esse in rebus, sed in ipsa indeterminatione intellectus.

Ad rationem autem, qua Paul. Soncinas in hanc sententiam deflexit, admissa vtcunque maiore, neganda est posterior pars minoris; atq; ad priorem eius probationem dicendum, eandem difficultatem esse illi cõmunem cum ijs, qui dixerint, conceptum obiectiuum entis esse unum coniunctione. Nam, vt coniunctio multorum non potest concipi, nisi ipsa concipiantur, ita nec disiunctio. Quòd si ille facit disiunctiuum conceptum ex sola substantia, & accidente, nec descendit ad Deũ, ad decemq; summa genera; alij quoque facient coniunctionem ex sola substantia, &

Nec coniunctionem, nec disiunctionẽ sine extremis posse concipi

accidente. Ita nihil colliget contra alios, quod alij in ipsum retorquere non possint. Adde, quòd cùm substantia & accidens in commune sumpta adhuc sint analoga; aut illa non concipientur, sine disiunctione suorum membrorum diuidentium; aut si sine illa cõcipi possunt, eadem ratione poterit concipi ens. Verùm, quia augendis tantùm difficultatibus non soluuntur argumenta; ad formam argumentationis dicendum est,

Ad distributionem termini communis, quid requiratur.

Vt terminus cõmunis analogus distribuatur, satis esse, si totum eius immediatum significatum confusè apprehendatur; atq; hoc pacto concipi ens, cùm distribuitur in proposita enunciatione. Dixi autem [analogus] quia ad distributionẽ termini cõmunis vniuoci, necesse est, vt totum significatum immediatum apprehendatur distinctè, siue expresè.

Quid ad uerã prædicationẽ

Ad posteriorem probationem respondendum, necesse quidem esse, vt in omni vera prædicatione totum significatũ prædicati conueniat subiecto; non tamen hoc intelligendum esse de toto prædicato re, sed de totò ratione, iuxta modum, quo ratio prædicati est eadem in omnibus suis significatis, vniuocè nimirum, aut analogicè. Verbi gratia, cùm animal prædicatur de homine, totum quidem eius significatum de homine enunciatur; Verùm non totum re, cùm natura animalis, quæ est in uno eius indiuiduo, in nullo alio re ipsa existat, sed totum omnino ratione, cùm ratio animalis eadem sit omnino in omnibus animalibus. Sic ergo suo modo res habet in prædicatione entis. Nam cùm dicimus, hominem esse ens, non significamus, illum esse re ipsa quicquid est ens, sed ei conuenire totam quodammodo rationem entis. Quod pronunciatum ideo est verum, quia ratio substantię, quæ analogicè est eadem cum ratione quantitatis, & cæterorum immediatorum significatorum entis, conuenit homini. Ita patet, non necesse esse, totam aggregationem immediatorum significatorum entis prædicari de homine, ut homo verè dicatur ens.

De Caietani sententia iudicium.

Ad sententiã verò Caietani, rationemq; qua illam confirmauimus, nihil est, quod dicamus, cùm bene habeant, si rectè intelligãtur. Ita patet qualis sit conceptus entis, tum formalis, tum etiam obiectiuus. Ad cuius rei explicationem longiùs, quàm putauimus, digressi sumus.

## *Solutio eorum, quæ initio superioris quæstionis pro puræ entis æquiuocatione proposita sunt.*

## SECTIO X.

EX his facilè erit argumentis vtriusque cõtrariæ partis superioris quæstionis occurrere, & ijs, quæ puram æquiuocationem entis ostendere videbantur, & ijs, quæ vniuocationem.

Quo pacto infer. finitũ, & infinitum nõ

Ad illud igitur, quod forsitan ductus est Rabbi Moyses, dicendum est, inter finitum, & infinitum nõ dari vllam proportionem, si pro-

Digitized by Google

si proportio sumatur pro habitudine determinatæ distantiæ; dari tamen proportionem, id est similitudinem imitatiuam, siue habitudinem effectus ad causam, vt eam vocat D. Thomas. dctur proportio.

1 p.q. 22.ar.1.

Ad primum Aureoli respondendum, rationes particularium entium, eorum, inquam, in quæ ens proximè diuiditur (de his enim præcipuè dubitari potest) posse comparari, vel cum ratione entis omnino distincta, vel cum omnino confusa, vel cum ea, quæ partim confusa est, partim distincta. Si cõparentur cum ratione omnino distincta, nihil illi addunt, sed omnes simul sunt ipsa ratio entis, seu potiùs ipsæ rationes entis, cùm ens non habeat vnam rationem simpliciter. Si autem conferantur cum ratione partim distincta, partim confusa, nulla earũ distinguitur ab eiusmodi ratione entis, siquidẽ ratio substantiæ est ratio entis partim distincta, partim cõfusa, & similiter ratio quantitatis, & cęteræ; nisi quòd vnaquęque earum est omnino distincta talis entis, entis verò communiter, sumpti partim distincta, partim confusa. Quòd si conferantur cum ratione omnino confusa, de qua sola in argumento videtur fieri mentio, addunt quidem ei illæ aliquid; verùm non aliquem naturæ gradum, vt rectè probat argumentatio, sed solam expressionem, vt D. Tho. non semel ait in quæstionibus de Veritate. Quod enim ea ratio dicit confusè, & implicitè, dicunt distinctè, siue expressè rationes immediatorum significatorum entis. Nũ rationes entium particularium addant aliquid rationi entis.

q.1.ar.1. & q. 21.ar 1. Vide Capreol 1.d. 2.q. 1.

Ad secundum, etsi quidam Scoti sectatores respondent, rationem entis abstrahere ab absoluto, & respectiuo; tamen quia rationes absoluti, & respectiui videntur omnino immediatę, hoc potiùs modo respondendum. Cùm ratio entis non sit vna simpliciter, sed secundùm quid; si sermo quidem sit de ratione omnino distincta; illam esse simpliciter & absolutam, & respectiuam: est enim ens commune rebus absolutis ratione absoluta (seu potiùs rationibus absolutis) respectiuis autem respectiua. Si verò de partim distincta, partim confusa; talem esse simpliciter rationem entis secundùm differentiam absoluti, & respectiui, qualis est natura, quæ distinctè, siue determinatè exprimitur. Verbi causa, ratio substantiæ, quæ est ratio entis, partim distincta, partim confusa, est simpliciter absoluta, & secundùm quid respectiua; contrà verò, ratio relationis, est simpliciter respectiua, & secundùm quid absoluta. Quòd si sermo sit de ratione omnino confusa, dicendum est, eam, quatenus quodammodo est abstracta, esse absolutam, cùm ens quatenus omnino confusè concipitur, non intelligatur habitudine ad aliud. Non sequitur tamen ex hac sententia, omnia entia esse absoluta, nisi secundùm quid, nempe quatenus conueniunt in conceptu omnino confuso entis. Vt Frãciscus Mairon. in tractatu de vnic. vocat. entis. Cõceptus entis an absolutus sit. D. Tho. q. 21. de ver. ar. 1. ad. 1. ait ens dici absolutè. Vide etiã Capreol. in loco proxime cita to. Entia omnia quo pacto absoluta dici possint.

Ad tertiũ dicendũ, etsi ea, quę cõueniũt in natura vniuoca (de his enim loquitur Aristoteles) nõ possunt esse primò d uersa, quippe cũ cõueniãt in aliquo vno simpliciter, & ex cõsequẽtu nõ differãt se totis, sed proprijs, & pe- Primò diuersa.

Digitized by Google

& peculiaribus differentijs; tamen ea, quæ sola analogica cognatione cõmunicant, posse esse primò diuersa; cuiusmodi sunt genera summa.

Ad quartum dicendum, non ideo Aristotelem docere, nomine entis significari immediatè naturas summorum generum, quia nulla omnino ratio respondeat nomini entis, secundùm quam illud de ijs omnibus dicatur; sed quia nullus ei respondet superior naturę gradus. Atque hęc est causa, cur ens in nullius speciei definitione ponatur.

Quòd autem Porphy. ait, conuenientiam omnium rerum in ente vocari ab Aristotele æquiuocam, etsi à Scoto in primo sententiarum dist. 3. negatur (ait enim nihil tale apud Arist. in lib. logicis inueniri; quicquid autem alibi in hanc sententiam videtur dici, aliter exponi posse) à nobis tamen nec negandum est, cùm planè scriptum sit apud Arist. 1. Elench. initio capitis 6. neque ita accipiendum, quasi dicat, ens esse purè æquiuocum, & non potiùs ex numero eorum, quæ dicuntur ab vno, vel ad vnum, ac propriè etiam analogum, vt sępe alibi docet. Id quod Porphy. apertè significat, cùm subijcit [& non vniuocè] Id enim addit, vt declaret, Aristotelem non numerare ens inter purè æquiuoca, sed inter ea, quæ ideo æquiuoca dicantur, quia non sunt vniuoca, quo pacto æquiuoca initio prædicamentorum definiuntur. ex qua re liquet, verba illa sequentia [communicatio nomine tantùm est] in eum sensum scripta esse à Porphyrio, vt excluderet cõmunicationem in ratione vna & eadem simpliciter, non autem attributione, aut proportione vna.

Cap. de specie. Q. 3.

Non rectè Porphyrium à Scoto reprehendi.

## *Solutio argumentorum Scoti, quæ pro uniuocatione entis allata sunt.* SECTIO XI.

AD primum verò eorum, quibus Scotus contrariam omnino sententiam de vniuocatione entis realis ostendere nitebatur, dicendum est, conceptum entis omnino confusum posse esse certum de re aliqua, dum dubitatur de eadem, num sit finita, an infinita; per se existens, an in alio; Verùm ex hoc pronunciato non effici, illum esse vniuocum. Nam, etsi communis sententia est, ens commune reali, & rationis non esse vniuocum, vt ipsi quoque Scoti sectatores fatentur; multa tñ sępe certò nouimus esse entia, de quibus dubitamus, sint ne realia, an rationis, vt patet in identitate, distinctione formali, & alijs pleriſq; relationibus. Id quod ipse Scotus postea animaduertit asserens, hoc argumento, etsi non probatur vniuocatio conceptus certi cõparatione incertorum; probari tamen alietatem, siue diuersitatem ab eisdẽ, vt Caietanus annotauit. Quatamẽ in re distinctione opus erat. Nam si cõceptus certus sit disiunctiuè constitutus ex incertis, qualis est conceptus entis, vel non entis quem habemus de pygmæo, dubitantes interim de vtraque parte per se; non colligitur diuersitas certi ab incertis, nisi tanquam totius à partibus, quod certè

Ex certitudine conceptus entis non rectè colligi eiũ uniuocationem.

Bonetus quidẽ primo suæ Metaph. cap. 6. asserit esse uniuocũ. sed non est numerandus inter Scotistas. In librum de Ente, & essen. q. 3.

Non satis esse correctionem quã Scotus suæ rationi adhibet.

Digitized by Google

certè non est ad rem. Neque enim quæstio erat de conceptu disiunctiuo entis constante ex conceptu finiti, & infiniti; aut per se existentis, & existentis in alio; sed de simplici. Si verò sit simplex, qualis est conceptus opinabilis, aut significabilis, quem de pygmæo habere possumus; etsi tum demum rectè colligitur diuersitas certi cõceptus entis ab incertis membrorum diuidentium; non colligitur tamen vera eius communitas respectu incertorum, quia sæpe certi sumus de specie, dubitantes interim de genere, aut alio communiori prædicato; quo pacto apud omnes notum est, corpus esse trinam dimensionem, cùm interim plerique dubitarint, sit ne substantia, an accidens. Ita patet, non probari primo argumẽto, non solùm ens esse vniuocum, sed ne aliquid quidem verè commune Deo, & creaturis.

Ad secundum dicendum, præter illos duos modos cognoscendi rem vnam per aliam, dari quendã tertium (quod non semel contra Scotum annotat Caietanus) quo res cognoscitur per eam, in qua continetur participatiuè; atque hoc pacto contineri Deum in creaturis, & substantiam in accidentibus. Vel dic, Quicquid cognoscitur per aliud, contineri in illo formaliter, aut virtute, quod Scotus vult; dummodo nomine cõtinentiæ formalis intelligatur continentia per cõceptum vniuocum, aut analogicum; quo pacto Deus quoad conceptum entis cõtinetur formaliter in creaturis, & substantia in accidentibus. Vtrouis autem modo dicas substantiam cognosci per accidentia, non potest intellectus noster cognoscere naturaliter absentiam panis in hostia consecrata. Etenim accidentia panis, quatenus sunt participatiua panis, qui desijt esse, eiusque virtute agunt, non minùs concurrunt ad producendam in intellectu speciem panis, quàm si adhuc in pane existerent, quemadmodum non minùs nutriunt, quàm quæ sunt in pane non consecrato.

Triplex continentia unius rei in alia.

Vt in cõmẽt. 2. par. q. 13 ar. 5. & lib. de ente, & ess. q. 3.

Ad tertium neganda est consequentia. satis est enim, si sublata omni imperfectione à cõceptibus creaturarum, relinquatur aliquid, quod etsi non idem omnino sit in Deo, & creaturis, sit tamen analogicè idẽ. Verbi causa. si à conceptu sapientiæ creatæ tollas, quòd habeatur per discursum, & quòd sit qualitas; id quod relinquitur, nempe cognitio rerũ omnium per causas altissimas, etsi non eadẽ omnino ratione tribuitur Deo, qua humanæ sapientiæ conuenit; tñ ratione analogica verè, ac formaliter illi tribuitur, vt iam verè dicere possis, Deũ esse sapientẽ, quia cognoscit effecta omnia per altissimas causas, quanquam cognitionis verbum non eadem prorsus ratione Deo conueniat, qua nobis. Longè aliter res habet in conceptu lapidis, qui quantumcumque abstrahatur ab imperfectionibus lapidis, modò tamen adhuc sit conceptus lapidis, nunquam Deo formaliter tribui poterit, siue vniuocè ei tribuatur, siue analogicè; nisi velis per metaphoram, quo pacto nõ est necesse, lapidem ab vlla imperfectione abstrahere. Eodem igitur modo si à quouis ente creato, quatenus est ens, tollas inhærentiam in alio, quæ est imperfectio accidentis

Quo pacto ac tributa creaturarũ remotis imperfectionibus tribuantur Deo

propria,

propria, & dependentiam ab alio, quæ est imperfectio omnium creaturarum, & relinquas hoc solùm, quod est, habere esse; non dubium est, quin id formaliter Deo tribui possit, tametsi non eodem prorsus modo, quo tribuitur entibus creatis, sed eodem proportione quadam. Si tamē conceptui, quem ab imperfectionibus abstraxeris, apponas alium negatiuum, aut relatiuum, qui soli Deo conueniat; iam analogicus ille prior restringetur ad eam rationem nobis ignotam, quę in solo Deo reperiri potest; vt si concipias Ens infinitum, Substantiam supremam, & cæt.

Conceptus proprij diuinæ naturę.

Ad quartum dicendum, ab ijs tantùm, quæ sunt similia simpliciter, posse abstrahi vnam simpliciter naturam: at entia, quatenus entia sunt, non esse similia simpliciter, sed quodammodo. Id quod ex eo patet, quia in ijs duntaxat, quæ simpliciter similia sunt, admittitur ex vtraque parte similitudinis reciprocatio, vt quo pacto hoc dicitur simile illi, ita vicissim illud dicatur simile huic: entia verò creata ita dicuntur similia Deo, quatenus entia sunt, vt Deus nullo pacto dicatur eisdem similis; quod Dionysius scribit 9. cap. de diuinis nominibus, & D. Thom. ac cæteri scholastici approbant. Hoc autem ideo accidit, quia similitudo, quam tribuimus creaturis respectu Dei, est sola similitudo imperfectæ imitationis, quæ ex Deo ad creaturas reciprocari non potest.

Non omnia similia esse reciproca.

Scholastici d. 6. 2. sent. d. 3. & D. Th. 1. p. q. 4. ar. 3. aliisq; locis.

Ad quintum dicendum, non esse ens obiectum formale intellectus nostri, sed materiale; in subiecto autem materiali potentiæ non esse necessariam tantam vnitatem, quanta est vnius potentiæ; alioqui concludendum esset hac argumētatione Scoti, colorem, quia ratione color est, esse vnum specie infima, quia facultas videndi nostra est species infima. Imò etiam, si quid ea colligeret, planè concluderet in subiecta materia, ens esse speciem infimam, quia intellectus noster species infima est. De subiecto autem formali intellectus libro nono, cùm agetur de obiectis potentiarum, disserendum est.

Ens quo pacto sit obiectum intellectus nostri.

Ad sextum dicendum, quemadmodum aliqua possunt primò conuenire, ac repugnare naturæ vniuocæ, sic etiam posse naturæ analogicæ. Vnde fit, vt per naturam quoque analogicam, tanquam per causam adæquatam, possit aliquid primò demonstrari, vt Arist. docet 2. Post. cap. 16. perspicuum est autem in omnem causam, per quam aliquid primò demonstratur, posse cadere reduplicationem.

Etiam per naturam analogicam posse aliquid primò demonstrari.

tex. 25.

Ad septimum neganda est consequentia; dicendumque, vt aliquid sit subiectum veræ contradictionis, & medius terminus in syllogismo nequaquam fallaci, non esse opus, vt sit vniuocus; sed satis esse si sit analogum secundùm proportionem propriam. Causa verò est, quia analoga huius generis possunt concipi vno conceptu, qui absolutè accipiatur, ac distribuatur pro omnibus significatis, quod alijs analogis non est cōcessum, nisi antecedentia, & consequentia id postulent. Vt si dicas, Omne sanum propriè dictum pertinet ad medicum. Ad probationem autem consequentiæ dicito, etsi ens est multiplex, etiam quatenus omnino con-

confusè concipitur; tamen non efficere enunciationem ambiguam, & distinguendam, eo quòd eius conceptus omnino confusus pro omnibus entibus accipiatur; quod idem dicendum est de cæteris analogis secundùm proportionem propriam. Quanquam non est negandum, propter eorum multiplicitatẽ, ac varium vsum, securius esse distinguere eiusmodi enunciationes. Quod Arist. nõ solùm faciendũ docet in libris Elench. præsertim cap. 6. sed etiam ipse non rarò facit, vt 1. Phys. cap. 2. in disputatione contra Parmenidem, & Melissum.

Securius esse distinguere omnia pronũciata, in quibus sit uerbũ analogum.

2. Elench. c. 6

à tex. 6.

Ad octauum, quod erat vltimum Scoti, dicendum est, analoga secundùm proportionem propriam, propter magnam affinitatem, quam habent cum vniuocis, nonnunquam ab Arist. appellari vniuoca. Efficiunt enim veram contradictionem, distribuuntur simpliciter, & absolutè pro omnibus significatis; assumũtur vt media in veris syllogismis, atq; adeo in demõstrationibus propter quid, vt patet ex dictis; & penè omnes alias vniuocorũ cõditiones in diserendo subeunt: qua de causa ens, & verum, quę in hmõi analogis numerantur, dicta sunt vniuoca 2. libro cap. 1. vt patet ex Græco cõtextu; tametsi id apud Latinos Philosophos nõ est in vsu.

Cur quædam analoga nonnũquam uniuoca dicantur.

tex. 4.

## *Censura de Scoti opinione, & solutio argumentorum, quæ illius argumentis addita sunt.* SECTIO IX.

SVnt tamen non pauci, etiã ex Scoti sectatoribus, qui dicãt, Scotũ non alio sensu asseruisse ens esse vniuocũ, nisi quia multas vniuocorũ cõditiones sibi vendicat. Id quod ex eo apertè cõstare dicunt, quòd Sco. in 1. d. 3. q. 1. in hac eadem cõtrouersia tractãda, huiusmodi præfatione vtatur, Et ne (inquit) fiat cõtentio de nomine vniuocationis, conceptum vniuocum dico, qui ita est vnus, quòd eius vnitas sufficit ad contradictionẽ, affirmando, & negando ipsum de eodem; sufficit etiam pro medio syllogistico, vt extrema vnita in medio sic vno, sine fallacia æquiuocationis cõcludantur inter se vnum. Ex quibus verbis satis videtur constare, Scoti sententiam non eam esse, ut putet ens esse prorsus vniuocum.

Prior locus Scoti in quo sentire uidetur, ens non esse uere uniuocum.

Videtur etiam id apertum ex ijs, quæ idem scribit d. 8. q. 3. Ait enim Deum, & creaturam in nulla realitate conuenire, & ideo esse primò diuersa in realitate, etsi non sint primò diuersa in conceptibus. Quod idem inferiùs repetit, addens ad explicationem eius rei, Conceptum entis, & conceptum entis infiniti hoc solùm differre, quòd alter est diuinæ realitatis imperfectè conceptæ, alter eiusdem realitatis perfectè conceptę; ita vt si prior cognitio perficeretur, iam per eam cognosceretur ens infinitum, nulla prorsus realitate de nouo addita, id est, cognita. Et post pauca, Propter imperfectionem intellectus nostri, posse nos habere in Deo, & creaturis vnum obiectum formale solum. Vnde quidam Scoti sectatores colligunt, etsi Deus videt vniuocationem entis in nostro

Posterior locus.

In solut. primi principalis.

Vt Malafossius eodem loco.



Digitized by Google

intellectu confusè concipiente, ipsum tamen ens non esse vniuocum cõparatione intellectus diuini, quia nulla sit natura eadem cõmunis Deo, & creaturis. Ex quibus videtur effici eandem prorsus esse sententiam Scoti, ac nostram, de soloque verbo esse controuersiam.

Pro parte opposita aperit locus Scoti.

Verùm hæc non carent difficultate. Primùm, quia Scotus d. 3. q. 1. ita asserit ens esse vniuocum Deo, & creaturis, vt planè neget esse analogum. Quod patet ex dilutione obiectionis, quam ipse sibi contra confirmationem primæ rationis extruit, vbi sic ait: Quòd si non cures de auctoritate ista accepta ex diuersitate opinionum philosophantium (conuenientium, scilicet, in eo, quòd primum principiũ sit ens; dissentiẽtium autem in peculiari natura illius) dicasque quòd quilibet habet duos conceptus in intellectu suo propinquos, qui propter propinquitatem analogiæ uidentur esse vnus conceptus: Contra hoc videtur esse ratio, quia ex ista euasione videretur destructa omnis via probandi vnitatem alicuius conceptus vniuocam. Si enim dicis hominem habere vnum conceptum ad Sortem, & Platonem, negabitur, & dicetur quòd sunt duo, sed videntur vnus propter magnam similitudinem. Hæc Scotus. Quam eandem exclusionem analogię non solum à conceptu entis, sed etiam sapientiæ, & aliarum perfectionum simpliciter, tangit in tractatione reliquarum duarum rationum sequentium. Deinde, quia q. 3. eiusdem distinctionis, & q. 3. octauæ planè docet, conceptum obiectiuum entis posse & abstrahi à conceptibus membrorum diuidentium entis, ac præcisè accipi, & contrahi ad eadem; non quidem per differentias, sed per modos realitatis intrinsecos: at abstrahi, & præcidi à membris diuidentibus, nulla omnino natura potest, nisi vniuoca.

Alij loci eiusdem pro parte eadem.

Atque ad priorem quidem locum, cùm Scotus negat, ens esse analogum, facilè responderi posset, Negari ab illo eam analogiam, quæ impedit veram contradictionem, quæque non patitur, terminum distribui simpliciter, & accipi vt medium terminum in syllogismo, &cæt. Sed ad posteriorem, quid respondendum sit, non satis apparet. Neque enim ista videntur cohærere, Nullam esse entitatem, siue realitatem communem Deo, & creaturis, quod asserit in locis priùs citatis; &, Conceptum entis obiectiuum posse abstrahi à membris diuidentibus, & præcisè concipi, ac rursus ad eadem membra contrahi. Quòd si dicas, Scotum loqui de abstractione, & præcisione, ac contractione secundùm quid, quæ à nobis non negatur, cùm de imperfecto conceptu entis sermo est; non erit profecto ens dicendum vniuocum simpliciter, sed quodammodo, siue secundùm quid.

Quæ potissimùm ratione Scotus videatur uerè putasse ens vniuocum esse.

Respõsio quorundam.

At dicunt nonnulli Scoti sectatores, propterea Scotum voluisse, ens esse vniuocum, quia etsi non habet conceptum obiectiuum vnum simpliciter, habet tamen apud nos formalem vnum simpliciter. Sed contra hanc sententiam satis est illud, quod dictum est superiùs, Si de vnitate quidẽ reali cõceptus formalis agitur, nihil eam esse ad rem: neque enim

Refutatio.

vniuo-

Digitized by Google

vniuocatio ſumenda eſt ex vnitate reali cõceptus, quemadmodum neq; ex vnitate reali vocabuli. Si verò de vnitate rationis, ſiue repreſentationis; non maiorem eſſe vnitatem formalis, quàm obiectiui, vt ſuprà dictum eſt. Quæro etiam, quid inueniat intellectus noſter in Deo, & creatura ex quo conceptum ſimpliciter vnum ratione formare poſſit? ſi aliquid, quod ſit omnino eiuſdem rationis; iam illud eſt natura vniuoca: ſi diuerſæ; erit vtique formalis conceptus, multiplex. Poſtremò. Si conceptus ille formalis aliquem naturæ gradum, certam'ue entitatem diſtinctam ab omnibus particularibus entitatibus determinatè repreſentat; ergo eſt diſtinctus, & perfectus, non autẽ confuſus, & imperfectus vt aiunt: Si non vnam, ſed plures; ergo non eſt ſimpliciter ratione vnus; quare neque vniuocus. Si igitur Scotus ſenſit conceptum formalem eſſe ratione vnum ſimpliciter; obiectiuum autem non eſſe vnum ſimpliciter; planè ſibi repugnat: Si verò vtrumque cẽſet eſſe vnum ſecundùm quid, de nomine tantùm laborat; & cùm iſto modo idem re ipſa, quod alij, ſentiat, non erat cur cõtra ſuperiores Philoſophos, & Theologos adeo longam diſputationem texeret. Perſtringitur Scotus.

Ad nonum dicendum, etiam in eadem ratione analogica poſſe fieri comparationem multorũ ſecundùm magis, & minùs; etſi non tam propriam, quàm cùm fit in eadem ratione vniuoca, potiſſimùm verò in ea ſpecifica, quæ in alias ſpecificas diuidi nequit. Veluti cùm duo corpora comparantur in ratione candidi, aut calidi, vt æquè, aut magis & minùs talia, quod Ariſt. docet 7. Phyſ. cap. 4. à tex. 24.

Ad decimum dicendum, non eſſe accidens analogum eo genere analogiæ, quæ dicitur per attributionẽ vnius ad alterum; ſed quia uariè refertur ad ſubſtantiam. Quantitas enim ideo dicitur accidens, quia eſt menſura ſubſtantiæ; qualitas, quia alio quodam modo ſe habet ad ſubſtantiam; & alia, quia alijs. Quòd enim neque omnino æquiuocum ſit, neque vniuocum, eiſdem penè rationibus oſtendi poteſt, quibus idem oſtenſum eſt de ente: loquimur autem de accidente vt commune eſt completis, & incompletis, quo pacto in hac quæſtione loquuti ſumus de ente, acturi de ente, & accidente cõpletis lib. ſequenti cap. 7. Quòd autem non ſit analogum per attributionem vnius ad alterum, rectè probatum eſt in argumento. Reſtat igitur, vt ſit analogum per attributionẽ ad aliquid tertium: neque enim quatenus accidens eſt, aliter concipi poteſt, quàm habitudine ad ſubſtantiam; quod & ipſa concipiendi experientia conſtat, & omnium Philoſophorum communi ſententia comprobatur, etiam eorum, qui illud quatenus eiuſmodi eſt, vniuocum putant. Ex qua re efficitur, vt etiam ſit analogum ſecundùm proportionem. Quare cùm non ſit analogum improprie, ſeu figuratè, reſtat vt poſſit cadere ſub vnum, & eundem numero conceptum formalem omnino confuſum, quemadmodum & ens. Quæ omnia ex dictis patent. Addendũ quoque eſt, Etſi vnum genus ſummum accidentium non eſſet principa- Accidẽs quo pacto analogum.



Digitized by Google

hus accidens, quàm aliud (quod tamen haud concesserim, cùm nec in speciebus eiusdem generis id concedendum sit, vt patebit lib. 8.) non inde tamen sequeretur, accidens esse vniuocum. Satis est enim, vt nõ sit vniuocum, si membra diuidentia non participent naturam diuisi per eundẽ entitatis gradum, sed diuersa per diuersos, vt dictum est de ente. Cùm ergo obijcitur, definitionem traditam accidentis sub nomine eius, quod est in subiecto, non æquè omnibus conuenire, negandum est, quod assumitur. Nam, etsi illa propter omnimodam confusionem illorum verborum [Quod cùm in aliquo sit] quæ loco generis ponuntur, videatur esse omnino eadem; non est tamen re uera omnino eadem. Neque enim significant vnum modum essendi omnibus accidentibus communem, & qui ab omnibus abstrahi possit, sed omnes simul confusè, & indeterminatè, vt dictum est de definitione entis omnino confusa.

Definitio eius, quod est in subiecto.

## VTRVM ENS PRÆDICETVR IN QVAEstione Quid est de omnibus rebus, & de omnibus earum differentijs, proprijsque ipsius passionibus. QVAEST. III.

### *Variæ opiniones in hac quæstione.* SECTIO PRIMA.

VARIÆ in hac quæstione circunferũtur opiniones. Vna est Auicennæ dicentis, Ens non prædicari in quęstione, quid est, de vlla re, quæ habeat esse ab alio. Ratio illius, vt D. Tho. refert, hęc est, Quia in omni re, quæ habet esse ab alio, aliud est esse rei, quod ipsum nomen entis formaliter significat; aliud verò ipsa essentia, siue quiditas rei, secũdùm quam fit prædicatio in quæstione, quid est. Quæ ratio æquè videtur posse accommodari differentijs earundem rerum, & passionibus entis. Ita fit Auicennæ sententia, vt ens non dicatur quiditatiuè, nisi de solo Deo.

Opinio Auicennæ.

Hoc loco lect. 2 p. 3.

Altera est multorum Thomistarum dicentium, ens prędicari quiditatiuè de omnibus rebus, deq; omnibus earum differentijs, & proprijs ipsius passionibus. Eam verò tribus potissimùm argumentis probant.

Thomistarũ quorundam.

1 Vno, quia obiectum adæquatum cuiusq; potentiæ dicitur quiditatiuè de omnibus particularibus obiectis, quæ sub eam cadunt; vt color, qui est obiectum visus, de omnibus, quę cadunt sub aspectum: at omnia, quæ
2 dicta sunt, cadunt sub intellectum; cuius obiectum est ens. Altero, quia omnia, quę dicta sunt, aut sunt entia realia, aut rationis, aut non entia: non sunt autem nõ entia, ut patet; nec item sunt entia rationis, cùm entia rationis nec sint ueræ res, nec differentię, passiones'ue rerum verarum; sunt igitur entia realia; ens autẽ reale, de quo in præsentia sermo est, non

minus

minùs quiditatiuè prædicari debet de quouis ente reali, quã animal prędicatur de quouis animali. Tertiò, quia quod attinet ad passiones entis 3
planè significat Aristoteles, esse eas vnã atq; eandé naturã cum ente, dum id affirmat, atq; adeo probat de vno in hoc capite. Quicquid enim dicit vnam, & eandem naturam cũm alio, est idem quiditatiuè cum illo.

Tertia est Scoti 1. sent. d. 3. q. 3. dicentis, Ens prędicari quiditatiuè de omnibus rebus; nõ tamẽ de omnibus differẽtijs, nec item de passionibus suis. Ac in prima quidẽ parte suæ assertionis cum Thomistis conuenit. Vt autem probet secundã, distinguit differẽtias in vltimas, & non vltimas. Differentiæ non vltimæ apud illum sumuntur à tota forma; vltimæ verò ab vltima realitate formæ. Verbi causa; si homo per aliam formam esset animal, per aliam verò, vt per animam rationalem superadditam priori formæ, esset homo; rationale autem hoc pacto sumeretur à tota entitate animæ rationalis; esset rationale differẽtia nõ vltima: anima enim à qua sumeretur, non est entitas simpliciter simplex, sed composita ex realitate communi, qua conuenit cum alijs formis, & ex realitate propria, qua ab alijs formis distinguitur. Quòd si homo est non solùm animal, sed etiam homo per eandem numero formam, quæ secundùm aliam realitatẽ dat esse animalis, & secundùm aliam dat esse hominis; rationale autem significat solam posteriorem realitatem; iam rationale est ultima differentia. Hac igitur distinctione posita, duabus rationibus probat secundam partem suæ assertionis.

Scoti opinio.

Differentiæ ultimæ, & nõ ultimæ apud Scotum, quæ.

Prior ratio. Si ens prædicaretur in quæstione, quid est de differentijs vltimis; vltimę differentiæ essent propriè differentes; consequens est falsum, ergo & antecedens. Maiorem probat. Quia eo dato iam vltimæ differentiæ conuenirent vniuocè (supponit enim ens esse vniuocum) unde cùm illæ sint diuersæ inter se vt patet, necessariò essent propriè differentes. omnia enim diuersa, quæ sunt idem in aliqua natura vniuoca, sunt propriè differentia, vt Arist. docet lib. 5. c. 9. & lib. 10. cap. 5. Minorem ex eo ostendit, quia si propriè sunt differentes, differunt vtique per alias differentias: aut ergo ens dicitur in quęstione Quid est de huiusmodi alijs differentijs, aut minimè: si dicitur; aut eodem modo dicitur de ijs, quibus hæ differunt, & ita de alijs, atq; alijs in infinitum, quod absurdũ est asserere; aut deueniendum est ad aliquas, de quibus ens non prædicetur in quæstione Quid est: at hæ sunt ultimæ, quandoquidem vltimę sunt, quæ non amplius per alias differunt, seu (quod idem est) quæ sunt primò diuersæ.

Prior ratio Scoti pro secunda parte assertionis

text. 16 lib. 5. text. 22. lib. 10

Posterior ratio hæc est. Vt in resolutione rei per se compositæ deueniatur tandem ad vltimam materiam, quæ nõ includit quicquam formę, & ad vltimã formam, quę non includit quicquam materiæ; ita necesse est vt in resolutione cõceptus per se cõpositi deueniatur tandem ad vltimũ aliquem cõceptum determinabilem, qui non includat quicquam determinantis, & ad aliquem vltimum determinantem, qui non includat quic-

Posterior.

Digitized by Google

quicquam determinabilis: at cõceptus per se cõpositus resoluitur in ens vt in cõceptum vltimum ex determinabilibus, & in differentiam vltimã, vt in conceptum vltimum ex determinantibus: igitur nec ens includit quicquam differentiæ vltimæ, nec differentia vltima quicquam entis.

Primum arg. pro tertia pars.

Tertiam uerò partem suæ opinionis tribus argumentis colligit. Vnũ est. Ens non prędicatur per se de passionibus suis; ergo nec in quæstione quid est. Probatur antecedens, tum quia omne subiectum ponitur quasi additamentum in definitione suæ passionis, vt Arist. docet lib. 7. cap. 5. tex. 18. quæ autem hoc modo ponuntur in definitionibus rerum, non prædicantur de illis per se; tum etiam, quia cùm passiones entis dicantur per se de ente, necessariò efficitur, vt ens dicatur de illis per accidens, siue non per se: docet enim Arist. 1. Poster. cap. 18 propositiones per se non cõtex. 35.

Secundum.

uerti in alias per se. Alterum est. Ens diuiditur adæquatè, & sufficienter, tanquam prędicatum quiditatiuum in ens increatum, & in decem genera, & in partes essentiales decem generum (aut saltem non diuiditur in plura, quod adiungit propter differentias vltimas) atqui passiones entis nihil horum sunt, vt patet: alioqui non essent transcendentes: non ergo

Tertium.

prædicatur ens quiditatiuè de suis passionib⁹ in quæstione quid est. Tertium. Si vnum, quod est prima passio entis, est quiditatiuè ens; aut præcisè est ens, aut addit enti aliquid, de quo etiam quiditatiuè dicatur ens; aut aliquid, de quo ens quiditatiuè non dicatur: primum non est dandum, ne idem concedatur esse passio sui ipsius: nec verò secundum, tum quia vnum bis includeret quiditatiuè ens; tum quia daretur progressus in infinitum (eadem enim quæstio fieri posset de illo addito, atque de ipso vno, & pari ratione de quocumque alio simili addito) dandum igitur est tertium, &, quod ex eo sequitur, id, quod vnum addit enti tanquam

Additur quartum.

passionem illius, non subijci enti in quęstione quid est. Quartũ additur ab alijs hunc in modũ. Si passiones entis subijcerentur enti in quæstione quid est, ab illis iterum fluerent aliæ similes passiones, & ab illis aliæ atque aliæ in infinitum (si quidem ab ijs omnibus, quę quiditatiuè continentur sub quauis natura communi, fluunt passiones illius naturę; alioqui passiones nõ reciprocarentur in quęstione, Quale est, cum subiectis, quibus primò conueniunt: at consequens est absurdissimum; ergo & ante-

Quintum.

cedẽs. Quintũ ab alijs hoc pacto. Nullum includens aliquid in quęstione quid est conuertitur cum eo, quod in se sic includit; passiones entis, si essent quiditatiuè entia, includerent illud quiditatiue; ergo non conuerterentur cum ente: at conuertuntur, cùm sint eius proprietates: igitur non sunt quiditatiuè entia.

Quarta sententia, & probanda.

Quarta extremaque sententia est, Ens prędicari in quæstione, Quid est de ijs omnibus, quę positiuè sunt in rerum natura. Dico autem [positiuè] ut excludam negationes, quarum plurimę dantur in rerũ natura, tametsi nihil ponendo in rebus, sed potiùs remouendo, vt cæcitas aspectum, & tenebrę lumen, quæ sententia nobis probatur.

Verę

Digitized by Google

*Veræ sententiæ explicatio.* SECTIO II.

EAm igitur ut explicemus, quatuor antè præmittenda sunt. Vnum est, nomine entis intelligi à nobis hoc loco solum ens reale, quoniam hoc solum est, quod verâ habet quiditatem, & essentiam, quę scilicet verè, ac positiuè existere in rerum natura possit. *Ens quo pacto in hac quæstione sumat.*

Alterum est, nomen entis generaliter spectatũ, duobus modis accipi posse. Vno, vt significat actum essendi, seu (quod idem est) existendi; quo pacto est participium verbi, Sum: altero, vt significat ipsam naturam rei existentis; quo pacto non sumitur, vt participiũ (semper enim participium adsignificat tempus) sed tanquam nomen verbale, vt vocant; quo hactenus caremus; nisi velis, essentiam, vt in creaturis præcedit existentiã, significari nomine Rei. Eandẽ distinctionem videre licet in verbo Viuens. Interdum enim sumitur vt significat actum viuendi, seu vitalem; quo pacto pertinet ad prędicamenta accidentium, & opponitur mortuo, estque participium verbi, Viuo: interdum vt significat ipsam naturã rei viuentis; quo pacto pertinet ad prędicamentum substantiæ, & distinguitur à substantia inanimata, nec sumitur, ut est participiũ verbi, Viuo, sed vt nomen verbale. Dixi [generaliter spectatum] quia nomen entis sumi etiam potest restrictè pro re, in qua distinguitur esse ab habente esse; quo pacto ens interdum sumitur apud quosdam Veteres, *Cap. 5.* veluti apud Dionysium in libro de Diuin. nom. & apud Platonem in Parmenide; quorum hic Dialectico more, disertis tamen verbis, concludit, Deum non esse ens, ille verò ait, Deum esse supra ens, quod in idem incidit. Verùm nos, quia accepimus ens, quatenus ad omnia, quæ positiuè sunt in rerum natura, extenditur; hanc acceptionem entis prætermittendam duximus. *Entis duplex acceptio.* *Simile.* *Alia entis usurpatio.*

Tertium est, etsi nomen entis ex ipsa impositione solam priorẽ significationem habet; ex vsu tamen Philosophorum, quorum est absolutè disserere de rebus, siue illæ existant, siue non; ad solam penè posteriorẽ significationem traductum esse, accommodato ad priorem significationem participio uerbi, Existo. Atque hoc posteriori modo sumitur ens, cùm dicitur subiectum Metaphysicæ: nisi quòd subiectum Metaphysicæ complectitur quædam entia per accidẽs veluti domum, Rempub. & alia huiusmodi per se ordinata, vt superiori capite dictum est; cùm tamen entia per accidens non significent essentiam verè vnam. *Ens quid significet ex ipsa impositione; quid ex Philosophorum communiori usu.*

Quartum est. Id, quod nomine entis posteriori, & longè frequentiori vsu significatur, tribus potissimùm nominibus appellari solere; Naturæ, Quiditatis, & Essentiæ. Naturæ, quatenus aliquam operationem habere *Cap. 2.* potest, vt inquit D. Thom. in libello de ente, & essentia; aut potiùs, cùm hoc valde impropriè de omni entitate dicatur, Quia nulla entitas est, quę aliquam proprietatem non habeat: sumitur enim hoc pacto natura, vt *Entitas cur natura dicatur.*

ab

Digitized by Google

Cur quiditas ab ea aliquid proprium quasi nascitur. Quiditatis, quatenus significatur
Cur essentia. per definitionem, quòd sola definitio, quid res sit, explicet. Essentiæ verò, quatenus vnaquęque res per eam, & in ea habet essendi actum, quem appellamus existentiam; de qua quid sit, & quo pacto ab essentia distinguatur, proxima quęstione docebimus.

Prima conclusio. His ita explicatis, sit prima conclusio. Ens, quatenus significat existentiam, nec de vlla re, nec de vlla differentia rei, nec de passionibus entis prędicatur in quæstione Quid est, prętерquàm de Deo. Ac illud quidem non prædicari de cæteris in quæstione, quid est, ex eo patet; quia nec necessariò de illis dicitur, cùm omnes possint esse, & non esse. Atque hoc pacto uera est sententia Auicennę, rectaque eius probatio; nisi quòd aliter accipit nomen entis, quàm frequentiori Philosophorum vsu accipi soleat. Quòd verò de Deo prædicetur in quęstione, quid est, ea ratione probatur, quia existentia Dei est ipsa eius quiditas, & essentia: alioqui nō esset diuina essentia purus actus, siue nihil habens admistum potentiæ ad alium actum; quod fieri non posse lib. 12. cap. 9. cum Arist. ostendemus. Atque hęc est vna ex causis, ob quas Deus sibi vendicauit nomen entis tanquam proprium, cùm dixit Moysi, Ego sum, qui sum. Id enim dixit, & quia ipse solus necessariò existit; & quia solus est quiditatiuè sua existentia; & quia eius solius esse complectitur omnes essendi perfectiones sublatis omnibus imperfectionibus.

Existentiam prædicari de Deo in quęst. Quid est.

Exodi 3.

Secunda conclusio. Secunda conclusio. Ens quatenus significat essentiam, prędicatur in quęstione, quid est de omnibus rebus, & omnibus earum differentijs. Nomine rerum intelligo entia completa. Atque in his perspicua est cōclusio; nec quisquam de ea dubitat sumpto hoc pacto rerum nomine. Quod ergo attinet ad differentias, quibus res inter sese intrinsecus differunt, his rationibus potest conclusio confirmari.

Primùm, Quia omnia, quibus conueniunt passiones entis, sunt quiditatiuè entia; passiones enim non communicantur, nisi quibus communicatur quiditas, à qua fluunt: at nulla est differentia, cui non conueniat esse unum, uerum, bonum, & alia huiusmodi, quę in passionibus entis numerari solent.

Deinde, Quia si quę differentiæ non essent quiditatiuè entia, ea, quæ ex ijs constant, non essent omni ex parte entia: at hoc asserere non minùs absurdum est, quàm substantiam nō omni ex parte esse substantiam, quod cum Aristotele primo Phys. cap. 6. putant absurdissimum omnes Philosophi.

tex. 52.

Tertiò, Quia si qua esset ratio, ob quā ens nō diceretur quiditatiuè de omnibus differentijs, hæc vna esset maximè, quia alioqui liceret concludere, ultimas differentias esse differētes (ea enim est prięcipua ratio Scoti, qui solus cum suis sectatoribus propositæ conclusioni aduersatur) at hoc non efficitur, cùm ens non sit re uera vniuocum, ut suprà ostensum est; nō est igitur cur de omnibus quiditatiuè nō dicatur. Atque ex hac ratione

Scorum nihil conficere, nisi posita uniuocatione entis

Digitized by Google

tione patet, quàm periculosum sit, paucis inspectis à sententijs longa, cõmunique consensione probatis discedere. Ea enim potissimùm de causa incidit Scotus in oppositam conclusionem, quia vniuocationem entis contra Veterum opinionem de entis vniuocatione statuerat.

Impugnatur Scoti opinio de distinctione differẽtiarum in ultimas, & nõ ultimas.

Quarta ratio hoc modo duci potest ex differentiarum nõ vltimarum explicatione, qua Scotus vtitur. Nullæ sunt differentiæ non vltimæ, vt eas explicat Scotus; igitur, si verum est, quod idem supponit, ens non prædicari in quæstione, quid est de differentijs vltimis; de nullis differentijs eo pacto prædicabitur; at consequens est absurdissimum; ergo & ea explicatio differentiarum non vltimarum. Antecedens ex eo probatur, quia nullę differentiæ internæ (de ijs enim sermo est) sumuntur ex tota forma. Nam, quod attinet ad internas differentias accidentium, vt albedinis & nigredinis; itemque substantiarum separatarum; ipse etiam Scot. admittit, nullam esse, quæ sumatur à tota forma, cùm ab alio gradu sumatur genus, ab alio differentia. Quod verò attinet ad differentiam substantiarum materia, & forma constantium, idem patebit libro 7. vbi ostendemus, omnes differentias, quæ ad constitutionem rei naturalis pertinent, sumi à diuersis gradibus eiusdem formę, nec vllam earum esse, quæ à tota forma sumatur. Quòd verò absurdissimum sit, ens de nullis differentijs prædicari in quæstione Quid est, non solùm ipse Scotus fatetur (asserit enim necessariò ens fore genus, si de nullis differentijs quiditatiuè dicatur) sed etiam ex eo perspicuum est, quia sequeretur, nullas res inter se differre essentiali discrimine. Si enim nulla differentia est quiditatiuè ens; nulla omnino habet essentiam; vnde fit, vt nulla earum essentiale discrimen rebus afferre possit. Quin etiam cùm modi intrinseci, quibus Scotus trahit ens ad genera summa, atque adeo ad Deum, & ad cætera immediata membra diuidentia entis, eadem ratione concludantur non esse quiditatiuè entia, quibus ille id concludit de vltimis differentijs; efficitur, vt data vniuocatione entis, necessariò concedendum sit nullam esse diuersitatem essentialem in rebus, sed omnia esse vnius & eiusdem essentiæ.

Nullam differentiam internam sumi à tota forma.

Necessariò ens prędicari essentialiter de differentijs internis.

Quinta, & extrema ratio duci potest ex differentiarum vltimarum declaratione, hoc pacto. Si differentiæ vltimę sunt, quę non per alias differunt, vt Scotus ait; sequitur, omnes omnino, aut solas indiuiduantes esse vltimas. Nam si eæ omnes sunt vltimæ, quæ non differunt per alias differentias, ex quibus constituantur, cùm nullæ constituantur ex alijs differentijs (iam enim essent species) omnes omnino erunt vltimæ. si verò eæ tantùm sunt vltimę, quę non differunt per alias, per quas contrahantur ad inferiora; solę indiuiduantes erunt vltimæ. At si omnes sint vltimæ; de nulla earũ prædicabitur ens quiditatiuè, vt Scotus vult; &, quod inde sequitur, de nullis omnino differentijs. Si verò solæ indiuiduantes sint vltimæ, de ijsque solis non prædicetur ens quiditatiuè; non erunt primæ substantiæ magis entia, quàm secundæ; quare nec magis

Vltimas duobus modis dici posse.



Digitized by Google

ſubſtantiæ, primòque, ac principaliter ſubſtantiæ. Nullam igitur vim habet diſtinctio differentiarum in vltimas, & non vltimas, vt ex ea oſtendatur, non prædicari ens quiditatiuè de omnibus differentijs.

Tertia concluſio.

Tertia concluſio. Etſi ens poteſt prædicari in quæſtione Quid eſt de paſſionibus particularium entium, ſaltem de quibuſdam; tamen non poteſt hoc pacto prædicari de ſuis paſſionibus. Prior pars huius cõcluſionis ex eo patet, quia etſi quædam paſſiones entium particularium non ſunt formaliter entia realia, ſed aptitudines quædam ad aliquid, cuiuſmodi eſt paſſio illa quantitatis, vt ſecundùm eam res dici poſſint æquales, & inæquales (neque enim credendũ eſt, eam eſſe qualitatẽ aliquã, aliud'ue accidẽs, quod ex natura quantitatis oriatur) tamen multę ſunt formaliter entia realia, vt intellectus, & voluntas, quæ ſunt proprietates ſubſtantiarum materiæ expertium: de ijs autem, quæ formaliter ſunt entia realia, non dubium eſt, quin ens reale prædicetur in quæſtione, quid eſt. Poſterior pars probatur eiſdem rationibus, quibus Scotus probauit tertiã partem ſuæ aſſertionis. Nec enim hac ex parte inter nos, & Sco. vlla diſſenſio eſt, niſi quòd ille putat paſſiones entis poſſe addere enti, ſiue ſignificare formaliter aliquid, quod ſit poſitiuum reale, nec tamen ſit formaliter ens, quod apertè fatetur de vno; nos autem credimus, nihil eas poſſe enti addere, niſi vel negationem, uel relationem rationis, vt quæſtione quinta oſtendemus.

Duplex genus paſſionum, & ue proprietatum.

Qua in rẽ eadem ſit Auctoris ſententia, quæ Scoti de paſſionib⁹ entis.

2. Sent d. 3. q. 2. ad argumentum.

## *Solutio argumentorum oppoſitarum opinionum.* SECT. III.

Vpereſt, vt ad ea argumenta ſecundæ & tertiæ opinionis, quæ noſtris concluſionibus aduerſantur, reſpondeamus. Nam, quod attinet ad ſententiam Auicennæ, nihil eſt quod dicamus, cùm nec falſa ſit, ſi rectè intelligatur, nec pugnet cum ijs, quæ dicta ſunt.

Quo pacto uerum ſit obiectum potẽtiæ dici quiditatiuè de ijs, quæ à potentia attinguntur.

Ad primum ſecũdæ opinionis dicẽdum eſt, nõ omnia, quæ quomodocunque attinguntur à potentia, contineri quiditatiuè ſub illius ſubiecto adæquato, vt patet in ſilentio, motu, & figura, quæ aliquo modo attinguntur ab auditu; ſed ea dumtaxat, quæ per ſe, & directò cadunt ſub potentiã, vt hic ſonus, & ille. At paſſiones entis quoad id, quod enti addunt, non attinguntur per ſe, ac directò ab intellectu, cùm ſint vel negationes, uel relationes rationis; ſed per ipſum ens, cuius ſunt affectiones.

Paſſiones entis.

Ad ſecundum dicendum eſt, paſſiones entis quoad formale abſtractum, vel eſſe negationes, quæ ſunt non entia, vel relationes rationis. Si autem concretè ſumantur, nec poſſe dici non entia, nec verò entia rationis, quia ſubiectum, aut quaſi ſubiectum, pro quo accipiuntur, ſit ens reale. Poteſt tamen vnum dici negatiuum; verum autem, & bonum relatiua rationis, quia hæc concreta verè, ac ſimpliciter dicuntur de entibus realibus.

Digitized by Google

te alibus. Quòd si quis obijciat, genus, & speciem dici entia rationis, etiamsi accipiantur pro animali, & homine, ergo pari ratione verum, & bonum posse dici entia rationis. Occurrendum est, eam locutionem esse impropriam, & figuratã, quia sumuntur concreta pro abstractis; quod etiam sæpe fit, cùm de entibus realibus est sermo, vt si dicas, album est qualitas. Verùm hæ locutiones vix admitti debent, & in plerisque rebus ne vix quidem, vt si quis dicat, agens & patiens sunt accidentia. Obiectio. Dilutio.

Ad tertium dicendum est, non rectè in primis ea ratione colligi, ens dici quiditatiuè de vno, quia ambo sunt vna atque eadem natura: alioqui liceret colligere, ipsum quoque vnum dici quiditatiuè de ente. Et quidem non desunt ex auctoribus secundæ opinionis, qui id concedant. Vt Plandren. Verùm quàm id sit absurdum, adeo apertũ est, vt explicatione non egeat. Adde, cùm Aristoteles ait, ens, & vnum, esse vnam atque eandem naturam; non ita id esse intelligẽdum, quasi velit, vtrunque significare formaliter vnam, & eandem essentiam, sed, vnum non significare ullam aliam. Itaque sensus est negatiuus, vt suprà diximus. Loquitur autem eo pacto Aristoteles, vt doceat, vnum non addere formaliter enti aliquid reale, sed solam negationem diuisionis. Vnde patet quid de cæteris passionibus dicendum sit. Falsa sententia eorũ, qui volũt, Vnum dici quiditatiuè de ente.

Ad priorem verò rationem earum, quibus Scotus secundam partem suæ assertionis confirmat, dicendum est; Primùm quidẽ, eam distinctionem, cui argumentatio innititur, non esse ad rem: siquidem differentiæ non vltimæ, vt à Sco. explicantur, non sunt ex ijs, quibus genera per se diuiduntur; sed vel sunt concreta accidentium, vt album, aut nigrum, ac proinde entia completa; vel sunt concreta formarum substantialium secundùm omnes gradus earum simul; quę concreta, etsi incompleta sunt, quemadmodum, & formæ substantiales, ex quibus fiunt; tamen non diuidunt per se vllum genus, sed tantùm illæ, quę sumũtur ex singulis gradibus formarum, vt patebit lib. 7. Deinde verò, non rectè Scotum docuisse, differentias vltimas sumi ex sola vltima realitate formæ, quam nos vocamus vltimum gradum entitatis formæ. Nam aut debuit ponere differentias medias inter non vltimas, quas ait, sumi ex tota forma, & vltimas, quę sumuntur ex vltimo gradu; aut certè dicere, vltimas sumi ex quibusuis gradibus, siue illi sint vltimi, siue non vltimi; quandoquidem ex quolibet gradu formæ sumitur aliqua differentia. Denique ad argumentum neganda est maior: nec probatio quicquam efficit, cùm falso innitatur fundamento vniuocationis entis, quæ suprà impugnata est. Deinde, quia eadem ratione probabis, decem summa genera esse propriè differentia, ac proinde non summa genera. ita enim sunt diuersa inter se, vt tamen Scoti sententia vniuocè cõueniant in ente: quod haud scio quo pacto Scotus non attenderit. Differentiæ non vltimæ, quę sint re ea ra. Contra Scotum. Genera summa non propriè inter se differre.

Ad posteriorem dicendum est, multa quoque in ea deprehendi vitia. Primùm enim, etsi colligit institutum ex vniuocatione entis; tamẽ si ens



Digitized by Google

est analogum, ut ostendimus. nihil conficit. Potest enim ens alia ratione dici quiditatiuè de vltimo conceptu obiectiuo determinabili, ut de substantia genere summo; alia verò de vltimo conceptu determinante, ut de cõceptu corporei; quos quidem intellige esse vltimos in resolutione. Deinde si quid colligit, non solùm cõcludit, non dici ens quiditatiuè de vlla differentia vltima, sed nec de ulla omnino. Id enim, quod determinatur à forma, si modò sit vniuocum, nõ potest pertinere ad quiditatem formæ determinantis. Postremò sumit quasi certum, ens secundùm conceptum communem esse ueluti materiã primam, quod tum demum dici posset, si eius conceptus obiectiuus esset simpliciter pręcisus ab omnibus conceptibus obiectiuis particularibus. Itaque ens non secundùm communẽ conceptum, quem omnino confusum diximus, sed secundùm cõceptus distinctos primò determinabiles in compositione, & vltimò in resolutione, subit vicem materię primæ; ut secundùm cõceptum substãtię, aut quantitatis: differentiæ verò, quæ proximè diuidunt eiusmodi conceptus, subeũt vicem formarum substantialium, quę sunt primæ in cõpositione, & vltimæ in resolutione; veluti corporeum, & continuum.

Quo pacto ens materiæ primæ uicem subeat.

Denique ijs argumentis, quibus Scotus tertiam partem suæ assertionis confirmat, nihil est repugnandum, quia rectè probant posteriorem partem tertię conclusionis nostræ, sumpto ente pro ente reali, ut in hac quæstione sumitur.

## VTRVM EXISTENTIA RERVM DISTINguatur ab essentia. QVAESTIO IIII.

*Trium opinionum enumeratio, primæq́; explicatio, & impugnatio.*

### SECTIO PRIMA.

DOSVIMVS initio superioris quęstionis, existẽtiam distingui aliquo modo ab essentia; nunc utrum ita res habeat, & qualis sit earum distinctio videamus. Est enim hac de re inter Philosophos non mediocris contentio.

Prima opinio de distinctione essẽtiæ ab existentia.

Alij enim dicunt, existentiã nullo pacto distingui ab essentia; tametsi existentia distinguatur ab existere, & existente, itemq́; essentia ab esse, & ente sola grammatica distinctione, tanquam abstracta à cõcretis, & nomina verbalia à verbis, & participijs: quæ distinctio nõ cernitur in rebus significatis, sed in modo significandi, & concipiendi. Existentia enim, & essentia, vt aiunt, solã naturã cuiusque rei significant: existere autẽ, & esse, habere essentiam: existens deniq; & ens, si sumantur vt participia, significant habens essentiam in tempore præsenti; si autem

sumantur

sumantur ut nomina, significant habẽs essentiam absolutè; idest, sine adsignificatione temporis præsentis.

Alij existimant existentiam, etsi in Deo nõ distinguitur ab essentia distinctione ulla inuenta in rebus; tamen in creaturis distingui reali distinctione, ut rem vnam ab alia re. Secunda.

Alij dicunt, existentiã creatã distingui quidẽ aliquo modo ab essentia, atq; adeo distinctione inuẽta in ipsis rebus: sed tñ nõ ut rẽ vnã à re alia. Tertia.

Ioann. Gand. hoc lib. q. 3. Niph. disp. 2.

Sunt deniq; qui existiment, in rebus corruptibilibus distingui esse ab essentia, in perpetuis nõ item. Sed eorum sententia prætermittenda nũc est, quòd in alienum sensum quæstionem detorqueant, sumentes esse pro quiditate, de cuius distinctione ab essentia hoc loco non agimus. Quòd si quis eodẽ modo atq; illi, respondeat, sed tamen sumat esse pro existere, & distinctionẽ pro separatione (tametsi impropria) quasi dicat, res corruptibiles nõ semper existere, perpetuas semper; nulla erit in quæstione difficultas, nisi quòd adhuc reliquum erit dubium idem, de quo superiores tres sentẽtiæ dissentiunt; de modo, inquam, distinctionis existentiæ ab essentia. Ita satis erit, si tres superiores discutiamus. Sententia quorundã de distinctione quiditatis ab essentia.

Prima opinio est Heruei quolib. 7. q. 9. Gab. in 3. d. 6. q. 2. & Nominalium, in quam etiam inclinat Durand. in 1. d. 3. q. 2. quanquam in 3. d. 6. q. 2. uideatur dubitare. ait enim in posteriori loco existentiam vel esse idem cum essentia vel eam immediatiùs sequi quacunque proprietate. Quæ sententia quinque argumentis potissimùm probari solet. Primum est. Ita se habet existentia ad existere, ut essentia ad esse; atqui existere, & esse nullo pacto distinguuntur; ergo à commutata proportione, nec existentia, & essentia. Auctores primę opinionis. Argumentũ primum.

Secundum. Realitas rei nullo modo distinguitur ab essentia rei; at rem existere est idem omnino atque esse realiter; igitur rem existere, seu habere existentiam, idem est omnino atque habere essentiam; & à coniugatis, existentia rei idem omnino est atque essentia rei. 2

Tertium. Si existentia distingueretur ab essentia tanquam aliquid illi adiunctum, nulla esset creatio; cõsequens est absurdissimum; ergo, & antecedens. Maior ex eo probatur, quia creatio est actio, per quam aliquid perducitur ex nõ esse ad esse, nulla suppositata entitate illius; nunc autem si Esse est aliquid adiectum essentiæ, iam ad creationem supponitur ipsa essentia, quæ tamen per creationem accipit esse. 3

Quartum. Si existentia nõ esset idem, quod essentia, in omni generatione darentur duo termini totales, seu duo composita, quæ per se fierẽt, quorum unum esset ipsa essentia rei, quę constat materia, & forma; alterum, totum hoc, essentia existens, quod constaret ex essentia, & existentia: at duo termini totales unius mutationis non sunt admittendi: ergo nec distinctio existentiæ ab essentia. 4

Quintum. Quandocunq; aliquid diuiditur per duo mẽbra, quorum alterum destruit diuisum, reliquũ membrũ nihil addit diuiso, siue reale, 5

siue

siue rationis, sed solùm affirmat ipsum diuisum; ut patet in diuisione hominis per verum, & pictum, aut per viuum, & mortuum: huiusmodi autem est diuisio entis per ens actu, & ens potentia; siquidem lapis potentia non est lapis, & ita res habet in cæteris: igitur ens actu, siue actu existens, nihil omnino addit enti absolutè sumpto, siue reale, siue rationis.

Loca Aristotelis pro eadem opinione. Confirmatur hæc sententia ex ijs, quę Aristoteles docet. Ait enim hoc capite, idem esse dicere hominem, atque ens hominem, id est, hominem existentem: Et rursus; Quæcunque eadem generatione generantur, & eadem corruptione corrumpuntur, esse eandem naturā: satis autem patet, esse, & essentiam eadem generatione generari, & eadem corruptione corrumpi; imò etiam per se primò: neque enim datur vnum ante aliud. Scribit etiam libro sequenti cap. 7. hunc in modum. Quoniam igitur eorum, quę prędicantur, alia quid est significant, alia quale, alia quantū &c. ipsum esse, idem, quod vnum quodq; istorum significat, Nihil enim hęc differunt, homo valens est, & homo valet &c. tex. 3. tex. 14.

Impugnatur. Verùm hęc sententia, vel his rationibus facilè refutatur. Duo prędicata communia, quę ita affecta sunt ad idem subiectum, ut alterum de eo dicatur in quęstione Quid est, alterum non item, si non re, saltem ratione distingui debent; alioqui eodem modo de eo subiecto dicerentur: at ens, quatenus significat existentiam de nulla re prędicatur in quęstione Quid est, prętерquàm de Deo, vt patet ex prima conclusione superioris quęstionis; quatenus autem significat essentiam de omnibus rebus prędicatur in quęstione Quid est, vt patet ex secunda conclusione eiusdem: ergo &c.

Existentiam de solo Deo dici quidditatiue.

Prętерea si existentia, nec in Deo, nec in creaturis vllo modo differret ab essentia, non esset proprium diuinę essentiæ esse suam existentiam; hoc autem pugnat cum omnium Theologorum sententia; ergo & illud.

Responsio Heruei. Huic argumento respondet Herueus, Ideo dici à Theologis, Deum esse suam existentiam, quia nomina cōcreta in diuinis, nec ex formali significatione, nec ex modo significandi importāt aliquid diuersum à diuina essentia: quo fit, vt quemadmodum verè dicimus, Deus est sua essentia, sic etiam dicere possimus Deus est sua existentia. Ideo autem hominem, angelum, & alias creaturas non dici suas existentias, quia nomina concreta in creaturis important multa, & diuersa entia: significant enim aliquam vnam essentiam ex formali significatione; ex modo autem significandi concretorum, important cætera omnia, quæ cum illa essentia coniuncta sunt. Verbi causa, homo significat ex formali significatione solam humanam naturam, ex modo autem significandi importat quantitatem, & omnes qualitates, quæ sunt cū natura humana coniunctæ. Angelus item solam naturam angelicā formaliter significat; ex modo autem significandi concretorum nominum importat omnia accidentia, quæ angelo inhærent. Vnde fit, ut quemadmodum falsò dixeris, hominem, & Angelum esse essentias suas, quòd uterque plura importet,

Discrimen inter nomina cōcreta in diuinis, & in creaturis.

Idem discrimē tradit D. Thom. supra Boet. de heb domadibus.

quàm

quàm essentiam suam; sic etiam falsò dices, hominem, & Angelum esse suas existentias, quæ eædem sunt omnino cum suis essentijs.

Verùm hæc responsio nullam vim habet. Primùm, quia etsi hoc discrimen cernatur inter Deum, & creaturas, quatenus significãtur nominibus concretis; nullum tamen habet locum, quatenus significantur abstractis. Vt enim Deitas nullo pacto distinguitur à suâ existentia, sic etiã auctores sententiæ, quam impugnamus, fatentur humanitatẽ nullo pacto distingui à sua existentia, quod tamen negãt Theologi: atq; ideo nos in obijciẽdo, abstracto nomine essentiæ diuinæ usi sumus. Deinde quia Theologi, dum hoc discrimen constituunt inter Deum & creaturas, non agunt de Deo, & creaturis, vt his, vel illis nominibus significantur, sed de rebus ipsis, vt de homine, quatenus homo est, seu quatenus quędam substantia, vt à cæteris omnibus entibus distinguitur. Postremò, quia si hæc sentẽtia vera sit, necessariò sequetur, apud eos, qui nullam relationem realem in creaturis agnoscũt, si angelus creetur sine vllo prorsus accidẽte absoluto (quod fieri nil videtur repugnare) fore, vt eiusmodi angelus non solùm quatenus nomine abstracto significabitur, sed etiam quatenus concreto, eodem prorsus modo idem sit cum sua existentia, quo id Theologi affirmant de Deo; quòd certè ne ipsi quidem relationum realiũ impugnatores concedere audebunt. Quòd si auctores huius sententiæ huic argumento respondeant, etiam angelum sine vllo accidẽte creatum non posse dici suam existentiam, eo quòd sublatis omnibus accidentibus adhuc sit suppositum, quod quidem vt omniũ Theologorũ sententia distinguitur ab essentia, ita etiã distinguitur ab existentia; nihil ad rem erit responsio. Neq; enim loquimur de distinctione existentiæ à supposito, seu subsistente, sed ab essentia sine natura. Accedit, quòd nõ desunt ex ijs auctoribus, qui existimẽt, suppositum & naturã idẽ prorsus esse à parte rei, soloq; significandi modo distingui. Quòd si omnino idem sunt à parte rei, profectò quemadmodum essentia huius angeli creati sine accidente reali erit prorsus idem cum existentia eiusdem; ita & suppositum.

D. Th. 3. p. q. 17. & Doct. in 3. lib. senten. d. 6.

Responsionis impugnatio.

Refellitur alia responsio.

Suppositum.

Vt Dur in 1. d. 34. q. 1.

Postremò. Si essentia, & existentia, etiam in creaturis penitus idem essent, & pari ratione existere, & esse ens (sumpto ente vt formaliter significat essentiam) quo pacto hæc est vera, Antichristus non existit, sic etiam hæc esset vera, Antichristus non est ens; at hoc est falsum; ergo & illud. Probatur minor. Quia si Antichristus non est ens; ergo nec substantia, nec homo, ac proinde nec Antichristus; quæ est aperta contradictio.

Hanc etiam rationem dissoluere conatur Herueus asserens, idem posse negari de seipso alio modo sumpto, vt homo actu de homine potentia. Itaq; existimat, hanc esse nunc veram, Antichristus non est Antichristus, quemadmodum hæc, Antichristus non existit, idq; propterea quòd Antichristus potentia non sit Antichristus actu, qui solus uerè, ac simpliciter est Antichristus.

Solutio Herueï.

Sed nec huiusmodi responsio dissoluit propositum argumentum. Primùm

Refutatio.

mùm, quia hæc eſt ſimpliciter falſa, Antichriſtus non eſt Antichriſtus (neq;.n.apertior eſt vlla contradictio,ſi ſimpliciter,& ex vi verborum iudicanda eſt)& tamen hæc eſt ſimpliciter vera,Antichriſtus non exiſtit. Deinde,quia hæc poſterior eſt contingens, cùm aliquando futura ſit falſa;illa verò,ſi in eo ſenſu,quem ille ei tribuit,admittenda eſt,planè eſt neceſsaria,cùm nullo unquam tempore propoſitio hæc Antichriſtus potẽtia non eſt Antichriſtus actu,falſa eſſe poſsit.

Exiſtentiam diſtingui ab eſſentia ex Ariſtotelis ſententia.

Poteſt item refutari eadem opinio ex Ariſtotelis ſententia 2. Poſt. ca. 7. vbi perſpicuè docet, eſsentiam diſtingui ab eſse, ſiue ab exiſtentia his verbis: Quid autem ſit homo,aliud eſt,quàm hominem eſſe, & rurſus; Eſſe verò nulli rei eſt ſubſtantia,ideſt,eſsentia. Item ex diuiſione quæſtionum,quam tradit initio eiuſdem libri, ſi ita concludas; Quæſtio quid eſt Ariſtotele auctore diſtinguitur à quæſtione An eſt;ergo & quiditas ſiue eſſentia ab exiſtentia. Ita patet,falſam eſse primam ſententiã, neceſsariòq; diſtinctionem aliquam conſtituendam eſse inter eſsentiam,& exiſtentiã, quæ non ex verbis tantùm,& modo ſignificandi ſumatur.

tex. 7.

2. Poſt. tex. 8.

Ita argumentatur Ægidius in tractatu de eſſe, & eſſentia.q.9.

## *Secundæ opinionis impugnatio.* SECTIO II.

D. Thomæ, eiuſq; ſectatorum ſententia.

SEcunda opinio, quæ quoad poſteriorem partẽ, primæ ſententiæ opponitur ( nã de priori parte nulla eſt cõtrouerſia) placet Diuo Thomę 2.cõtra Gen. cap. 52.in libello de ente,& eſsentia cap. 5. & in tract. de formis q. 3. ar. 3. & alijs locis compluribus,vt illum interpretãtur Ferrarienſis in commentarijs primi loci; Caiet. in commentarijs ſecundi; Capr. in primum ſent.d. 8.q. 1. Paulus Sonc. hoc loco q. 12; & reliquæ doctrinę illius non modò ſectatores, ſed etiam inſectatores, excepto vno, aut altero ex recentioribus Thomiſtis, qui eius ſententiã minùs rectè videntur explicare. ſic enim ſcribit ipſe in loco citato de formis [Nec poteſt ad hoc reſponderi (ſicut quidam volunt) quòd eſse, & forma differant ſecundùm rationem,ſed tamen ſint idem ſecundùm rem;& cæt.] Eandẽ ſententiam amplectitur Ægidius Rom. in primum ſent. d. 2. q. 4. ar. 1. Quæ quinque etiam potiſſimùm argumentis,quemadmodum ſuperior, confirmari ſolet.

Caiet. cap.5. de Ente,& eſſentia.q. 11.

Argumentũ primum huius opinionis.

Primum eſt. Nulla res eſt in potẽtia ad ſeipſam,vt patet; eſsentia creaturæ eſt in potẽtia ad ſuã exiſtentiã; non eſt igitur idẽ re cum ſua exiſtentia.

2 Secundum. Nulla res verè intelligi poteſt ſub oppoſito eius,cum quo eſt idem realiter (neque enim homo intelligi poteſt ſub oppoſito animalis, aut rationalis,quia eſt idem re cum animali, & rationali, eodemque modo res habet in cæteris) at eſsentia cuiuslibet creaturæ poteſt verè cõcipi,ac intelligi ſub oppoſito ſuæ exiſtentię, vt cùm eſsentia roſæ, aut tonitrui intelligitur non exiſtere; igitur nullius creaturę eſsentia eſt idem re cum ſua exiſtentia.

Tertium

Tertium. Par eſt ratio in exiſtentia ſubſtantiæ creatæ, atque in exiſten- 3
tia accidentis, vt vel vtraque vel neutra dicatur diſtingui ab eſſentia diſtin
ctione reali; at exiſtentia accidentis diſtinguitur re ipſa ab eſſentia accidē-
tis; ergo & exiſtentia ſubſtantiæ creatæ ab eſſentia ſubſtantiæ creatæ. Mi-
nor ex eo videtur perſpicua, quia in ſacramento Euchariſtiæ quantitas
panis amittit re ipſa exiſtentiam illam, quam habebat in pane, utpotè exi-
ſtentiā in illo; & quod plus eſt, accipit nouā exiſtentiā ſubſtantiæ, qua poſ-
ſit eſſe ſubiectum reliquorum accidentium, ut quidam dicunt. Ita fit, ut
omnis exiſtentia creata diſtinguatur re ipſa ab eſſentia, cuius eſt exiſtētia.

Quartum. Si exiſtentia creaturæ non diſtingueretur re ab eſſentia, nō 4
reciperetur in illa; conſequens eſt falſum, & abſurdum; ergo & antece-
dens. Maior patet, quia nulla res dicitur recipere ſe ipſam. Minor proba
tur dupliciter. Primùm, quia ſi exiſtentia creaturæ non recipitur in eſſen
tia; nulla eſt ratio cur hoc exiſtens per ſe, & hoc intelligens (accepto ni-
mirum utroq; termino pro eodem homine, aut Angelo) ſint idem ſubie-
cto: neque enim duo aliqua dicuntur idē ſubiecto, niſi quia vel alterum
ineſt alteri, vel vtrumq; eidem tertio: at nec intellectio poteſt ineſſe ipſi
exiſtentiæ per ſe, cùm exiſtentia ſit vltimus actus, ſeu forma cuiuſque rei;
nec item exiſtentia per ſe poteſt ineſſe intellectioni, cùm priùs natura res
exiſtat, quàm intelligat: ergo, niſi vtraq; recipiatur, ac inſit in eſſentia, nul-
la prorſus ratio relinquitur, cur hoc exiſtens per ſe, & hoc intelligens ſint
idem ſubiecto; quod tamen negari nullo modo poteſt, cùm perſpicuū ſit,
vnum & idem ſuppoſitum eſſe per ſe exiſtens, & intelligēs. Deinde, quia
ſi exiſtentia ſubſtantiæ creatę non reciperetur in eſſentia, illud abſurdum
Bonc. hoc mo do, aliter Ca-iet. admittendum foret, eſſe eam infinitam. Nulla enim forma eſt limitata,
& finita, niſi aut propter differentiam, qua contrahitur, quo pacto co-
lor eſt finitus in albedine; aut propter ſubiectum, in quo recipitur, quo
pacto albedo limitatur ad certos gradus; quia recipitur limitatè in ſubie
cto: cùm ergo exiſtentia creaturæ non ſit limitata, & finita per differen-
Ita Ferrarie. in loco cita-to. tias (exiſtentia enim, cùm ſit vltimus actus, non poteſt limitari per alios
actus, cuiuſmodi ſunt differentiæ) efficitur, vt, niſi ſit limitata propter re-
ceptionem in eſſentia, neceſsariò ſit illimitata, & infinita.

Quintum. Id, quod cōuenit alicui non per vllam cauſam effectiuam, 5
diſtinguitur re ipſa ab eo, quod non conuenit eidem, niſi per aliquam:
atqui prædicata eſſentialia conueniunt creaturis non per vllam cauſam
effectiuam (ſiquidem huiuſmodi propoſitiones, Homo eſt animal, Ho-
mo eſt ſubſtantia, & ſimiles ſemper fuerunt veræ, etiam antequàm Deus
quicquam efficeret) prædicatum autem, quo de rebus creatis affirma-
tur exiſtentia, non conuenit creaturis, niſi per cauſam efficientem, ut pa-
tet; non eſt igitur dubium, quin eſſentia, & exiſtentia creaturarum re ip-
ſa diſtinguantur.

Eadem ſententia confirmatur ab his auctoribus ex loco illo Ariſtot. Confirmatur ex Ariſtotele
cap. 7. 2. Poſter. cap. ſeptimo, quo ſuperiorem opinionem impugnauimus.



Digitized by Google

Dicunt.n.verba illa planè significare distinctionem realem inter essentiã, & existentiam,cùm affirment,aliud esse essentiam,aliud existẽtiam. Idem

Ex Boëtio. quoq; volunt,docuisse Boëtiũ in libro de hebdomadibus cap. 1. cùm ita scripsit,Diuersum est esse,& id quod est,& paulò inferiùs, Est autem aliquid,cùm esse susceperit. Propos. 2. Propos. 3.

Refutatio propositæ sententiæ, quia essentia,& existentia separari nequeãt. Verùm huiusmodi sententia non videtur probanda. Primùm,quia si existentia creaturarum distingueretur ab essentia,vt res à re, posset ab illa separari diuina potestate, præsertim cùm neutra quicquam includat alterius;at nullo modo uidetur fieri posse, vt existentia v.g.huius lapidis permaneat in rerum natura,pereunte essentia eiusdem lapidis, aut conseruata separatim sub alia existentia,quemadmodum illi conseruari posse arbitrantur, argumento sumpto ab existentia naturæ assumptæ à Verbo diuino.

Quia supernacanea sit realis earum distinctio. Deinde,quia frustra inducitur realis distinctio,tanquã rei à re,ubi minor est satis,quàm realis:quicquid autem illi efficiunt, ac defendunt sua illa distinctione existẽtiæ ab essentia,nos efficiemus, ac tuebimur minore,vt patebit. Atque hæc communia sunt argumenta.

Quia existentia non ponatur per se in prædicamentis. Tertiò, quia si distinguuntur vt res à re, erunt vtique diuersa entia realia.Quare cùm nulla sit ratio cur,si existentia est ens reale,non sit ens reale completum (ea saltem,quę est cõpletarum rerum) ponetur profectò huiusmodi existẽtia in prędicamentis; quod & ipsi de communi Philosophorum, & Theologorum consensu negant; & fieri non posse patebit libro sequenti.

Ex Aristotele Refutatur quoque eadem sententia ex ijs, quę Aristoteles scribit 2. Post.c.1.cùm excludit à numero earum quæstionum,quæ plura complectuntur,quæstiones, An est, &, Quid est. Ideo enim id facit, quia nunquam earum termini significant plures res; cùm interim id sæpe contingat in quęstionibus, Quia est, &, Propter quid est. tex. 2.

## *Approbatio tertiæ sententiæ, & refutatio trium quorundam sensuum illius.* SECTIO III.

Media sententia. TErtia demum sententia,quę ut media est, ita veritatem attingere videtur, est fermè Realium Scholasticorum, atque adeo quorundã recentiorum Thomistarum, qui nobis uidentur inuitum etiam D.Thomam in eandem sententiam trahere. Verùm non omnes eodem modo eam explicant. Soc. 2. Phyl. q. 2.& in 4. sent. d. 10.q. 2. post Franciscum Victoriam.

Henrici explicatio. Henricus enim Gandauensis in Quolibetis ait, creaturam existentem nihil addere vltra essentiam, nisi relationem quandam, quæ idem sit re cum essentia, & terminetur ad causam efficientem, à qua creatura actu fit,aut conseruatur. Refutatio. Sed hæc Henrici sententia,nisi profundius aliquid intelligat, non est probanda. Isto enim modo nihil aliud esset existere crea- Quolib.3. & 10.

Digitized by Google

creaturæ; quàm referri relatione actualis dependentiæ ad causam efficientem; quod non solùm ex eo falsum esse deprehenditur, quia existendi verbum non est relativum, sed absolutum; uerùm etiam quia relatio actualis dependentiæ supponit existentiam creaturæ dependentis.

Recentiores quidam.

Alij dicunt, creaturam existentem nihil addere suæ essentiæ, nisi hoc solùm, quòd sit extra causas suas. Sed nec huiusmodi sententia placet. Nã si idem esse credunt, rem esse extra suas causas, quod referri ad illas relatione actualis dependentiæ, ex proximè dictis refutata relinquitur. Si verò idem esse putant, quod rem productam esse à suis causis, & nondum corruptam, aut annihilatam; ex eo non est probanda sententia, quia hæc oratio non significat formaliter, rem habere esse actu, sed accepisse illud à causa sua, & nondum amisisse, quæ haud dubiè sunt cõditiones coniunctæ cum actuali existentia creaturarum, non ipsa earũ actualis existentia. Si denique idem, quod rem neq; esse solùm obiectiuè in intellectu, neq; etiam in sola potestate suarum causarum (neque enim alius præterea succurrit sensus illorum verborum) de eo esse nos quærimus, quid nam sit, & quo pacto ab essentia distinguatur. Itaque nihil liquidò constat ex hoc explicandi modo.

Alterius explicationis reiectio.

Alij Recentiores.

Alij denique dicunt, existentiam creaturæ distingui formaliter ab essentia, quo pacto similitudo distinguitur ab albedine, posita identitate reali relationum cum suis fundamenis. Verùm hæc explicatio, quæ Scoto à quibusdam tribuitur, nec Scoto tribuenda est, vt eius quoque sectatores asserunt; nec uidetur vera. Ea enim sola propriè distinguuntur formaliter, quæ sunt diuersæ entitates, vt substantia, & quantitas; animal, & rationale; aut vnum addit aliquid entitatis entitati alterius, vt homo, & animal; existentia autem non distinguitur ab essentia, vt entitas ab entitate, cùm non sit quiditatiuè ens, vt patet ex dictis; vnde fit, vt nec entitatem enti possit adiungere. Præterea. si distingueretur formaliter ab essentia, ac proinde esset ens; cùm nulla ratio appareat, cur non esset completum (ea saltem, quę esset completarum rerum, ut contra secundam opinionem dicebamus) poneretur utique per se in vno aliquo, aut pluribus prædicamentis; at non ponitur per se, vt omnes fatentur, ergo &c. Quòd si quis illam, aut contra omnium communem sententiam dicat, esse ens completum, & poni per se partim in prędicamento quantitatis, partim in prędicamento Quando (in his enim prædicamentis videbuntur per se poni durationes successiuæ, & non successiuæ creaturarum; à quibus nihil credentur differre ipsæ earum existẽtię) aut certè asserat, esse ens incompletum, utpotè actum quendã vltimum, quo quęlibet species contrahatur ad sua indiuidua (hęc. n. sentẽtia alicui forsitan arrideat) vtrunq; nos fieri nõ posse, latè ostendemus libro sequẽti.

Tertiæ explicationis refutatio.

Vti Tromb. lib. 5. q. 6.

Aliter probant sectatores Scoti essentiam, & existentiam non distingui formaliter. Quia eadẽ, inquiunt, est definitio hominis actu existentis, & hominis absolutè. Quæ ratio, si bona est, ad superiorem reuoca-

Scoti sectatorũ ratio.

Definitio. ri debet. Quia enim actualis existentia non est entitas; iccirco non alia definitio tradenda est hominis absolutè sumpti, alia hominis existentis actu: multiplicatio enim definitionum ex multiplicatione entitatum nascitur.

*Vera explicatio tertiæ sententiæ.* SECTIO IIII.

QVo igitur pacto media sententia vera sit, tribus conclusionibus explicandum est.

Prima conclusio. Existentia creaturarum non est idem omnino, quod essentia illarum. Quæ conclusio ex impugnatione primæ sententiæ perspicua est.

Prima conclusio.

Secunda. Secunda conclusio. Existentia creaturarum non distinguitur ab essentia illarum realiter, siue vt res à re. Hæc item patet ex impugnatione secundæ sententiæ.

Tertia. Tertia conclusio. Existentia creaturarum distinguitur ab illarum essentia ex natura rei; non tamen formaliter, sed tanquam vltimus eius modus intrinsecus. Voco autē modū intrinsecum, eum, qui cōuenit rei, non per aliam realitatem, siue entitatem; quales sunt modi, quibus distinguūtur genera summa inter se; & modus, quo intensio trium graduum distinguitur ab albedine, cuius est intensio. Quocirca qualitates, quæ dicuntur modi substantiæ, vt habitus, figura, & huiusmodi alia, ideo non sunt modi intrinseci substantiæ, quia conueniunt substantiæ per aliam entitatem ab entitate substantiæ, nempe per entitatē qualitatis, quæ est ens ab entitate substantiæ distinctum. Atq; hæc conclusio est Alexandri Alensis in septimum librum huius operis, quam fatetur se ab alijs accepisse: eandemq; postea secutus est Scotus, & alij complures.

Modus intrinsecus.

Authores conclusionis 3.

In textū 21. Vide Scoti additionē 1. quæstionis 1. qualibet. 2.

Prima pars huius cōclusionis probari potest argumentis secundæ sententiæ ad verum sensum reductis. Id.n. solum efficiunt, vt existētia creaturarū distinguatur ab earū essentia, secluſa omni operatione intellectus, vt ex eorū solutione patebit; hoc autē est distingui ex natura rei. Secunda pars ex fine superioris sectionis patet. Tertia probatur. Quia quicquid distinguitur ab aliquo ex natura rei, & nō realiter, aut distinguitur ab eo rōne alicuius realitatis, vt homo ab animali additione differētiæ; aut rōne modi intrinseci, vt albedo certæ intensionis ab albedine absolutè additione determinationis; aut ratione vtriusque, quo pacto similitudo distinguitur ab albedine, in qua fundatur: habet enim non solùm diuersam realitatem, siue entitatem, sed etiam diuersum modum essendi, cùm pertineat ad aliud prædicamentum. At existentia creaturarum distinguitur ab essentia earum ex natura rei, nec realiter, vt ostensum est; & insuper non est formaliter realitas vlla, siue entitas, vt formaliter ab essentia distingui possit; restat igitur, vt distinguatur ab essentia tanquam modus intrinsecus illius. Quòd autem distinguatur vt vltimus, ex eo patet, quia

Quotuplex distinctio ex natura rei.

Existentia

quic-

Digitized by Google

Lege D. Th. in tract. de formis. q. 3. art. 3.

quicquid in creaturis concipitur sub quauis entitate, aut modo entitatis, qui non sit actualis existentia, adhuc vlterius naturæ ordine concipi potest sub actuali existentia. Atque hæc est causa, ob quam Theologi, ac Philosophi dicunt, existentiam esse vltimam actualitatem omnis formæ. Dicerem generaliùs [omnis entitatis] quia omnis entitas habet suã existentiã, etiam entitas materiæ primæ, vt patebit lib. 8. Verùm illi partim præsiùs loquuntur de existentia in illo pronunciato; partim sunt ex eorum numero, qui putant, omnem existentiam prouenire à forma.

esse vltimum modũ intrinsecum.

In his sunt D. Tho. 1. p. q. 3 ar. 4 & alibi sæpe. Scot. 2. sent. d. 1. q. 3. Aegidi 2 quodlib. 1. q. 7.

Esse vltimam actualitatem omnis entitatis.

Sed quærat aliquis hoc loco, Qui fieri possit, vt existentia actualis sit vltima actualitas omnis entitatis, cùm ipsa adhuc sit in potentia, vt sit actu. existentia enim rosæ, cùm rosa non existit, est in potentia vt sit actu; quo eodem modo res habet in cæteris existentijs creaturarum.

Prima dubitatio.

Quærat item, Num quemadmodum inferiora constituuntur ex entitatibus superiorum, ita etiam existentiæ inferiorum constituantur ex superiorum existentijs.

Secunda.

Quærat postremò, Quid intersit inter existentiam, & subsistentiam, & quibus primò utraque conueniat.

Tertia.

Verùm missa extrema dubitatione, quoniam maioris negotij est, & latè disputabitur lib. sequenti; ad primam dicendum est, existentiam rosæ, & cuiusuis alterius rei non existentis, non propriè esse in potentia, vt sit actu; sed rosam potiùs, & quamcumque rem aliam non existentem esse in potentia, vt fit actu per illam. Neque enim existentia, si propriè loquendum est, existit, quemadmodum neque albedo est alba; sed est id, quo res formaliter existit, quo pacto albedo est id, per quod res formaliter est alba. Quòd si quis colligat, existentiam nihil esse, aut saltem non esse quicquam reale, quia quod non existit in rerũ natura, nõ sit reale quicquam, sed vel nihil, vel ens rationis, vel aliquid fictitium: negandũ est antecedẽs. Nam vt aliquid sit reale, satis est, si per illud aliquid realiter existat. Verùm latè sumpto existendi verbo, dici potest existentia existere, quemadmodum albedo nonnunquam dicitur albere, & lux vsitatiùs lucere, cùm interim sola res subiecta propriè dicatur albere, ac lucere. Hoc igitur pacto non dubium est, quin existentia sit in potentia, vt sit actu. Sed hinc non efficitur, vt non sit vltima actualitas omnis entitatis. Siue enim ipsa sit actu, siue nõ sit, semper suapte natura est vltimus modus intrinsecus cuiusque entitatis, quemadmodum forma substantialis, siue sit actu, siue non sit, semper tamen est prima forma materiæ, & quantitas primum accidens absolutum substantiæ corporeæ.

Prima dubitationis solutio.

D. Tho. 1. p. q. 45. ar. 4.

Ad secundam dubitationem dici potest, Quemadmodum ex passionibus superiorum non cõstituuntur passiones inferiorum, vt apertum est, ita nec existentias inferiorũ ex superiorũ existentijs constitui. Hoc tamen interest, quòd passiones, si sunt vera accidentia, cõstant suis generibus, & differentijs pertinentibus ad aliquod prædicamentũ; existẽtiæ autẽ nullis constant generibus, & differentijs, vt patebit libro sequenti; quod Scotus animaduer-

Secunda.

animaduertit ad distinctionem tertiam 2. senten. sed sunt modi quidam essendi supponentes quamlibet entitatem, siue simplicem, siue composita in esse possibili, quo pacto in prædicamentis spectantur; & ponentes formaliter earum quamque in esse actuali; quod vocamus esse in rerum natura. Potest etiam dici existentiam non conuenire immediatè cuilibet entitati, sed cuilibet entitati singulari per se; naturasque vniuersales non existere per proprias, & peculiares existentias, sed per existentias singularium per se; de qua tamen controuersia libro sequenti agendum est.

## *Solutio argumentorum primæ opinionis.* SECTIO V.

Esse duobus modis sumi posse.

HIs expeditis, ad primum primæ opinionis argumentũ dicendum est; Quemadmodum Ens, ita & Esse duobus modis accipi posse; Vno, vt significat existere, quæ est propria verbi significatio; altero, vt significat essentiam; quo pacto sumitur lib. 3. de Anima cap. 4. cùm dicitur, Aliud esse carnem, aliud carnis esse, id est, carnis essentiam. Si ergo esse in argumento sumatur priori modo, neganda est propositio; si posteriori, neganda est assumptio; quo pacto nihil conficitur. cer. 9. & 10.

Ad secundum concessa vtcumque maiore, eo quòd esse existentiæ nõ dicatur realitas quemadmodum neque entitas; neganda est minor. Neque enim idem omnino sunt existere, atque esse realiter, sed sumpto Esse priori modo tantùm.

Creatio quid supponat.

Ad tertium neganda est maior. Nam etsi creatio nullam supponit entitatem rei actu existentem; supponit tamen totam illius essentiam potentia existẽtem, ut per ipsam creationẽ accipiat esse actu; alioqui nulla res creari posset, sed uel omnia ex se ipsis actu existerent, uel nihil præter Deum posset existere. Sola enim Diuina natura ex se existit. Atque hæc ratio contra aduersarios plurimùm ualet; eamq; doctè persequitur Ægidius Romanus in tractatu de Esse, & essentia. q. 9. & 11.

Ad quartum neganda est consequentia. Nam etsi argumentũ aliquid momenti habere uidetur contra secundam opinionem; nihil tamen efficit contra nos, qui non dicimus, existentiam esse re ipsa distinctam ab essentia, sed esse modum intrinsecum essentiæ, ex quo cum essentia, si

Esse cum essentia non facere compositionem.

propriè loquendum est, non fit compositio. Quanquam ne contra secundam quidem opinionem vim habet argumentum, cùm eius auctores dicant, existentiam non esse id, quod propriè incipit esse per generationem, sed id, quo res genita incipit esse.

Ad quintum, quicquid ueritatis habeat maior propositio, falsa est minor. Nam si in ea sumatur ens actu pro eo, quod habet essentiam, ens autem potentia pro eo, quod non habet essentiam, sed potest illam habere; cùm nullum tale ens potentia dari possit, imò ne fingi quidem; falsa omnino

Nihil esse in potẽtia, ut habeat essentiã.

nino erit isto modo diuisio entis in ens actu, & ens potentia. Si uerò ens actu sumatur pro habente existentiam, ens autem potentia pro eo, quod non habet existentiam, sed potest illam habere; uera quidem erit diuisio: cæterum hoc pacto esse potentia non destruet diuisum, cùm ens potentia hac significatione sumptum uerè dicatur ens; ueluti Antichristus.

Explicatio quorundã locorum Arist.

Ad ea uerò loca Aristotelis, quibus eadem sententia confirmabatur, dicendum est, in ijs locis, tam ens, quàm esse, accipi ut significant essentiam. Quanquam etsi sumerentur, ut significant existentiam, nihil contra nostram sententiam colligeretur: Sensus enim eorum locorum est, Neque ens hominem dicere aliam essentiam ab homine; neque uerbum, Esse, significare aliquam essentiam ab essentijs prædicamentorum distinctam: cui ueritati nihil obstat ea distinctio existentiæ ab essentia, quam posuimus.

*Solutio argumentorum secundæ.* SECTIO VI.

PRimum uerò secũdę opinionis argumentũ, hoc pacto dissoluendũ. Simpliciter quidẽ non esse dicendum, rem ullam esse in potentia ad se ipsam; posse tamen dici in potẽtia ad aliquid, quod futurum sit idem re cum ipsa; quo pacto albedo potest esse in potentia ad similitudinẽ. Hoc igitur modo uerè dici potest, omnem creaturam fuisse ab æterno in potentia ad suam existentiam, cum qua futura erat idem re.

Num res ulla possit esse in potentia ad seipsam.

Hinc patet solutio secundi. Neganda enim est maior, ut patet ex dictis. Nec obstant exempla adducta. Ratio enim, ob quam homo non potest intelligi sub opposito animalis, aut rationalis, non est, quia sit idem re cum utroque, sed quia utrumque pertinet ad essentiam ipsius.

Ad tertium concessa maiore negandum est, existentiam accidentis distingui re ipsa ab accidente. Ad probationem uerò dicendũ, quantitatem panis non amittere in consecratione suam existentiam, sed modum existendi, quem habebat in pane, & relationem inhærentię actualis, quę modum illum existendi sinapte natura sequitur. Quo fit, ut nullo modo sit probanda sententia eorum, qui putant, quantitatem, per consecrationem accipere existentiam substantiæ, ut possit, tum existere per se, seu absque subiecto, tum etiam reliqua accidentia sustinere. Nam cùm quantitas dum est in pane, sit medium, seu subiectum Quo (ut uocant) cuius interuentu illa insunt pani; satis erit, si Deus quantitatis existentiam conseruet, ut illa non solùm existat sine subiecto, sed etiam reliqua accidentia sustineat. Itaque habet quidem existentia quantitatis post consecrationem similitudinem quandam cum existentia substantię, uetam autem rationem illius non habet. Quòd si quis obijciat, existentiam accidentis nihil aliud esse, quàm existentiam, qua aliquid existit in subiecto; quemadmodum existentia substantiæ nihil est aliud, quàm existẽtia, qua aliquid

Hoc impugnat Scotus in 4. d. 12. q. 1. & totus ibidem d. 10. q. 2. a. 2.

Quędam sententia de existentia quantitatis impugnatur.

Obiectio.

Digitized by Google

aliquid existit per se; at quantitatem post consecrationem non existere sine subiecto; ergo non existere per existentiã accidentis, sed substantiæ: hunc modum occurrendum est. Quemadmodum essentia accidentis non in eo consistit, quòd actu insit substantiæ, sed in essentiali aptitudine, ut insit substantiæ, quod initio 7. libri patebit; ita quoq; existentiam accidentis non in eo positam esse, ut per eam accidens actu existat in substantia; sed ut per eam possit in substantia existere.

Ad quartum dicendum, etsi nulla res se ipsam recipit, posse tamen recipere aliquid, quod sit idem cum re ipsa; quo pacto albedo recipit similitudinem, seu (ut exemplum sumatur in ijs, quæ nunquam separantur in rerũ natura, cuiusmodi sunt essentia, & existentia) quo pacto creatura recipit relationem actualis dependentiæ à creatore. Hoc igitur pacto recipit essentia creaturarum existẽtiam ut ultimum modum intrinsecum, seu ultimam actualitatem. Vnde cùm earum existentia isto modo sit recepta, & limitata, nihil efficitur in reliquo argumentationis progressu. Adhuc enim hoc existens per se, & hoc intelligens, erunt suo modo idẽ subiecto, quia in eadem essentia hominis, aut angeli recipitur existentia per se, & intellectio; illa quidem, ut modus intrinsecus; hæc autem, ut rerum accidens. Adhuc item existentia per se erit finita, & limitata ad essentiam substantiæ creatæ, in qua recipitur, ut modus, & actualitas illius. Quanquam propositio illa, Nullam formam esse finitam, & limitatam, nisi vel propter differentiam, qua contrahitur, vel propter subiectum, in quo recipitur, non est usquequaq; vera, saltem in formis impropriè dictis, cùm differentia individuans, qua Socrates constituitur in esse Socratis, finita sit, & neutro modo sit limitata; nisi dicas, eam quodammodo recipi in natura specifica ad constitutionem Socratis.

Ad quintum dicendum, etsi nulla sit causa efficiens huius connexionis, Homo est animal, quod rectè assumitur in argumentatione, nosq; ostendemus lib. 5. tamen hanc connexionem, Homo est animal existens, habere veram causam efficientem. Quæ enim efficit, ut homo existat, eadem efficit, ut homo sit animal existens; quod eodem modo dicendũ est de cæteris enunciationibus, in quibus prædicatum essentiale de subiecto dicitur.

Ad locum verò illum Arist. in 2. Post. dicendum est, in ijs etiam, quæ non differunt re, sed vel formaliter, vel solùm ex natura rei, ita nõnunquam loqui Aristotelem, ut dicat, unum esse aliud ab alio; ut cùm in loco suprà citato Librorum de Anima scribit, aliud esse carnẽ, aliud carnis esse, idest essentiam carnis; aliud magnitudinem, aliud esse magnitudinis, idest magnitudinis essentiam.

B. Ibid.

Num fundamentum recipiat relationem, à qua re ipsa non distinguitur.

Limitatio existentiæ.

Cõnexiones necessariæ an habeant causam efficientem.

# SIT NE VNVM VERA PASSIO ENTIS.

## QVÆSTIO QVINTA.

*Quòd non videatur esse vera eius passio.* SECTIO I.



ET quatuor priores quæstiones de ente expediui mus; sequitur vt de passionibus, proprijs've illius affectionibus, potissimùm verò de ijs, quę in præcipuis habẽtur, disseramus. Ac primùm quidem se offert disputatio de vno, quòd hæc entis affectio cæteras naturæ ordine videatur antecedere. Primùm, quia dicitur de omnibus rebus absolutè, & sine distinctione oppositi; cùm tamen reliquæ, aut non dicantur nisi comparatè, vt verum, & bonum; aut non de omnibus, nisi cum distinctione oppositi, vt necessarium, & contingens. Deinde, quia nulla est passio entis, quæ rerum essentijs minorem additionem videatur facere, cùm solam negationem diuisionis illi adiungat, vt ex progressu quæstionis patebit. Postremò, quia cæteræ omnes affectiones supponunt vnitatem rerum, quibus conueniunt, cùm aliquã entium distinctionem exigant, quæ sine vnitatibus distinctorũ intelligi non potest. His, & alijs de causis meritò Arist. in hoc cap. cùm primùm entis analogiam explicauit, continuò ad vnius explicationem aggressus est. Nec id solùm, verùm etiam adeo connexũ fecit cum ente vnũ, vt vtrumque vnam, atque eandem naturam esse docuerit; Philosophiæ item partes ex partibus vnius, quemadmodum & ex partibus entis colligendas esse dixerit; ac demum cæteras entis affectiones, quę per disiunctionem dicuntur, ad vnum ipsum, quasi ad principium omnis contrarietatis reuocandas esse affirmauerit, vt ex contextu patet.

Cur primum agat de vno.

Quanta sit vnius cũ ente connexio.

Non desunt tamen argumenta, quibus illud videatur nõ esse vera passio entis realis. Primum est. Vnum non solùm dicitur de entibus realibus, sed etiam rationis; siquidem in his etiam dicimus, vnum esse aliud ab alio: damus quoque in his definitiones, & vniuocas prædicationes; cùm interim id, quod definitur, aut vniuocè prædicatur, necessariò sit vnum: latiùs ergo patet vnum, quàm ens reale.

Primum argumentũ pro parte negatiua.

Secundum. Cùm duo opposita prædicata dicuntur de communi aliquo subiecto, neutrum eorum cum illo reciprocatur; sed vtrumque per se minùs latè patet; alioqui vtrumque simul diceretur de aliquo contento sub eiusmodi subiecto, quod fieri nequit) atqui vnum, & multa sunt opposita prædicata, & dicuntur de ente reali, ac per se: vtrumque enim dicitur à Metaphysicis affectio subiecti Metaphysicæ: ergo etsi vnum nõ dicatur de entibus rationis, adhuc tamen non reciprocabitur cum ente reali, quod est Metaphysicæ subiectum, sed minùs latè patebit. Eadem

2



Digitized by Google

vis est in illo communi argumento; Ens diuiditur per vnum & multa; ergo fieri non potest, vt vnum reciprocetur cum ente.

3 Tertium. Id, quod formaliter, aut est negatio, aut relatio rationis, nõ potest esse vera passio entis realis; siquidem negatio nihil est, relatio itẽ rationis non conuenit entibus realibus, nisi per operationẽ intellectus, quod dicendum non est de passionibus entium realium: atqui vnum non videtur posse significare formaliter, nisi vel negationem, vel relationem rationis, vt dicere cepimus q. 3. de omnibus passionibus entis: ergo etsi quis ratione aliqua concludat, vnum reciprocari cum ente reali; non tamen efficiet, vt sit vera eius passio. Quod idem argumentum valet ad euertendas cęteras passiones entis, si verum est, nullam earum addere enti, nisi vel negationem vel relationem rationis.

*Num omnia quinque transcendentia, quæ enti addi solent, sint veræ illius passiones.* SECTIO II.

Ens habere veras, ac proprias passiones.

PRo huius quæstionis explicatione illud principio ponendum est, ens habere veras ac proprias passiones, quæ de ipso, quatenus est ens, demonstrari possint. Nam, vt Arist. hoc cap. concludit, quemadmodum numerus, solidum, & cætera entium genera, quatenus talia sunt, suas habent proprias affectiones, quæ in particularibus scientijs demonstrantur: ita ens, qua ratione est ens, proprias affectiones habere debet, in quibus considerandis, ac demonstrandis primi Philosophi cura uersetur. cen. 5.

Ad veram passionẽ, quæ requiramus.

Illud etiam animaduertendum, vt attributa aliqua sint veræ passiones entium realium, non opus esse, vt ipsa sint formaliter entia realia, sed satis esse, si reciprocentur cum subiectis, quibus attribuuntur, & ex eorum natura quasi nascantur, etiam si sint negatiua, aut relatiua rationis. Hoc enim satis est, vt demonstrari possint. Qua de causa non mirũ est, si Arist. 2. de Anima cap. 7. doceat, visibile esse propriam affectionem coloris, etiam si nullam entitatem colori adiungat. cen. 66.

Duo genera passionum entis.

Postremò animaduertendum est, duo dici solere genera passionum, quæ cum ente recurrant, alias simplices, alias coniunctas. In simplicibus numerari solent quinque illa vulgata attributa, quæ cum ente senarium transcendentium numerum conficiunt, Res, Vnum, Aliquid, Verum, Bonum, quæ in primis, ac præcipuis affectionibus entis habentur. In coniunctis censentur, Idem, aut diuersum; Necessarium, aut contingens; & alia similes, quæ & posteriores, & minùs præcipuę dicuntur. Constitui autem solet inter hęc passionũ genera huiusmodi discrimen, quòd priores sine disiunctione cum ente conuertantur; posteriores non nisi cum disiunctione. Quicquid tamen veritatis habeant exempla, quæ proponi solent; misso nunc toto posteriori genere, & in alios libros dilato, de quinque illis transcendentibus, quæ in priori genere numerari consueuerunt,

De quibus agendum.

uerunt, agendum est nobis hoc loco.

Ac primùm quidem operæpretium est intelligere, num duo illa attributa, Res, & Aliquid, verè illius passiones existimari debeant. Hæc enim in re consuetudo recentioris scholæ cum veteri, atque adeo cum veritate ipsa videtur pugnare. Ferè enim Recentiores illa distinguunt, tum inter se, tum etiam ab ente, ac cæteris transcendentibus, ex qua re sequitur, ea omnia numeranda esse in passionibus entis, si modò ens sit primum omnium transcendentium, quod omnes cõcedunt. Ratio distinctionis eorum sententia, in hoc posita est; quòd Ens sumatur ab actu essendi; Res ab essentia; Vnum ab indiuisione in se; Aliquid ab alietate à cæteris, quasi iuxta etymologiam nominis idem sit, atque Aliud quid; tum deinde accedant Verum, & Bonum, de quorum distinctione postea agendũ. Quo pacto distinguantur sex transcendentia apud quosdam.

Hæc tamen sententia non placet. Primùm, quia pugnat cum doctrina Veterum, apud quos idem sunt, Ens, Aliquid, & Res; neque aliter hæc nomina, quàm vt synonyma vsurpantur. Deinde, quia si vnum ex his addatur alteri, aperta committitur nugatio, nisi verbum, Aliquid, sumatur vt est particularitatis nota, veluti cùm dicimus, Aliquod ens, vel, Res aliqua. significamus enim hoc pacto certum aliquod genus entis, nec iam vtimur vocabulo, Aliquid, vt est nomen trãscendens. Tertiò, quia si hoc solo discrimine distinguuntur, Ens, & Res, quòd Ens actum essendi significat, Res autem essentiam; nullus iam distinctioni reliquus est locus, si Ens sumatur, vt significat essentiã, quo pacto sumitur, cùm Metaphysicę subiectum constituitur, & penè in omni Philosophia, tametsi à significando actu essendi ad significandam essentiam sit traductum. Refutatio ex sententia Veterum. Ex nugatione, quæ committeretur. Ex supradictis.

Postremò, quia etsi verbum, Aliquid, ab alietate, seu (quod idem est) à diuersitate ductum videri potest, vt fortassis lapis à lædendo pede; tamen quia audito verbo, Aliquid, nihil de diuersitate cogitamus, quemadmodum nec de lęsione pedis, audito lapidis nomine; non significat propriè eiusmodi verbum alietatem, sed vel contradictorium verbi, nihil, quo pacto etiam existentia, & quilibet alius intrinsecus modus essendi appellatur aliquid; uel magis propriè, magisq; usitatè apud Philosophos, Entitatẽ, siue Ens. Accedit, quòd Diuersum apud eos, qui hæc distinguũt, non est simplex passio entis, sed pars eius disiunctæ affectionis, quam appellant, Idem aut diuersum. Quòd si alietatẽ accipiant, pro alietatis fundamẽto, quod uidetur esse diuisio (ut enim identitas fundatur in indiuisione, ita videtur diuersitas fundari in diuisione) primùm multi eorũ sibi repugnabũt, cùm velint, unum non modò significare indiuisionem rei in se uel à se, sed etiam diuisionem ab alijs; quo fit, ut Aliquid, eorũ sententia, non sit alia passio ab uno, sed in ipso uno includatur. Tum etiam quia non diuisio, sed multitudo est fundamentum diuersitatis, quemadmodum unitas identitatis. Nam etsi inter ens, & non ens datur diuisio, non tamen datur diuersitas. Ac denique, quia diuisio est communis entibus & non entibus, ut quemadmodum entia à non entibus, ita & non A significatione uerbi. Ex eorum dictis. Responsio. Impugnatio.



Digitized by Google

entia ab entibus diuisa sint: atque hæc est diuisio, quæ antecedit vnum, & nomine vnius negatur in ente quasi subiecto, vt diximus in expositione contextus.

Ens, Aliquid, & Rem idem omnino esse.

Dicendum est igitur, Ens, Aliquid, & Rem idem prorsus esse, nec vllo pacto distingui inter se, nisi quòd nomina Entis, & Alicuius sæpe sumuntur in cõmune, vt dicantur de entibus realibus, & rationis (vt càm Ens, aut Aliquid in reale, & rationis distinguitur) nomen autem Rei semper sumitur pro ente reali, nisi fortè cum adiectione proferatur, vt si càm de secundis notionibus disseris, dicas te disputare de rebus, quæ pendẽt ab operatione intellectus; Id quod satis declarant denominationes, & inflexiones ex nomine rei factæ, vt Reale, Realiter, & Realitatis vocabulum, quibus Recentiores potissimùm vtuntur. In solis enim veris entibus, quæ realia dicuntur, vsurpari solent. Auerroes in sua paraphrasi contrà existimauit enim latiùs patere Rei nomen, quàm Entis, quòd res dicatur de omni re cõcepta, vt de Hircoceruo, & Chimæra; Ens autem de solis veris rebus. Sed non rectè philosophatur. Figmenta enim nõ dicuntur res, sed res fictitiæ; qua moderatione adiecta æquè possunt illa dici entia, atque res. Itaque càm sermo est de ente reali, de quo primus Philosophus disputat, quemadmodũ apud nos hoc loco, in quo eius vt subiectum est huius scientiæ, proprias affectiones quærimus; perspicuum est, nullum esse discrimen inter Ens, Aliquid, & Rem, quod saltem ad præsentem disputationem attineat: nisi verbum Aliquid valde impropriè pro Diuerso accipias. Quo forsitan modo dicat aliquis idẽ, & diuersum esse simplices passiones entis, & singulatim reciprocari cum ente reali comparatione alicuius. Verùm, vt præfati sumus, non hic agimus de omnibus huiusmodi passionibus, sed de quinque vulgatis. Cap. de Ente.

De eodem, & diuerso.

Obiectio.

Potest tamen sic contrà obijci. Eorum, quæ sunt penitus idem, quoties multiplicatur vnum, toties multiplicatur alterum; at sæpe ens reale multiplicatur, nec tamen multiplicatur Res (dicunt enim multi, actionem, & passionem esse duo entia realia, nec tamen fatentur esse duas res) aliquod igitur discrimen est inter rem, & ens reale. Huic obiectioni ita occurres, Quemadmodum actio, & passio nõ sunt duæ res, ita etiam non esse duo entia; dici tamen aliquando impropriè duo entia, quia aut sunt, aut creduntur esse duæ entitates, vsurpato nimirũ concreto pro abstracto, quod frequens est in ijs transcendentibus, quæ sunt participia, vt ens, aut adiectiua nomina, vt Verum, & Bonum. Nomen autem Rei, quia substantiuũ est, non ita solet vsurpari pro nomine realitatis, siue entitatis. Quid porrò sit distingui re, & esse idem re lib. sequenti explicandum est. Cùm igitur constet ex quinque transcendentibus, quæ enti velut passiones simplices à Recentioribus adduntur, prima duo nihil ab ente distingui; restat, vt de solis tribus extremis, id est de vno, vero, bono, his tribus quæstionibus agendum sit.

Dilutio.

Quid

*Quid Scotus, & alij Scholastici sentiant de formali significatione unius.*

## SECTIO TERTIA.



VOD ergo ad Vnum attinet; quia proposita quæstio pendet ex ea, qua disceptari solet, quid nam vnum addat enti, quidque formaliter significet, exponendum est in primis, quid de hac re sentiant Scholastici.

Scotus in hunc librum existimat, vnum addere enti aliquid reale positiuum. Quòd.n. addat aliquid reale, ex eo videtur supponere, quia quælibet res est vna, præcisa omni operatione intellectus. Quòd verò illud non sit negatiuũ, sed positiuum, quatuor argumentis probat. Sententia Scoti.

Primum est. Quia multitudo est quippiam positiuum, & tamen nihil aliud continet formaliter, quàm vnitates. Res enim, quæ à multitudine dicuntur multæ, non pertinent ad constitutionem multitudinis, sed sunt subiecta multitudinis. Primum eius argumentum

Secundum. Quia negatio in subiecto, seu priuatio, nullam perfectionem ponit in rebus; vnitas autem est perfectio simpliciter, cùm in quolibet melior sit ipsa, quàm non ipsa, iuxta definitionem Anselmi; siquidem diuisio vbique sonat imperfectionem. 2

Tertium. Quia imperfectiones non reducuntur ad summam imperfectionem (neque enim dari potest summum malum, quodque omni bono careat) & tamẽ omnes vnitates reducuntur ad summam vnitatem, vtpotè diuinę naturæ. 3

Quartum. Quia priuationes non recipiunt magis, & minùs, cùm tamen ens simplex sit magis vnum, quàm compositum. 4

Non deerunt fortasse, qui putent, Scotum mutasse sententiã in 1. sent. d. 3. q. 3. amplexumq; fuisse opinionem eorum, qui putant, vnum nihil addere enti, nisi negationem, priuationem'ue diuisionis. Id enim parum aduertentibus fortasse videatur, præsertim cùm concludat eo loco, ens reale non dici quiditatiuè de suis passionibus; siquidem ex hac conclusione haud obscurè videbitur effici, passiones entis nihil addere enti reale, ac positiuum. Verùm, quòd ille eo loco sententiã non mutauerit, ex eo perspicuũ est, quia nec in tota eius loci disputatione verbum facit vllum de ea re; nec quicquã scribit unde apud eũ id colligi possit. Ex eo enim, quòd probat, ens non prædicari quiditatiuè de suis passionibus, non magis infertur, passiones entis significare formaliter solam negationem, aut relationem rationis, quàm si id colligas de differentijs vltimis; quod credo vides, quàm pugnet cum eius sententia. Nam, etsi putauit se ostendisse, ens reale nõ prædicari quiditatiuè de differẽtijs vltimis; nemo tamen dubitat, quin crediderit, esse eas formaliter reales, & positiuas. Itaq; semper Scotus in ea sententia perstitit, vt crederet, vnum addere enti aliquid reale positiuum, quod comitaretur negatio, seu priuatio diuisionis, idemque repetiit in 2. dist. 3. q. 2. Quam proinde opinionem Parum opportuna cẽsura de opinione Scoti.

secutus

secutus est eius fidus discipulus Antonius Andreas in hūc librum [a] & alij omnes Scoticæ doctrinæ sectatores. Nec desunt extra scholam Scoti qui eandem sententiam approbent. [b]

[a] 2 q. 2.
[b] Vt Paulus Ven. in sua Metaphysica cap. 23.

Solutio argumentorū Scoti.

Quicquid tamen hac de re dicendum sit, certè rationes Scoti nihil efficiunt; tametsi id rectè supponunt, vnitatem rerum verarum non pendere ab operatione intellectus. Vnde rectè efficitur, eam suo modo esse realem.

Multitudo positiuè ne, an negatiuè sumatur.

Ad primum igitur argumentum eorum, quibus probat, id quod vnum addit enti, non esse negatiuum, dicendum, multitudinem transcendentem, de qua est sermo, ratione quidem rerum subiectarum multitudini, esse multa positiuè; sed tamen ratione ipsarum vnitatum, quæ proximè pertinent ad multitudinem, nihil aliud esse, quàm multa negatiuè, id est, multas indiuisiones, vt ex dicendis patebit.

D. Tho. & Cai. 1. p. q. 11. art. 1. & 2. & Capr. 1. d. 24. q. 1. concl. 3.

Vnum an perfectionem significet.

Ad secundum dicendum est, unum, qua ratione unum est, & ab ente distinguitur, nullam dicere perfectionem, ut D. Thom. rectè docet; tantùm abest, ut dicat perfectionem simpliciter. Cùm autem Theologi dicunt, pefectionem simpliciter esse eam, quæ in quolibet melior est ipsa, quàm non ipsa, loco generis intelligenda est perfectio. Nec verum est, diuisionem vbique importare imperfectionem. Diuisio enim Dei à creatura nullam affert imperfectionem Deo; quod in alijs pleriſque diuisionibus cernere est.

D. Th. 1. p. q. 6. ar. 3 ad 1. & Cai. ibid.

Ad tertium dicendum, & si omnes vnitates ad summam vnitatem reducuntur; non tamen inde sequi dari reductionem aliquarum imperfectionum ad summam imperfectionem, siquidem vnitas vt ex se nullam perfectionem formaliter significat, ita nullam imperfectionem: quanquam ratione rei subiectæ sæpe dicitur perfecta, vel imperfecta. Isto, n. modo dicimus, vnitatem voluntatum in rebus bonis esse bonam, in malis, vitiosam.

Priuationes num recipiāt magis, & minùs.

Ad quartum dicendum, & si priuationes non recipiunt magis, & minùs ratione sui, posse tamen vtrumque admittere ratione rerum, quarū sunt priuationes. Hoc enim pacto aër dicitur magis, & minùs tenebrosus, quia lumen, cuius tenebræ, siue obscuritas est priuatio, magis & minùs admittit. Cùm ergo diuisio, cuius priuatio est indiuisio, aliquo modo recipiat magis, & minùs; non mirum, si vnum, quod priuatiuum diuisionis dicitur, magis, & minus admittat. Ita patet, rationes Scoti nihil efficere, quicquid de eius sententia dicendum sit.

Sententia Ianduni, & multorum Thomistarum.

Alij vero, in quibus sunt hoc loco Landunus, Paulus Soncinas, & alij post Capreolum in primum sententiarum ad dist. 24. asserunt, vnum nihil addere enti præter negationem diuisionis; ita tamen, vt nō significet formaliter solam eiusmodi negationē, sed etiā ipsum ens; quam sententiā pleriq; conantur ostendere esse D. Thomæ præsertim in 1. sent. d. 19. & 24. in Opusculo 42. & in quæstionibus de potentia Dei. Quibus locis non solùm ait, vnum quatenus vnum, esse ens indiuisum, sed etiam vnitatem

Iand. q. 4. Sonc. q 20. & 23. Iauel. q. 5 & 8. Flandr. q. 3. ar. 8. Capr. 1. d. 24. q. 1. d. 19. q. 3. ar. 1. d. 24. q. 1. ar. 3. Opus. 42. c. 2. de potentia q. 9. ar. 7.

Digitized by Google

tatem ipsam esse essentiam indiuisam.

Est tamen inter eos nō nihil discriminis: namque alii asserunt, vnum significare formaliter totum hoc in recto casu, ens indiuisum: alij verò ens in recto, indiuisionem autem in obliquo, quasi dicas, ens habens indiuisionem, seu cū indiuisione: alij denique sentiunt vnum significare ens indiuisum, quatenus indiuisum est, ita tamen vt nō excludatur ens; quod certe à prima explicatione nihil videtur differre; præsertim cùm dicant, ens esse id, quod materiale est in vno, & quasi genus eius, & aliorum trascendentium; indiuisum autem id, quod formale, & quasi differentia; nō quia cōtrahat ens, sed quia additum enti constituat vnum, & distinguat illud à uero, & à cæteris transcendentibus. Discrimen eorum inter se.

Probant autem hi auctores suam sententiam hac potissimùm ratione. Aut vnum significat formaliter solam negationem diuisionis, aut negationem, & aliquid aliud; non solam negationem; ergo & negationem, & aliquid aliud: non videtur autem posse significare aliquid præter negationem diuisionis, nisi ens; igitur significat & ens, & indiuisionem. Priorem assumptionem dupliciter probant. Primùm, quia si vnum nihil aliud formaliter significaret, quàm negationem connotando ens, nihil formaliter enunciaremus de Deo, cùm dicimus Deus est vnus. Deinde, quia si solam priuationem significaret, esset terminus priuatiuus, ac proinde non posset conuenire in Deum, cùm omnis terminus priuatiuus significet aliquam imperfectionem rei, de qua prædicatur. Ratio qua suā sententiā confirmant.

Verùm, siue eorum sententia vera sit, siue falsa; certè ratio, qua illam confirmant, non efficit quod volunt. Nam & si negemus priorem assumptionē, nihil inde absurdi sequetur. Neq; enim necesse est, vt quicquid prædicatur de Deo, significet formaliter positiuum aliquid, cùm multa nomina purè negatiua possint de Deo enunciari, vt Non factum, Non mutabile, seu Immutabile & similia. Nec item absurdum est, attribuere Deo nomina priuatiua, quæ tum demum imperfectionem significant, cùm id, cuius absentiam denotant, dicit perfectionem: cuiusmodi non est diuisio ea, cuius absentia significatur nomine vnius. Quocirca si quis dicat, Socrates est incontaminatus, inculpatus, & similia, nullam in eo notabit imperfectionem, sed potiùs perfectionem, quòd contaminatio, & culpa sint imperfectiones quædam. Propositæ rationis refutatio.

Alij denique dicunt, vnum addere enti solam negationem diuisionis per modum priuationis, ita tamen vt non significet formaliter ipsum ens, sed solùm connotatiuè. Quæ sententia, vt magis amplectenda, nonnullis conclusionibus explicanda est. Aliorum probanda sententia.

Quod

*Quid vnum, & reliqua simplices passiones possint addere enti.* SECTIO PRIMA.

Prima conclusio. PRIMA conclusio. Vnum non est re ipsa distinctum ab ente. Hæc planè traditur ab Aristotele hoc capite, vbi docet, ac probat, ens & vnum esse vnam atque eandem naturã, siue nõ diuersas, vt in explicatione cõtextus diximus; satis autem patet, apud Aristotelẽ, quicquid nõ est natura diuersa, nõ esse quoq; rẽ diuersam: quod idẽ vniuersè verum est in rebus creatis. Potest etiam conclusio ea ratione probari, quia si ab vnaquaque re tollerentur cætera omnia, à quibus illa re ipsa distinguitur, adhuc esset ens, & vnum quippiam. Adde quòd alioqui nulla res vna, esset simplex realiter. Nam quæ realiter differunt, si ita coniuncta sint, vt alterũ sit forma, aut quasi forma alterius, realem compositionem faciant necesse est, Sed in hac conclusione nulla est inter Philosophos dissensio. text. 3. Ita probatur theologi. 1. sent. d. 24.

Secunda. Secunda conclusio. Vnum non est idem omnino cum ente, hoc est, & re, & ratione. Hanc etiam conclusionem subiicit Aristoteles in verbis proximè sequentibus, cùm ait, sed non vt quæ vna ratione declarentur. Eandemque omnes ea ratione approbant, Quia si essent idem omnino, æquè negaretur, qui diceret, ens vnum, atque qui dicat, Gladius ensis, quod tamen à nemine vitio negationis arguitur. text. 3.

Tertia. Tertia Conclusio. Vnum nihil addit enti, quod reale, & positiuum sit, & ab ente formaliter distinguatur. Hanc conclusionem, si rectè quis aduertat, planè innuit Aristot. eisdem illis verbis, Ens, & vnum esse vnam atque eandem naturam. Si enim credidisset, vnum addere enti aliquid reale positiuum ab ente formaliter distinctum, non dixisset esse vnam, & eandem naturam, sed vnum & idem re, siue subiecto. Id enim, quod ab altero est formaliter distinctum, non est eadem natura cum illo, etiam si possit esse eadem res. Est etiam hęc conclusio penè omnibus communis præter quàm ijs, qui Scoti doctrinam sequuntur. Potestque in hunc modum probari. Si vnum adderet enti aliquid reale positiuum ab ente formaliter distinctum, iam ens prædicaretur quiditatiuè de vno; hoc autem non est dandum; ergo nec illud. Minor patet ex tertia conclusione quæstionis tertię, quam rationibus Scoti potissimùm probauimus. Maior autem dupliciter ostendi potest. Primùm, Quia reale positiuum habens propriam, vt ita dicam, formalitatem, nihil aliud omnino videtur esse, quàm ens reale, nec sanè aliud mens concipere potest. Dixi [habẽs propriam formalitatem] vt excluderẽ modos: hi enim vt non distinguũtur formaliter à naturis rerum, ita non dicuntur habere proprias formalitates. Deinde, quia omne reale positiuum, quod distinguitur formaliter ab alio habet aliquam vnitatem propriam, & peculiarem sibi: alioqui non faceret cum illo multitudinem naturarum, seu (vt verbis auctorum aduersæ partis vtar) formalitatum. At omne, quod habet vnitatem text. 3.

Probatio ex prædicatione entis.

propriam,

Digitized by Google

propriam,& peculiarem sibi, est quiditatiuè ens, vt quæstione tertia de differentijs concludebamus. Præterea; Aut vnitas illius realis positiui formaliter distincti ab ente, est etiam realis, & positiua, & formaliter distincta ab illa priori vnitate,aut minimè. Si distincta,idem quæri poterit de alia,atque alia in infinitum; sin minùs, idem potuit dici de prima. Non igitur dicendum, vnum addere enti quicquam reale positiuum ab eo formaliter distinctum. Quia non danda infinitio.

At dicat aliquis, vnum addere enti aliquid reale positiuum ab eo formaliter distinctum eo pacto, quo attributa diuina distinguuntur inter se; siue eorum distinctio formalis sit ex natura rei, vt putat Scotus, siue ex sola consideratione nostra, ut est D. Thomæ sententia. Etenim contra hunc dicendi modum nullam vim habent propositæ rationes, cùm vnum possit isto modo distingui formaliter ab ente, & tamen esse quiditatiuè ens. Hoc enim pacto sapientia diuina distinguitur formaliter à iustitia diuina, & tamen est quiditatiuè sapientia diuina. Nec desunt ex Recentioribus, quibus hæc commentatio placere videatur, cùm ab eis petitur, Quonam pacto intelligant, passiones entis distingui ab ente. Aiunt enim, omnes passiones entis addere enti aliquid reale positiuum formaliter ab eo distinctum, nec tamen satis explicant modum, quo id fieri possit, nisi quòd dicunt, eas esse generales quasdam perfectiones cuiusque rei. Atque eadem fortasse fuit Scoti sententia q. 2. in hunc librum. Commentatio quorundam.

Si quis tamen animum aduertat, planè intelliget, hanc cõmentationem longè à uerò aberrare. Primùm, quia isto modo rediret iterum labor respondendi ad eas rationes, quibus posteriorem partem tertiæ conclusionis quæstionis tertiæ ostendimus, quæ tamen nil faciunt contra distinctionem attributorum diuinorum, vt lib. 12. patebit. Deinde, quia attributa diuina dicuntur quiditatiuè de se inuicem, vt eo loco dicemus, ens autem (quicquid non nulli sentiant) non dicitur quiditatiuè vnum,alioqui Socrates non posset concipi ut ens perfecto conceptu quiditatiuo, nisi conciperetur vt vnus. Tertiò, quia iuxta hanc sententiam nullæ darentur veræ passiones entis, cùm eæ, quæ dictæ sunt, maximè uideantur numerandæ in ueris, ac proprijs. Postremò, quia ille modus distinctionis, qui cernitur in attributis diuinis, quem putamus non esse ex natura rei, sed ex sola consideratione nostra, nascitur ex perfectione diuinæ naturæ,quæ,quia infinita est, quiditatiuè à nobis in hac uita uno, ac simplici conceptu concipi non potest, imò nec quantumcunque multis, ut patet ex ijs, quæ diximus lib. secundo: ridiculum est autem, & ab omni opinione alienum, asserere,Socratem,quatenus est ens,tantam habere perfectionem, ut simplici conceptu à nobis quiditatiuè concipi nequeat, sed opus esse, ut concipiatur conceptibus omnium transcendentium, vt simplex natura Entis,quę in eo primùm cernitur, percipiatur. Refutatio.

Alexandr.q 9. ar.1. ait, unũ prædicari quiditatiuè de alio.

Cap.1.q 2. Sect.3.



Digitized by Google

Quarta conclusio. Quarta conclusio. Vnum addit enti negationem aliquam, vel relationem rationis. Hæc ex superioribus facilè probatur. Nam cùm præter ea, quæ realia, & positiua sunt, nihil supersit, nisi negationes, relationes rationis, & commentitia; probatumque sit, vnum non addere quicquàm reale positiuum, constet autem nihil addere commentitium; efficitur vt nihil aliud possit addere, quàm negationem aliquam, aut relationem rationis.

Obiectio. Quòd si quis obijciat, hoc tantùm ex superiori cõclusione perspicuum esse, non addere vnum enti aliquid reale positiuum formaliter distinctum ab ente; hinc autem non sequi, nihil illud posse addere reale positiuum: potest enim addere modum realem intrinsecum, qui non distinguitur formaliter ab eo, cuius est modus:

Dilutio. Occurrendum est, communem omnium sententiam esse, non ita distingui vnum ab ente, quasi solum modum illi adiungat: ac meritò quidem: tum quia omnis modus entis contrahit ens (vt finitum esse, infinitum, per se, in alio, actu, potentia, & similes) vnum autem æquè latè funditur, atque ens, illudque perpetuò sequitur quocumque modo accipiatur: tum etiam quia vnũ omnium sententia distinguitur formaliter ab Ente, nisi quòd alij dicunt distingui formalitate positiua, alij negatiua.

Extensio conclusionum. Atq; hæ quatuor conclusiones ad verum etiam, & bonum extendi possunt, omnesq; alias, si vllæ præterea sunt simplices passiones Entis.

## *Quid vnum formaliter significet.* SECTIO V.

Quinta conclusio. QVINTA conclusio. Vnum addit enti negationem diuisionis per modũ priuationis; ita tamẽ vt formaliter nõ includat ens. Prima pars huius cõclusionis, quę est Cõmẽtatoris, D. Thomę, Alberti, Durãdi & penè omniũ, exceptis ijs, qui Scotum sequuntur, plane asseritur ab Aristotele 5. lib. cap. 6. vbi sic ait: Vniuersè autẽ ea, quæ diuisionem nõ habent, ea ratione, qua non habent, vnũ dicuntur. Quod idem sæpius repetit, præsertim lib. 10. cap. 1. vbi exponens, quæ sit ratio vnius, quatenus omnia genera vnius complectitur, ita concludit, Quapropter vnius esse est indiuisibile esse, aut saltem (quod addit cap. 5.) indiuisum. Id autem facilè probatur. Nam quòd vnum addat enti negationem, hac ratione patet. Vnum addit enti aut negationem, aut relationem rationis, vt ex superiori conclusione perspicuum est; nõ addit autem relationem rationis; ergo negationem. Assumptio ex eo probatur, quia vnum nõ est relatiuum, sed absolutum. Quòd autem ea negatio sit diuisionis, ex eo patet, quia negatio, quam vnum addit enti, vel est negatio multitudinis, vel diuisionis (neque enim quicquam est aliud, quod per illam negari possit) at non potest esse negatio multitudinis, quatenus multitudo est: negatio enim est naturæ ordine posterior eo, quod negatur; Vnum autẽ est suapte natura prius multitudine: igitur est negatio diuisionis, quod in ex-

Lege D. Thom. tum hoc loco tum 1 p q. 11. ar. 1. Dur. Ochamũ & Gabriel. 1. d. 24. q. 1. & alios, tum ead. dist. tum etiã hoc loco, & sæpe alibi. Lib. 5. tex. 18. lib 10. à tex. 8 & tex. 9.

Probatio primæ partis.

Contrà sentit Aegid. q. 8.

Digitized by Google

in expositione contextus luculentiùs diximus.

Quòd si quis obijciat, Vnum non solùm dicere negationem diuisionis, sed etiam identitatis, vt multi asserunt: dicunt enim id esse vnum, quod est indiuisum in se, & non idem, seu potiùs diuisum à quouis alio: Occurrendum est, eam sententiam non esse approbandam. Nam vt aliquid sit vnũ, satis est si sit indiuisum in se: esse enim præterea diuisum ab alio, non efficit vnum præcisè, sed vnum ex pluribus. Plenè enim cõsideratur quælibet res vt vna, cùm cõsideratur vt indiuisa. Accedit quòd & si solus Deus, aut quoduis aliud ens per se, esset res possibilis (quod tamen ipsum impossibile est) non propterea tamen non esset verè ac priè unum quid.

Obiectio. Dilutio.

Secunda pars conclusionis, quam ijdem auctores pari consensu approbant, asseritur ab Aristot. tum hoc cap. cum ait. [Atque ibi quidem vni differentia adest, &c.] tum verò clariùs lib. 10. cap. 5. cùm docet; vnũ opponi multitudini vt indiuisum diuiso, non tamen contradictoriè, seu per modum puræ negationis. Probatur autẽ facilè ex eo pars hæc, quia si Vnum adderet enti negationem diuisionis per modum puræ negationis, non ens quoque verè diceretur vnum (vt argumentatur D. Thomas) quemadmodũ verè appellatur, Nondiuisum Nonalbum, & cæteris nominibus purè negatiuis. Imò etiam, cùm opposita circa idem genus vertuntur, non entia quoque dicerentur verè multa & diuersa, quod apertè falsum est.

Etа Capr. 1. d. 23. Gabr. 1. d. 24. q. 1. Soncin. hic. q. 23. & 27. Contrà sentiunt Aegid. hoc loco q. 6. & Her. quolib. 4. q. 2. & 3. (licet obiter idem dicere videat) & alij plerique.

cap. 9.

Probatio secundæ partis.

Sed contra hanc conclusionis partem sic licet obijcere. Quemadmodum dicimus, vnum ens, & duo entia, sic etiam dicimus, unum figmẽtam, & duo figmenta, vt vnum hippocentaurum, duos hippocentauros; igitur vnum & multitudo non magis accõmodantur entibus quàm non entibus. Huic obiectioni occurres, Vnum, & multitudinem non dici de non entibus, nisi quatenus nõ entia modo aliquo entia sunt, nempè quatenus cõcipiuntur vno aut pluribus conceptibus; hinc enim habent, ut denominatione extrinseca sint entia: at entia ex se habent vt sint unum, vel multa. Secus accidit in prædicatis purè negatiuis: hæc enim dicuntur de non entibus; etiam quatenus non entia sunt.

Obiectio prior. Dilutio.

Licet quoque obijcere in hunc modũ. Diuisio, quam negat unum, est impossibilis; ergo Vnum non addit enti negationem diuisionis per modum priuationis. Cõsecutio perspicua est, quia priuatio est negatio eius, quod natũ est inesse, & (quod hinc sequitur) quod possibile est esse. Antecedens dupliciter probatur. Primùm, quia si diuisio, quã negat Vnũ, esset possibilis; aut Deus nõ verè diceretur vnus; aut simpliciſſima Dei essentia diuidi posset. Deinde, quia diuisio, quam negat vnum, non videtur esse alia, quàm diuisio cuiusq; entis à seipso, quæ est omnino impossibilis, ut est luce clarius. Quòd autẽ ea negetur nomine unius, ex eo perspicuum videtur, quia vnitas transcendens est communis omnibus entibus; sola autem indiuisio à se, uidetur omnibus entibus cõmunis. Namq; aliæ in-

Obiectio posterior.



Digitized by Google

diuisiones, vt totius integri in suas partes, velut, aquæ maris; aut speciei in sua indiuidua, veluti solis, nõ sunt cõmunes omnibus entibus, cùm nõ omnia entia constent partibus integrantibus, neq; omnia sint species.

Negatur consequentia.

Ad hanc obiectionẽ, omnes qui vnum priuatiuũ esse dicũt, negãt cõsequutionẽm; atq; ad probationem respondent, non ita intelligendũ esse, vnũ significare negationem diuisionis per modũ priuationis, quasi ipsa negatio diuisionis sit uera priuatio, & quæ remoueat aliquid aptũ inesse in eo quasi subiecto, in quo est ipsa negatio; sed ea ratione duntaxat, quia non significat illam per modum puræ negationis.

Negetur antecedens. Ad priorem prob.

Verùm ne quis ex prætermissione antecedentis aliquem errorem imbibat; negandum quoq; est antecedens; ad priorem q; eius probationẽ hac distinctione vtẽdum: Si diuisio, quã negat unũ, dicatur possibilis in eo quasi subiecto, in quo est ipsa negatio; planè sequi absurda illa, q̃ subijciũtur: Sin aũt dicat possibilis in alijs reb⁹, neutrũ effici. Neque.n. vllũ est incõmodũ, si dicas, Deũ esse indiuisum diuisione possibili in alijs rebus; neq; itẽ nomina priuatiua semper sumũtur, quatenus significãt negationẽ eorũ, q̃ apta sunt inesse rebus, de quibus dicunt, sed alijs etiã: quo pacto sumũtur cęcũ, silens, inculpatũ, & similia, quatenus dñr de talpa, de lapide, aliisq; rebus inanimis. Hac igitur rõne, Deus dicit vnus, siue indiuisus nomine priuatiuo, quia nõ est diuisus diuisione possibili in cæteris entibus; quo etiã pacto appellatur infinitus, immẽsus, ineſtimabilis, inculpabilis, & alijs hmõi vocabulis; quibus tantum abest, vt aliqua imperfectio tribuat Deo, vt summã potiùs, atq; adeò infinitã pfectionẽ in eo significẽt.

D. Tho. q. 8 de potentia Dei ar. 7.

Ad posterioremverò probationẽ dicendũ, nõ esse verum, diuisionẽ, quã negat vnũ trãscendẽs, esse diuisionẽ cuiusq; entis à seipso; eiusq; rei, pbationẽ nihil efficere. Nã, etsi negatio huiusce modi diuisionis oibus entib⁹ cõmunis est; nõ est tñ ea satis, vt rẽ efficiat verè vnã. Nã homo, vt est in suis inferioribus, est indiuisus à se, id est nõ est homo & nõ homo; & tñ vt est in illis, non est vnũ aliquid; sed multa: aceruus itẽ lapidũ est indiuisus à se, vt nõ sit aceru⁹ & nõ aceruus; & tñ nõ est aliquid verè vnũ, sed multa. Itaque, vt aliquid sit verè vnũ, necesse est, vt nõ solùm non sit ipsum, & nõ ipsum, sed neq; vlla multa, in q̃ cadere possit cõtradictio hui⁹ & nõ hui⁹.

Ad posterioremverò probationẽ dicendũ, nõ esse verum, diuisionẽ, quã negat vnũ trãscendẽs, esse diuisionẽ cuiusq; entis à seipso; eiusq; rei, pbationẽ nihil efficere. Nã, etsi negatio huiusce modi diuisionis oibus entib⁹ cõmunis est; nõ est tñ ea satis, vt rẽ efficiat verè vnã. Nã homo, vt est in suis inferioribus, est indiuisus à se, id est nõ est homo & nõ homo; & tñ vt est in illis, non est vnũ aliquid; sed multa: aceruus itẽ lapidũ est indiuisus à se, vt nõ sit aceru⁹ & nõ aceruus; & tñ nõ est aliquid verè vnũ, sed multa. Itaque, vt aliquid sit verè vnũ, necesse est, vt nõ solùm non sit ipsum, & nõ ipsum, sed neq; vlla multa, in q̃ cadere possit cõtradictio hui⁹ & nõ hui⁹.

Sonc. q. 2.

Probatio tertiæ partis.

Tertia pars cõclusionis pbatur. Primùm, quia nunquam affectio rei ãtę perfectionis est, quãtæ est res ipsa, cuius est affectio; siue ea sit ppria passio, siue cõmune accidẽs: atqui id accideret, si vnũ includeret formaliter ens, & indiuisionẽ. Deinde, quia nõ posset vnum includere formaliter ens, nisi ei essentialiter subijceretur, vt homo animali, aut rõnali, vel alia rõne ex eo cõstitueretur, vt Socrates ex materia & forma: at vnũ nõ potest esse ntialiter subijci enti, vt patet ex cõclus. 3. quęst. 3. nec itẽ ex eo cõponi, quia nulla affectio, quæ fluit ex subiecto, potest ex eo constitui: alioquin iam subiectum ex se ipso flueret, & se ipso esset posterius. Postremò, quia si vnũ cõstituitur ex ente & indiuisione, quasi affectione adiuncta, potiùs indiuisio dicẽda erit passio entis, quàm totum cõpositum. Aptiùs enim

affectio

affectio demonstratur de subiecto, quàm totum compositum de parte.

Quòd si aduersæ partis auctores dicãt, vnum nõ constitui ex ente & indiuisione, sed esse tertiũ quippiã cõpositæ cuiusdã naturę, quæ ex vtroq; resultet; iã petam, sit ne illud reale aliquid, an rõnis, an verò negatiuũ. Si reale, iã ens de vno dicet quiditatiuè, quod fieri nõ posse, ex tertię cõclusionis ꝓbatione patet. Si rõnis, numerabitur vtiq; Vnũ in relatiuis; quod pugnat cũ prima parte huius cõclusionis. Quòd si negatiuũ, idipsum est, quod volumus. Neque.n. alia negatio afferri potest, quæ nomine vnius significetur, quàm negatio diuisionis. Quòd autem afferunt ex D. Thoma in Disputatis de Potentia Dei, & alijs locis, Vnum nõ significare solam indiuisionem, sed etiam ipsam substantiam, siue entitatem rei, non de sola formali significatione tantùm, sed de cõnotatiua etiam, siue insinuatitia intelligendum est; quo pacto dicimus, cæcitatem significare non modò negationem aspectus, sed etiam oculum cui illa suo modo ineſt.

Responsio falsa.

Refutatio.

Q. 19. ar. 7.

Explicatio locorum quorundã D. Th.

Nec verò ea moderatio, quam quidã eorũ adhibent de significatione indiuisionis in obliquo, quicquam iuuat. Nã si id eodẽ modo intelligũt, quo dicimus, similitatẽ significare nasũ in obliquo, quia sit nasi curuitas, & patrẽ aliquo modo significare filiũ, quia filiũ respiciat; nõ putãt certè vnũ significare formaliter indiuisionẽ, quicquid tandẽ dicãt. Nã nec similitas significat formaliter nasum, nec pater filiũ, licet nasus ponat in rõne formali similitatis, & filius in rõne formali patris. Quòd si ita dicunt, vnũ significare indiuisionẽ in obliquo, quo pacto albũ significat albedinẽ (fiquidẽ esse albũ nihil est aliud, q̃ affectum esse albedine, vel habere albedinẽ) planè sentiũt, vnũ cõponi ex ente & indiuisione. Nã cùm dubiũ nõ sit, quin albũ significet formaliter albedinẽ; certè cùm addant, Vnũ significare formaliter, & in recto ipsũ ens; perinde sentiũt de vno, ac sentirẽt de albo, si albũ ꝑter significationẽ formalẽ albedinis, significaret etiã formaliter ipsum corpus, quod denominat affectũ albedine. Quid.n, hoc esset aliud, quàm, vnũ, quatenꝰ vnũ, cõstitui atq; cõponi ex ente & indiuisione?

Cuiusdam responsionis impugnatio.

Sed cõtra hãc cõclusionis partẽ obijciat aliquis in hũc modũ, ꝙ pugnẽt cũ prima cõclusione. Ens, & vnũ sunt idẽ re, vt patet ex prima conclusione, imò etiã vna natura, vt affirmat Aristoteles; ens aũt reale nõ potest esse eadẽ res cũ negatione, seu priuatione, nedũ eadẽ natura, siue priuationes & negationes sint non entia, vt credimus; siue sint entia rationis, vt plerique putant; aut igitur prima conclusio, aut hæc pars quintæ falsa est.

Obiectio.

Inter quos est Soncin. 10. Metaph. q. 15.

Huic obiectioni occurrendum est, non esse dictum à nobis in prima conclusione, ens & vnum esse idem re, sed vnum nõ esse reipsa distinctũ ab ente, quod aliud est. Quanquam si id assertum esset, nihil absurdi sequeretur. Nam, vt Arist. ait 1. Phys. cap. 7. materiam esse idem numero, siue re cum priuatione; sic etiam à nobis dici potuit hoc loco, ens esse idẽ re cum vnitate, seu indiuisione. Vtrumque enim verum est in sensu negatiuo: quasi dicas, non est aliud reipsa: quo eodem modo intelligendum est illud Arist. Ens & vnum esse vnam & eandem naturã, id est, non duas.

Diluitur.

Sect. 66. & 67

Vnum

## *Vnum esse veram passionem entis, & quo pacto sit.* SECT. VI.

Sexta conclusio.

SEXTA & extrema cõclusio. Esse vnũ reale, per se, absolutè, atq; in se, est uera passio entis huic scientiæ subiecti. Quę cõclusio explicatione magis, quàm probatione indiget.

Vnum.

Vnum cõmunissima ratione sumptum, nihil est aliud, quàm indiuisum secundùm aliquam rationem entis. Non diximus [secundùm aliquem gradum entis] sed rationem; quia neque analoga sunt indiuisa secũdùm gradum vllum entis cõmunem analogatis; neque entia per accidẽs secundum gradum ullum cõmunem iis entibus, ex quibus cõstant; sed secundum qualemcunque rationem entis complectentis omnia.

Vnum Reale.

Vnum reale est, cuius vnitas potest actu existere sine operatione intellectus, vt vnitas Angeli, vel lapidis. Nam vt entia existunt sine operatione intellectus, ita & earum vnitates. Atque per hanc particulam excluditur omne vnum, cuius vnitas existere non potest sine operatione intellectus, vt vnitas prædicati, subiecti, generis, speciei.

Vnum per se.

Vnum per se, interdum sumitur pressiùs, pro eo, quod est verè vnius essentiæ, siue ea simplex sit, vt Angeli, siue composita, vt hominis, aut lapidis: cui vni opponitur vnum per accidens communiter sumptum. Interdum vero sumitur fusiùs, non solum pro eo, quod verè est vnius essentiæ, sed etiam pro eo, quod constat ex multis per se ordinatis, ex quibus nulla vera essentia resultat; cuiusmodi est nauis, aut exercitus: cui vni opponitur vnum per accidens pressiùs acceptum, nempè quod nec verè est vnius essentiæ, nec constat ex pluribus per se ordinatis; cuiusmodi est aceruus lapidum, aut turba hominum. Atque hoc solum vnum per accidens, excluditur in conclusione per particulam per se.

Vnum absolutè.

Esse vnum absolutè & comparatè, differunt inter se se. Esse vnum cõparatè, est esse vnum cum aliquo, quo pacto Socrates est secum vnũ numero, cum Platone vnum specie, cum Bucephalo vnum genere, cũ magnitudine, aut figura vnum analogia. Quo loco vnum specie ac genere nolim accipias formaliter, sed fundamentaliter, ne redeamus ad vnitates pendentes ab operatione intellectus. Esse vnum absolutè, est esse vnũ non cum aliquo, sed sine comparatione spectatum, quo pacto animal est vnum in eo quasi momento naturæ, in quo nec secum adhuc, nec cum alio cõfertur, siue illud spectetur vt animal, siue vt viuens, siue vt homo, siue etiam vt Socrates: modo enim non conferatur cum aliquo, cũ quo dicatur vnum, semper spectatur absolutè. Atque hoc pacto sumendum esse vnum in conclusione hac, ex eo patet, quia necesse est vt vnitas, quæ prima passio entis esse debet, conueniat cuilibet, ante quamcunque multitudinem, non modò pendentem ab operatione intellectus, qualis est multitudo Socratis bis sumpti, sed etiam distinctorũ ex natura rei, qualis est multitudo numeralis, specifica, &c.

Esse

Esse unum in se, est esse vnum secundùm propriam, & peculiarem rationem, non secundùm rationem superioris, aut inferioris, aut accidentis; quo pacto animal est unum, quatenus animal, non quatenus uiuens, non quatenus homo, aut Socrates, non quatenus quantum, aut huius, illiusue figuræ. Atq; hoc pacto sumendum esse unum luce clarius est, cùm unitates, quæ conueniunt inferioribus per superiora, aut superioribus per inferiora, aut subiectis per accidentia, aut contrà, non conueniant illis primò, & per se. Vnum in se.

Quòd si quis obijciat, ens complecti omnem Entitatis rationem; ergo & vnum, quod est passio entis, complecti omnem rationem vnitatis; quare nullo pacto restringendum esse vnum, cùm tribuitur enti, vt propria eius passio: Occurrendum est, etsi ens in commune complectitur omnem Entitatis rationem, non tamen vt est subiectum primæ Philosophiæ. Quapropter cùm illud non quouis modo, sed vt est reale ac per se, sit eius subiectum; non mirum est, si vnum etiam ad vnum, reale, ac per se restrictum sit. Cur autem additæ sint reliquæ duæ particulæ, ex dictis constat. Ita non modò explicata, sed etiam probata relinquitur proposita conclusio: tametsi pronunciatum hoc, quemadmodum & cætera, quæ valde propinqua sunt primis principijs, difficilè probari solent, 8 lib. c. 2. vt docet Aristoteles in Topicis, non propter ambiguitatem, sed perspicuitatem. Obiectio. Dilutio.

Potest item conclusio his argumentis cõfirmari. Ens, qua ratione est ens, habet veras aliquas passiones, vt ratione Aristotelica initio ostendimus; nihil autem reperitur, quod sit magis propria passio Entis, de quo agit primus philosophus, quàm vnũ reale, per se, &c. est igitur propria eius passio. Quòd si quis obijciat, priùs cõuenire enti diuisum esse à nõ ente diuisione contradictoria, quàm esse vnum siue indiuisum in se; ergo aliquid prius vno reperiri, quod passio entis dici possit; hunc in modum respondendum est. Si diuisum esse sumatur vt entibus & non entibus commune est, non posse illud dici passionem entis, cùm latiùs pateat; quod ipsum superiùs monuimus. Quòd si sumatur vt supponit ens quasi subiectum, quo pacto sumitur indiuisum, quod constituit vnum; non latiùs quidem eo modo patebit, quàm ens; sed tamen ea ratione nõ poterit passio entis appellari, quia quæ sola diuisione contradictoria diuisa sunt, non dicuntur diuisa per aliquid aliud, etiam ratione distinctũ, sed per seipsa formaliter, vt homo à non homine per idipsum quod homo est, & lapis à non lapide per idipsum quod lapis est: alioqui aliquid expectarent, saltem ratione distinctum, per quod sibi mutuò repugnarent, quod dici nullo modo potest. Præterea non enti nihil accidere potest, per quod diuisum sit ab ente, cùm ipsum nihil sit; ergo nihil etiam requirendum est in ente, per quod diuisum sit à non ente. Accedit quòd diuisum esse ab ente nihil aliud est, quàm nõ esse ens; ergo diuisum esse à nõ ente nihil est aliud, quàm esse ens. Atq; hæc de diuisione contradi- Confirmatio prior. Obiectionis dilutio. Ens à non ente, & non ens ab ente seipsis formaliter diuisa esse.

ctoria

ctoria, seu (quod idem est) de contradictione fundamentali, non de contradictionis relatione, quæ est relatio rationis. hæc enim nihil ad rem facit, cùm supponat fundamẽti apprehensionem, ac proinde multitudinem entium, apprehendentis inquam, & apprehensi, ac proinde sit posterior vtriusque vnitate. Patet igitur, non posse dici passionem entis Diuisum esse à non ente diuisione contradictoria, quæ transcendentem vnitatem præcedat. Præterea, esse vnum necessariò reciprocatur cum ente, & sequitur ipsam entis naturam (addantur autem conditiones eius entis, & eius vniùs; de quibus est sermo) igitur est vera passio entis. Consequentia perspicua est. Prior pars antecedentis facilè probatur. Nam, quòd omne vnum necessario sit ens, ex eo patet, quia vnum nihil est aliud, quã ens indiuisum, quatenus indiuisum est. Quòd autem omne Ens necessariò sit vnum, ea ratione probat. D. Thomas, quia omne ens necessariò est simplex, aut compositum; quod autem est simplex, est indiuisum actu, & potentia, vt Angelus; quod verò est compositum, est indiuisum actu, licet sit diuisum potestate, vt homo. quam probationem innuit Aristot. lib. 10. cap 6 cùm ait, Quod verò est indiuisibile, aut indiuisum, id dicitur vnum. Indiuisibile enim dixit propter simplicia; indiuisum autem, propter composita. Atque hanc reciprocationem entis, & vnius, habes hoc capite, cùm dicitur, Ens & vnum mutuò se sequi. Quam eandem tradit Parmenides apud Platonem his verbis, Neque enim ens vni, neque vnum enti deest; sed duo hæc potiùs per omnia coæquantur. Posterior autem antecedentis pars ex eo facilè perspicitur, quia vnitas supponit entitatem, tanquam subiectum, non entitas vnitatem.

Affirmatio posterior.

1. p. q. 6. a. 3. & q. 11. a. 1.

text. 3.

text. 5.

Platonis sententia.

In Parmenide sect. 5.

Obiectio.

At obijciat aliquis contra priorem partis probationem, hoc modo. Indiuisio rerum compositarum in suas partes realiter constituentes, non est vnitas earum transcendens; & pari ratione, neque indiuisibilitas simplicium in eiusmodi partes; igitur non rectè eo argumento probatũ est, omne ens esse vnum, cùm conclusio intelligatur de vnitate transcendente. Prior pars assumptæ propositionis (quæ sola indiget probatione) ex eo patet, quia Socrates, etiam postquam è viuis excessit, est vnus vnitate transcendente, quæ non potest illi non cõuenire; & tamen nunc est verè diuisus in animam & corpus: eodemque modo sunt verè diuisi in partes integrantes, qui abciso capite obierunt.

Solutio.

Huic obiectioni occurrendum est, verum esse, quod sumitur. Vnitas enim transcendens neque est indiuisio, neq; indiuisibilitas in partes realiter constituentes, siue essentiales illæ sint, siue integrales; sed est indiuisio in hoc, & non hoc, ita vt illud dicatur vnum vnitate transcendente, quod quatenus tale est, non est hoc, & non hoc; quo pacto Angelus est vnus vnitate transcendenti, quia, quatenus est Angelus, non est aliqua saltem duo, quorum alterum, non sit alterum; tametsi quatenus est reipsa hic, & ille Angelus, sit hoc, & non hoc, ac proinde non unum quid, sed plura. Eadem ratione homo non est vnus vnitate trãscendente, quatenus



Digitized by Google

indiuisus, siue in animam & corpus, siue in partes integrantes, sed quatenus, vt homo est, non est vlla duo. quorum alterum non sit alterum; tametsi quatenus est re ipsa Socrates, & Plato, ac cæteri particulares, sit hoc & non hoc, ac proinde plura non vnum aliquid. Quod idem dicendum est de Socrate. nam cùm probabilius sit, Socratem viuentem non esse animam & corpus, aut partes suas integrantes, sed tertiâ quandam entitatem constantem ex anima & corpore, vt patebit libro 7. multò minùs dicendum erit, illum post mortem esse animam & corpus, partes ue suas integrantes, cùm priores illæ sint à se inuicem seiunctæ, posteriores autem perierint. Verùm, quia indiuisio illa, in qua diximus, consistere vnitatem transcendentem, cùm existit realiter, quoad composita quidem coniuncta est cum eorum indiuisione in partes reales; quoad simplicia verò cum eorum indiuisibilitate in eiusmodi partes; iccirco D. Thomas ex adiunctis probauit, omne ens esse vnum, quia simplicia diuidi non possunt in partes realiter constituentes, composita verò, etsi diuidi possint, quamdiu tamen in rerum natura existunt, non sunt actu diuisa. Quocirca illud hoc loco præterundum nō est, hoc interesse inter vnitatem transcendentem compositorum & simplicium, quòd vnitas simplicium non potest perire per dissolutionem partium, quas non habent, sed per simplicem desitionem, vt si Deus annihilaret Angelum; vnitas autem compositorum perire potest, non solùm hoc pacto, sed etiam in quibusdam per dissolutionem partium, siue ea dissolutio sit vera separatio formæ à materia, vt in homine; siue resolutio in materiam pereunte forma, vt in equo, & cæteris rebus caducis.

De toto, & partibus.

Defenditur probatio D. Thomæ.

Quo pacto vnitas transcendens perire possit.

Verùm obijciat aliquis hunc in modum. Vnio, qua anima Socratis vnietur corpori in generali resurrectione, erit alia ab vnione, quæ facta est in generatione Socratis; quandoquidem hæc fuit facta per creationem formæ in materia; illa verò fiet per coniunctionem formæ existentis cum materia existente: igitur vnitas compositionis, quam habebit post resurrectionem, non erit eadem vnitas, siue indiuisio, atque illa, quam habuit, dum viueret: quod si ita est, ergo nec vnitas transcendens erit eadem, sed alia. Huic obiectioni occurres, vniones quidem illas, siue actiones vniendi, diuersas esse; sed tamen vnitatem compositionis resultantem, esse vnam & eandem, quia compositum vnum, & idem est: quemadmodum si Deus annihilaret Angelum, & iterum illum eundem produceret, eadem illa vnitas, quæ est indiuisibilitas in partes realiter constituentes, inciperet esse cum Angelo iterum esse incipiente. Non est igitur, cur vnitas etiam transcendens Socratis viuentis olim, & iterum victuri post resurrectionem, non sit vna atque eadem.

Obiectio.

Diluitur.

*Solutio argumentorum, quæ initio proposita sunt.* SECT. VII.

PRimum igitur argumentum eorum, quæ initio propositæ sunt, facilè dissolvitur ex dictis. Nam, etsi vnum communissimè sumptum dicatur de entibus rationis; tamen vnū reale non dicitur, nisi de entibus realibus: eodemq; modo vnū reale, ac per se de solis entibus realibus, ac per se.

Quo modò solutio.

Ad secundum nō desunt, qui dicant, vnum simpliciter, & multa simpliciter (quo duntaxat modo hæc sunt opposita prædicata) non dici de ente reali, ac per se, quod est subiectum Metaphysicæ, sed de ente reali, quod est commune enti per se, & enti per accidens. Namque omne ens per se, esse vnum simpliciter, etiamsi simul esse possit multa secundùm quid: & omne ens per accidēs, esse multa simpliciter, etiamsi possit simul esse vnum secundùm quid: nihilque esse, quod simul sit & vnum simpliciter, & multa simpliciter.

Cur non placeat.

Verùm, quia Philosophi, cùm tradunt, vnum, & multa esse partes cuiusdam disiunctæ affectionis, planè videntur eam tribuere enti, quod est subiectum Metaphysicæ; alio modo videtur respondendum, præsertim cùm superiùs confessi simus, quædam entia contineri sub Metaphysicę subiecto, quæ fortasse non libenter fatearis esse vnum simpliciter, vt est domus, aut Respublica.

Quid de sententia Nominalium respondendum.

Et quidem Nominalium plerique existimant, vnum simpliciter non dici, nisi de rebus simplicibus, definientes vnum simpliciter esse id, quod ita est indiuisum, vt nihil in rinsecè sit in ipso, quod non sit ipsum: composita verò, etsi cum additione sunt vnum, simpliciter tamen non esse vnum. verbi causa Socratem esse vnum hominem, vnum animal, & cęt. simpliciter tamē, & sine addito, nec esse, nec dici posse vnum. Id quod ex eo probāt, quia cōposita (vt aiūt) nihil aliud sunt, quàm suæ partes: quare cùm partes cuiusque necessariò sint plures; necessariò effici, vt eorum quodque multa quidem dici possit, vnum autem dici non possit. Quod si ita est, perspicuè soluetur argumentum, si dicas, Vnum simpliciter non conuerti cum ente, quod est subiectum Metaphysicæ, sed esse partem disiunctæ illius affectionis, Vnum vel multa; quippe quod cōueniat omnibus entibus simplicibus, quemadmodum multa omnibus compositis.

Oppugnatio responsionis.

Sed hæc sententia non est audienda. Nam, ut mittamus illud de identitate totius cum suis partibus, cuius oppositum magis probandum esse libro septimo patebit; certè compositum ex materia, & forma substātiali, vt homo, est verè, ac simpliciter vnius essentiæ, itemque magnitudo, vt superficies globi: est igitur horum quodque verè, ac simpliciter ens; at nulla ratio afferri potest, cur id, quod est simpliciter ens, nō sit simpliciter vnū, nisi approbetur definitio illa vnius, quam illi pro suo arbitratu fingunt; quæ tamen non est definitio vnius, sed simplicis, siue indiuisibilis. Vnum enim, vt vnum est, in indiuisione, non in indiuisibilitate consistit: simplex

Ochamus, Greg. Gabriel, & alij sentiunt.

ſimplex autem, ſiue indiuiſibile (idem enim eſt, quod componi, & quod diuidi nequit) negatione partium deſcribitur. Nec verò Auguſt. quem illi eodē loco pro ſe afferunt, exiſtimat, id, quod diuiſibile eſt, non eſſe vnū ſimpliciter, ſed non ita propriè eſſe vnum, atque id, quod diuidi poteſt. Quòd ſi cui etiam libeat id ſolùm vocare vnum, in quo nihil omnino ſit, quod non ſit ipſum, ſolus Deus erit verè, & ſimpliciter vnus, quod nonnunquam Patres affirmant; nec iam omne ſimplex erit ſimpliciter vnū, vt hi auctores volunt, ſed ſolùm id, quod eſt ſimpliciſſimum. In eo etiā, quod dicunt, compoſitum quodque eſſe multa ſimpliciter, & perperam dicunt, & ſeipſos impediunt. Nam ſuperficies globi non eſt multa entia ſimpliciter, cùm nec ſit multæ ſuperficies, ſed vna ſuperficies, vt etiam fatentur; nec verò alia vlla accidentia abſoluta, quæ eius ſint partes, vt inductione patet. Quinetiam, cùm nulla dentur multa, niſi quorū quodq; ſit vnum; ſi nulla pars eius ſuperficiei ſit vnum ſimpliciter, nec omnes ſimul erunt multa ſimpliciter: at ſi vera ſunt, quæ dicunt, nulla earum eſt vnum ſimpliciter, cùm conſtet ex infinitis. Ita fit, vt eorum ſententia nec vera ſit, nec ſecum ipſa cohæreat.

Duo igitur modi ſuccurrunt, quibus reſpōderi poſſit. Vnus, ſi cum his auctoribus dicamus, vnum ſimpliciter nō cōuerti cum ente, de quo agit Metaphyſicus, ſed hoc diſiunctum, Vnum ſimpliciter, vel multa ſimpliciter; non ita tamen, vt cum eiſdem ſola ſimplicia dicamus eſſe vnū ſimpliciter, ſed ea omnia, quę ſunt verè, ac propriè vnius eſſentię, ſiue ſimplicia illa ſint, ſiue compoſita: ea verò ſola, quæ ita ſunt per ſe compoſita, vt non ſint vnius eſſentiæ, dicamus eſſe plura ſimpliciter. Quæ ſolutio ſi approbetur, non erit intelligendū in extrema concluſione nomine vnius per ſe, vnum ſimpliciter, ſed ſolum vnū per ſe, vt verba ſonant, quod perſpicuè reciprocatur cum ente per ſe. Prior ſolutio.

Alter, ſi ea quoque compoſita, quæ non ſunt verè, ac propriè vnius eſſentiæ (ſi tamen illa ſint per ſe, & ordinatè compoſita) appellemus vnū ſimpliciter; ac proinde dicamus, vnum ſimpliciter conuerti cum ente, quod eſt Metaphyſicæ ſubiectum; idq; vnū ſubaudiamus nomine vnius per ſe in vltima concluſione. Neque enim durum videtur, aut præter cōſuetudinem, vt omne per ſe compoſitum, ſimpliciter appellemus vnum, idque ſolum negemus de compoſito omnino per accidens, cuiuſmodi eſt aceruus lapidum, aut turba hominum. Quòd ſi hoc pacto omne ens, de quo agit Metaphyſicus, ſit vnum ſimpliciter; tum ad argumentum dicendum, Et vnum ſimpliciter, & multa ſimpliciter poſſe prædicari de ente per ſe, non tamen eodem modo ſumpto. Homo enim communis in ſe, eſt vnum ſimpliciter; in Socrate verò, & Platone, cæterisque particularibus eſt multa ſimpliciter; eodemq; modo ſe habent cætera communia, ſiue ſimplicia ſint, vt ſubſtantiæ ſeparatæ; ſiue compoſita vnius eſſentię, vt homo; ſiue quaſi vnius eſſentiæ propter compoſitionem per ſe ordinatam, vt domus. Atq; hinc eſt id, quod Porphyrius docet in Iſagoge, Poſterior.



Digitized by Google

Quemadmodum plures homines in homine communi sunt vnus homo, & (quod subaudiri potest) vnum ens, ita, & homo communis in pluribus hominibus est plures homines, &, quod sequitur, plura entia. Caue tamen colligas ex hac solutione, vllum ens per se posse simpliciter, & sine adiectione appellari vnũ, & multa. Id enim, quod non in se, sed in multis est multa, non simpliciter, sed quatenus in illis est, dicendũ est multa; quod diligenter animaduertendum est. Atque hoc fortasse est id, quod D. Thomas ait, Ens diuidi per vnum quidem simpliciter; per multa verò secundùm quid. Neque enim iungit verbũ, Secundùm quid, cum verbo, Multa (oportet enim in ea diuisione sumere multa pro multis simpliciter, quemadmodum & vnum) sed cum verbo, Diuidit, vt sit sensus, Omne ens sine adiectione vlla dicendum esse vnum; at quod commune est cum adiectione illa duntaxat, Quatenus est in particularibus, aut alia simili, dicendum esse multa.

Animaduers.

1. P. q 11. art. 1. ad 2.

Ad tertium dicendum, etsi negationes nõ sunt entia realia, nec etiam rationis, nisi quatenus apprehenduntur, aut apprehendi possunt; tamen negationes, quæ aliquod ens quasi subiectum sibi vendicant, non censeri purè nihil, eo quòd comitentur entia, quibus non insunt formæ, quarum priuationes sunt. Atque hoc pacto indiuisio, quam significat vnum reale, comitatur entia realia, quæ in se non sunt actu diuisa. Ad id autem, quod additur de relationibus rationis, etsi nihil facit contra ea, quæ dicta sunt de vno; obiter tamen dicendum est, etsi nullæ earum existunt, nisi per operationem intellectus; pleraſque tamen posse conuenire subiectis sine operatione intellectus, ut patebit libro quinto.

De negationibus.

De relationibus rationis.

## SITNE VERVM PASSIO ENTIS PROPRIA.

### QVAESTIO SEXTA.

*Quibus argumentis non videatur propria entis passio.*

### SECTIO PRIMA.

QVOD attinet ad verum, etsi Arist. lib. secundo eap. primo, haud obscurè significat, illud esse veram, ac propriam passionem entis, cùm ait, Vt vnumquodque est, ita & verum esse, eamq; sententiam omnes Peripatetici ex eo loco colligunt; non desunt tamen argumenta, quibus opposita potius quæstionis pars videatur probanda.

Primum est, quia idem paulò ante docuerat, quædam entia non semper esse vera, sed interdũ; quod autem non semper conuenit, propria passio esse non potest.

Primum argumenti pars negatiua.

Secundum

Secundum, quia cùm verum & falsum sint contraria, cõtraria autem circa idem versentur; aut dicendum est, aliquod ens esse simul verum & falsum; aut certè, non omne ens esse verum. 2

Tertium, quia cùm non minùs verum sit, id, quod non est, non esse, quàm quod est, esse; efficitur, vt Verum non minùs dicatur de non entibus, quàm de entibus. 3

Quartum, quia si verum reciprocaretur cum ente, non adderet illi nisi, aut negationem, aut relationem rationis; vt ex quæst. 4. perspicuum est: at neutrã videtur posse addere. Namque verum, vt verum est, dicit perfectionem intellectus: imò etiam videtur dicere perfectionem simpliciter; cùm melius sit, vnicuique verum esse, quàm non esse verum: negationes autem, & relationes rationis perfectionem nullam dicunt. Huc accedit, quòd relationes rationis pendẽt ab operatione intellectus: quod de proprijs passionibus nequaquam videtur dicendum. Denique id ex eo videtur fieri non posse, quia verum, cùm sit obiectum intellectus, necessariò antecedit intellectum naturæ ordine; omnes autem relationes rationis sunt suapte natura posteriores intellectu, cùm ab eius operatione pendeant. 4

*Quid uerum addat enti, quidq; sit totum eius formale significatum.*

## SECTIO SECVNDA.

PRo huius quæstionis explicatione, illud in primis constituendum est, quidnam verum addat enti, & quod sit totum eius formale significatum. Cui dubitationi breuiter ex superiori quæstione satisfieri potest.

Sit igitur prima huius quæstionis conclusio; Verum addere enti solam relationem rationis, eamque solam formaliter significare. In priori parte huius conclusionis omnes penè conueniunt. Potestque ea ex quarta conclusione superioris quæstionis sic colligi: Verum, bonum, etsi quę alia dicuntur simplices passiones entis, non possunt addere enti, nisi aut negationem, aut relationem rationis; at verum non addit negationem, quia non est nomen negatiuum, sed positiuum; addit igitur solam relationem rationis. Prima conclusio.

Præterea Veritas, vt oẽs Philosophi, & Scholastici Theologi definiunt, est adequatio, seu potiùs cõformitas rei, & intellectus; cõformitas autem est quædam relatio, addit ergo verum enti relationẽ: atqui nõ potest addere relationẽ realem, tum quia enti in cõmune nihil potest addi reale, vt patet ex cõclus. 3. eiusdẽ quæstionis, tum etiã, quia si verũ adderet enti relationẽ realẽ, cùm Deus sit verissimum ens, daretur in Deo relatio aliqua realis, quę omnibus diuinis personis communis esset, quod & Sanctorum dictis, & penè omnium Scholasticorum repugnat: non est igitur dubium, quin addat relationem rationis. Veritas quid.

In

Quorundam sententia de significatione veri.

In posteriori parte non parua dissensio est. Capr. enim in primũ sent. d.19.q. 3. Paul. Sonc. in 6. lib. huius operis q.17. Ferr. in primum contra Gen. c.7. & alij non pauci D. Thomæ sectatores existimant, verũ significare formaliter & relationem conformitatis, & ipsum ens; quo pacto credunt, vnum significare & indiuisionem, & ens ipsum, quod est indiuisum, vt superiori quæstione diximus. Hoc autẽ ex eo sibi persuadẽt, quia D. Tho. multis in locis idẽ videtur sentire: præsertim in Disputat. de Verit. q 1. ar. 8. vbi sic ait [Veritas rerum existẽtium includit in sui ratione entitatem earum, & superaddit habitudinem adæquationis.] Vide item ar. 1. ad 6.

Aliorum sententia, quæ & approbatur.

Alij dicunt, verum significare formaliter solam relationem, connotato tamen, siue insinuato ente: quę sententia vera est, ut posterior pars nostræ conclusionis asserit, & eisdem argumentis probari potest, quibus tertia pars quintæ conclusionis proximæ quęstionis confirmata est, ad rẽ tamen præsentem accommodatis. Quibus addi potest hoc proprium. Veritas est adæquatio, siue cõformitas rei & intellectus: conformitas autem nihil aliud est formaliter, quàm relatio: ergo & veritas, nihil aliud, quàm relatio conformitatis. Nec puto D. Thomã aliud sensisse in verbis citatis, quàm quòd veritas per entitatem, tanquam propria passio per proprium subiectum, aut quasi subiectum definienda sit, vt perspicuè colliges ex 1. p. q. 16 ar. 3. ad 3.

Diluitur obiectio.

Quòd si quis obijciat, sępè Deum dici à Patribus, primam veritatem, summam veritatem, & similia; ergo veritatem non esse formaliter relationem rationis: occurrendum est, veritatem in huiusmodi sententijs sumi pro vero iudicio de rebus, vt aliàs sæpe; quo pacto propriũ est Dei, esse primam, summamq́; veritatem, quia eius iudicium sit norma, & regula omnis veri iudicij. Quòd si veritas sumatur pro veritate transcendente, ea ratione intelligendum est, Deum esse primam, & summam veritatem, qua est primum, summumque uerum, sumpto veritatis nomine pro Veri, quemadmodum verbum Ornatus nõnunquam sumitur pro re ornata, & Compositionis pro re composita. Ita patet posterior pars conclusionis, ac denique tota conclusio.

## *Varię sententię de ueritate.* SECTIO III.

Quæ sint deinceps explicanda in hac quæstione.

HOc igitur ex superiori quæstione constituto, operępretium est tria disquirere. Vnum, consistatne ueritas in sola cõpositione, & diuisione intellectus, an etiam in simplici rerum apprehensione. Alterum, si danda est etiam veritas simplex, num ea sit sola cõformitas rerum ad intellectũ, an intellectus ad res, an verò vtraque. Neque enim definitio veritatis id satis explicat: præsertim cùm ita communiter ab omnibus exponi soleat, Veritas est conformitas rei, & intellectus, id est, inter rem, & intellectum. Tertium, cuiusnam intellectus comparatione expendenda sit veritas, de qua

Digitized by Google

qua in hac disputatione præcipuè differitur.

Hæc nonnulli Recent. adducti quibusdam locis D. Th. ut 1. p. q. 16. ar. 1. & 1. contra gent. c. 59. & de Verit. q. 1. ar. 2. & 4.

Ad hęc respondent nonnulli, duabus assertionibus. Prior est; Veritatem in sola compositione, & diuisione intellectus consistere. Posterior; Veritatem nō esse conformitatem rerum ad intellectum, sed intellectus ad res; nempe quatenus intellectus de rebus aliquid enunciat. Itaque dicunt, solas enunciationes mentales esse formaliter veras, cùm conformantur rebus; falsas autem, cùm à rebus discrepant: cętera autem dici vera, uel falsa, quia habent aliquam attributionem ad mentalem enunciationem; intellectū quidem, quia profert illam; Orationem uocalem, quia illā significat; res autem ipsas, quia sunt illius obiecta actu, aut potentia, hoc est, quatenus intellectus de illis aliquid enunciat, aut enunciare potest. Quo pacto, vir probus, dicitur iustus, quia est præditus iustitia; iudex verò (etiamsi vitiosus) quia quod iustum est, iudicat; præco, quia iustam sententiam diuulgat; & ipsum opus iustitiæ, vt interfectio latronis, quia est materia obiecta iustitiæ. Quorundam sententia.

Durandus autem in 1. sent. d. 19. q. 5. etsi quod attinet ad priorem assertionem idem sentit, quod prædicti auctores; tamen posteriori contradicit. Ait enim, veritatem non esse conformitatem intellectus ad res; nec rerum secundùm esse reale ad intellectum; sed rerū, quatenus enunciatiuè concipiuntur, ad seipsas sumptas secundùm esse reale. Exempli causa, hominem esse verum ens, non quia intellectus dicens illum esse ens, est conformis rei significatæ, acceptæ secundùm esse reale, sed quia homo, quatenus enunciatiuè intelligitur esse ens, est conformis sibi ipsi sumpto secundùm esse reale. Quo fit, vt nomine intellectus, posito in definitione veritatis, intelligat Durandus rem, vt est enunciatiuè concepta; nomine autem rei, rem ipsam secundum esse reale. Sententia Durandi.

Herueus verò, quolib. 3. q. 1. ar. 2. & 3. & sidem sentit, quod Durandus in eo, quod ait, veritatem non esse conformitatem intellectus, sed rerum (hac enim in re illum sequitur Durandus, vt solet in plurimis) tamen ea ratione contrà existimat, quòd putat, veritatem non esse conformitatem, qua res, vt enunciatiuè conceptæ cōformantur sibi ipsis secundum esse reale; sed è contrariò, qua res secundùm esse reale conformantur sibi ipsis, vt enunciatiuè conceptis. Heruei opinio.

Denique alij dicunt, veritatem non solum consistere in compositione & diuisione intellectus, sed etiam in simplici rerum apprehensione; neque esse solam conformitatem intellectus creati ad res, quæ sunt illius mensuræ; sed etiam omnium rerum creatarum ad intellectum diuinum. Quorum sententia, vt probabilior, tribus proximis conclusionibus explicanda, & approbanda est. Aliorum probanda sententia.

Non

*Non omnem veritatem consistere in compositione, & diuisione; & aduersariorum argumenta.* SECTIO IIII.

Secunda conclusio.



Ecunda conclusio: Non omnis veritas consistit in compositione, & diuisione, sed aliqua etiam, atque adeò ea, de qua in præsentia est quæstio, in simplici rerum apprehensione.

Ex prioritate conceptuum simplicium.

Priores duæ partes huius conclusionis, his rationibus probari possunt. Primùm, quia quemadmodũ conceptus simplices suaptè natura antecedũt suam inter se compositionem & diuisionem, sic etiam aliqua simplex conformitas inter res, & illos antecedere debet conformitatem inter res, & compositionem, ac diuisionẽ ipsorum: nulla est autem ratio, cur eiusmodi conformitas non sit etiam veritas quædam, vt patet ex definitione veritatis. Deinde, quia ut vnumquodque est ens, sic etiá verum est, quod pronunciatum omnes cum Arist approbant lib. 2. cap. 1. res autem nõ solùm sunt entia, quatenus de ipsis actu, aut potentia aliquid affirmatur, aut negatur, sed etiam absolutè; quò fit, vt etiam absolutè acceptæ, seu vt antecedunt ordinem ad affirmationem, & negationem, sint veræ. Postremò, quia aliquod veritatis genus dandum est, quod sit peculiare, ac proprium entium realium, quæ vera entia appellamus, & à non veris distinguimus; huiusmodi autem veritas, non est veritas compositionis, & diuisionis. Hæc enim non solùm entibus realibus, quę sola vera entia appellamus, sed etiam entibus rationis, & negationibus conuenit. Nam vt verum est, hominem esse animal rationis particeps, sic etiam est verum, notionem generis esse relationem rationis ad speciem; &, cæcitatem esse negationem aspectus in subiecto apto; nec discrimen est, nisi in simplici veritate terminorum, quatenus videlicet homo, & animal secundùm realem existentiam, & per seipsa respondent suis conceptibus simplicibus, quod de negationibus & entibus rationis dici non potest. Eędem conclusionis partes planè, ac sæpè assumuntur ab Arist. vt 9. lib. huius operis cap. 12. & 3. de Anima extremis verbis cap. 6. Docet enim ijs locis, duplex esse genus veritatis; vnũ, quod cernitur in compositione, & diuisione; alterum, quod in simplicium apprehensione; vt mirũ sit, qua ratione auctores oppositæ sententiæ se Aristotelem sequi existiment.

Ex rations effendi.

Ex peculiari ratione veritatis entium realium.

Ex Aristotele

9. lib. tex. 21 & 22 & 3. de Anima tex. 26.

Refonsio 1. refutanda.

At dicunt eorum nonnulli, non esse prorsus negandam veritatem simplicem, sed tamen eam nihil differre ab entitate rerum, quam proinde vocant veritatem fundamentalem, vt si dicas, albedinem esse similitudinem. Verùm hæc responsio parum habet momenti. Primùm, quia iam ostendimus, in ipsa entitate rerum ante ordinem ad compositionem, & diuisionem, dandam esse aliquam conformitatem ad simplicem apprehensionem: quare & aliquam veritatem formaliter. Deinde, quia si veritas simplex nihil aliud esset, quàm entitas ipsa rei, necesse erit, vt hunc

Dur. Heru. & alij.

Impugnatio.

in

Digitized by Google

in modum interpretentur de veritate simplici, pronũciatum illud, quod
tex. 4. citauimus ex libro secundo, Vt vnumquodque est ens, ita & verum est; quam interpretationem, quis non videat nugatoriam esse, & indignam homine Philosopho, in tam præclaro præsertim pronunciato? Postremò, quia hoc pacto, planè nugabitur, qui dixerit, siue ens verum, siue verum ens, quemadmodum gladius ensis, aut ensis gladius; quod tamen nemo sanæ mentis nugationem esse dixerit.

Tertia verò pars conclusionis ex dictis colligi potest. Est enim hoc loco quæstio de veritate, quæ primò cernitur in vnoquoque ente, quæ sanè est veritas simplex. Præterea esse, & non esse, vt dicunt compositionem, & diuisionem, reijciuntur ab Aristot. lib. 6. quasi aut non pertineant, aut minùs propriè pertineant ad considerationem entis, de quo in hac scientia disseritur; ergo & veritas, & falsitas, quæ in eo esse, & non esse fundantur: at veritas simplex, si est propria passio entis, proprijssimè pertinet ad hanc scientiam. Tertiæ partis probatio.

tex. 8.

Sed contra hanc conclusionem multa obijciunt auctores aduersæ partis. Primùm afferunt quædam loca, in quibus Arist. asserit, verum & falsum non cerni in simplici rerum apprehensione, sed in sola cõpositione & diuisione. Dicunt enim, id expresè scriptum esse primo de Interpretat. cap. 1. & 3. de Anima, initio cap. 6. & lib. 6. huius operis propè finem 2. cap. vt nulla ratione id negari possit. Adduntque nonnulli, idem sensisse D. Thomam, quod non mediocri argumento est, eam fuisse Aristotelis sententiam, cuius ille vbiq; fuit scrutator studiosissimus. Ait enim 1. p. q. 16. ar. 2. [& ideò propriè loquendo, veritas est in intellectu componente & diuidente, non autem in sensu, neq; in intellectu cognoscẽte, quod quid est] hoc est, apprehendente rem conceptu simplici, sine vlla affirmatione, aut negatione. Quod idem alijs locis quàmplurimis scribit, vt quæst. 1. de ver. ar. 3. & 1. contra Gent. cap. 59. Primum argumentũ contra secundam conclusionẽ.

1. lib. de Anima tex. 12. & 26 & lib. 6. huius operis. tex. 8.

Deinde sic argumentantur. Si veritas esset conformitas inter rem, & conceptum simplicem, pari ratione esset inter rem, & speciem intelligibilem, quę simpliciter, & sine compositione, ac diuisione illã repręsentat: at hoc est falsum, quia species intelligibilis præcedit natura, & interdum tempore cognitionem; veritas autem est simul natura cum cognitione, aut illam sequitur: non est igitur dicendum, veritatem esse conformitatem inter rem, & conceptum simplicem. Secundum.

Tertiò sic obijciunt. Si in simplici rerum apprehensione daretur veritas, etiam daretur falsitas; siquidẽ contraria circa idem versantur; at non
tex. 21. datur falsitas; ergo nec veritas. Assumptio patet ex initio capitis 6. lib. 3. de Anima, vbi sic scribit Arist. Indiuisibilium igitur intellectio in ijs consistit, circa quæ falsitas non est. Nec audiendus erit, qui respondebit, ea ratione dari falsitatem in simplici rerum apprehensione, quia conceptus, qui est conformis vni rei, non est conformis alteri, vt cõceptus, qui vni respõdet homini, falsò respõdet lapidi, & alijs infinitis rebus. Nã qui Tertium.



Digitized by Google

ita dixerit, necessariò concedet, omnem conceptum esse falsum, quòd infinitæ res sint, quibus quilibet non sit conformis; &, quod longè minùs ferendum est, in Ideis etiam diuinis concedenda erit falsitas representationis, quia infinita sunt entia, quæ cuilibet earũ non respondeant.

Quartum. Postremò ita obijciunt. In ijs tantùm cõceptibus cernitur veritas, qui respondent vocibus significantibus verum: at huiusmodi conceptus nõ sunt conceptus simplices, sed enunciatiui: hi enim soli respondent enunciationi vocali, quæ sola in vocibus significat verum, vel falsum; non cernitur ergo veritas in simplicibus cõceptibus, sed in enunciatiuis tantùm.

*Dissoluuntur argumenta proposita contra secundam conclusionem.*

## SECTIO QVINTA.

HAec tamen argumenta hunc in modum dissoluenda sunt. Ad primum dicendum, vbicumque Aristoteles ait, Verũ & falsum in sola compositione, & diuisione consistere, intelligendum id esse de vero & falso vt cognito. Neque enim verum & falsum cognoscuntur per primam intellectus operationem, sed per secundam, in qua sola potest fieri comparatio inter res, & intellectum. Atque eodem modo intelligendum esse D. Thomam, asserunt Caietanus in primam partem, & Ferrarien. in primum contra Gent. Quòd enim Arist. ita intelligendus sit, ex eo patet, quia alioqui sibi apertè contradiceret, cùm in locis suprà citatis planè dicat, veritatem cerni non solùm in compositione & diuisione, sed etiam in simplici apprehensione: imò etiam intellectionem simplicium semper esse veram, quemadmodum & cognitionem, qua sensus in propria sensibilia feruntur. Quòd verò D. Thomas hoc etiam genus veritatis agnoscat, vel ex verbis eius in argumento citatis, & ex toto illo articulo secundo perspicuũ est. Neque enim negat veritatem simplicem, sed solùm negat, veritatem esse propriè in simplici apprehensione, siue sensus, siue intellectus, quia veritas non dicitur esse propriè, nisi in cognoscente verum. Si cupis alia loca videre, in quibus D. Thomas simplicem veritatem planè asserat, lege Ferrarien. eodem loco. Dicitur autem veritas non esse propriè, nisi in cognoscente, quia, cùm sit ens rationis, non habet actualem existentiam, nisi obiectiuè in intellectu. Quod verò dicitur, esse in solo intellectu componente, intelligendum est, non de veritate concepta, sed exercita, vt Caiet. aduertit. Potest enim intellectus prima operatione concipere ipsam veritatem, quasi abstractam à rebus, & tamen non potest intelligere, rem ullam esse veram, seu conformem intellectui, aut falsam, siue discordantem ab intellectu, nisi facta comparatione rerum ad intellectum; quæ non fit, nisi secunda intellectus operatione.

Quo pacto verum, & falsum in sola cõpositione, & diuisione consistant.

1. p. q. 16. ar. 2. 1. contra Gẽt. cap. 59.

Agnoscit plane D. Thomas veritatem simplicem.

1. contra Gẽt. cap. 59.

Explicatio notabilis.

Ad secundum, dicendum est in primis, probationem minoris repugnare

gnare maiori. Si enim veritas est simul natura, aut posterior cognitione actuali, quam illi nomine cognitionis intelligunt; falsa est maior. Deinde neque hoc ipsum, quod in probatione minoris assumitur, verum est. Semper enim veritas præcedit cognitionem; in creaturis quidem ex natura rei; in Deo autem, nostro intelligendi modo. Quicquid enim intelligitur, priùs, saltem modo intelligendi nostro, eorumque ipsorum sententia repræsentatur in specie intelligibili, aut conceptu, quàm intelligatur. Id quod Diuus Thomas quæstione prima de Veritate articulo 1. videtur animaduertisse, cùm ait, cognitionem esse quendam veritatis effectum. Nam cùm cognitio, vt ipsi aiunt, priùs terminetur ad conceptum, quàm ad rem, satis aperte apud eos colligitur, priùs dari conformitatem inter rem & conceptum, quàm cognitio rei absoluta sit, & completa. Concedendum est tamen id, quod in maiori propositione infertur, eam quoque conformitatem, quæ est inter rem, & speciem intelligibilem, esse veritatem. Nec enim is solus intellectus dicitur verus, qui habet proprium conceptum rei, sed etiam is, qui habet propriam illius speciem. Magis tamen propriè dicitur esse veritas inter rem & conceptum, quàm inter rem & speciem intelligibilem; tùm, quia cognitio magis propriè dicitur de cognitione actuali, quæ habetur per conceptum quàm de habituali, quæ habetur per speciem intelligibilem: tum etiam, quia repræsentatio rerum per conceptum est expressior, quàm per speciem intelligibilem.

Veritas antecedat cognitionem.

Ad tertium neganda est maior propositio; quandoquidem veritati, quæ in simplici rerum apprehensione cernitur, nulla opponitur contraria falsitas, vt patet ex loco adducto in confirmationem minoris, & ex fine eiusdem capitis, & ex capite 12. lib. 9. huius operis. Hoc tamen, quod dicimus, intelligendum est de simplici rerum apprehensione, quatenus ei nulla admisceatur compositio, aut diuisio, vt patebit lib. 9.

Lege D. Th. 1. p. q. 17 ar. 1 Aegid. quol. 4. q. 7. & Ferr. 1. contra Gent. cap. 59. circa 22.

Veritati simplici non opponi contrariam falsitatem

Ad quartum. Si verum, quod per voces significatur, non sumatur in maiore formaliter, sed pro re, quæ denominatur vera; concessa maiore, negandi est minor. Nam, vt enunciatio significat compositionem rerum, quæ denominantur veræ vel falsæ veritate, & falsitate complexa; sic etiã voces simplices significant res, quæ denominantur veræ veritate simplici. Si autem sumatur formaliter pro veritate vt exercita; vt nimirùm illæ tantum voces dicantur significare verum, quæ significant rem esse vesam (quo pacto vtcumque dici potest, enunciationem vocalem significare verum, vel falsum) falsa est maior. Nam, etsi in conceptibus simplicibus non cernitur veritas complexa; tamen cernitur simplex. Dixi, vtcumque verum esse, enunciationem significare formaliter verum, vel falsum, seu rem esse veram, vel falsam; quia si habeatur ratio eius, quod formaliter, & non insinuatitiè significatur per enunciationẽ vocalem; nulla est, quę significet formaliter rẽ sibi obiectam, esse veram, vel falsam. Nam cùm dico, Homo est animal, non significo formaliter verum esse, quòd

Num enũciatio significet formaliter uerum, uel falsum.



Digitized by Google

homo sit animal; sed tantùm, hominẽ esse animal. Si autem proferam hanc modalem [Hominem esse animal, est verum] vel [est cõforme intellectui] vel [ita habet in re, vt intellectus cõcipit] significabo quidẽ obiectum illius alterius enunciationis, Homo est animal, quæ per subiectum principalis enunciationis significatur, esse verum; sed tñ non significabo formaliter obiectũ eiusdem principalis enunciationis verũ esse. Itaq; hæc ex parte, id est, in non significanda formaliter veritate exercita sui principalis obiecti, partes sunt voces simplices, & enunciatio vocalis. Sed tamẽ hoc est discrimen, q voces simplices nunquam significant veritatẽ exercitam, siue sui obiecti, siue alterius; enunciationes autẽ vocales sæpe significant veritatem exercitam obiecti aliarum, vt patet ex proposito exemplo. Deinde, voces simplices nõ solùm non significant formaliter rem vllam esse veram, sed neq; id innuũt: at omnis enunciatio vocalis innuit, suum obiectum esse verum. Nam cùm dico, homo est animal, etsi nihil aliud significo formaliter, quàm hominem esse animal; tamen, quia simul innuo, rem ita habere, vt ipse concipio; planè innuo, verum esse, quòd homo sit animal. Ita patet, cur dictum sit, vtrumque verum esse, enunciationem vocalem significare formaliter verum, vel falsum.

Definitio enũciationis.

Vnde collige, definitionem enunciationis in priori libro de Interpretatione traditam, non ita esse intelligendam, quasi omnis enunciatio dicatur significare formaliter verum, vel falsum, sed solùm materialiter, id est, compositionem, aut diuisionem rerum, quæ denominatur vera vel falsa, quamuis semper innuat, eam compositionem esse veram. Iccirco enim plurimæ enũciationes modò veræ sunt, modò falsæ; quia cùm semper earum quæque significet, siue innuat, ita rem habere, vt concipit is, qui illam profert; aliquando tamen aliter res habet. Ita patet, veritatem non solùm consistere in compositione, & diuisione intellectus, sed etiã in simplici rerum apprehensione. Cap. 4.

## *Num veritas complexa sit conformitas inter res enunciatiuè conceptas, & conceptus apprehensiuos, an iudicatiuos.* SECTIO VI.

SEd quoniã dici solet, dari in secunda intellectus operatione duo genera cõceptuum, alios apprehensiuos, alios iudicatiuos, quorum illi producantur ab intellectu, cùm aliquid enunciatiuè apprehendimus; hi verò, cùm de eo, quod ita apprehendimus, iudicium ferimus: quærat aliquis hoc loco, vtra conformitas sit veritas complexa; ea'ne, quæ cernitur inter res enunciatiuè conceptas, & conceptus enunciatiuos apprehensiuos, an potiùs ea, quæ spectatur inter illas, & cõceptus iudicatiuos.

Quod utraq;

Quòd enim prior conformitas sit dicenda veritas, ex eo perspicuum videtur, quia omnis apprehensio enunciatiua, est vera, vel falsa, etiamsi per eã nullum feratur iudiciũ de rebus.

Quod sola posterior.

Quòd verò sit sola posterior, duobus argumentis

argumẽtis videtur ostendi. Vno, quia solus is, qui fert iudiciũ, cẽsetur dicere verum, vel falsum. Altero, quia cùm Deus videatur apprehendere enunciatiuè omnia, quæ ab homine apprehenduntur, quorũ multa sunt falsa (nihil enim homo apprehẽdit, quod nõ apprehẽdat Deus, etiamsi aliter Deus de plurimis rebus, quàm homo, iudicet) si in apprehensione enunciatiua daretur falsitas, iam falsitas daretur in mente diuina; quod vel ipsæ aures ferre non possunt.

Huic dubitationi forsitan dicendũ, Etsi cõceptus apprehensiuus simplex distinguitur à iudicatiuo; apprehensiuũ tamen enunciatiuũ, esse eundem omnino atq; iudicatiuũ. Nihil enim aliud videtur esse, apprehendere per modum enunciatiuum, hominem esse animal (quod tum demum fit, cùm mente dicimus, homo est animal) quàm iudicare hominem esse animal. Dico autẽ per modũ enunciatiuũ, quem Grãmatici vocant Indicatiuũ; quia apprehẽdere per modum infinitiuũ, aut alium quẽcumque, nõ est iudicare: vt si mente has orationes pronũcies, Stellas esse pares, Si stellæ essent pares, & similes. Nondum. n. iudicasti, an stellę sint pares, nec ne. At si mente dicas, Stellæ sunt pares, iam iudicas esse pares. Itaq; ante iudiciũ intellectus fortasse nõ præcedunt in mente alij cõceptus apprehensiui, nisi rei, quæ prædicatur, & rei, quæ subijcitur, & ipsius coniunctionis, seu vnionis, non tñ vnitiuè acceptæ. Potest tamen ante iudicium de cõiunctione prædicati cum subiecto præcedere cõceptus apprehẽsiuus ipsius enunciationis, de qua ferendũ est iudiciũ, & ipsius quoq; enunciabilis, quod est enũciationis obiectũ. Verùm hic cõceptus ad primã operationẽ intellectus pertinet; vt si mens dicat [hæc enũciatio, stellæ sunt pares, est mihi dubia; vel [hoc ipsum, quod est, stellas esse pares, est mihi dubium] Quòd si auctores, qui distinctionẽ illã inuexerũt, intelligunt nomine conceptuũ apprehensiuorũ ad secundã intellectus operationẽ spectantiũ, eos, quibus ipsę enunciationes, aut ipsa enũciabilia cõcipiuntur, ea fortasse rõne, quia enunciationes ad secundã operationẽ pertineant, impropriè loquuntur. Cõceptus enim, quibus ipsæ enũciationes, & earũ obiecta apprehenduntur, sunt cõceptus simplices, hoc est, nõ enũciatiui, vt patet. Cõfirmari autẽ potest hæc sẽtia ex libro Prædicamentorũ ad finẽ cap. de substantia, vbi Arist. pro vocabulo enunciationis mentalis, quæ dici solet conceptus apprehensiuus enunciatiuus, vsurpat nomen, opinionis, quod vocabulum haud dubiè iudicium significat; id quod alias sæpe facit, vt extremo cap. 2. de Interpretat.

Probabilis assertio.

Qui nam conceptus præcedant iudiciũ.

Conceptus enũciationũ, & enunciabilium, an simplices.

Quòd si obijcias, sæpe à nobis fieri ratiocinationes mẽtales ex propositionibus, quib⁹ nõ assentimur; vt si quis mẽte dicat, Homo est lapis, bellua est homo, bellua igitur est lapis; ergo nõ eosdẽ esse cõceptus apprehẽsiuos, atq; iudicatiuos: occurri potest, etsi verbis hoc modo ratiocinari possumus ex apertè falsis, non tñ mente, nisi ex cõditione, aut hypothesi nostra, aut alterius, quod in idem redit, vt si sensus propositæ ratiocinationis hic sit; Si homo est lapis; & bellua est homo; bellua est lapis.

Obiectio.

Diluitur.

Vel

Vel hic; Homo ex hypothesi (mea scilicet, vel tua &c.) est lapis; bellua ex eadem hypothesi est homo; igitur bellua ex eadem est lapis. Quamuis enim voce negare possimus ea, quæ certò scimus esse vera, & affirmare, quæ planè intelligimus esse falsa; mente tamen id facere non possumus, nisi fictè, quod Græco nomine dicitur, ex hypothesi. At hoc non est simpliciter affirmare, aut negare; sed fingere, aut ponere ita esse, aut non esse. Quocirca Arist. hoc ipso lib. cùm agit de primo principio complexo, quod est omnium notissimum, ac firmissimum, docet, etsi non defuerint, qui illud voce negauerint; mente tamen à nemine negari potuisse. Ita videtur perspicuum, nihil aliud esse, dicere veritatem esse conformitatem inter res enunciatiuè cõceptas, & conceptus earum enunciatiuos apprehensiuos, atque dicere, esse conformitatem inter illas & conceptus iudicatiuos, cùm huiusmodi conceptus ijdem omnino videantur.

Mere, an omnia negare possimus.

c. 3. tex. 9.

Nec verò argumentum, quo colligebatur veritatem esse conformitatem inter res enunciatiuè conceptas, & conceptus enunciatiuos apprehensiuos, quicquam pugnat cum priori eorum, quibus videbatur esse conformitas inter res enunciatiuè conceptas, & conceptus earum iudicatiuos. Nam si huiusmodi conceptus sunt ijdem; ergo & conformitas inter res, & illos eadem est, nec datur ibi prior, & posterior conformitas. Ad id autem, quod in posteriori argumento sumitur, dici potest, nec hominem, nec Deum apprehendere quicquam enunciatiuè, nisi iudicando, id est asserendo aliquid, aut negando. Vnde fit, vt falsum sit, quod sumebatur, Nihil ab homine apprehendi enunciatiuè, quod non apprehendat Deus. Apprehendit tamen Deus omnes enunciationes, etiam falsas. Verùm hoc non est, apprehensionem esse falsam, sed aliquid falsum verè apprehendi. Ac cùm neutra huius dubitationis pars sit contra ea, quæ hoc loco traduntur de veritate complexa; eam, quam nos hoc loco probabilem fecimus, disputationis causa propositã volumus, dicturi libro sexto, quid de ea, alijsque cognatis quæstionibus sentiendum sit. Sed missa iam veritate complexa, de sola simplici, quæ ad institutam disputationem pertinet, deinceps disseramus.

Ad argumenta pro vtraq; parte.

## *Veritatem simplicem posse cerni tam in conformitate rerum, quàm intellectus; argumentaq; aduersariorum.* SECT. VII.

Tertia conclus.

Ab inductione.

TErtia conclusio. Veritas simplex aliquando dicitur de conformitate rerum cum intellectu; aliquando de conformitate intellectus cum rebus. Hæc conclusio in primis probatur inductione Etenim res, quæ arte conficiuntur, tum dicũtur ueræ (vt vera domus, verus gladius) cùm habent conformitatem cum intellectu artificis. Contrà verò, intellectus Philosophi naturalis tum dicitur verus, cùm habet notiones rebus naturalibus conformes, eodemque modo res habet in cæteris.

Digitized by Google

tis. Siue enim res conformentur intellectui, siue intellectus rebus, semper id, quod alteri conformatur, & quasi cõmensuratur, dicitur verum. Deinde, quia vnde aliquid habet vt sit, inde habet, vt verum sit (quod est omnium Philosophorum receptissimum pronunciatum) satis autem constat, res omnes, quę fiunt per intellectum, habere esse ex conformitate cũ notionib⁹ illius; contrà verò, notiones intellectus, quæ accipiuntur ex rebus, habere esse ex cõformitate cũ reb⁹ cõceptis. Tertiò hac ratione. Inter Deum, & diuinum intellectum datur perfecta conformitas ex vtraque parte, & absque vlla dependentia vnius ab altero; igitur qua ratione dixeris, alteram earum conformitatum esse veritatem, eadem coge ris alteram fateri. Postremò, hac ratione. Etsi conformitas, quæ cernitur inter rem, & intellectum, si est conformitas mensuræ, non semper dicatur veritas; tamen si est conformitas mensurati, semper dicitur ueritas: at quædam res sunt mensuratæ ab intellectu, & quidam intellectus est mẽsurarus à rebus, vt patet ex dictis: potest igitur veritas dici, & de conformitate rerum cũ intellectu, & de conformitate intellectus cũ rebus. Cur autem dixerim, conformitatem, quæ cernitur inter rem, & intellectum, si est conformitas mensurę, non semper dici veritatem, ex eo patet, quia in Deo dicitur veritas; in creaturis autem, minimè. Nam perfectus conceptus entis, qui quidem est mensura omnium rerum, atque adeò ipsius diuinæ essentiæ, est verus ex conformitate ad essentiam diuinam, quam primò & immediatè exprimit, & tamen Sol, qui est mensura conceptus naturalis Philosophi, non est verus ex conformitate ad huiusmodi conceptum; quod idem accidit in cęteris. Sed quid de conceptu, quẽ Quolib. 4 q 7 Angelus habet de Sole? Respondet Aegidius, esse verum non ex cõformitate cum Sole ipso, à quo non mensuratur, quemadmodum nec species quam habet de Sole, sed ex conformitate ad ideam Solis, à qua fluxit species concreata Angelo.

A dependentia essendi.

A perfecta cõformitate inter Deũ, & diuinum intellectum.

A ratione mensurati.

Non semper conformitatẽ mensuræ ueritatem esse.

Contra priorem partem huius conclusionis obijciunt primò auctores primę opinionis quędã ex Arist. Primùm, id quod ille ait cap. 7. huius tex. 27. libri. Verum, inquit, est dicere id, quod est, esse, & id, quod non est, non esse. Cùm igitur in hac definitione veri non declaretur conformitas rerum ad intellectum, sed intellectus ad res; efficitur, ut conformitas rerum ad intellectum non sit dicenda veritas. Deinde, id quod ad finem tex. 8. libri 6. sic scriptum est: Verum enim, falsumque non sunt in rebus, sed in mente. Quibus verbis satis superq; videtur declarari, veritatem nunquam positam esse in conformitate rerum ad intellectum, sed semper consistere in conformitate intellectus ad res.

Contra priorem partem primum argumentum.

Secundò obijciunt quędam communia Philosophorum dicta, quale est illud; Veritas est in rebus, vt in causa; in oratione externa, vt in signo; in intellectu autem, vt in subiecto. Et illud, Veritas est perfectio intellectus. Quę ideò dici putant, quia veritas non est conformitas rerum ad intellectum, sed solùm eorum, quę inhęrent intellectui, ad res.

Quiet. 1. p. q. 16. ar. 6.

Secundum.

Tertio

Digitized by Google

Tertium. Tertiò, sic obijci potest pro opinione Heruei. Cùm veritas rerum dicitur conformitas earum & intellectus, aut conformitas intelligitur in essendo, aut in repræsentando: at non potest intelligi in essendo, quia sæpe res, quæ intelliguntur, sunt corporeæ, qualis non est intellectus: nec verò in repræsentando, quia res non dicitur vera, quòd talis sit secundùm se, qualis est intellectus in ea repræsentanda, sed quia talis est secundùm se, qualis ipsa est secundùm esse apprehensum, siue repræsentatum: non est igitur veritas rerum, conformitas earum ad intellectum, sed ad seipsas, ut intelliguntur, seu apprehenduntur.

Contra posteriorem. Contra posteriorem partem sic obijciunt Herueus, & Duran. in locis citatis. Intellectus nec secundùm se, nec ratione conceptus est verus formaliter, sed solùm denominatione extrinseca à veritate rerum; igitur cõformitas intellectus ad res non est dicenda veritas, sed sola conformitas rerum ad seipsas secundùm aliud, & aliud esse. consequentia perspicua est. Antecedens ex eo probatur, quia intellectus secundùm se, nõ dicitur verus, nisi effectiuè, vtpotè, quia percipit res veras; conceptus autem nõ dicitur verus, nisi repræsentatiuè, nimirum, quia repræsentat res veras; neque omnino aliquid inhærens intellectui dicitur verum, nisi aut effectiuè, aut repræsentatiuè: at ea, quæ hoc pacto dicuntur vera, non sunt vera, nisi denominatione extrinseca; quemadmodum ea, quæ dicuntur sana effectiuè duntaxat, vt potio; aut repræsentatiuè, vt vrina: nulla igitur conformitas intellectus ad res, est dicenda veritas.

Contra vltimam probationem. Deniq; cõtra id, quod in extrema probatione obiter dictũ est, sic obijci potest. Immensi nulla est mensura; Deus est immensus; falsò igitur dictum est in probatione illa, perfectum conceptum entis esse mensuram diuinæ essentiæ. Præterea, Si Dei est aliqua mensura, Deus est mensuratus; Deus autem mensuratus esse non potest; quia quicquid est mensuratum, est imperfectum. Non est igitur vlla diuinæ essentiæ mensura. Atque hac ratione ductus videtur D. Thom. q. 1. de Veritate ar. 7. cùm apertè negat, inter intellectum diuinum, & diuinam essentiam esse relationem mensuræ & mensurati.

## *Explicatur vulgata Veritatis definitio.* SECTIO VIII.

Quænam conformitas sit veritas. PRo solutione horum, & similium argumentorũ altiùs aliquanto repetita explicatione vulgatæ illius definitionis, qua veritas dicitur conformitas rei, & intellectus, siue inter rem & intellectum; Animaduertendum est in primis, veritatẽ non dici quamlibet conformitatem. Nemo enim dixerit conformitatem, quæ cernitur inter quasuis res, præcisa omni cognoscendi potentia, esse veritatem. Necesse igitur fuit, vt veritas definiretur conformitas inter rem, & potentiam cognoscendi. Et satis quidem hæc explicatio foret, si placuisset Philosophis, omnem veritatem comprehende-

prehẽdere. Verùm, quia ea, quæ ad ſenſus pertinet, nec funditur ad omnes res, nec eſt homini propria (quanquam ſolus homo ex omnibus animalibus illam percipit) maluerunt illi, eam ſolam definire, quæ inter res, & intellectum cernitur. Atque hac de cauſa dixerunt, veritatem eſſe conformitatem rei, & intellectus.

Denique illud intelligendum, cõformitatem hanc, non eſse accipiendam pro conformitate in eſſendo, cùm inter res veras, & intellectum ſæpe magna ſit difformitas, & diſſimilitudo in eſſendo (vt ſi res ſint corporeæ) ſed in repreſentando: quo ſenſu docet Ariſt. 3. de Anima cap. 8. animam ratione intellectus eſſe quodãmodo omnia, eò quòd in intellectu omnia repreſententur. Non enim ipſe lapis, inquit, in anima, ſed forma (hoc eſt ſimilitudo lapidis) ineſt. Cùm autem intellectus noſter (vt de eo potiſſimùm loquamur) nullius rei ſimilitudine ſit ex ſe præditus, ſed perinde ſe habeat ex natura ſua, ac tabula, in qua nihil adhuc depictum eſt, vt ipſe docet cap. quarto eiuſdem libri; efficitur, vt conformitas, in qua veritas conſiſtit, non ſit intelligenda inter res, & intellectum noſtrum ſecundùm ſe ſpectatum, ſed ſecundùm aliquid illi accidentarium & aduentitium. Vnde cùm quatuor ſint genera rerum, quæ noſtro intellectui naturaliter aduenĩũt, Species intelligibiles, quæ ſunt principia formalia actuũ intelligendi; conceptus formales, qui D. Thomę ſnĩa internè actus intelligendi terminant; ipſi actus intelligendi; & habitus, qui ex actibus gignuntur: actus autem non ſint repreſentatiui rerum, quæ intellectui obijciuntur, vt tertio de Anima patebit: habitus vero, vt ſcientia, opinio, & ſimiles, ſupponant ſimplicem veritatem, de qua loquimur: reliquum eſt, vt conformitas, in qua ſimplex veritas conſiſtit, ſumenda ſit pro conformitate inter rem, & ſpeciem intelligibilem, aut cõceptum formalem. Etenim hę ſunt ſimilitudines rerum intellectui obiectarum; illa habitualis, hęc actualis; tametſi magis propriè cernitur inter rem & conceptum formalem, quàm inter rem, & ſpeciem intelligibilem, vt paulò ſuperiùs oſtendimus. Quod idem D. Thom. animaduertit primo contra Gent. cap. 59. vbi negat, veritatem ſpectari inter rem & actum intelligendi, & affirmat, cerni inter rem & id, quod intellectus dicit, hoc eſt conceptum, qui exprimitur per actum intelligendi: pro qua re lege eodem loco Ferrarienſem.

tex. 17.

Quænam ſit conformitas inter res & intellectum.

tex. 14.

Quæ intellectui aduenĩãt

Tertiò, cùm veritas dicitur conformitas rei & intellectus, non eſt accipiendum nomen rei pro rebus ſecundum eſſe obiectiuum (vt illæ dicantur veræ, quæ, quatenus obijciuntur intellectui, ſunt illi conformes) ſed ſecundùm eſſe reale. Priori enim modo Chimęra, & quicquid aliud fictitium concipimus, eſſet verum ens: ſiquidem iſta omnia, quatenus obijciuntur intellectui, ſunt conformia conceptibus, quibus apprehenduntur: at poſteriori, nihil eſt verum ens, niſi quod habet exiſtentiam realem. Neceſſe eſt igitur, vt conformitas intelligatur ſecundùm exiſtentiam realem, ſi non actualem, ſaltem potentialem, quod

Secundùm quod eſſe dicant res eſſe conformes intellectui.



Digitized by Google

addiderim, quia ad conformitatem, in qua ſimplex veritas conſiſtit, noneſt neceſſe, vt res actu exiſtant, ſed ſatis eſt, ſi exiſtere poſſint: vnde fit, vt Chimæra, & cætera eiuſmodi figmenta, non ideo negentur eſſe vera entia, quia non exiſtunt actu, ſed quia non poſſunt exiſtere. Quòd ſi quis obijciat, rem, vt poteſt exiſtere, nec tamen exiſtit, non eſſe actu conformem intellectui, ſed potentia duntaxat, ergo non eſſe actu veram: negandum eſt antecedens. Res enim, quæ poteſt exiſtere, ſecundùm ipſam poteſtatem exiſtendi, conformatur actu ſpeciei, vel conceptui.

Cuiuſdam obiectionis diluio.

Poſtremò, Simul atque res, quæ poteſt exiſtere, concipitur, aut ſaltem per ſpeciem intelligibilem repræſentatur, ſtatim relatio conformitatis, quę dicitur veritas, vel ex altera parte, uel ex utraque cõſequitur. Si enim conceptus & res omninò adæquantur per omnimodam ſimilitudinem, vt in Deo, tunc ex utraque parte conſequitur: ſi autem non adæquantur omninò, ſed alterum pendet ex altero: in eo ſolo conſequitur, quod ex altero pendet; ſiue res, quæ concipitur, pendeat ex conceptu; ſiue conceptus ex re, ut ex ſupradictis patet. Itaque cùm non datur perfecta adęquatio, ſemper ueritas eſt relatio menſurati ad menſuram: oppoſita autem relatio, quæ illi ex altera parte reſpondet, quatenus terminatur ad illam non dicitur veritas, ſed ſolùm relatio menſuræ.

Quo pacto veritas reſultet in rebus, & intellectu.

## *Solutio eorum, quæ contra tertiam concluſionem obiecta ſunt.*

## SECTIO NONA.

His poſitis, quæ non tam gratia diſſoluendi propoſita argumenta, quam explicãdi præſentem materiam dicta ſunt; ad primam obiectionem, quę priorem partem concluſionis impugnat, dicendum eſt, Ariſtotelem ijs in locis non agere, niſi de vero cõplexo, quemadmodum & de falſo illi oppoſito: imò uerò nec de omni uero & falſo complexis, quia non de uero & falſo rerum enunciatarum, ſed intellectus enunciantis, de quo uero & falſo frequentiùs apud Philoſophos ſermo eſt; ac meritò quidem. Nam verũ & falſum ſimpliciter, ac ſine addito, de ſola complexione enunciatiua dicitur. Propoſita enim quauis cõplexione huiuſmodi, ut, Quòd homo ſit animal, uel, Quòd equus ſit lapis, ſimpliciter & ſine adiectione dicimus, Hoc eſt uerũ, uel, Hoc eſt falſum. At cùm loquimur de ſimplicibus ſiue rebus, ſiue conceptibus, non ſimpliciter dicimus, Hoc eſt verum; Illud falſum, ſed cum addito, Hoc eſt uerum aurum, aut uerum ens; Hic eſt uerus conceptus auri; uerus conceptus entis; & ſimiliter de falſo. Præterea etſi verum & falſum dicuntur & de rebus conceptis, & de intellectu concipiente; magis tamen propriè dicuntur de intellectu, conceptibus ue illius, quàm de rebus conceptis, quod non ſemel annotauit D. Thomas, cuius rei hæc eſt ratio, quia intellectus

Cur Ariſtoteles ferè loquatur de veritate complexa, & intellectus potius, quàm rerum.

Vt 1. p. q. 16.

Digitized by Google

& de verit.q. 1.& alijs locis

intellectus non ſolùm poteſt eſſe uerus ac falſus in concipiendis rebus, ſed etiam ipſe ſolus eſt ueritatis cognitor ac iudex.

Eodem modo reſpondendum eſt ad ſecundum, quod ad prius pronunciatum attinet. Quod verò attinet ad poſterius, occurrendum, cùm ueritas dici ſolet perfectio intellectus, ueritatem, pro ueritatis cognitione accipi: quo etiam modo ſumitur apud Platonem, cùm ait; Animi cibus eſt ueritas: & longè clariùs apud Auguſtinum cùm ſcribit; Veritas eſt, qua oſtenditur id quod eſt: & apud Gregorium Niſſenũ, cùm inquit; Veritas eſt eius, quod uerè eſt firma intellectio. Tametſi hæc de ueritate complexa præcipuè dicuntur.

In Sympoſio. In lib. de uera Relig. In lib de vita Moſis.

De veritate quædam.

Ad tertiam, quatenùs impugnat veritatem ſimplicem (magis enim accommodatur complexæ) neganda eſt poſterior pars minoris. Ad probationem verò dicendum eſt, ex eo, quòd res talis eſt ſecundum ſe, qualis eſt intellectus in ea repreſentanda, ſeu concipienda, naſci, vt talis ſit ſecundum ſe, qualis eſt, vt repræſentatur, ſiue concipitur. Repræſentari enim, & concipi ſunt denominationes extrinſecùs deſumptæ à conceptu, quo intellectus rem concipit.

Ad id verò, quod obiectum eſt contra poſteriorem partem concluſionis, quatenus ad ſimplicem veritatem euertendam inſtruitur (directò enim, apud illos, ſolam complexam impugnat) dicendum eſt, intellectum ratione conceptus non ſolùm dici verum à veritate rerum, ſed etiã à veritate ſua. Neque enim ſolùm dicitur verus, quia res concepta eſt illi conformis, ſed etiam, quia ipſe eſt conformis rebus, ſiue omnimoda cõformitate, vt in Deo, ſiue conformitate imitationis, vt in creaturis. Quocirca non eſt apta ſimilitudo propoſita inter verum, & ſanũ: potio enim, & vrina ita dicuntur ſana à ſanitate animalis, vt non dicantur ſana à ſanitate ſua.

Intellectus quot modis dicatur uerus.

Ad id denique, quod in extrema probatione concluſionis reprehenſum eſt, quod quidem attinet ad priorem obiectionem, dicendum, immenſi nullam eſſe menſuram excedentem, ſiue repetitione ſui, quo modo vlna eſt menſura panni; ſiue perfectionis præſtantia, qua ratione dicimus, candorem eſſe menſuram aliorum colorum; ſiue cauſandi ratione aliqua, quo pacto Sol eſt menſura conceptus, quem de illo habet Philoſophus, & conceptus Architecti eſt menſura ædificij: poſſe tamen immenſi eſſe menſuram per omnimodam adæquationem. Itaque non magis repugnat, dari menſuram diuinæ eſſentiæ, quæ eſt perfecta ratio, ſiue conceptus entis, quàm diuinæ durationis; quam menſuram Theologi vocant æternitatem. Vtrumque tamen more intelligendi noſtro dictum eſſe accipe, quia ex natura rei nulla datur in Deo menſura. Quòd ſi quis obijciat, ne more quidem inlelligendi noſtro, rem vllam dici menſuram ſui; Deum autem eſſe idem cum perfecta ratione entis: negandum eſt in primis quod aſſumitur, vbi nihil eſt aliud, quod rei propoſitę menſura eſſe poſſit. Alioqui falſum eſſet id, quod dici ſolet, Rectum eſt iudex,

Immenſi quo pacto menſura eſſe poſſit.

Obiectionis diluuio.



Digitized by Google

seu norma sui, & obliqui. Quod tamen ideò vsurpatur, quia in figuris nihil est recto rectius, ad cuius normam rectitudo recti examinari possit. Deinde addendum, nihil obstare quo minùs eadem res ratione diuersarum considerationum dici possit mensura sui, si sit summè perfecta, siue simpliciter, siue in certo genere duntaxat. Quod verò attinet ad posteriorem obiectionem, neganda est consequentia propter energiam verbi, Mensuratum, quod quandam imperfectionem præsefert. Itaque etsi mensuræ nomen soleat accõmodari Deo, etiam respectu sui, eo quòd nullam imperfectionem importet; tamen mensurati vocabulum, quia imperfectionem sonat, vtpotè finitionem & circumscriptionem, non est in diuinis vsurpandum. Similis est ratio horum nominum, Principium & Principatũ: nam etsi in diuinis dicimus Patrem esse principiũ Filij, reprehendetur tamen qui dixerit, filiũ esse principiatũ: neque alia sanè de causa, nisi quia principiati vocabulum, non tantùm significat habitudinem ad principium, sed etiam innuit quandam dependentiam ab illo, atque adeò rationem effectus. Nec verò D. Thom. in loco citato ideò negat, inter intellectum diuinum, & essentiam diuinam relationes mensuræ, & mensurati, quia ratio mensuræ pugnet cum diuina natura, nostro etiam intelligendi modo concepta, vt quidam putant (hoc enim pacto non docuisset ille, æternitatem esse mensuram diuinæ durationis) sed iccirco ita loquitur, quia non datur in diuinis ratio mensuræ, cui in ipsa diuina natura respondeat ratio mensurati, & circumscripti, vt patet legenti citatum articulum.

Mẽsurati nomen non esse usurpandum in diuinis.

## *Veritatem, de qua est sermo, esse conformitatem rerum cum intellectu diuino.* SECTIO X.

Conclusio 4.

Varta conclusio. Veritas, quę propriè ad hanc disputationem pertinet, est conformitas rerum cum intellectu diuino, hoc est, cum rationibus formalibus ipsarum, quę sunt in mente diuina. Dico autem [quę propriè ad hanc disputationem pertinet] quia non est hoc loco quæstio de veritate complexa, nec de veritate intellectus, quę magis propriè dicuntur, vt paulò superiùs explicauimus; sed de veritate rerum. Probatur conclusio hunc in modum. Veritas cuiusque rei est conformitas eius cum propria & prima ipsius mensura: at eę tantùm rationes formales rerum, quę existunt in mente diuina, sunt proprię, ac primę mensuræ rerum omnium; est igitur veritas rerum omnium conformitas cũ ijs earum rationibus. Propositio perspicua est. Assumptio probatur dupliciter. Primùm, quia rationes formales, quę existunt in intellectu creato, aut non sunt mensuræ rerum, sed mensuratę ab eis, vt cõceptus, quem habemus de Sole; aut si sunt earum mensuræ, veluti conceptus, quem habet Architectus de domo facienda (de quo quidẽ, quo pacto sit mensura

Propriæ, ac primę rerum mensuræ.

Digitized by Google

ſura diſſerémus libro ſeptimo, cùm de ideis diſputabimus) non tamen ſunt primæ earum menſuræ per ſe, ſed eę tantùm, quę ſunt in mente diuina. Deinde, quia primum ens ideo dicitur verum ens, quia conforme rationi formali perfecti entis exiſtenti in mente diuina: ergo pari ratione cętera entia, quia ſunt conformia cęteris rationibus formalibus in eadem exiſtentibus.

Prętерea, res omnes ideo dicuntur verę, quia ſunt conformes alicui intellectui; non ſunt autem veræ veritate ea, de qua loquimur, quia ſint conformes intellectui creato; ergo quia intellectui diuino. Maior patet ex tradita veritatis definitione. Minor ex eo primùm probatur, quia intellectus creatus, cùm decipi poſſit, veritatis regula eſſe non poteſt. Deinde, quia vnde res primùm habent vt ſint, inde primùm habent, vt veræ ſint; cùm igitur nulla res primò habeat ab intellectu creato vt ſit; efficitur, vt non primò habeat ex eo vt ſit vera.

Res ab æterno ueras fuiſſe.

Poſtremò, res, quas dicimus veras, ab omni æternitate verę fuerunt (neque enim illæ vnquam cœperunt eſſe veræ res, etiamſi cœperunt verè exiſtere) atqui nulla res eſt vera, niſi quatenus conformis alicui intellectui, vt ex dictis patet; igitur nulla res eſt primò vera, niſi quatenus eſt conformis alicui intellectui æterno, qui ſolus eſt diuinus.

Quo pacto omnia dicantur vera à prima ueritate.

Accedit in huius rei confirmationem id, quod Patres ſæpe docent, Omnia dici vera à prima veritate, id eſt à primo intellectu. Neque enim id ſolùm intelligunt denominatiuè, vtpotè à veritate intellectus increati, quemadmodum nonnunquam denominamus vera hæc vel illa entia à veritate intellectus creati; quatenus videlicet de eis habetur, aut haberi poteſt verus intellectus; ſed etiam terminatiuè, hoc eſt, à propria ipſarũ veritate, ſeu conformitate, quę ad intellectum diuinum terminatur.

Quot modis res poſſint dici verę.

Vnde collige, res omnes tribus modis poſſe dici veras. Vno, à veritate intellectus increati. Altero, à veritate intellectus creati: quę denominationes ſumuntur à veritate alterius. Tertio, à veritate ipſarum propria, quæ ad diuinum intellectum terminatur. Primum modum ſignificat Anſelmus in Dialogo de Veritate, cùm docet, Eodem modo ſe habere ſummam veritatem ad omnia vera, quo ſe habet vnum atque idem tempus ad omnia, quæ ſunt in tempore. Secundum, ac tertium complexus eſt Auicenna ſecundo lib. ſuæ Metaph in deſcriptione illa, qua D. Thomas vtitur primo lib. contra Gent. veritas eſt proprietas eſſe vniuſcuiuſque rei, quod ſtabilitum eſt ei, in quantùm talis res nata eſt de ſe facere veram exiſtimationem, & in quantùm propriam ſui rationem, quæ eſt in mente diuina, imitatur. Atque in hoc tertio modo conſiſtit veritas, de qua agimus, & quæ propria entis paſſio cenſetur.

Cap. 14.

Cap. 60.

Quibus

*Quibus argumentis impugnari possit proposita conclusio.*

## SECTIO VNDECIMA.

Argumenti contra 4. concl.

SEd contra hanc conclusionem hæc obijci possunt. Primò si veritas rerum esset conformitas earum cum intellectu diuino, seu (quod eodem redit) cum suis rationibus formalibus, quæ sunt in mente diuina; cùm omnes sint æquè cõformes suis rationibus formalibus; omnes essent æquè veræ: hoc autem dici non potest, siquidem aliæ res sunt alijs veriores, vt patet ex cap. 1. secundi libri: non est igitur ueritas rerum eiusmodi conformitas. ex. 4.

2 Secundò. Conceptus nostri contemplatiui dicuntur veri per conformitatem cum rebus conceptis, vt cum sole, vel lapide; igitur non ideo dicuntur veri, quia conformes sunt proprijs ipsorum rationibus existentibus in mente diuina.

3 Tertiò. Conformitas rerum creatarum cum intellectu diuino est relatio realis; veritas transcendens non est relatio realis; non est igitur veritas conformitas rerum cum intellectu diuino. Assumptio ex eo perspicua est, quia veritas transcendens non potest addere enti quicquam reale, ut ex dictis patet. Propositio ex eo probatur, quia conformitas creaturarum cum intellectu diuino habet fundamentum reale in creaturis, vtpote ipsam earum entitatem realem; & exercetur inter extrema realia.

4 Quartò. Veritas intellectus diuini, non est conformitas eius cum rebus, quarum rationes apud se habet; ergo nec veritas rerum est conformitas cum intellectu diuino. Consequentia perspicua videtur; est enim conformitas relatio æqualis cõparationis, cuius ea natura est, vt ex vtroque extremo reciprocetur, veluti similitudo. Si enim Socrates est similis Platoni; ergo & Socrati Plato: quòd si Plato non est similis Socrati, nec Platoni Socrates. Antecedens verò probatur, quia intellectus diuinus non est verus, propter conformitatem cum rebus creatis, vt ex dictis apertum est.

5 Quintò. Si res essent veræ per conformitatem cum rationibus suis, quę sunt in mente diuina; nec aurifex percipere posset, quodnã esset uerum aurum; nec Philosophus, quæ nam esset uera essentia; nec denique ullus mortalium in hac uita haberet regulam, qua ueritatem rei ullius cognosceret; siquidem rationes illæ, quę in diuina essentia sunt, idem sunt, quod ipsa diuina essentia, quæ in hac uita cognosci nequit: at consequens est absurdissimum; ergo & antecedens.

6 Sextò. In mente diuina non sunt multæ rationes, seu conceptus rerũ, sed vnica ratio, & conceptus diuinæ essentiæ, & omnium, quæ in ea relucent, quod est Verbum diuinum; at rationes propriæ diuersarum rerum sunt diuersæ; non sunt igitur res veræ per conformitatem cum rationibus, quæ in mente diuina existant.

Postremò.

Digitized by Google

Postremò. Si quo modo in mente diuina dantur multę, ac diuersæ rationes rerum, non dantur, nisi per operationem diuini intellectus percipientis diuinam essentiam, vt variè imitabilem, seu participabilem à creaturis; hoc enim pacto & conceptus formalis diuini intellectus complectitur infinitas rationes formales creaturarum; & obiectiuus infinitas obiectiuas: at cætera omnia videntur esse & entia, & vera in ordine ad diuinam essentiam, quatenus ea nostro intelligendi modo antecedit omnem operationem diuini intellectus: non sunt igitur vera per conformitatem cum rationibus, quæ sint in mente diuina. 7

## *Solutio eorum, quæ proximè obiecta sunt.* SECTIO XII.

HÆc tamen hunc in modum dissoluenda sunt. Ad primum distinguenda est maior propositio. Si enim res conferantur cũ suis proprijs ac peculiaribus rationibus, quæ sunt in mente diuina, ut equus cum ratione equi, & lapis cum ratione lapidis; omnes dicendæ sunt æquè ueræ, cùm omnes æquè illis respondeant. At si conferantur cum rationibus, quæ sibi cum alijs rebus coës sunt, fieri potest, ut aliæ dicantur alijs ueriores. Nã etsi omnes sunt æquè ueræ in rationibus uniuocis, ut homo & equus in ratione animalis; itemque Socrates & Plato in ratione hominis; tamen in rationibus analogis, ut entis, substantiæ, accidentis, aliæ possunt dici alijs ueriores, quemadmodum & magis entia; ut substantia, quàm accidens; & qualitas, quàm relatio; & forma, quàm materia. Atq; hoc modo sunt omnia inæqualiter uera in ratione perfecti entis; quæ cũ sim pliciter soli Deo conueniat, uariè tamen participatur à cæteris entibus in proprio cuiusque genere. Vnde facile est colligere analogiã veritatis, de qua loquutus est Aristot. lib. 2. cap. 1.

Quo pacto res sint æquè veræ.

Quo pacto nõ sint æquè ueræ.

Prima solutio.

Ad secundum dicat fortasse aliquis, non esse aptam consequentiam, eò quòd conceptus nostri duobus modis spectari possint; uno, quatenus sunt res quædam; altero, quatenus sunt repræsentatiui rerum. Atque ut sunt res quędam, dici ueros per conformitatem cum rationibus suis, existentibus in mente diuina; quatenus autem sunt repræsentatiui rerum, esse ueros per conformitatem cum rebus ijs, quas per eos concipimus. Verùm obstat, quòd conceptus nostri, eadem ratione sunt quædam res, qua sunt repræsentatiui rerum. Dices forsitan, ea ratione negandam esse consequentiã, quia conceptus nostri speculatiui, cùm proximè pendeant à rebus ut à quibusdã causis particularibus exẽplaribus, remotè autẽ, sed præcipuè ab intellectu diuino; eadẽ conformitate, qua cõformantur rebus, conformantur etiam rationibus suis existentibus in mente diuina. Sed neque huiusmodi solutio uidetur satis. In mente enim diuina alia est ratio Solis, cui conformatur Sol; alia conceptus humani repræsentatis Solem, cui huiusmodi conceptus conformatur. Illa enim est ratio si-

Secunda.

lem;

ſendi Solis; hæc, ratio repreſentandi Solem. Vnde patet, conceptum, quẽ habemus de Sole, non eadem conformitate, qua conformatur Soli, conformari ſuæ rationi formali exiſtenti in mente diuina, ſed rationi Solis, quæ in eadem exiſtit.

Tertia. Dicendum eſt igitur, hac de cauſa conſequentiam eſſe vitioſam, quia conceptus noſtri ſpeculatiui nõ ſolùm dicuntur veri per conformitatem cum rebus, ſed etiam per conformitatem cum rationibus concipiendi, quæ ſunt in mente diuina, quæ conformitates ſunt inter ſe diuerſæ, & in poſteriori cõſiſtit veritas tranſcendens, nõ in priori. Id quod ex eo patet, quia fieri poteſt, vt aliquis conceptus non ſit conformis vlli rei, veluti cõceptus corporis infiniti, qui tamen neceſſariò erit conformis alicui rationi concipiendi exiſtenti in mente diuina, quæ ratio, etſi eſt ratio eſſendi talis conceptus; non erit tamen ratio eſſendi rei conceptæ, ſi nullum corpus infinitum eſſe poteſt. Planiùs hæc diſtinctio cernitur in conceptibus enũciatiuis, quod D. Th. priori lib. de Interpret. ad cap. 1. annotauit in enunciationibus vocalibus. Namque eadem enunciatio mentalis poteſt eſſe vera res & falſum ſignum: vt ſi mente dicas, Cœlum eſt corpus cubicum, vera quidem res erit eiuſmodi enunciatio, quia cõformis propriæ ipſius rationi formali exiſtenti in mente diuina; falſum verò ſignũ, quia nulli rei erit conformis in ratione eſſendi; non quòd non verè ſigni ficet aliquid eſſe (verè enim ſignificat cœlum eſſe corpus cubicum) ſed quia eius ſignificationi nullum reſpondet verum eſſe.

D. Tho. q. 1. de verit. ar. 6.

Lectione 3.

Quorundam reſponſionis refutatio. Ad tertiam plerique[a] concedunt maiorem propoſitionem victi eius probatione, parum fortaſſe memores, quòd aliàs cum D. Thoma[b] negent, verum tranſcendens addere enti aliquid reale. Sed quicquid illi excuſationis afferãt, neganda eſt maior. Nam præter rõnes ſuperiùs propoſitas, hæ quoque addi poſſunt. Vna, quia relatio rationis nõ poteſt fieri realis; at veritas tranſcendens ante Mundi creationem erat relatio rationis, vt ijdem concedunt. Altera, quia ſi qua paſſio entis eſſet relatio realis, ac proinde quiditatiuè ens, non poſſet illa prædicari in quæſtione Quale eſt de quolibet ente, quod eſt contra rationem paſſionis conuertibilis cum ente. Ad probationem verò dicendum, res creatas (ut aliàs ſæpe annotauimus) duobus modis referri ad intellectum diuinum, vt ad cauſam exemplarem; uno, relatione eſſentiali, quam dicunt tranſcendentem; altero, relatione accidentaria, nempe quatenus ab illo ſunt mensuratæ. Si ergo conformitas earum cum intellectu diuino ſumatur priori modo, dicendum eſt, eſſe relationem realem; non tamen, quæ fundetur in entitate rerum, ſed quæ ſit ipſa earum entitas: quo pacto relationes tranſcendentes accidentium ad ſubſtantias ſunt ipſæ eorum eſſentię: de quo genere relationum non eſt hoc loco ſermo, quia non conſtituunt res in eſſe relatiuo ſimpliciter (quale eſt verum) ſed abſoluto. Si verò ſumatur poſteriori modo, dicendũ eſt, illã vel ea de cauſa non eſſe relationem realem, ſed rationis, quia fundatur in eſſe potentiali creaturarum,

[a] Vt Paul. Sonc. lib. 6. q. 17. & Iau. de tranſc. c. 5.

[b] 1. d. 19. q. 5. ar. 1. & cũ Capreolo ibi dem q. 3. concl. 2.

Quo pacto conformitas ſit relatio realis.

Quo pacto ſit rationis.

tarum, non in actuali, quod contingenter conuenit omnibus creaturis. Ex eo enim, quòd creaturæ concipiuntur à Deo in ipsa diuina essentia vt ab eis participabili, non quidē notitia visionis, sed simplicis intelligētiæ, cōsequitur illas formaliter ea relatio mēsurati à diuino intellectu, in qua transcendens earū veritas consistit; intellectum verò diuinum, seu potiùs rōnes formales rerum, quas continet, consequitur relatio mensurantis. Itaque res creatæ ratione illius prioris habitudinis, quæ est realis, sunt entia, ratione autem huius posterioris, quæ est rationis, sunt veræ.

Quo pacto intellectus diuinus sit verus.

Ad quartum dicendum est, non esse antecedens omni ex parte verum. Nam, etsi veritas intellectus diuini non dicit cōformitatē illius cum rebus creatis; significat tñ conformitatē eius cū re increata, quæ est primariū diuinæ essentiæ obiectū, in quo excellentiùs illæ, quàm in se ipsis existunt. Concesso tñ antecedente respectu rerū creatarū, negāda est cōsequentia, atque ad probationem dicendū, conformitatē nō esse relationē æqualis cōparationis, nisi quādo cōformitatis nomine nulla importatur dependētia eius, quod dicitur cōforme ab eo, quod terminat eius cōformitatē, quēadmodū accidit in similitudine Socratis cū Platone. At creaturæ eatenus dicūtur conformes intellectui diuino, quatenus sunt quædam imitationes rationum earum, quæ sunt in mente diuina, quod vtique importat dependentiam ipsarum ab intellectu diuino.

Cap. 25. Cap 7. Cap. 2.

Quinti argumēti solutionē difficiliorē reddit Augustinus, qui 12. lib. cōfess. & 14. ac 12. de Trinit. docet, Veritatē non cognosci à nobis, nisi in rōnibus æternis, quę sunt in mente diuina: quod etsi cōclusionē propositā cōfirmat, quia tñ pugnare videtur cū experiētia, ipsam quoq; cōclusionē videt labefactare. Sed D. Thomas studiosissimus obseruator verborū

Cap. 8.

Augustini nodū dissoluit ex ijs, quæ ille scribit in primo Soliloquiorum; quo loco docet, Veritates, quæ in disciplinis tradūtur, eo modo cognosci in Deo, æternisq; rōnibus, quo visibilia videtur in Sole. Ait.n.& 1.p q. 8.ar.5.& tertio cōtra Gētes cap.47.& alijs pleriſq; locis, Duobus modis aliquid cognosci in aliquo. Vno, vt in obiecto cognito; quo pacto videmus imaginē in speculo; atq; hoc pacto nō cognosci à nobis, dum hāc vitā degimus, veritatē rerū in illis rōnibus æternis, quēadmodum nec reliqua visibilia videmus in Sole ipso, quē directò aspicere nō possumus. Altero, vt in principio cognoscēdi; atq; hoc modo cognosci à nobis veritatē rerū creatarū in rōnib⁹ ęternis, quatenus eiusmodi rationes participātur in nobis per lumē naturale; quo pacto dicimur cernere alia visibilia in Sole, quia cernimus illa per lumen participatū à Sole. Idq; docet signi-

Quo pacto veritas à nobis cognoscatur in rationibus æternis.

Psal. 4.

ficasse diuinū Vatem, cùm sibi ipsi quærenti, Quis ostendit nobis bona, hunc in modū respondit; Signatū est super nos lumē vultus tui Domine. Significauit enim his verbis, veritatē omnem, quæ ad quęrendam salutē necessaria est, ipsa participatione diuini luminis, quod in mente nostra fulget, cognosci à nobis posse. Ita fit, vt per principia naturaliter cognita rationes rerum inuestigemus, & per conformitatem earum cum eius-



Digitized by Google

modi rõnibus, veritates, quæ naturaliter cognosci possunt, intelligamus, ac proinde per cõformitatẽ cũ rõnibus ęternis, quę sunt in mẽte diuina.

Quo pacto multę rationes in intellectu diuino esse possint.

Ad sextum dicendum cum D. Thoma 1. p. q. 15. ar. 2. & q. 3. de Verit. ar. 2. & 1. contra Gent. cap. 54. Etsi ea, quæ sunt principia cognoscendi, nõ possunt esse multa numero in Deo, veluti si quis fingeret in intellectu diuino multas species intelligibiles, aut multas artes, quẽadmodũ re vera esse possunt in quolibet intellectu creato: tñ ea, quæ sunt termini diuinę cognitionis, vt talia sunt, posse esse multa. Vnde cùm rõnes rerum tã formales, quàm obiectiuę (quęq; tñ suo modo) terminent intelligendi actũ; non dubium est, quin multæ sint, atque adeo infinitæ in mente diuina. Nam, etsi Verbum Diuinum est vnica ratio formalis diuinæ essentiæ; continet tamen infinitas rationes formales creaturarum, & vt creaturæ in se ipsis sunt, & vt in diuina essentia continentur. Ipsa etiam diuina essentia per Verbum expressa, & declarata, etsi est vnica ratio obiectiua Verbi diuini, complectitur tamen infinitas rationes obiectiuas creaturarum, non vt creaturæ in se ipsis sunt, sed vt eminenter in ea continentur. Num autem quemadmodum dicimus, multas esse rationes rerum in mente diuina, sic etiam dicere possimus multos conceptus, quæstio est. Nobis certè non placet pars affirmatiua, quia si propriè loquamur, vnus tantùm est conceptus intellectus diuini; de qua re Theologi plura.

Creaturas nõ esse entia nec vera, nisi supposito actu intellectus diuini.

Ad septimum negandum est, creaturas esse aut entia, aut vera in ordine ad diuinam essentiam, quatenus illa antecedit more intelligendi nostro diuinum intelligendi actum. Primùm; quia creaturæ sunt entia, & vera, habitudine ad Ideas diuinas; ut oẽs fatentur: at Ideæ cùm sint rationes exẽplares creaturarũ, ac proinde suo modo termini cognitionis diuinæ, supponunt actum intelligendi diuinum, quo distinguuntur inter se. Deinde, quia creaturæ quemadmodum non sunt producibiles à Deo per naturam, sed per artem, ita nec possibiles nisi per artem diuinam: quare nec entia, nec vera, nisi per habitudinẽ ad distinctas rationes, in quibus diuina ars intueatur agenda omnia: at earum rationum distinctio sequitur actum intelligendi diuinum, vt dictum est. Postremò, quia inde res primùm habent vt sint multa entia, vnde habent vt sint distincta entia; at distinctio creaturarum refertur primùm ad distinctionem rationũ, quæ sunt in mente creatoris; alioqui esset à casu, & præter intentionem primi agentis: supponit ergo distinctionem rationũ, quæ sunt in mente diuina, ac proinde actum intelligendi diuinum. quòd si earum entitas supponit diuinum intelligendi actum; ergo & veritas, quæ entitatẽ sequitur.

Obiectio.

At obijciat aliquis, essentiam diuinam, etiam vt præcedit diuinum intelligendi actum, esse variè imitabilem, & participabilem à creaturis; ergo creaturas esse entia, & vera priùs quàm more intelligendi nostro habitudinem habeant ad rationes, quæ sunt in mente diuina.

Dilutio.

Huic obiectioni respondendum est, Esse quidem diuinam essentiam eo pacto sumptam imitabilem, & participabilem à creaturis: verùm non proximè, sed remo-

remotè, ut ita loqui liceat. Quo ferè modo forma humana, etiam vt præcedit intelligendi facultatem, est intellectiua; & materia prima, vt præcedit molem corpoream est repletiua loci: proximè enim, ac formaliter, illa per ipsam intelligendi facultatem, hæc per molem corpoream, has conditiones sibi vendicant.

In ordine ad rationes formales diuini intellect⁹, an ad obiectiuas sint creaturæ entia & vera.

Quòd si quis quærat, cur hactenus dixerimus, creaturas esse entia, & vera, propter habitudinem ad rationes formales existentes in mente diuina, & non potiùs propter habitudinem ad obiectiuas, ut in ipsa diuina essentia continentur; præsertim cùm diuinæ Ideę potiùs videantur esse rationes obiectiuæ, quàm formales; Respondendum est, meritò id dictum esse. Primùm, quia, cùm veritas primi entis sit conformitas illius cum sua ratione formali, vt paulò antè diximus (hoc enim necessariò fateri oportet) idem pari ratione dicendum est de cæteris entibus comparatione suarum formalium rationum in eadem mente existentibus. Deinde, quia rationes formales propinquiùs se habent ad intellectũ, quàm obiectiuæ, cùm obiectiuæ sępe sint res extra intellectum, & non rarò sola formalium distinctione distinguantur inter se: at mensura, penes quam veritas attenditur, ad intellectum pertinet. Tertiò, quia non est re uera dicendum, Ideas esse rationes obiectiuas, sed formales, tum quia id concedunt omnes in Ideis artificum, ex quibus diuinas inuestigauimus; tum quia proprium Ideæ est, esse expressiuum, & declaratiuum, quod non conuenit rationibus obiectiuis, sed formalibus; tum denique, quia vbi nulla est distinctio ex natura rei, veluti in ijs, quę in diuina essentia continentur, prior est distinctio rationum formalium, quàm obiectiuarum; at Idearum distinctio est prima omniũ earum, quę ad creaturas spectãt. Atque hac de causa Patres omnes ponunt Ideas in Verbo diuino, cui appropriatur ratio formalis diuinæ essentiæ, non autem in essentia diuina, vt declarata, & manifestata per Verbum: de qua re libro septimo accuratiùs disserendum est.

Patrum sententia.

*Conclusio quæstionis, & solutio argumentorum, quæ sunt initio quæstionis proposita.* SECTIO XIII.

Conclusio 5.

VInta conclusio, qua directò quæstioni respõdetur. Verum est propria passio entis. Hæc conclusio eodem illo argumento, quo in superiori quæstione vsi sumus, ostendi potest; Reciprocatur cum ente, & sequitur ipsam naturam entis, igitur est vera, & propria passio entis. Prior pars antecedentis ex dictis haud difficilè probatur. Nam quòd omne verum sit ens (loquor autem de uero, vt significat simplicem veritatem rei, & de ente, ut significat entitatem realem) ex eo patet, quia res ea tantùm dicitur vera, quæ secundùm esse reale est conformis intellectui diuino, vt ex dictis perspicuum est: quicquid autem habet esse reale, siue actu, siue potestate, est ens reale. Quòd autem omne ens reale sit verum, ea ratione

patet, quia nihil est ens reale, nisi quod potest existere realiter; nihil autem potest realiter existere, nisi cõforme sit alicui rationi existenti in mẽte diuina. Posterior pars antecedentis ex eo ostenditur, quia verũ, quemadmodum de vno diximus, est posterius ente, cùm & significet formaliter relationem cõformitatis innuens entitatem vt fundamentũ, ac veluti subiectũ illius; & ita fit cũ eo cõnexum, vt de eo negari nõ possit sine eius euersione. Vnde est illud Hilarij, Perime aquę, q aqua est, & per id poteris abolere, q vera sit. Ita patet, verũ esse ꝓpriã passionẽ entis. Eadẽ conclusio cõfirmatur ex omniũ sñia. Omnes. n. colligũt ex illo pronũciato secundi libri, Vt vnũquodq; est, ita & verũ est, veritatẽ esse ꝓpriã entis affectionẽ. 5. de Trinitate.

Ad primum igitur argumentũ eorũ, quę cõtra hanc cõclusionẽ initio quęstionis ꝓposita sunt, patet responsio ex ijs, quę in locum citatum secundi libri annotauimus. Diximus enim, quẽadmodũ ens duobus modis sumitur, altero vt esse potest, altero vt est actu, ita cõsequẽs esse, vt simplex veritas duobus quoq; modis dici possit; vno quatenus res cõformantur intellectui diuino, vt esse possint; altero, quatenus illi cõformãtur vt sunt actu. Quanquam ergo non omnia entia sint semper vera, sumpto vero posteriori modo, quo pacto Aristoteles in eo loco intelligendus est; semper tamen omnia sunt vera, sumpto vero priori modo. Atque hoc pacto dictum est hactenus, verum esse passionem entis. Duplex veritas simplex.

Ad secundũ dicendũ est, verũ illud, cui opponit falsum, nõ dici de rebus, vt respõdent cõceptibus simplicibus, sed tãtùm enũciatiuis; at verũ, quod est passio entis, cõuenire rebus, vt respõdent rõnibus ipsarũ formalibus existẽtibus in mente diuina, quæ nõ sunt cõceptus enũciatiui. Itaq; ad argumentũ, cõcesso vtcumque, verum & falsum esse cõtraria (impropriè. n. sunt cõtraria, vt patet ex prædicamentis) item q; verũ, & falsum circa idem versari (versantur. n. circa cõpositionem, & diuisionẽ tum ex parte intellectus; tum ex parte rerũ, vt respõdent intellectui cõponẽti, & diuidenti) negandũ est, inde effici, aut aliquod ens esse verũ & falsum, aut nõ omne ens esse verũ. Nã si sermo sit de vero, cui opponitur falsum, neutrũ dicitur de vllo ente, nisi quatenus cõceptui enunciatiuo obijcitur, aut obijci potest. Si aũt de vero simplici, quẽadmodum nullũ ens cõparatione intellectus diuini potest esse falsum, ita nullũ potest nõ esse verũ. Nihil. n. potest in rerũ natura existere, quod possit non esse cõforme diuino intellectui. Quod. n. intellectui humano cõparatũ, forsitã est falsum aurũ (quod quidẽ est esse falsum secundũ quid, & denominatione extrinseca à falsa applicatione cõceptus humani) idipsum cõparatione intellectus diuini est verũ aurichalcũ, aut aliquid aliud, quod aurũ nobis esse videat. Cap. de substantia. Num aliquod ens possit esse falsum.

Ad tertiũ dicendũ est, argumentationẽ nõ esse ad rẽ. Neq; n. agimus de vero cõplexo, sed de simplici; quamquã si de cõplexo loqueremur, adhuc dicendũ foret, verius esse id, quod est, esse, q̃ quod nõ est, nõ esse; quia semper veritas negationis in veritate alicuius affirmationis, quasi in sua causa fundatur, semper autẽ causa æquiuoca est verior effectu. Quòd si argu- Veritatẽ negatiuæ semper fundari in veritate

Digitized by Google

argumẽtatio accõmodetur vero ſimplici, vt cõcludat, nõ ens ea rõne, qua eſt non ens (quod eſt quodammodo eſſe) verum eſſe; dicendum eſt, nõ entia non habere rõne ſui vllum eſſe (etiã non entis) ſed rõne cõceptus, qui, dum illa concipit, confert illis eiuſmodi eſſe. Quare quẽadmodũ nõ entia, nõ ſunt ex ſe vllo modo entia, ſed quatenus cõcipiũtur quaſi entia; ſic etiã nõ ſunt ex ſe vllo modo vera, ſed tãtùm vt objiciuntur intellectui: nos aũt, cùm dicimus, ſola entia eſſe vera, intelligimus, ex ſe, ſiue rõne ſui.

aliquius eſſe naturæ.

Lege D. Th. 1. p. q. 16. ar. 3. ad 2.

Ad quartum dicendũ eſt, verum non addere enti, niſi relationẽ rõnis; proinde rõne eius, quod addit, nullã dicere perfectionẽ. Quod aũt objicitur, verum dicere perfectionem intellectus, ex ſuperioribus diluitur: diximus. n. in ea locutione nomen Veri pro cognitione veri accipiendũ, maximè aũt pro cognitione fundamẽti veritatis, quod eſt eſſe rei. Neq; n. intellectus tã expetit cognitionẽ ipſi⁹ relationis, quę dr veritas, q̃ rei ver.

Vide Aureolum apud Capreol. 1. d. 19. q. 3. ar. 2. contra 2. concl.

Quod verò objicitur, verum eſſe perfectionem ſimpliciter, quia melius ſit vnicuique verum eſſe, quam non eſſe; nihil efficit. Id enim non, niſi ratione fundamenti veritatis, concedendum eſt.

Cùm aũt objicitur, relationes rõnis non poſſe eſſe proprietates rerũ, quia pendent ex operatione intellectus; reſpondendũ eſt, qñ concipi eſt proprietas rerũ, nihil mirũ eſſe, ſi relationes rõnis, quę conſequuntur res ex eo, q̃ concipiuntur, ſint etiam proprietates illarum. Cùm ergo cõcipi poſſe, ac proinde concipi à Deo, ſit proprietas rerũ omniũ, & ex eo, q̃ illæ cõcipiantur à Deo, conſequatur illas relatio veritatis, non mirum eſſe debet ſi eiuſmodi relatio ſit earum proprietas.

Num relationes rationis poſſint eſſe proprietates rerum.

*Diluuntur duæ quædam obiectiones contra ſolutionem quarti argumenti, & completur ſolutio.* SECTIO XIIII.

SEd cõtra hanc ſolutionem duæ obiectiones ſeſe offerunt. Prior eſt, nec concipi, nec poſſe cõcipi à Deo, videri proprietatem rerum omnium; ſi enim id verum eſſet, duo ſequerentur incõmoda. Vnum, dari aliam poſitiuam paſſionem entis priorẽ vero, quod nemo hactenus videtur diciſſe, alterũ, res omnes pendere ab operatione intellectus, & (quod hinc ſequitur) eſſe entia rationis, quo nihil abſurdius. Nam ſi proprietas rei pendet ab operatione intellectus, & ipſa etiam res pendeat neceſſe eſt, cùm res quælibet neceſſariã habeat cõnexionem cum propria paſſione.

Prior obiectio. Poſterior.

Poſterior eſt, nec relationem veritatis conſequi res, vt concipiuntur à Deo. Si enim relationes rõnis conſequuntur operationem intellectus diuini, cùm Deus neceſſariò cõcipiat oĩa, quæ ab intellectu creato ſimplici cõceptu cõcipi poſſunt; ſequitur, oẽs relationes rõnis, quę dici ſolent, cõuenire rebus per operationẽ intellectus noſtri, vt relationem generis ad ſpeciẽ, & ſpeciei ad genus, nõ minùs eſſe proprietates rerũ q̃ eſſe rerũ: hoc aũt non ſolùm ex eo abſurdum eſſe apparet, quia eſſe genus, ſpeciem, & ſimilia dicũtur attributa contingentia rerũ; ſed etiam, quia iſto modo nõ recte diceretur intellect⁹ noſter facere, vt res, q̃ ſunt potẽtia vniuerſales,

ſint

sint actu vniuersales. essent enim uniuersales ex æternitate.

Prioris solutio. Verùm ad priorem obiectionem, quod attinet ad prius incommodũ, dici potest, concipi posse; atque adeò, concipi à Deo, esse proprietatem rerum omnium, non tamen, quæ solis veris rebus conueniat. Nam, & ea etiam, quæ esse nequeunt, possunt suo modo concipi. Quod autem dici solet, verum esse primam passionem entis post vnum, de ijs, quæ cum ente reciprocantur, intelligendum esse; non de ijs, quæ latiùs patent.

De passionibus entis. Verùm, quia hęc restringi possunt ad ea, quę secundùm esse possibile ac reale concipiuntur, aut concipi possunt, quo pacto nõ latiùs patebunt, quàm ens reale; simpliciter respondendum est, nihil esse incommodi, si detur alia proprietas entis inter vnum & verum. Neq; enim omnes numerantur à Philosophis, sed tantùm insigniores. Quocirca ex simplicibus duæ tantùm numeratæ sunt post Vnum, quod quidẽ sine alterius comparatione dicitur; altera, per quam omnia habent ordinem ad intellectum; altera, per quam ad appetitum, quibus solis potentijs omnia entia obijci possunt, etsi aliæ passiones entis has præcedant, aut sequantur.

Quod uerò attinet ad posterius incommodum, dicendum est, nihil esse absurdi dicere, creaturas pẽdere ab actu intellectus diuini, ut patet: dicere autem, Deum pendere à conceptu sui, si id quidem intelligatur, tanquam à causa, absurdissimum est: sin autẽ tanquam ab eo, quod si non esset, nec Deus ipse esset; non modò non est absurdum, sed etiam, necessarium. Vt enim Deus, si non existeret actu, non esset Deus, sic etiam si se actu non conciperet. Sed ea consequentia, qua deinde infertur, res omnes isto modo esse entia rationis, tantam uim habet apud quosdam, ut eius uitandæ causa dicant, operationem intellectus diuini non satis esse ad fabricandas, ut ita dicam, relationes rationis: sed opus esse ad eam rẽ operatione intellectus creati. Verùm hi non satis uidentur considerasse simile incommodum admittendum illis esse, si pendere quouis modo ab operatione intellectus creati, constituat entia rationis: multa enim vera entia pendent ab operatione intellectus creati, vt sciẽtiæ, & artes omnes, & quę arte cõficiuntur. Quòd si pendere non quouis modo, sed certo quodã intelligatur, eodẽ intelligi poterit respectu intellectus diuini.

Quorundam sententia de relationibus rationis.

Refutatio.

Dicendum est igitur, quemadmodum ex operatione intellectus creati consequuntur multæ relationes rationis, quæ rebus conueniunt, ita etiã ex operatione intellectus diuini. Atque ex his esse veritatem, seu conformitatem rerum ad intellectum diuinum; neque oppositum rectè dici.

Vera solutio. Quapropter neganda est proposita consequentia, quia nec omnia, quæ quouis modo pendent ab operatione intellectus, sunt entia rationis; nec quęuis dependentia ab intellectu constituit ens rationis; sed id solùm in entibus rationis numerandum est, quod cùm de veris rebus dici possit, nõ potest tñ aliam existentiã habere, quàm obiectiuã in intellectu, ut alibi diximus, & libro sequẽti latiùs explicabimus; quo certè modo perspicuũ est, nullã rẽ verã pendere ab ullo intellectu, siue creato, siue increato.

Ad

Posterioris obiectionis diluitio.

Ad posteriorem obiectionem dicendum est, relationes rationis, quæ dicuntur conuenire rebus per operationem intellectus creati, si non omnes, saltem plurimas consequi operationē intellectus diuini, vt generis, speciei, eiusdē numero, diuersi, & similes. Cōcipit enim Deus res omnes, & omnes earum gradus conceptu distinctissimo ex parte ipsarum. Quo fit, ut relationes, quę propter distinctam apprehensionem intellectus creati consequuntur res, non minùs consequantur illas propter apprehē sionem intellectus diuini. Cùm autem obiicitur, hinc seqni, relationem generis, & similes, esse proprietates rerum; modo quidem aliquo id concedendum est; neque Aristoteles id inficiatur, sed planè fatetur ad finem huius capitis, vbi huiusmodi relationes vocat affectus per se entium, quatenus entia sunt. Non est tamen simpliciter concedendum, esse eas veras rerum proprietates, nisi descendant cum rebus, quibus conueniunt ad inferiora, quod non faciunt relationes generis, & speciei. Ad ea verò absurda, quę hinc colliguntur, non est difficile respondere. Ad alterum, esse genus, speciem, & similia, dici contingentia attributa rerum non simpliciter, sed quatenus conueniunt rebus operatione intellectus nostri, Ad alterum verò dicendum est, nullam rem, pręcisa omni operatione intellectus, esse vniuersalem; sed tamen, quæ ob omni æternitate comparatione intellectus diuini sunt vniuersales, fieri à nobis vniuersales, dum operatione intellectus nostri abstrahuntur à singularibus. Nec plus est incommodi hoc asserere, quàm si dicas, res, quæ nobis ante operationem intellectus agentis non sunt intelligibiles actu, seu potentia propinqua, quod Aristoteles docet 3. de Anima cap. 4. & 5. esse apud Deum actu intelligibiles, imò & intellectas; adde, & necessariò intellectas.

De relationibus generis, & similibus.

Qua ratione res fiant vniuersales.

text 14. tex. 18.

Num uerum sit obiectum intellectus.

Ad id denique, quod in eodem 4. principali argumento obiicitur, verum esse obiectum intellectus, atque iccirco non addere enti solam relationem rationis, cùm omnis relatio rationis sit posterior natura intellectu; obiectum autem cuiusque potentię sit prior ipsa potentia, responderet Caiet. iuxta id, quod scribit 1. p. q. 16. ar. 3. verum non esse obiectum intellectus, sed cōditionē, quæ semper comitatur obiectum, quod quidē affirmat esse ens. Eadem videtur esse sniа D. Th. eodē loco, et alijs plerisque, quam ex eo videtur probare, quia verum nō potest apprehēdi ab intellectu, nisi apprehendatur ratio entis, & tamen ens apprehendi potest, etiam si non apprehendatur ratio veri; quanquam semper apprehensionē entis comitetur veritatis relatio. Idem quoque sentit Scotus in primum sentent. d. 3. q. 3. §. His visis, vbi duabus potissimùm rationibus probat sententiam suam de hac re. Primùm, quia Verum est quædam passio entis, qua intellecta non intelliguntur entia nisi per accidēs. Deinde, quia obiectum habitus cuiuscunque potentiæ non est prior natura obiecto potentię. subiectum autem Metaphysicę, quæ est habitus intellectus, non est verum, sed ens, quod quidem naturæ ordine antecedit verum. Eadem sententia videtur esse Auicennę initio suę Metaph. cap. 5.

Caietanus.

D. Thomas.

Scotus.

Idem Scot. 6 Metaph. q. 3. & Capreo. in 1 d. 19. q. 1. ad 1. Heru.

Auicenna.

Digitized by Google

cap. 5. vbi docet, conceptum entis primùm imprimi in animam, quasi dicat, nihil posse obiici intellectui, nisi sub aliqua ratione entis. Iuxta hanc igitur sententiam, quæ valde probabilis est, perspicuè dissoluitur argumentum. Si quis tamen oppositam magis probauerit, dicat, verum esse posterius intellectu, quoad esse veritatis, qualecunque illud est; imò etiam quoad rationem conueniendi rebus, cùm veritas non conueniat rebus, nisi per aliquam actionem intellectus, quæ præcedat completum intelligendi actum; & tamen intellectum esse posteriorem vero quoad actum intelligendi completum, Neque enim actus intelligendi completur, nisi præcedat conformitas inter rem intelligendam, & speciem, aut conceptum illius, vt ex dictis patet. Verùm quid nam ipsi de obiecto intellectus sentiamus, tum dicemus, cùm de obiectis potentiarum disputabimus.

Opposita sententia.

## SIT NE BONVM PROPRIA ENTIS affectio. QVAESTIO VII.

### *Non videri propriam entis affectionem.* SECTIO I.

QVOD demum attinet ad bonum, nõ pauca sunt argumenta, quibus ostendi videatur, non esse illud propriam entis affectionem, siue passionẽ. Primum est, quia non omnibus entibus conueniat. Nam nec conuenit entibus mathematicis, vt ipse autor docet lib. superiori cap. 2. nec item materiæ primæ, cùm sit pura potentia: etenim bonum, & perfectum idem videntur esse; pura autem potentia, vt caret omni actu, sic etiam caret omni perfectione: idem enim sunt actus, & perfectio, quod facilè colliges ex 2. de Anima cap. 1. & ex 3. Physicorum cap. 1. & 2. Nec deinde conuenit relationibus. Nam cùm diuinæ personæ relationibus distinguantur, aliqua perfectio esset in vna persona, quæ non esset in cæteris: nec denique conuenit iis entibus, quæ dicuntur mala, vt actibus, & habitibus vitiosis, alioqui eædem res simul essent bonæ, ac malæ, quod fieri nequit. Sunt enim bonum, & malum contraria.

Primum argumentũ pro parte negatiua.

tex. 5.

2. de Anima tex. 1. 3 Phy. cap. 1 tex. 5. & c. 2. tex. 15.

2 Secundum, quia nec de solis entibus dicatur; siquidem bonum, & appetibile reciprocantur iuxta illam definitionem initio primi Ethicorum adductam, Bonum est, quod omnia appetunt: multa autem appetuntur, quę non sunt entia, vt priuatio vitæ siue alienæ, siue interdum proprię: multa etiam, quæ fieri nequeunt, quopacto flagitiosi homines vellent non esse in Deo iustitiam. Appetitur etiam ipsa existentia, atq; adeò maximè, quæ tamen non est ens, sed modus entis, vt superiùs diximus.

Q. 4.

3 Tertium, quia si bonum reciprocaretur cum ente, nihil posset ent; adiungere,

Digitized by Google

Q. 5. adiungere, nisi aut negationem, aut relationem rationis, vt suprà etiam definitum est: at neutrum potest adiungere. Non quidem negationem, quia negationes nullam perfectionem formaliter significant, vt patet ex duabus proximis quæstionibus, cùm tamen bonum videatur formaliter dicere perfectionem. Nec verò relationem rationis; tum quia bonum, qua ratione bonum est, mouet appetitum; relatio autem rationis nihil mouere potest: tum etiam, quia Deus dicitur bonus per essentiam, & tamen non est per essentiam relatiuum rationis: esset enim diuina essentia relatio rationis.

At verò, quod bonum sit propria entis affectio, Peripatetici omnes cõmuni sententia pronunciant, quam dicunt tradi ab Aristotele 1. Ethicorum cap. 6. his verbis; Cùm bonum æquè, atque ens dicatur &c. Pro affirmatiua.

## *Refutatio opinionis Heruei de formali significatione boni.*

## SECTIO SECVNDA.

IN hac quæstione non erit idem tractationis ordo, qui in superiori. Quoniam enim constabat inter omnes, Verum significare relationem, idque ex definitione veritatis apertum erat; rationi consentaneum fuit, vt ante omnia con-
Q. 5. stitueremus ex ijs, quæ dicta erant, nomine veri vltra naturam entis solam relationem rationis significari; tum verò reliqua exponeremus, in quibus esset dissensio. Nunc autem, quia non omnibus placet, bonum esse relatiuum; sed alij dicunt nomine boni significari formaliter absolutum quid; alij relationem realem; alij absolutum, & relationem simul; alij solam relationem rationis insinuato ente; abhac controuersia sumendum est disputationis initium. Variæ sententiæ de formali significatione boni.

Ac Herueus quidem quodlib. 3 q. 2. existimat, bonum non dicere formaliter relationẽ, sed absolutũ tãtùm, aut aliquid cõmune relato, & absoluto. Hanc sententiã tribuit Capreolus in 2. sent. d. 34. q. 1. Scoti sectatoribus: quam eandem Durandus eadem distinct. & quæst. tacito auctoris nomine latè refert. Heruei argumenta hęc sunt. Primum, quia nulla relatio dicit formaliter perfectionẽ; bonum autem perfectionẽ significat: eò enim aliquid est melius, quò est perfectius. Alterũ, quia relatio semper dicitur ad alterũ; bonũ autẽ non semper, vt patet in homine probo, qui etiam per se sumptus, bonus est ac dicitur. Tertium, quia bonum non significat in Deo relationẽ; ergo nec in creatura, ac proinde in nulla re. Probat consequentiam, quia bonitas creaturæ est similitudo quædã participata bonitatis diuinæ. Antecedens verò, quia bonitas Dei nec est relatio rationis, sed verè existens in rerum natura; imò etiam (quod addere posset) maximè existens, cùm omnia creata per eam existant, ut
De diu. nom. cap. 5. D. Dionys. scribit: nec item relatio realis, quia in Deo nulla datur relatio realis, quæ sit omnibus personis communis, vt re uera est bonitas. Heruei opinio. 1 2 3



Digitized by Google

Quid Bonum formaliter significet apud Herueum.

Siquis autem ab Herueo quærat, quæ nam sit formalis ratio boni; Respondet, bonum esse, nihil aliud significare formaliter, quàm esse perfectum, aut ad perfectionem ordinatum. Id quod ex eo probat, quia ratio boni est ratio finis, aut eius, quod est ad finem; constat autem, finem formaliter significare perfectionẽ. Denique, vt luculẽtiùs rem declaret, hac ratione distinguit bonum ab ente; quòd ens, vt ens est, significet id, quod in qualibet entitate primum occurrit; id verò nihil aliud esse ait, quàm quòd secundùm eam aliquid dicatur esse tale, vt calidum, aut frigidum: at bonum, vt bonum est, significat eandem entitatem, vt modo quodam contracta est, non quidem ad partem aliquam subiectiuam, cùm bonum æquè latè pateat, atque ens; sed ad esse perfectionem alicuius, aut ad alicuius perfectionem ordinatum. Quòd enim hæ rationes distinguantur inter se, vel ex eo patere docet, quia calor febrilis est ens Socratis, cùm Socrates secundùm illum habeat esse calidi; & tamen nõ est bonum Socratis, quia nec est perfectio Socratis, nec ad eius perfectionem ordinatus; quanquam sit bonum materiæ, quia illam perficit.

Refutatio.

Hæc tamen sententia nec videtur uera, nec sibi satis cõsona. Primùm, quia sanitas per se ipsam, & sublata omni posteriori ratione absoluta, est bona ægroto: quod eodem modo accidit in cæteris. Deinde, quia aut Herueus sumit perfectum, & ad perfectionem ordinatum, pro rebus denominatis à perfectione, vel ab ordine ad perfectionem; aut formaliter. Si pro rebus denominatis, facit Bonum synonymum enti: Ens enim sufficit, vt denominetur bonum, sublata quacunque alia ratione absoluta, vt patet ex superiori argumento. Si verò formaliter, nõ dubium est, quin sibi repugnet. Nam perfectum, vt perfectum est, aut dicit negationẽ defectus (perfectum enim est, cui nihil deest, siue simpliciter, siue in certo aliquo genere) aut relationem ad formam perficientem, quasi habens formam perficientem: ordinatum autem ad perfectionem, vt est ordinatum, est relatum. Fatetur igitur hoc pacto, bonum, vt bonum est, esse partim negatiuum, partim relatiuum; cùm tamen contendat ostendere, nõ esse relatiuum, & potiori ratione nec negatiuum.

Perfectum.

## *Refutatio opinionis Durandi.* SECTIO III.

Durandi sententia.

DVrandus verò in secundo d. 34. q. 1. contrariam sententiam sequutus ait, bonum significare formaliter relationem conuenientiæ, eamque esse realem. Quòd autem significet relationem conuenientiæ, ex eo potissimùm ostẽdit, quia idem absolutum, vt calor, per solam conuenientiam cum vna re, & negationem conuenientiæ cum alia dicitur bonum vnius, & malum alterius, vt vinum respectu sani, & ægroti; & color pallidus respectu pomi, & vultus. Quòd verò sit realis, supponit certum esse iuxta sententiam Aristotelis in fine lib. sexti, vbi docet, etsi verum, & falsum

Cap. 4. text. 3.

Digitized by Google

sum in mente sunt; tamen bonũ, & malum esse in rebus. Quo loco apertè videtur docere, etsi verum, & falsum significant relationes rationis; bonum tamen, & malum significare relationes reales. Quòd si quis obijciat, si bonitas est relatio realis, ac proinde quædam pars subiectiua entis, fieri non posse, ut bonum conuertatur cum ente: respondet, bonum non conuerti cum ente essentialiter, vt quemadmodum omnis bonitas est essentialiter ens, sic etiam omne ens sit essentialiter bonitas (siquidem omnis relatio est essentialiter ens, & tamen non omne ens est essentialiter relatio) sed conuerti denominatiuè. Nam quemadmodum quicquid habet relationem conuenientiæ cum aliquo est ens, ita quicquid est ens habet relationem conuenientiæ cum aliquo.

Quo pacto Bonum apud Durandũ conuertatur cum Ente.

Sed neque huiusmodi sententia probanda est. Nam si bonitas est relatio realis, erit quiditatiuè ens, vt patet ex quæstione tertia, atque adeò bona secundo modo dicendi per se, si modò bonum est propria passio entis, vt dicitur. Iam ergò quæretur de illa bonitate, sit ne relatio realis, eademque ratione deinceps de alia atq; alia in infinitum. Quòd si hoc absurdum vitari non potest, nisi dicas, aliquam bonitatem non esse relationem realem, idem pari ratione de prima dici potest; aut saltem non est asserendum, bonum transcendens in commune, dicere relationem realem. Occurrat fortasse aliquis pro Durando, bonum non esse passionem entis realis in commune, sed solius absoluti. Verùm hæc responsio pugnabit primùm cum cõmuni Philosophorum sententia, qui docent, bonum æquè latè patere atque ens; imò etiam ipsius Durandi, quem paulò antè diximus asserere, bonum conuerti denominatiuè cum ente. Deinde hoc saltem negari nõ potest, bonitatem esse communem omnibus entibus, quę perfectionem significant: at huiusmodi est apud illum relatio bonitatis, vt patet ex eadem quæstione in solutione primi argumẽti: quo fit, vt adhuc sequatur progressus infinitus, quem diximus; aut danda erit aliqua bonitas, quę significet relationem rationis; ac proinde bonitas, quæ cum ente conuertitur, non erit relatio realis.

Impugnatio.

Responsionis cuiusdam refutatio.

Præterea, si bonitas esset relatio realis, esset quoq; bonitas diuina realis relatio, quod fieri nequit: nulla enim relatio realis est communis omnibus diuinis personis. atque hoc pacto concludebamus quæstione superiori, veritatem non esse relationem realem.

Huic obiectioni respondet Dur. Deum esse bonum relatione reali, si relatio realis non sumatur pro respectu per se consequente naturam rei, sed pro reali denominatione sumpta ex pluribus rebus. Deus enim, vt ait, dicitur bonus, quia tota bonitas creaturæ pendet à Deo. Sed nec responsio hæc satisfacit argumento. Nam præterquàm quòd hęc distinctio relationum realium à Durando inuecta, non est probanda, vt patebit lib. 5. ex hac eius responsione sequitur, Deum bonitate transcendentẽ non esse bonum, nisi denominatione extrinseca, & ex ordine ad creaturas, quod dici nullo modo potest.

Responsio Durandi.

Impugnatio.



Digitized by Google

Quia in re Thomistæ omnes consentiant.

POrrò D. Thomæ sectatores partim conueniunt inter sese, partim variant. Duo enim sunt, in quibus omnes consentiant. Vnum, quòd bonum nihil addat enti, nisi relationem rationis; alterum, quòd includat, & huiusmodi relationem, & absolutum, quod ab ea denominatur. Verùm si ab eis quæratur, quo pacto bonum hæc duo includat, & quænam sit relatio boni, & cuius absoluti sit relatio, non parua iam inter eos dissensio exurgit. Nam alij existimant, bonum includere formaliter, & relationem, & absolutum. Alij asserunt, non includere formaliter relationem, sed tantùm sine illa explicari non posse. De relatione etiam, quæ tandem sit, implexa est admodum apud eos quæstio propter varia dicta D. Thomæ, qui modò eam vocat relationem finis, modò appetibilis, modò etiam conuenientis. Denique de absoluto, quod à relatione denominatur, non leuis quoque est inter eos controuersia, quòd D. Thomas nunc videatur dicere esse ens, nunc ipsum actum existendi, aliàs quamlibet perfectionem additam essentiæ rei. Ratio autem, quæ hos auctores in eam sententiam adducit, vt credant, bonum includere & relationem & absolutum, quouis tandem modo id intelligant, hæc ferè vna est. Quia si bonũ diceret formaliter solum absolutũ, esset synonymum enti, quod dici non potest; si solam relationem rationis, iam res non essent bonæ, nisi per operationem intellectus; quo nihil penè absurdius.

Quo pacto dissentiant.

Refutatio quarundã ex plurimum.

Verùm nec huiusmodi opinio, qua ratione ait, bonum includere relationem & absolutum, amplectenda est. Nam, quod ad eos attinet, qui dicunt, includere vtrunque formaliter, satis refutata relinquitur ex ijs, quę diximus quæstione quinta, cuius confirmatione similem sententiam de Vno impugnauimus. Quod verò attinet ad eos, qui ea ratione tãtùm affirmant, includere relationem, quòd absque illa explicari non possit, facilè refellitur: Primùm, quia vt bonum dicatur includere relationem, non satis est, si absque ea explicari nequeat. Sic enim pater includeret filium, & cęcitas visum; quia nec pater, nisi per filium; nec cęcitas, nisi per visum explicari potest: quæ tamen non rectè dicerentur. Deinde, quia si bonum non significat formaliter relationem, sed solum id, quod ab ea denominatur, nihil sanè distinguitur ab ente. Id enim, quod denominatur, siue appetibile, siue finis, siue cõueniens, procul dubio ens est. Vnde sequitur, si ens nõ indiget ad sui explicationem huiusmodi relatione; nec bonum illa indigere: quæ enim sunt vnius omnino naturæ, eadem prorsus definitione explicantur. Quòd si quis obijciat, sapientiam diuinam, & iustitiam diuinam esse eiusdem omnino naturæ, & tamen iustitiam indigere ad sui explicationem respectu aliquo, quo non indiget sapientia, nempe habitudine ad actũ reddendi vnicuique quod suũ est: respondebis, aliã esse rationem in attributis diuinis, aliam in transcendentibus. Nam attributa

Conel. 5.

Obiectio.

Dilutio.

Digitized by Google

tributa diuina sunt formaliter infinitę perfectionis; vnde fit, vt à nobis explicari nō possint, vt ipsa in se sunt, sed tantùm vt participantur à creaturis, in quibus certum est, iustitiā distingui à sapiētia. At transcendentia non sunt formaliter perfectionis infinitæ, sed permissiuè duntaxat, quia dicuntur etiam formaliter de rebus finitæ perfectionis, imò sunt imperfectissima attributa cuiusq; rei: vnde fit, vt possint à nobis explicari, prout sunt in se ipsis. Quare, si bonum non significat formaliter relationem, sed solùm ens, quod bonum dicitur, ac proinde ens, & bonum vt sunt in se ipsis, nullo pacto distinguuntur; nulla ratio est, cur bonum ad sui explicationem indigeat relatione, qua non indiget ens.

## *Vera sententia de formali significatione boni, & præcipua quæstionis conclusio.* SECTIO V.

Vid ergo hac in re dicendum sit, nonnullis cōclusionibus explicandum est.

Prima conclusio. Bonum addit enti solam relationem rationis, eamq́ue solam formaliter significat. Quæ conclusio, cùm similis sit primæ conclusioni superioris quæstionis, eodem modo probari potest. Primùm, quia non potest addere enti nisi aut negationē, aut relationē rationis, vt patet ex quæstione quinta; non addit autem negationem, quia Bonum est nomen positiuum, nō negatiuum. Deinde, quia bonum non significat formaliter aliquid absolutum, ne sit synonymū enti, vt patet ex impugnatione opinionis Heruei; nō significat item relationē realē, vt cōtra Durandū definitum est: ergo relationē rationis; quę est sententia D. Thomę q 1. & 21. de Veritate vtrobique art. 1. & alijs locis quamplurimis. Posterior patet, tum ex eadē quęstione, in qua eadē exclusiua latè ostensa est de significatione vnius; tum etiam ex ijs, quæ contra quosdā paulò antè diximus: quæ breuiter in hāc rationem redigi possunt. Aut bonū significat formaliter solū ens, aut solam relationē additā enti, aut vtrumq; ; non significat autē solū ens, non etiā ens & relationē, ergo solā relationem. Adde, q̄ bonū dicitur denominatiuè de ente; denominatiua autē id solū significant formaliter, quod addūt rebus denominatis: quēadmodum albū, cùm denominatiuè dicatur de corpore, non significat formaliter corpus, sed solā albedinem, seu affectum albedine, vt tale est, quod Aristoteles docet in prædicamentis.

Secunda cōclusio. Relatio, quā bonū formaliter significat, nō est relatio finis, nec appetibilis, sed cōuenientis. Prima pars probat, tum quia nō omne bonum est finis, sed vel finis, vel medium ad finem, vel etiam alio modo bonum, vt patet in sanitate, & scissione venæ, & in partibus cuiusque rei; tum etiam, quia nō omne, quod est finis, est bonum; sed aut bonum, aut quod bonum esse videatur, vt Aristot. docet 2. Phy. cap. 3. tum denique, quia nec bonū per se, semper est finis, sed tum solùm, cùm aliquid propter ipsum fit, aut fieri intenditur, vt patet in auro, quod prima hominum

Prima conclusio.

Conel. 4.

Sect. 2. Sect. 3.

D. Thomas.

Ex 3 p. conel. 5. q 5. In superiori sect. huius q.

Cap. de subst.

Secunda conclusio.

cap. 3.

Digitized by Google

hominum ætate non erat finis humanæ cupiditatis, quia nondum propter illud maria transmittebantur, aliquid'ue aliud agebatur, aut agi intendebatur; quanquam iam tum erat bonum.

Res esse appetibiles, q. bonæ; non cõtrà.

Secunda pars probatur. Primùm, quia ideò res dicuntur appetibiles, quia bonæ; non autem ideò bonę, quia appetibiles. Deinde, quia bonum, vt bonum est, est obiectum appetitus; appetibile autem non item, sed affectio quædam, quæ illud sequitur in secundo modo dicendi per se; quo pacto se habet visibile respectu coloris, siue lucidi, vt Aristoteles docet secundò de Anima capite 7. Quod idẽ annotarunt Caietanus 1. p. q. 5. ar. 1. & post eũ Capreolus 2. sent. d. 2. q. 3. & Ferr. primo cõtra Gentiles cap. 37. ducti auctoritate D. Thomæ in caput primum primi Ethicorum, qui in explicando illo pronunciato, Bonum est, quod omnia appetunt, ait, eam descriptionem à posteriori traditam esse. Itaque dicunt, bonum, esse fundamentum appetibilitatis, quemadmodum coloratum est fundamẽtum visibilitatis; siue appetibilitas, & visibilitas sint denominationes quædam ab actibus appetendi, & videdi, vt Caiet. ait; siue relationes aptitudinales ad appetitum & visum, vt Ferrariensis existimat; siue quiduis aliquid.

tex. 66. Capr. ad ultimum contra 2. concl.

Rationẽ formalem boni in cõuenientia sitam esse.

Tertia pars probatur. Primùm, quia nihil in bono reperitur prius, quod appetibilitatis causa esse possit, quàm cõuenientia. Quicquid enim appetimus, id ea de causa appetimus, quia nobis conuenit, aut alijs rebus, quibus illud appetimus; aut certè, quia putamus id nobis, aut illis congruere: nec alia videtur esse ratio, sub qua noster appetitus moueatur. Deinde, quia vna, eademque res (vt argumentabatur Dur.) ex eo solùm, quòd vni rei congruit, & alteri non congruit, dicitur bona respectu vnius, & mala respectu alterius. Tertiò, quia qui aliam rationem formalem boni priorem ratione appetibilis, & diuersam à ratione conuenientis excogitauerunt, nempè rationem perfectionis, aut perfectiui, aut perfecti, in ipsam rationem conuenientis vel nolentes inciderunt; nisi quòd ij, qui solius perfectionis, aut perfectiui meminerunt, pressiùs loquuti sunt, quàm bono transcendenti conueniat. Nam perfectionem, aut perfectiuum esse, si propriè loquendum est, de solo actu dicitur; at conueniens, siue congruens, res omnes complectitur, atque adeò ipsam puram potentiam. Est enim bona, quia congruens tum formis naturalibus, tum etiam compositis naturalibus, tum agentibus, &c.

D. Th. de Veritate q. 1. ar. 8

Tertia conclusio.

Tertia conclusio. Conuenientia, quæ significatur nomine verè boni, de quo agimus, & non apparentis tantùm, est conuenientia secundùm veram existentiam realem. Hæc conclusio duobus potissimùm argumentis ostendi potest. Vno, quia conuenientia, quæ non est secundùm veram existentiam realem, sed solùm secundùm existentiam conceptam, qualis est ea, qua peccator concipit, conuenire humano generi non esse Deum malorum vltorem; non est vera conuenientia, ac proinde non constituit aliquid verè bonum. Altero, quia cùm appetibilitas cuiusque rei fundetur

tur in conuenientia illius, vt patet ex dictis; nihil autem appetatur, niſi ſecundùm exiſtentiam realem, ſeu veram, ſeu apparentem (hinc enim oſtendemus libro ſequenti, finem non mouere, niſi ſecundùm eſſe reale) neceſſe eſt, vt quicquid appetitur ſit conueniens ſecundùm exiſtentiam realem, aut veram, aut apparentem. Si ergo bonum ſumatur pro verè bono, vt de eo hoc loco agimus; neceſſe eſt vt cõuenientia, in qua eius formalis ratio conſiſtit, ſit conuenientia ſecundùm veram exiſtentiã realem; intellige autem potentialem, vt illud dicatur verè bonum, quod congruit rei ſecundùm realem exiſtentiam, quam habere poteſt. Ita patet, quę ſit formalis ſignificatio boni. Quibus hunc in modum explicatis facile eſt quæſtioni reſpondere.

Quarta igitur, extremaque concluſio ſit; Bonum eſſe propriam paſſionem entis. Quæ concluſio ex eo facilè oſtenditur, quòd bonum & reciprocatur cum ente, & eius naturam ſequitur. Nam, quòd omne ens ſit bonum inductione patet, quia nulla res eſt quantumcumque exiguæ entitatis, quæ alicui non congruat. Quarta concluſio.

Quòd autem omne bonum ſit ens, ex ijs etiam, quæ dicta ſunt, facilè colligitur. Nam cùm bonum ſignificet conuenientiam ſecundùm exiſtentiam realem poſſibilem; ſola verò entia poſſint exiſtere realiter; perſpicuum eſt, omne bonum eſſe ens. Nec refert, quòd D. Dionyſius 4. cap. de diuinis nominibus facit bonum maioris ambitus, quàm ens. Accipit enim eo loco ens pro ente, quod eſt actus, vel includit actum; cuiuſmodi ſunt omnia, excepta materia prima. Itaque vult, materiam eſſe bonam, & tamen non eſſe ens, ſcilicet actuale, vt D. Thomas interpretatur tertio cõtra Gent. capite 20. tametſi aliter illum exponit quæſt. 1. de Veritate ar. 2. ad 2. vt ens acceperit pro ſolo exiſtente; bonum autem pro eo, quod nondum exiſtit, ſed exiſtere poteſt; quod eſt preſſiùs nomen entis accipere, quàm ſecundùm eſſentiam. Ita perſpicuum eſt, bonum, & ens reciprocari inter ſe; quod ipſum Ariſtoteles docet 1. Eth. cap. 6. vt ſuprà diximus, eſtque omnium Philoſophorum communis ſententia. Dionyſius quo pacto intelligatur.

Quòd denique bonum eſſe ſequatur naturam entis, ex eo patet, quia conuenientia rerum in ipſa earum entitate fundatur. Quod D. Auguſt. ſignificat, cùm ait, In quantum ſumus, boni ſumus. Ita patet, bonum eſſe ueram, ac propriam paſſionem entis. a. de Doctrina Chriſt.

*Solutio primi argumenti partis negatiuæ initio propoſiti.*

## SECTIO SEXTA.

PRimum igitur argumentum negatiuæ partis initio propoſitũ, quod quidem attinet ad entia mathematica, hoc pacto diſſoluẽdum eſt, mathematica entia, eo pacto, quo à Mathematicis cõſiderantur (vtpotè abſque materia ſenſibili) & ſpectata virtute cauſarum naturaliũ, quo pacto Ari- Num entia mathematica habeãt rationem veri.

Digitized by Google

Aristoteles de illis loquitur, non posse existere in rerum natura, etiam per sua indiuidua sic accepta; ac proinde eo pacto considerata non habere rationem boni, quemadmodum nec veri entis. Cæterùm collata cum supernaturali Dei virtute, vel etiam absolutè accepta, & non ea ratione præcisè, vt abstrahunt à materia sensibili, non solùm esse vera entia, sed etiã bona. De qua re doctè loquitur Caiet. in cõment. primæ par. D. Thomæ ad art. 3. quæst. 15. nisi quòd ait, illa absolutè accepta esse absolutè entia, nec tamen esse absolutè bona. Quod ideò non videtur rectè dictum, quia cùm illa absolutè accepta habeant ordinem ad esse; quemadmodum ex hoc ordine sequitur, esse ea absolutè entia, ita non est negandum, esse absolutè bona: nec Caiet. oppositum satis confirmat.

Caietani opinio.

Consectariũ. Hinc patet, non rectè dici à quibusdam, mathematica abstrahere ab ente. Nam & absolutè accepta, & vt à Mathematicis considerantur, entia sunt, nec ab eis tractantur sub ratione vlla, qua non sint entia, id est, qua per sua singularia existere non possint; nisi eorum sententia, aut potiùs errore, qui in Deo potentiam superiorem naturali non agnoscunt.

Obiectio. Quòd si quis obiiciat, tractari ab eis quantitatem infinitam, quę vt nulla potestate existere potest in rerum natura, ita rationem entis habere nõ

Dilutio. potest: respondendum est; Primùm quidem, rarò a Mathematicis fieri mentionem quantitatis infinitę, veluti cùm dicunt, æquè distãtes lineas esse eas, quę non cõcurrunt, & si in infinitũ protrahantur; &, cùm ex infinita linea abscindunt quantumcumque magnã volunt, aut ex infinita magnitudine desumunt quantumlibet magnum numerum. Deinde,

Quo pacto Mathematici agant de quãtitate infinita. nunquam eos loqui de quantitate simpliciter infinita, sed de finita indefinitè, hoc est, sine certi termini præfinitione, vt possint ex ea quantamcumque designatam desumere, vt Aristoteles docet 3. Physicorum cap. octauo. Postremò, quantitatem infinitam potiùs supponi à Mathe- tex. 71.
maticis, quàm re uera tractari. Sola enim finita ab eis tractatur; supponitur autem infinita, quocumque id modo intelligatur, maioris perspicuitatis gratia, ne vnquam illis desint quantitates, quas velint assumere ad demonstrandum, vt dictum est.

De bonitate materię primę. Quod attinet ad materiam primam, sunt qui respondeant, illam esse bonam per formam, quæ vt est eius perfectio, ita & eius bonitas. Hęc tamen solutio non placet, quia vt illa est ens entitate propria, siue vt distinguitur à forma, sic etiã habere debet bonitatẽ propriam. Alij, vt propriã materiæ bonitatem declarent, dicunt, illam iccirco esse bonam per seipsam, quia in genere suo nihil ei deest. Sed neque hi rem prorsus attingunt. Accipiunt enim nomen bonitatis pro Perfectionis, quod etsi sæpe fit apud vtriusque Philosophiæ auctores, diuinę inquam, ac humanæ; nõ est tamen bonitas (si propriè loquendum est) idipsum, quod perfectio.

Triplex perfect.o. Quę vt meliùs intelligas, aduerte, triplicem dici solere perfectionem, Moralem, Naturalem, & Transcendentem, siue communem.

Moralis. Perfectio moralis, quæ & honestas & probitas dicitur, est forma, siue actus

Digitized by Google

actus perficiens secundùm rectam agendi rationem, cuiusmodi sunt temperantia, fortitudo, & reliquæ huiusmodi virtutes, earumq; actus. Atque ab hac perfectione, vt sola entia intellectiua possunt dici perfecta, ita & hoc pacto bona, quo modo sumitur bonũ ab Aristotele, cùm definit virtutẽ, Habitum, qui bonũ efficit habentẽ, & opus eius bonũ reddit. 2. Eth. c. 6.

Perfectio naturalis est forma, siue actus perficiens secũdùm naturã subiecti, vt calor ignis, frigus aquæ, & motus naturales vtriusq;, cõprehenditq; hoc genus pfectionis sub se perfectionẽ moralẽ, quia quicquid perficit secundùm rectã agendi rationem, perficit secundùm naturã rationalẽ, siue intellectiuã, subiectam. Quo fit, vt ab hac perfectione dicantur perfecta, ac proinde bona, omnia, quæ habent formas, actus'ue suę naturæ cõuenientes. Perfectio transcendens est negatio defectus cuiusq; rei in suo genere, vt perfectio cœli in genere corporũ, & intellectus in genere potentiarũ, tametsi perfectionis nomẽ hoc tertio modo sumptũ, ferè accipi solet pro ipsa re perfecta, siue cõposita illa sit, siue simplex, siue substantia, siue accidens, siue actus, siue potentia. Ab hoc autẽ perfectionis genere dicimus perfecta, ac bona, etiam ea, quæ aliàs dicuntur mala, vt bonum furem, bonum morbum, id est perfectum in suo genere.

Naturalis.

Transtendés

Ac cùm perfectiones primi, & secũdi generis, sint formæ ipsæ actus'ue perficientes, non dicentur ab eis bona, nisi ea, quę informari, actuari'ue, aut quasi actuari possunt, quod addiderim propter perfectiones morales, & naturales Dei, quæ non actuant diuinam essentiam, sed habent se nostro intelligendi modo, more actuantiũ. At à tertio genere, quemadmodũ omnia dicũtur perfecta in aliquo genere, ita & bona: atque hoc pacto potest materia dici bona per seipsam, quia in genere potẽtię passiuę nihil ei deest. Deniq; priora duo perfectionũ gñra significat Auctor libelli de Causis cùm scribit, Bonũ dici per informationẽ entis: tertiũ aũt Dionysius in libro de Diuinis nominibus, cùm ait, Bonum ex vna totaq; causa (.i. integra) proficisci; malũ aũt ex particularib⁹ defectib⁹ accidere.

Perfectiones diuinæ.

Cap 4.

Cæterùm, quòd bonitas, si propriè loquẽdum est, non idem sit, quod perfectio, ex eo primùm constat, quia perfectio dicitur absolutè, bonum autem comparatè. Deinde, quia quicquid est bonũ in hoc vel illo genere, est etiã bonum in genere entis, ideſt bonũ ens; & tamen non quicquid est perfectum in hoc vel illo genere, est etiam perfectũ ens. Quis enim dicat, materiã, aut punctũ esse perfecta entia, cùm interim materia dicatur perfecta potentia passiua, & punctum perfectus terminus lineæ? Postremò, quia Theologi aliam tractationẽ faciunt de perfectione Dei, aliã de bonitate Dei, tametsi multi sunt, qui hæc attributa, non plenè & apertè distinguant, propter eorum affinitatem, quemadmodum nõ videntur distinguere bonum ab appetibili, cùm tamen omnis bonitas fundetur in aliqua perfectione, & omnis appetibilitas in bonitate aliqua.

Bonitatẽ non idem esse atque perfectionem.

Dicendũ igitur potiùs, iccirco materiam propriè dici per se bonam, quia per se suam'ue essentiam est conueniens, siue congruens accipien-

Materia quo pacto sit per se bona.



Digitized by Google

dis formis, alijsq; plurimis vsibus. Quod idem D. Thomas, qui aliàs genus hoc bonitatis in materia non videbitur agnoscere, planè fatetur tertio contra Gentiles cap. 20.

Bonitatem transcendentem consistere in cõuenientia rerum cũ Deo.

Sed cùm vna eademq; res multis modis eidem possit esse cõueniens, imò etiam multis rebus, quemadmodũ gladius delphicus, qui in varios vsus comparatus erat: rogabit aliquis hoc loco, in qua conuenientia bonitas transcendens posita sit. Ad quam dubitationẽ dicendũ videtur, bonitatem transcendentẽ, cùm sit prima rerum bonitas, positã esse in conuenientia earum cum Deo, quẽadmodum de veritate suo modo dictum est. Vt enim Deus est verum ens, atque adeo verissimum, quia omnino conformis conceptui, quem habet de perfecto ente; cætera autem, suo quæque gradu sunt vera, quatenus maiorem, minorem'ue cum illo eodẽ conceptu habent imitationis cõformitatem; ita idem est bonus, ac optimus bonitate transcendente, quatenus sibi est conuenientissimus, seque ipso dignissimus; cætera autem eò magis, minùs'ue sunt bona, quatenus

Probatio.

plus, minùs'ue diuinæ bonitati congruunt. Quòd enim ita dicendum sit, his argumentis patet. Primùm, quia vnde res primùm habent, vt sint, inde primam habent bonitatis rationem: cùm igitur Deus ex se ipso, cætera autem ex illius participatione habeant vt sint; efficitur vt ipse sit bonus primo communissimoque bonitatis genere, quia sibi conueniens; cætera autem, quia illi congruunt. Deinde, quia, vt diuina cognitio est regula omnis cognitionis; ita diuina appetitio norma omnis appetitionis; igitur vt diuina cognitio antecedit omnem creatam cognitionem; ita & diuina appetitio omnem creatam appetitionẽ: priùs ergo res omnes sunt appetibiles à Deo, quàm à quouis alio appetitu: res autem non sunt appetibiles à Deo, nisi quatenus illi congruentes; consistit igitur prima rerum bonitas in eo, quod Deo congruant; quæ bonitas nulla est alia, nisi transcendens. Postremò, si bonitatem creaturarum ex eo metiamur, quia congruunt his, vel illis; planè intelligemus, quemadmodum hæc congruit huic, ita non congruere illi, veluti calor, qui ita congruit igni, vt aquæ non congruat: sunt igitur creaturæ respectu ipsarum inter se, non tantùm bonæ, sed etiam malæ: atqui res omnes creatæ, quatenus entia sunt, ita sunt bonæ, vt malę non sint (unde est illud Augustini primo de Doctrina Christiana, Inquantũ sumus, boni sumus) igitur nõ est sumenda earum bonitas transcendens ex ordine ad creaturas, multoq; minus ipsa Dei bonitas; sed potiùs omniũ bonitas in ordine ad Deum. Atque ex hoc ordine habent creaturæ vt sint bonæ, aliæ in ordine ad alias; vt materia in ordine ad omnes formas, quarum est capax, & ad composita tam substantialia, quàm accidentalia, quæ ex ea fieri possunt; & calor respectu ignis; & frigus respectu aquæ; ac reliqua eodem modo.

Prima obiectio.

Tria tamen sunt, quæ contra hæc obijci possint. Vnum, si Deus est bonus eo bonitatis genere, de quo agimus, quia sibi congruens; eodem modo videri dicendum, cætera esse bona, quia sibi congruentia. Alterum, si

Secunda.

creaturę

creaturæ ſunt bonæ, quatenus Deo congruentes; ergo creaturas eſſe bonas Deo, ac proinde pendere bonitatem Dei ex creaturis, cùm per illa boni ſimus, quę nobis ſunt bona, etiam bonitate tranſcendente; quo pacto res quęlibet naturalis eſt hoc genere bonitatis bona propter materiã & formam, quę illi ſunt bona, ſiue conuenientia. Tertium, creaturas multis modis congruere Deo, veluti ad manifeſtandam eius potentiam, ſapientiam, bonitatem, ad excitandam quoque in nobis eius admirationẽ, ad conciliandum eius amorem &c. aut ergo multas eſſe bonitates tranſcendentes cuiuſque rei; aut non eſſe huiuſmodi creaturarum bonitatem in eo poſitam, quòd Deo congruant. Tertia.

Verùm ad primum dices, quẽadmodum nulla creatura ex ſeipſa eſt, ita nullius tranſcendentem bonitatem ſumendam eſſe ex conuenientia, qua quæque ſibi ipſa congruit, præſertim cùm hæc congruentia procedat ex ea, qua ipſa congruit creatori. Solutio obiectionum.

Ad ſecundum dices, cùm de rebus diuinis loquimur, non modo à falſa ſententia, ſed etiam ab ea, quæ ſpeciem falſitatis habeat, cauendum eſſe. Ita fit, vt quoniam dicere, creaturas eſſe bonas Deo, neſcio quid indigentiæ in Deo innuit; non videtur ea loquutio vſurpanda. Alioqui ſi res ipſa ſpectetur, cùm bonum, vt de eo nunc loquimur, nihil aliud ſignificaret, quàm eſſe conueniens alicui; quemadmodum creaturæ ſine errore vllo dicuntur conuenientes, ac cõgruentes Deo; ita ſine errore dici poſſent bonæ Deo. Vt enim cùm dicimus, diuitias eſſe bonas iuſto, non ſignificamus, bonitatem iuſti pendere ex bonitate diuitiarum, ſed potiùs econtrariò bonitatem diuitiarum ex bonitate iuſti; ita ſiquis vero ſenſu retento dicat, creaturas eſſe bonas Deo, non ſignificabit, bonitatem Dei pendere ex bonitate creaturarum, ſed contrà bonitatem creaturarum ex bonitate Dei. Nec ſimile eſt illud, quod obiectũ eſt de bonitate tranſcendente rei naturalis. Quòd enim res naturalis ſit bona propter materiam, & formam, quæ illi ſunt bonę, non ideo accidit, quia illi ſunt bonæ, ſed quia ſunt illius partes; quod non accidit in creaturis reſpectu Dei. Quo ſenſu dici poſſit, creaturas cẽ Deo bonas.

Ad tertium dices, conuenientiam reſpectu Dei, in qua conſiſtit creaturarum bonitas tranſcendens, eſſe eam, qua quęque earum congruit Deo ad manifeſtationem diuinæ naturæ, ac proinde earum perfectionũ, quæ in ea continentur: cæteras autem conuenientias, quibus Deo congruunt, ad excitandam diuinitatis admirationem, ad cõciliandum eius amorem, &c. conſequentes eſſe, & poſteriores prima earum bonitate: tametſi dici poteſt, per vnam & eandem conuenientiam hæc omnia præſtari, cùm alia ex alijs naturaliter ſequantur. Propria ratio bonitatis trãſcendentis.



Digitized by Google

*Solutio eiusdem argumenti, quod attinet ad relationes, & ea, quæ dicuntur mala.* SECTIO VII.

An relationes dicãt perfectionem.

QVod verò attinet ad relationes, plerique sunt qui dicãt, illas non significare perfectionem, qua in re D. Tho. & Scotus, eorumq; sectatores penè cõueniunt. Ac de perfectione quidẽ formali, quo nomine cõprehendi possunt moralis, & purè naturalis, non caret hoc controuersia. Altera enim ex parte, cùm omnis relatio sit forma quędã atq; actus (loquor aũt tantùm de relatione reali) actus autem idem videatur esse, quod perfectio formalis; omnis relatio videbitur dicere perfectionẽ. Contrà tamen, cùm intemperãtia, & cætera vitia huiusmodi, sint formæ quædã & actus; nec tñ sint perfectiones formales, cũ non perficiant subiectum, nisi velis secundùm quid, siue quatenus qualitates; nil mirum videri debet, si relationes quoq; non dicantur significare perfectionẽ formalem, præsertim cùm sint tenuissimę entitatis; earumq; esse nõ tam cõsistat in afficiendo, & quasi ornando proprio subiecto, quàm in referendo illo ad aliud. Sed quicquid in hac cõtrouersia dicendum sit de relationibus creaturarum; oppositũ dicendũ est de diuinis: qua in re meliùs sentire videtur D. Thomas, qui putat, relationes, quibus personæ constituuntur & distinguuntur, dicere formalem perfectionem, quod negat Scotus. Dicunt enim perfectionem diuinæ essentiæ, ac proinde perfectionem diuinę sapiẽtiæ, potentiæ, & cæterorum attributorum, quæ in diuina natura cõtinentur; de qua re aliàs. Lege si placet Heruęum Quodlib. 1. q. 4. contra Scotum, doctè dissẽrentem, eiusq; argumenta acutè dissoluentem.

Lege D. Tho. 1. p. q. 28. ar. 2. Caiet de ente & ess. ca. 2. Capr. 1. d. 7. q. 1. ad 3. cõtra 1. con. Scot. quolib. 5. &c.

Quid sentiendum sit de diuinis relat.

Ad argumentum igitur negandũ est, si bonũ dicatur de relationibus, aliquã perfectionẽ formalẽ fore in vna persona diuina, quę nõ sit in alijs. Nã nec bonũ esse, idẽ est, quod perfectũ esse, vt superiùs probatũ est, nec quicquid est bonũ bonitate trãscendente, est etiã perfectum ex se, perfectione formali, vt patet in materia prima, in habitibus vitiosis, & fortasse in relationibus creaturarum; nec deniq; vlla perfectio formalis est in vna persona diuina, quę nõ sit in alijs, cùm eiusmodi earũ perfectio sit indiuisa in omnibus, quẽadmodũ & ipsa diuina essentia. Quòd si perfectio sumatur in argumẽto pro perfectione trãscendẽte, quo pacto est perfectũ quicquid est bonũ bonitate trãscendente; cũm ea perfectio nihil aliud sit formaliter, quã negatio defectus in genere aliquo, nõ solùm nõ erit incõmodũ fateri, aliquam perfectionẽ esse in vna persona, quæ nõ sit in alijs, sed etiã necessariũ: quod idẽ dicendũ est de bonitate ipsa transcendente, quę fundatur in hmõi perfectione, & est relatio rõnis, vt inferiùs patebit. Itaq; si de trãscẽdente, siue perfectione, siue bonitate sermo sit; alia ratione est perfecta paternitas; alia, filiatio; alia, spiratio passiua; vt perspicuum est: alio item modo congruit Pater naturæ diuinę, alio, Filius; alio, Spiritus Sãctus; Pater, vt gignẽs, Filius, ut genitus, Spiritus sanctus, vt ab vtroque

Quædam de perfectione, & bonitate diuinarũ relationum.

què præcedens, quæ originem sumptuam, & incomprehensibilem diuinæ essentiæ fœcunditatem declarant.

Obiectionis Diluuo.

Nec obijcias illud Athanasij, qualis Pater, talis Filius, &c. Qualitatis enim verbo nõ significat Athanasius perfectionẽ transcendentẽ, sed formalẽ, nec verò omnẽ formalẽ, sed eã, quæ cõplectitur attributa illa, quæ apud nos qualitatis nomine significantur, vt sapientię, iustitiæ. Quapropter addere etiam potuisset, Quantus pater, tantus filius &c. vt eandẽ esse omniũ personarũ quantitatiuã, vtsic dicam, perfectionẽ declararet, quæ & ipsa formalis est; tametsi & quantitatiuam mox explicauit specialibus verbis immensi, æterni, & omnipotentis. Itaq; quicquid perfectionis formalis dicit vna persona diuina, totũ id formaliter dicunt cæteræ ex natura rei. Dico autẽ ex natura rei, quia si relationes illę sumantur, vt nostro intelligendi modo distinguuntur ab essentia, nullam dicunt perfectionẽ huius generis; quemadmodum sapientia diuina, etsi ex natura rei includit iustitiã, tamen vt modo intelligendi nostro distinguitur à iustitia, nullam includit perfectionem iustitiæ. Qua una responsione dissolues omnia argumenta, quæ aduersæ partis auctores contra hanc sententiam ingeminant, si de perfectione formali loquantur; quale est illud, Si relationes diuinæ dicunt formaliter perfectionem, plus perfectionis esse in duabus personis, quàm in una, pluſque in tribus, quàm in duabus; & illud, Fore, vt perfectior sit persona quælibet, quàm essentia, cùm persona & essentiæ, & relationis perfectionem habeat; & illud, Concedendum esse necessariò, relationes ipsas, vt distinguuntur ab essentia, dicere peculiares sibi perfectiones. Nihil enim ista efficiunt, si oẽs dicunt eandem omnino perfectionẽ formalẽ, & inter se, & cum diuina essentia cõparatæ. Quòd si quis obiciat, relationes creatas, si formalem perfectionẽ significant, dicere peculiares huiusmodi perfectiones, vltra perfectionẽ fundamenti; ergo & diuinas, vltra perfectionem essentiæ: neganda est cõsequentia, quia relationes creaturarum distinguuntur à suis fundamentis ex natura rei, & illa perficiunt, si dicunt perfectionẽ formalẽ; at relationes, quibus diuinę personæ distinguuntur, nec distinguuntur ex natura rei ab essentia diuina, nec quatenus ab ea more intelligẽdi nostro distinguuntur, illam perficiunt, cùm cõcipiamus diuinam essentiã, vt infinite perfectã omni formali perfectione. Si verò loquantur de perfectione transcendente, cùm ea nihil positiuum addat rebus perfectis, nullum incõmodũ colligetur prædictis argumentis. Dicere enim plus hmõi perfectionis esse in duabus personis, quàm in vna, & in duabus, q̃ in tribus; in persona itẽ, quàm in essentia; & vnamquamque personã suã peculiarem habere perfectionem; nihil aliud erit, q̃ dicere, plures res perfectas esse duas, quàm vnam, & tres quàm duas; personamq; habere perfectionẽ essentiæ & personæ, essentiã autem essentię duntaxat; &, quamlibet personã, quoad propriam & peculiarem referendi rationem nullum habere defectũ: in quibus sententijs nihil est absurdi; quemadmodũ si Deus faciat

Modus dissoluẽdi argumẽta, quę fiunt cõtra ueram sentẽtiam de relationũ diuinarum perfectione.

Alterius obiectionis dilutio.

Discrimẽ inter relationes creaturarũ, & diuinas.

ciat duas formas æquè perfectas, ea demùm ratione non erit absurdum asserere, plus perfectionis esse in vtraque, quàm in altera, si is, qui id asserit, significare velit, plures perfectiones esse in utraque, quàm in altera tantùm.

Quo pacto entia, quę maledicùntur, sint bona.

Quod demum attinet ad entia, quæ dicuntur mala (hoc enim erat extremum membrum primi argumenti) respondendum est, bonum transcendens, de ijs quoque verè prædicari; neque esse incommodum si res eædem dicantur bonæ quatenus quędam entia sunt, & ad Deũ referantur; malæ autem quatenus referuntur ad quasdam alias, quibus non cõgruunt: quemadmodum non est incommodum si dicamus, febrilem calorem esse bonum respectu materiæ, malum autẽ respectu formæ: &, auaritiam esse bonam cõgregandis caducis opibus; malam autem comparandis æternis. Etenim bonum, ac malum, non dicuntur contraria respectu diuersorum, sed eiusdem.

Quo pacto mala bonis opponantur.

Illud porrò aduerte hoc loco, ea, quæ dicuntur mala, interdum opponi contrariè bonis; vt in moralibus auaritia liberalitati, & actus illius actibus huius; in naturalibus error scientię, morbus sanitati: interdum autem priuatiuè, vt in moralibus peccatum formaliter sumptum honesto operi; in naturalibus cęcitas visui. Quę cùm ita sint, mala quidem prioris generis sunt etiam bona transcendenter; posterioris autem non item. Est enim malum hoc pacto sumptum priuatio boni, & vt Dionysius ait, nec existens, nec aliquid in existentibus. Cap. 4. de Diuinis nom.

## *Solutio secundi, & tertij.* SECTIO VIII.

Quo pacto uerum bonũ sit appetibile

SEcundum argumentum initio propositum duobus modis solui potest. Vno, si dicas, Appetibile, vt in definitione veri boni à Veteribus tradita intelligitur, accipiendum esse vt fundatur in vera conuenientia, & secundùm existentiã realem; in qua conuenientia diximus rationem boni consistere. Hoc enim pacto reciprocatur appetibile cum bono. At priuatio vitę, egestas, & reliquæ priuationes, & negationes, quę à multis exoptantur, etsi sępe sunt verè congruentes, vt cùm propter Christum expetuntur; tamen quia non sunt entia, non habent conuenientiam secundùm propriam existentiam realem: entia autem ficta & impossibilia, nec habent propriam existentiã realem, nec verè congruere possunt cuiquã rei.

Quo pacto non cauſa.

Altero, si respondeas, priuationes, & alias negationes, atque vno nomine non entia, non esse ex se appetibilia, quo pacto dicitur proprium entis appetibile esse; sed ratione alicuius entis adiuncti, aut consequentis, aut certè quatenus entia esse putantur, aut aliquam entis rationẽ induunt; veluti paupertas ratione eius libertatis animi, quam secum affert; aut regni cœlorũ, quod pauperibus promittitur; & equus rationis particeps, si possibilis esse putetur, aut vt tale apprehendatur. Atque hęc est

Soluitur obiectio.

communis

communis solutio propositi argumenti, Quòd si quis obijciat, scisionē venę, pharmacum amarum, & alia, quę non propter se expetuntur, sed propter alia, non esse entia: occurri potest hoc modo, Non idem esse, appetibile esse propter se, & ex se; quemadmodum non idem est, esse bonū propter se atque esse bonum ex se. Nam, etsi quicquid est bonum, & appetibile propter se, est etiam appetibile ex se; non tamen contrà accidit. Esse enim bonum, & appetibile ex se, est habere ex se se cur appeti possit, siue appeti possit propter se, siue tantùm propter aliud: atque hoc omnibus, ac solis entibus conuenire potest. At esse bonum, & appetibile propter se, est esse appetibile non ratione alterius; quod non modò non conuenit non entibus, sed ne omnibus quidem entibus videtur conuenire, vt patet in scisione venæ, potione amara, & alijs quamplurimis. Potest etiam dici, hæc entia esse appetibilia non tantùm ex se, sed etiā propter se; si non naturaliter, certè ex libertate; aut si non ut ea patiatur appetens, saltem ut efficiat, alijs'ue modis.

Appetibile ex se, & propter se.

Quod autem attinet ad existentiam, sunt qui dicant, eam esse quoddam ens, & ideò non colligi, si ipsa est bonum quippiam, aliquid prętер ens esse bonum. Hęc tamen opinio non placet, quia existentia nō potest numerari in membris dividentibus entis, atque esse quasi species illius, nisi sumatur pro sola existentia diuina, ut patet ex quæst. 4. & latiùs patebit libro quinto. Potiùs ergo dicendum est, existentiam eam, quę non est formaliter entitas, & ceteros modos essendi intrinsecos, non esse appetibiles vt ea, quę appetuntur, sed vt modos eorum, quę appetuntur; ac proinde nec bona, vt ea, quę sunt conuenientia, sed ut modos conuenientium: vnde nec appetuntur vmquam peculiari appetitione, sed eadem illa, qua appetuntur ea, quorum sunt modi essendi.

De bonitate existentiæ.

Ad tertium dicendum est, bonum transcendens non adiungere enti negationem; non quia formaliter, siue quatenus eiusmodi est, dicat perfectionem, sed quia eius ratio consistit in conuenientia quadam, vt dictū est, quę est relatio rationis. Quòd autem sit relatio rationis, & non realis, ex eo patet, quia cōuenit rebus, siue actu existant in rerum natura, siue nō existant, & iam ex omni ęternitate conueniebat; quod genus relationum nobis videtur non esse reale, sed rationis, quia non potest mutare naturam suam, quam ex ęternitate habuit, & ex ente rationis fieri ens reale. Idem credimus dicendum de relationibus identitatis, ac diuersitatis tum generica, tū specifica, & alijs huiusmodi. Alia ratio est de relationibus, quę non conueniunt rebus, nisi actu existant in rerum natura; cuiusmodi sunt similitudines, & dissimilitudines in formis cōtingentibus, ueluti similitudo Socratis, & Platonis in albedine, scientia, prudētia, &c. itemque relationes, actu agentis, & patientis; propinqui, & remoti; superioris secundùm locum, & inferioris, atque aliæ huius generis, de qua re accuratiùs libro quinto.

Cur bonitas transcendens sit relatio rationis.

Nonnulla de relationibus.

Ad priorem verò impugnationem dicendum est, non ideò dici solere,

Digitized by Google

Quo pacto bonū moueat appetitum.

re, bonum mouere appetitum, quia, quatenus bonum est, mouet efficienter, sed quia mouet vt finis, aut vt medium ad finem; neque iterū quia relatio ipsa conuenientiæ, quam bonum formaliter significat, sit id, quod mouet, cùm vera aliqua res appetitur; sed quia est ratio, sub qua res ipsa mouet. Quantumcumque enim res sit perfecta, si tamen conueniens non sit huic vel illi, neutiquam ab eo appetetur. Aduerte tamen,

Entia rationis per se appeti.

etiam ipsas relationes rationis posse mouere appetitum vt eas, quæ mouent, seu directò appetuntur, cùm id experimento constet in relationibus multarum dignitatum, quæ pendent ex hominum æstimatione. cernimus enim, eas auidè quæri non tantùm ratione opum, aut potestatis adiunctæ, sed etiam ratione ipsius excellentiæ conceptæ ab aliis: neque enim tam expetunt homines, vt alii de ipsis magnum aliquid concipiāt (quod esset appetere aliquid reale) quàm vt ipsi ab illis magni æstimentur, quod planè est appetere aliquid rationis, & pendens ab aliorum iudicio. Quamquam ergo ita res habeat, non dicentur tamen entia rationis bona, vt hoc loco de bono sermo est, ideſt bonitate propria entis realis, quia non habent conuenientiam secundùm existentiam realem; etiā potentialem, qua appetitum mouere possint, quod est proprium boni, quod reciprocatur cum ente, de quo propriè agit primus Philosophus.

Non tamen habere bonitatem de qua hic disseratur.

Ad posteriorem verò probationem dicendum est, duobus modis aliquid dici per suam essentiam tale. Vno, quia id, quod tale dicitur, consequitur, & quasi profluit ex essentia illius, quo pacto homo per suam essentiam est risus capax. Altero, quia id, quod tale dicitur, pertinet ad eius essentiam; quo pacto homo est per suam essentiam animal. Siquis ergo, sumpto bono vt significat bonitatem transcendentem, respōdeat, Deum esse bonum per suam essentiam priori modo; verum quidem dicet, sed nihil Deo peculiare tribuet, cùm res omnes sint illo modo bonæ per suas essentias, & tamen Theologi, ac Philosophi dicāt proprium esse Deo, esse bonum per suam essentiam. Si verò respondeat, esse bonum per suam essentiam posteriori modo; falsum dicet, vt recte probat argumentum. Reliquum est ergo, vt bonum in eo pronunciato sumendum sit vt significat perfectionem moralem, aut naturalē, aut potius vtramque, seu, quod idem est, quamcunque perfectionem formalem; quo pacto & verum est, & Deo peculiare, esse bonum per suam essentiam, cùm diuina natura sit ipsa diuina existentia, potentia, sapientia, iustitia, & quęcunque alia sua perfectio formalis, siue earum, quas naturales tantùm appellamus, siue earum, quas vocamus morales; quod in nulla omnino creatura cernitur. Atque in hoc sensu planè loquuntur Patres, & scolastici omnes Doctores, cùm dicunt Deum esse bonum per suam essentiam; quo etiam pacto intelligitur illud Domini apud D. Marcum Nemo bonus nisi solus Deus. Cap. 10.

Duplicitèr aliquid dici tale per suam essentiam.

Quomodò intelligi debeat propriū esse, Deo esse bonū per suā essentiam.

Quid interſit inter esse bonū per essentiā suā, & esse bonum per essentiam.

Aduerte tamen hoc loco, aliud esse dicere, Deum esse bonū per essentiam suam, quod iam explicatum est: aliud, esse bonum per essentiam:

quemadmodum aliud est dicere, hoc est ens per suam essentiam; aliud, ens per essentiam. Qui enim dicit aliquid esse tale per essentiã, significat illud continere in se omnem perfectionem totius eius generis, secundũ quod dicitur tale, latè tñ sumpto generis nomine. Atq; hoc etiã modo propriũ est Dei esse bonũ, seu perfectum per essentiam, quemadmodũ & ens per essentiam, quia ipse solus continet in se omnes perfectiones entis, quasdam formaliter, quasdam eminenter. Vnde meritò cętera omnia dicuntur à Theologis entia, & bona per participationem.

## *Solutio argumentorum, Heruei, Durandi, & aliorum.* SECT. IX.

AD primũ autem Heruei, quicquid dicendum sit de quæstione illa, Num omnes relationes dicant perfectionem formalem, de qua ille loquitur; negandum est, nomine boni transcẽdentis significari formaliter perfectionem, siue moralem, siue naturalem, siue transcendentem, cùm significet relationem conuenientiæ: tametsi uerum est, quò res sunt perfectiores transcendenter, eò esse meliores bonitate transcendente.

Ad secundum, Etsi bonum pro perfectione morali, & naturali sumptã dicatur absolutè; tamen bonum transcendens semper dici comparatè, quemadmodum & bonum, quod significat bonitatem fundatam in perfectione morali. de quo hic non agimus.

Ad tertiũ dicendum, Si antecedẽs intelligatur de bono pro perfectione morali, aut naturali, verum quidem sumi antecedens & rectè probari cõsequentiam: at si intelligatur de bono transcendenti, falsum esse antecedens. Ad eius verò probationem dicendũ, eam totam cõferri ad priorẽ sensum, aut certè in ea accipi bonitatẽ, pro ipsa rerũ entitate, pro qua etiã non rarò sumitur veritas, vt superiori quæstione diximus. Atque hoc cõmune esse omnibus transcendentibus satis declarat cõmune illud Philosophorum pronunciatũ, In transcendentibus cõcreta & abstracta prædicari de se inuicẽ, vt vnum de vnitate, & vnitatem de vno. lege D. Thomã q. 21. de veritate ar. 4. ex Dionysio 2. cap. de Diuinis nominibus. Ad 4.

Bonitatem & ueritatem illi quando sumi pro ipsarum entitate.

Ad locum verò Aristotelis, quo Durandus sibi persuadet, relationem, quæ significatur nomine boni, esse realem, dicendum est, sententiã Aristotelis eo loco, si accuratiùs expendatur, hanc esse tandẽ, Res esse bonas, ac malas sine operatione intellectus, non tamen veras, aut falsas. Cæterũ ex ea nõ effici, bonum, & malũ dicere relationes reales. Nam, etsi plerq; relationes rationis sunt, quę nõ conueniant rebus, nisi quia res ipsæ concipiuntur, aut alio modo in mente tractantur, vt relatio prædicati, subiecti, generis, speciei; cuiusmodi est relatio veri: tamen aliæ etiam quædã sunt, quę rebus conueniant præcisa omni conceptione rerum ipsarũ. Atque huius generis sunt relationes creatoris, prioris, & posterioris siue tempore, siue natura, vt sequenti libro docebimus; in quibus

Explicatur locus Aristotelis.

Nonnullas relationes rationis pręcisa intellectus operatione rebꝰ conuenire.



Digitized by Google

numeratur relatio boni. Sensus ergo loci est, Verum & falsum significare relationes prioris generis; bonum autem, & malum non, nisi posterioris. Quod perinde est, ac si in exemplis nunc adductis dixisset, res nō prædicari, nec subijci, nisi quia concipiuntur; esse tamen priores, & posteriores tum natura, tum etiam tempore, etiamsi non concipiantur.

Obiectio. Quòd siquis obijciat, relationē conuenientię habere in rebus extrema realia, vt patet in igne, & calore; itemque fundamēta absque operatione intellectus; ergo esse realē: occurrendū est, nō oēs relationes rationis indigere operatione intellectus tāquam fundamento, ut rebus conueniāt, quemadmodum patet in relatione creatoris; sed tantùm eas, quę in priori genere continentur: quāquam oēs indigēt operatione intellectꝰ, vt existāt. quod patebit lib. 5.

Dilutio.

## Κεφ. Γ'.

Textus 7.

Ἐκτὸν [a] δὲ, πότερον μιᾶς ἢ ἑτέρας ὄψεως ἐστὶν, ὥσπερ καὶ τὰ περὶ [b] ἐν τοῖς μαθήμασι καλουμένων ἀξιωμάτων, καὶ περὶ τὴς οὐσίας. φανερὸν δὴ, ὅτι μιᾶς ἐστι, καὶ τῆς τοῦ φιλοσόφου ἡ περὶ τούτων ὄψις ἐστὶ σκέψις. ἅπασι γὰρ ὑπάρχει τοῖς οὖσιν, ἀλλ' οὐ χωρὶς γε χωρὶς ἰδίᾳ τῆς ἄλλων. καὶ χεχώρισται μὲν πάντες, ὅτι τοῦ ὄντος ἐστὶν ἡ ὄν, ἕκαστον δὲ τὸ γένος ὄν: ὅσα τοσοῦτον δὲ χεχώρισται, ἐφ' ὅσον αὐτοῖς ἱκανὸν: τοῦτο δ' ἐστὶν ἴσον ἐπέχειν τὸ γένος καὶ οὗ φέρουσι τὰς ἀποδείξεις. ὥστ' ἐπεὶ δῆλον ὅτι ἡ ὄντα ὑπάρχει πᾶσι (τοῦτο γὰρ αὐτοῖς τὸ κοινόν) τοῦ καὶ τὸ ὂν ἢ ὂν γεωμετρίζοντος, καὶ

Dissoluitur ratio quorūdam Thomistarum.

Denique ad rationem, qua prædicti sectatores D. Thomæ asserunt, bonum includere relationem rationis, & absolutum, dicendum est, non inde sequi, res esse bonas per solam operationem intellectus, quia bonum solam relationem rationis formaliter significet; hoc enim pacto non esset Deus formaliter creator, nec prior natura, aut duratione creaturis; nec diuinæ hypostases æquales, aut similes inter se, nisi per operationē intellectus; quandoquidem hæc omnia formaliter significant relationē rationis, vt ipsi etiam asserunt. Causa verò, cur id non sequatur, est, Quia operatio intellectus non est necessaria, ut relatio rationis posterioris generis cuiquam conueniat; sed solùm vt existat eo modo, quo existere potest. Quinetiam retorqueri potest in eos proprium illorum argumentū.

Retorquetur argumentum aduersarios.

Si enim rectè colligunt, bonum non dicere formaliter solam relationem rationis, ne cogātur fateri, res non esse bonas, nisi per operationem intellectus; eadem ratione asserere nō debent, illud includere formaliter absolutum, & relationē. Nam si altera pars totius coniuncti pendet ab operatione intellectus, totum etiam coniunctum ab ea pendeat necesse est. Itemq; si hæc est apta consecutio, Bonum significat formaliter solam relationem

lationem rationis; ergo Deus non est essentialiter bonus : eadem ratione hæc erit apta, Bonum significat formaliter absolutum, & relationẽ rationis, ergo Deus non est essentialiter bonus. Quandocumque enim prædicato essentiali adiungitur aliquid accidentarium, totum prædicatum ex vtroque coniunctum est accidentariũ, vt patet in hac enunciatione, Socrates est homo albus. quę nescio qua ratione hi auctores nõ animaduerterit, aut potiùs non aperte uiderint.

Prædicatũ ex parte essentiali, & accidentaria conflatum, accidentarium esse.

## CAPVT III.

*Dicendum* [a] *quoque, unius'ne scientiæ, an diuersarum sit & de ijs, quæ* [b] *in Mathematicis dignitates appellantur, & de substantia agere. Ac perspicuum est, & unius scientiæ, et eius, quæ Philosophi est propria, horum etiam considerationem esse. Omnibus* [c] *enim entibus conueniunt, non priuatim alicui generi ab alijs seiuncto. Et utuntur his quidem omnes, quia sint entis, qua ratione est ens, & unum quodque genus sit ens : uerùm eatenus utuntur, quatenus eis satis est : hoc uerò est, quoad patitur genus, de quo demonstrationes afferunt. Quare cum ea omnibus, quatenus entia sunt, conuenire constet ( hoc enim ipsis commune est ) ad eum profectò, qui ens, quatenus ens est, cognoscit,*

Lege etiam eundem q 2 de Verit ar 1

Nec sanè putoD. Thomã saltem iuxta doctrinam primę partis, q̃ illi veriùs tribuẽda est, tanquã extremo testamẽto relicta, idem atque illos sensisse. Cùm enim quæst. 6. ar. 3. ad primũ apertè doceat, Vnũ solam rationem indiuisionis formaliter importare, vtquęstione quinta annotauimus; nõ dubiũ videtur, quin sentiat, bonum quoq; transcendens solã relationẽ cõuenientiæ formaliter significare. Idem. n. alijs locis dicendum putat de omnibus passionibus entis quoad inclusionem, aut exclusionem entis, ut etiam prædicti auctores aliàs asserunt.

Horũ sententiam non esse D. Thomæ.

### *Capitis tertij Explanatio.*

Totius capitis summa.

DICENDVM [a] quoque} Tradito subiecto huius scientiæ, subiectique partibus, ac passionibus, tradit Aristoteles propria ipsius scientiæ principia, quod erat quartum, ac extremum caput eorũ, quæ ad cuiusque scientiæ constitutionem pertinere diximus. Qua etiam re explicãda dissoluit secundam quæstionẽ superioris libri, qua quærebatur, Num ad hanc scientiam pertinerent sola simplicia substantię principia, an etiam complexa, ex quibus omnes scientiæ demonstrant. Repetita igitur quæstione, breuiter respondet, Ad unam, eandemque scientiam pertinere, & de substantijs, ut substantiæ sunt, & de communibus principijs, quæ dicuntur dignitates, differere; eamque scientiam esse primam Philosophiam.

Mathematicas antiquiores esse, & in demõstrando feliciores.

b Quæ in Mathematicis} Dignitates, etsi omnium scientiarum demonstrationibus inseruire subministrant; tamen in mathematicis, quæ antiquiores uidentur, & in demonstrando feliciores sunt, nomen dignitatum acceperunt.

c Omnibus enim} Duobus modis institutum ostendit. Primùm ex communitate ipsarum

Agere de cõmunissimis principijs ad Metaphysicũ pertinere.

sarum dignitatum. constant enim terminis communissimis, ut entis, totius, partis, & similibus, quibus scientiæ particulares non utuntur, nisi contractis ad proprias materias. Deinde ex auctoritate eorum artificum, qui in certo aliquo duntaxat entium genere uersantur. Nemo enim eorum de communium principiorum ueritate conatus est agere, exceptis quibusdam ueteribus Physicis, qui cùm ignoratis adhuc rebus materię expertibus, de omnibus entium generib⁹ se agere existimarent; non immeritò crediderunt, ad se pertinere cõmunium principiorum tractationem.

Reprehenditur ueteres Physici circa primorũ principiorum tractationem.

d At cùm aliquis} Reprehendit nihilominus ueteres Physicos. Primùm, q̃ ea in re officiũ superioris artificis usurparint. Deinde, q̃ eorum quidam ita egerint de primis, ac communibus principijs, ut ea demonstrare conati sint; quod uitium ex ignoratione artis analyticæ natum fuisse ait. Ars enim analytica non solùm docet, principia demõstrationũ esse indemonstrabilia; sed etiã ea, quę inter illa uocantur dignitates, tãtæ perspicuitatis existere, ut antèquàm præceptorem adeas, iam tibi ea nota sint, atque perspecta, ut patet ex primo Poster. cap. secundo.

Τὸ δὲ περὶ τούτων ὄζιν ἡ θεωρία. Διόπερ οὐδεὶς τῶν κῶ μέρος ὑπισκοπουύτων ἐγχρεῖ λέγειν τι περὶ αὐτῶν εἰ ἡ ἀληθῆ, ἢ μὴ, οὔτε γεωμέτρης, οὔτ' ἀριθμητικὸς, ἀλλὰ τῶν φυσικῶν ἔνιοι, εἰκότως τοῦτο δρῶντες. μόνοι γὰρ ᾤοντο περὶ τε τῆς ὅλης φύσεως σκοπεῖν, κῶ περὶ τοῦ ὄντος. ἐπεὶ d δ' ὄζιν ἔτι τῆς φυσικοῦ τις ἀνωτέρω (ἐν e γάρ τι γένος τοῦ ὄντος ἡ φύσις) τοῦ καθόλου, καὶ τὸ περὶ τὴν περώτην f οὐσίαν θεωρητικοῦ, ζ ἡ περὶ τύπων αὖ εἴη σκέψις. ἔστι g δὲ σοφία τις ζ ἡ φυσικὴ, ἀλλ' οὐ περώτη. ¶ ὅσα δ' ἐγχειροῦσι τοῦ λεγόντων τινὲς περὶ τῆς ἀληθείας, ὧν h τρόπον δεῖ ἀποδέχεσθαι, δι' ἃ παρὰ δόσιαν τῶν αἰτιολυτικῶν τοῦτο δρῶσι. δεῖ γὰρ περὶ τούτων ἥκειν περεπεπαιδεύσθαι, ἀλλὰ μὴ ἀκούοντας i ζητεῖν. ὅτι μὲν οὖν τοῦ φιλοσόφου κῶ τὸ περὶ πάσης τῆς οὐσίας θεωρεῖν τὸ, ἡ k πέφυκε, καὶ περὶ τῶν συλλογιστικῶν ἀρχῶν ἐξὶ ὑπισκέψασθαι, δῆλον.

Textus 8.

Περσήκει l δὲ τὸν μάλιστα γνωρίζοντα περὶ ἕκαστον γένος, ἔχειν λέγειν τὰς βεβαιοτάτας ἀρχὰς τοῦ πράγματος: ὥστε κῶ τὸν περὶ τῶν ὄντων, ἢ ὄντα, τὰς πάντων βεβαιοτάτας: ἔστι δ' οὗτος ὁ φιλόσοφος. βεβαιοτάτη δ' ἀρχὴ πασῶν, περὶ ἣν ἀδύνατον ψεύσασθαι: γνωριμωτάτην τε γὰρ ἀναγκαῖον εἶναι τὴν τοιαύτην (περὶ γὰρ ἃ μὴ γνωρίζουσιν, ἁπαντῶσι ταῦτας) καὶ ἀνυπόθετον. ἣν γὰρ ἀναγκαῖον ἔχειν τὸν ὁπουῦν ξυνίεντα τῶν ὄντων, τοῦτο

ter.s.

e Natura enim} Ante pauca uerba Naturã acceperat ea rõne, qua significat essentiam cuiusque rei; nunc pressiùs idem nomen accipit (per synecdochen tamen) pro ipsis rebus naturalibus, quæ natura constant.

Quid Aristoteles primæ substantiæ nomine intelligat.

f Primæ substantiæ} Primę substantię nomine intelligit Substantiam corporis expertem, quæ prima est comparatione substantię naturalis: uel certè intelligit Deum, ut Commentator exponit.

g Est quidem, & ipsa} Hoc ad dubium illud pertinet, quod superiori libro cap. 2. in proponenda, & tractanda quęstione secunda inserrum est.

h Quo pacto ea approbanda} Hoc est, qua probatione, demõstrationéne admittenda.

i Dum audiunt quærere} Quęrendi uerbum ad ea spectat, de quibus disputatio suscipitur.

Digitized by Google

pitur, nõ ad ea, quæ in disputatione nota, & perspecta esse debent, cuiusmodi sunt prima, communissimaque principia, quorum rationem auditores inquirere non debent.

k Quatenus natura fert} Siue illud, ἢ τὴ φύσις, cum Argyropylo interpreteris, Ea ratione, qua naturæ talis est; siue ut nos cum Bessarione; addita est hęc particula moderationis causa. Nec enim primus Philosophus disputat de omni substantia, nisi uel ea ratione, qua substantia est, uel quatenus fert natura, & conditio subiecti primę Philosophiæ, ideſt, ratione eorũ attributorum, quæ sine materia cõsiderari possunt. Vel iccirco id additum est, ut significaretur imperfecta participatio huius scientiæ ab humana natura; de qua re non nihil dixerat 1. lib. cap. 2. & 2. lib. cap. 1.

Qua ratione Metaphysicus agat de omni substantia.

*scit, horum quoque contemplatio pertinet. Quocirca nemo eorum, qui per partes considerant, quicquam de ijs conatur dicere, uera'ne sint, an secus, neque Geometra, neque Arithmeticus, sed Naturalium quidam, non immeritò id facientes. Hi enim soli de tota natura, & de eo, quod est, se agere existimabant. At* [d] *cùm aliquis adhuc Naturali sit superior (natura* [e] *enim unum quoddam genus est entis) ad eum, qui uniuersalis est, qui'que contemplator est primæ* [f] *substantiæ, horum quoque fuerit consideratio. Naturalis autem disciplina, est* [g] *quidem &*

Textus 8. *ipsa sapientia quædam, sed non prima.* ¶ *Quæcunque autem nonnulli eorum, qui de ueritate dicunt, quo* [h] *pacto ea approbanda sint differere conantur, ob imperitiam Analyticæ artis id faciunt. Debent enim ij, qui accedunt, hæc priùs scire; non autem dum* [i] *audiunt, quærere. Quòd igitur ad Philosophum, eumq; qui, quatenus* [k] *natura fert, de omni substantia disserit, de ratiocinationum quoque principijs agere pertineat, perspicuum est.*

*Est* [l] *autem rationi consentaneum, ut is, qui in unoquoque genere cognoscendo maximè uersatur, firmissima rei principia afferre possit: quare & is, qui in entibus, quatenus entia sunt, ea, quæ sunt omnium firmissima: est autem hic ipse Philosophus. Firmissimum* [m] *uerò omnium principium illud est, in quo fieri nequit, ut quisquam fallatur: nam & notissimum esse, quod tale sit necesse est (in ijs enim, quæ non norunt, falluntur omnes) et non ex suppositione. Quod.n. necesse est ut teneat is, qui quamlibet rem intelligat, id sup-*

l Est autem rationi} Docuit in priore parte huius capitis, principia omnibus scientijs communia esse propria huius scientiæ: nunc docet ad eandem pertinere principia firmissima, seu, quod idem est, certissima. Hæc autem, etsi eadẽ sunt atq; communissima, tamen ratione distinguuntur, ut patet. Probatio, qua utitur, hæc est. Quia ad eum artificem pertinent firmissima principia, qui est in cognoscendo accuratissimus: huiusmodi autẽ est primus Philosophus. Prior propositio ex eo patet, quia firmitas scientiæ ex firmitate principiorum

Principia firmissima ad Metaphysicã spectare.

pendet. Posterior ex cap. 2. primi libri perspicua est.

m Firmissimum uerò omnium} Etsi principia Metaphysica sunt firmissima comparatione principiorum cuiusq; alterius scientiæ; tamen si ipsa inter se conferantur, unum aliquod reperietur, quod sit cęteris firmius, ac certius; ac proinde firmissimum simpliciter: quemadmodum etsi omnia genera summa dicũtur prima comparatione aliorum; tamen si ipsa inter se cõparentur, genus substantię inuenietur primũ simpliciter, cùm sit cæterorum etiã primorum fundamentũ. Traditurus ergo Aristoteles principiũ firmissimum simpliciter, quod à Metaphysico in primis notandum, ac tradendum est, docet

Qua ratione principia Metaphysica firmissima sint.

Digitized by Google

docet priùs quale nam illud esse debeat, asseritque tale esse debere, ut nemo in eo fallì possit. Quod quidem dupliciter probat. Primùm, quia quod eiusmodi est, ut nemo in eo falli possit, necessariò est notissimum; siquidem nemo fallitur, nisi in eo, quod

Principiũ firmissimũ simpliciter.

ignorat: principium autem omniũ notissimũ, & omnium firmissimũ idem sunt, cùm omnia ex notioribus confirmẽtur. Deinde, quia quod tale est, ut nemo in eo decipi possit, sed potiùs requiritur, ut cætera percipiantur, id, antequàm quicquam aliud percipias, cognitum habeas necesse est; quod autem necesse est cognitum haberi, ut quidvis aliud percipiatur, nullo pacto suppositio esse potest. Quod enim supponitur, nondum perspectum est. Cùm ergo solum firmissimũ principium non possit esse suppositio, cùm ad omnia percipienda requiratur; efficitur, ut nemo in eo falli possit.

n Id etiam secũ ferat] Ad uerbum est [eo etiã percepto ueniat] sed Hellenismus est. Idem est. n. Græcis ἥκειν ἔχοντα, quod φέρειν, aut εἰκοδὲν φέρειν, idest, è domo terre.

Fieri non posse, ut idẽ simul insit, & nõ insit, esse principiũ firmissimũ simpliciter.

o Quodnã uerò illud] Iam ostendit ex dictis quodnam principiũ sit firmissimum simpliciter, aitque illud esse, Fieri non posse, ut idem simul insit, & non insit eidem, & secundùm idem; adiunctisq; cæteris particulis, quæ priori libro Elench. cap. 4. ad uitandas differentium molestias annotatæ sunt. Probat autem hanc assertionem ex tradita conditione firmissimi principij, Quia, inquit, fieri non potest, ut quisquam existimet, idem simul esse, & non esse, quo duntaxat modo falli contingeret in proposito principio.

Occurrit obiectioni.

p Quemadmodum nonnulli] Diceret aliquis, nihil repugnare quominùs aliquis existimet, idẽ simul esse, & non esse, cùm Heraclitus (ut quidam uolunt) id senserit. Cui obiectioni occurrit Aristoteles; etsi Heraclitus id fortasse dixerit, non tamen inde effici, ut idem senserit. Multa enim facillimè dicuntur, quæ ex animo dici non possunt, ut siquis lucente sole noctem esse affirmet. Sed ne quis sine ratione hoc dictum existimet, adhibet Arist. hanc probationem, Si aliquis in animum induceret, rem eandem simùl esse, & non esse, haberet simul in mente contrarias opiniones; hoc autem fieri

Textus 9.

Ἔτο οὐχ ὑπόθεσις. ὁ δὲ γνωρίζειν ἀναγκαῖον τῷ ὁπωσῶν γνωρίζοντι, ☾ ° ἥκειν ἔχοντι ἀναγκαῖον. Ὅτι μὲν οὖν ἡ τοιαύτη πασῶν βεβαιοτάτη ἀρχή, δῆλον. τίς ° δ' ἔστιν αὕτη, μὴ ταὐτὰ λέγωμεν.

Τὸ γὰρ αὐτὸ ἅμα ὑπάρχειν, καὶ μὴ ὑπάρχειν, ἀδύνατον τῷ αὐτῷ, καὶ κατὰ τὸ αὐτό: ☾ ὅσα ἄλλα προσδιορισαίμεθ' ἄν, ἔστω προσδιωρισμένα πρὸς τὰς λογικὰς δυσχερείας. αὕτη δ' ἁπασῶν ἐστι βεβαιοτάτη τῶν ἀρχῶν: ἔχει γὰρ τὸν εἰρημένον διορισμόν. ἀδύνατον γὰρ ὀντινοῦν ταὐτὸ ὑπολαμβάνειν εἶναι, ☾ μὴ εἶναι, καθάπερ ᵖ τινές οἴονται λέγειν Ἡράκλειτον: οὐκ ἔστι γὰρ ἀναγκαῖον, ἃ τις λέγει, ταῦτα καὶ ὑπολαμβάνειν. εἰ δὲ μὴ ἐνδέχεται ἅμα ὑπάρχειν τῷ αὐτῷ τἀναντία (προσδιορίσθω ᵍ δ' ἡμῖν καὶ ταύτῃ τῇ προτάσει τὰ εἰωθότα) ἐναντία δ' ἐστὶ δόξα δόξῃ, ἡ τῆς ἀντιφάσεως: φανερὸν ὅτι ἀδύνατον ἅμα ὑπολαμβάνειν τὸν αὐτὸν εἶναι, καὶ μὴ εἶναι τὸ αὐτό: ἅμα γὰρ ἂν ἔχοι τὰς ἐναντίας δόξας ὁ διεψευσμένος περὶ τούτου. διὸ ᵣ πάντες ἀποδεικνύουσιν εἰς ταύτην ἀνάγουσιν ἐσχάτην δόξαν: φύσει γὰρ ἀρχὴ καὶ τῶν ἄλλων ἀξιωμάτων αὕτη πάντων.

Digitized by Google

Quę nam dicantur opiniones contrariæ.

fieri non poteſt; ergo nec illud. Maiorem propoſitionem ex eo probat, quia opiniones contrarię ſunt illæ, quarum obiecta contradictoriè opponuntur, quod etiam habes extremo capite ſecundi lib. de Interpretatione. Opinio enim, quæ ait, Socratem eſſe album, non eſt contraria (ſaltem per ſe primò) illi, quæ dicit, Socratem eſſe nigrum, ſed ei, quę negat, Socratē eſſe albū. Iccirco enim Socrates (ſaltē Ariſtotelis ſententiâ) non poteſt ſimul eſſe albus & niger, quia eſſet albus & non albus, niger & non niger, ut patet ex ijs, quæ ille ſcribit ad finem cap. 6. Dico autē [Ariſtotelis ſententia] quia plerique recentiores Theologi negāt, ex quibusuis contrarijs ſequi cōtradictoria, quòd credāt ſupernaturali uirtute fieri poſſe, ut aliqua cōtraria ſimul perfectè inſint in eodē ſubiecto; quod tamen fieri nequiret, ſi ex illis ſequerentur contradictoria. Quicquid tamen de eorum aſſertione ſentiendum ſit (quam ualde quidem dubiam facit Gregorius Ariminēſis; Capreolus uerò cū alijs quibuſdā planè negat; nosque libro 3. examinabimus, cùm de intenſione formarum agemus) illud certum eſt, duas contrarias opiniones, ſiue iudicia, nullo modo poſſe ſimul eſſe in eodem ſubiecto. Nam cùm contraria iudicia ita uerſentur circa eiuſdē prędicati, & ſubiecti coniunctionem, ut alterum ſit eius approbatio, reiectio alterum; reiectio autem includat negationem approbationis; efficitur, ut contraria iudicia includant contradictionem; quod luculentiùs eo loco explicabitur.

*id ſuppoſitio non eſt. Quod autem neceſſariò tenere debet is, qui quiduis cognoſcat, id* [q] *etiam ſeccum ferat neceſſe eſt. Perſpicuum eſt igitur, huiuſmodi principium eſſe omnium firmiſſimum. Quod* [q] *nam uerò illud ſit, deinceps dicamus.*

**Textus 9.**

*Etenim fieri non poteſt, ut idem ſimul inſit, & nō inſit eidem, & ſecundùm idem: ſintq; ad logicas difficultates adiecta, quæcunque alia à nobis adiungi poſſent. Hoc autem eſt omnium principiorum firmiſſimum, cùm ei prædicta definitio conueniat. Non enim fieri non poteſt, ut idem quiſquam eſſe, & non eſſe exiſtimet, quemadmodum* [r] *nonnulli Heraclitum dicere arbitrantur: neque enim neceſſe eſt, ut quæ quis dicit, ea & ſentiat. Quòd ſi fieri nequit, ut eidem ſimul contraria inſint (addantur* [q] *autem à nobis & huic propoſitioni, quæ addi conſueuerunt) eſt autem ea opinio opinioni contraria, quæ contradictionis eſt; perſpicuum eſt, fieri non poſſe, ut idem, ſimul rem eandem & eſſe, & non eſſe exiſtimet: ſimul enim contrarias opiniones haberet qui ea in re deceptus eſſet. Quocirca* [r] *omnes, qui demonſtrant, ad hanc ultimam ſententiam omnia reuocant: hæc enim cæterarum quoque omnium dignitatum ſuapte natura principium eſt.*

tex. 17.

Theologos quoſdam aduerſari Ariſtotelis.

Gregor. 1. d. 17. q. 3. ar. 2. Capr. ibidem q. 2. ad argu. cōtra 2. cōcl.

Reſtat nunc, ut explicemus, quid ſit, quod Ariſtoteles ait, ſe poſtea dicturum, quid ſit principium omnium firmiſſimum. Quod ſi ſimpliciter loquamur, nullum eſt principium firmius principio contradictionis, ut ſæpe dictum eſt. Si autem loquamur de principio firmiſſimo in genere ſuo, ſic principium firmiſſimum eſt, quod ſpectat ad materiam, de qua quis diſputat. Nam in Mathematicis principium firmiſſimum eſt, quod ſpectat ad quantitatem, ut, Omne totum eſt maius ſua parte. In Naturalibus, quod ſpectat ad motum, ut, Omne quod mouetur, mouetur ab alio. In Metaphyſicis, quod ſpectat ad ens, ut, Ens non poteſt non eſſe. Et ſic de cæteris.

[q] **Addantur autē** Eędē illę particulę, q̄ cōtradictorijs addi ſolēt, Secūdùm idē. Ad idē, Simpliciter, & Eodē tēpore, addendæ etiā ſunt cōtrarijs, ut uera cōtrarietas efficiatur.

[r] **Quocirca omnes** Confirmat iterum, principium à ſe propoſitum eſſe firmiſſimum ſimpliciter. Confirmatio ex uſu demonſtrandi ducitur hunc in modum. Omnes, qui demonſtrant, reuocant demonſtrationes ſuas ad principium propoſitum. eſt igitur firmiſſimum ſimpliciter. Antecedentis ratio ex eo ſumitur, quia propoſitum pronunciatū eſt ſuptè natura principiū cęterarū omniū dignitatū, & potiori ratione omnium particularium principiorum. Quod qua ratione uerum ſit, ſeorſum expendamus.

Omnes demōſtrationes ad propoſitū principium reuocant.

Vtrum

# VTRVM HOC PRINCIPIVM, IMPOSSIBILE est, idem simul esse, & nõ esse, sit omniũ primum.

## QVÆSTIO I.

### *Quibus rationibus non videatur primum.* SECTIO I.



Primum argumentũ pro parte negatiua.

TSI Aristotelis sententia in hac quęstione planè est affirmatiua; non desunt tamen argumenta, quæ negatiuam partem ostendere videãtur. Vnum est, Quia simplicia sunt priora compositis; propositum autem pronunciatum, cùm sit modalis propositio, itemq; de extremo coniuncto, atque etiam cõstet verbis, quæ possunt resolui in plures conceptus (cuiusmodi sunt, idem, & simul) multis modis est compositum.

2 Alterum, Quia affirmationes sunt priores negationibus: propositum autem pronunciatum est negatiuum, cùm idem valeat, Impossibile, atq; Non possibile.

3 Tertium, Quia notiora natura sunt priora minùs notis: propositum autem pronunciatum est suaptè natura minùs notum, quàm si dicas, ens est ens. Nulla enim enũciatio est notior, & euidentior ea, qua aliquid affirmatur de se ipso, ut Boëtius inquit; ea præsertim, in qua termini sunt omnium notissimi, cuiusmodi est ens.

4 Quartum, Quia primum principium non potest probari per aliud; propositum autem pronunciatum videtur ea ratione probari in contextu, Quia impossibile est, contraria inesse simul in eodem subiecto.

5 Quintum. Quia si propositum pronunciatum esset primum principium simpliciter, per illud demonstrarentur cætera omnia principia: hoc autem fieri nequit, tum quia per unum solum principium non tantùm demonstrari nõ potest, sed nec concludi quicquam; tum etiam quia cætera omnia principia, cùm sint propositiones immediatæ, planè sunt indemonstrabiles.

6 Postremum. Quia si vlla esset ratio, propter quam propositum principium dicendum esset firmissimum, ac proinde primum, illa esset maximè, Quia in eo non contingit deceptio (ea enim pluris fit ab Aristotele, & ab omnibus probari solet) at hæc ratio in primis assumit falsum; deinde æquè probat, omnia principia esse firmissima, non est igitur propositum pronunciatum omnium primum. Minor, quod ad priorem partem attinet, ea ratione perspicuè ostendi uidetur, quia propositum pronunciatum, ut approbetur, indiget inductione ex ijs, quæ sensibus percipiuntur, quod primo libro de omnibus principijs constitutũ est; ex qua re fit, vt quemadmodum in sensibus potest dari deceptio, ita Cap. 1. 4. etiam

betur in illo dari possit. Quod uerò attinet ad posteriorem, ex eo probatur, quia aut Aristot. intelligit, neminem posse decipi in proposito pronunciato, quia eius termini non possint non probè concipi ab omnibus; aut quia si probè teneantur, nemo possit oppositum illius in animū inducere: at primum dici non potest, tum quia alia sunt principia ex terminis etiam communibus constituta, quæ non minùs probè uidentur teneri ab omnibus, quale est illud, Quodlibet est, aut non est; & illud, Quæ eidem sunt eadem, sibi inuicem sunt eadem; tum etiā quia multi sunt, qui non probè teneant cōditiones ueræ cōtradictionis, quas tamen omnes in proposito pronunciato intelligere oportet: dandum est igitur secundum; ex quo planè sequitur in nullo quoque aliorum principiorū contingere deceptionem. Nullum est enim principium, quod rectè perceptis terminis non statim approbetur: alioqui non omnia principia essent propositiones per se notæ.

## *Refutatio duarum opinionum, quæ negatiuam partem quæstionis amplectuntur.* SECTIO II.

Vide loco q 5

ANTONIVS Andreas tribus primis argumentis perfunctus asserit, propositum pronunciatum non esse primum principium simpliciter, sed hoc potiùs, Ens est ens: sed tamen appellari ab Aristotele primum principium, quia est primum comparatione eorum, quæ circumferuntur, & illius, Omne totum est maius sua parte; & illius, Si ab æqualibus æqualia demas, quæ remanent sunt æqualia; & similium.

Antonii Andreæ de primo simpliciter principio sententia.

Hæc tamen sententia, nec uera est, nec Aristoteliæ doctrinæ consentanea. Quòd enim uera non sit, ex eo patet, quia propositiones identicæ, cuiusmodi est, Ens est ens, quæ ad modum sunt artis expertes, & penè nugatoriæ, sic etiam in scientijs non ad hitiuntur, tantum abest, ut ad aliquam earum omnes scientiarum demonstrationes reuocentur. Quòd uerò, nec Aristoteliæ doctrinæ sit consentanea, extrema uerba

Refutatio.

cap. 9. huius capitis aperte declarant; ait enim Aristot. pronunciatum illud, Impossibile est, idem simul esse, & non esse, esse ultimum in resolutione omnium demonstrationum, & principium cæterarum omnium dignitatum. Quibus uerbis nullum pronunciatum excipit, quod prius sit, & ad quod cætera, tanquam ad primum simpliciter reuocentur.

Alij dicunt primum principium simpliciter esse pronunciatum illud, De quolibet est affirmatio, aut negatio uera, cuius meminit Aristoteles

Aliorum eadem de re opinio.

cap. 4. cum alijs locis quamplurimis, tum uerò libro superiori cap. 2. in tractatione quæstione secunda sub his uerbis, Quodcunque affirmetur, aut negetur necesse est. Ratio huius sententiæ est, Quia uel hoc pronunciatum, uel illud, Impossibile est, idem simul esse, & non esse, dicendum est primum

Fundamentū huius opinionis.

principium simpliciter. Neque enim aliud generalius reperiri potest, ad quod omnes demonstrationes reuocentur; at illud non potest esse primum simpliciter, cùm sit negatiuum: hoc ergo potiùs dicendum est simpliciter primum.

Cur plerisq; non probet.

Sunt quibus propterea nõ placeat horũ opinio, quia ita loquantur de his principijs, quasi sint re uera duo. Dicunt enim, idẽ omnino principiũ contineri in utraq; propositione; sed hoc interesse quòd in altera efferatur per uerbum affirmandi, & negandi, quatenus usurpatur à Logico; in altera per verba essendi, & non essendi, quatenus pertinet ad Metaphysicum: nam si res ipsa expendatur, horum sententiam nihil differre ab opinione illorum, qui dicunt, primum principium esse illud, Impossibile est, idem simul esse, & non esse. Verùm hæc conciliatio non placet. Primùm, quia pronunciatum hoc, De quolibet est affirmatio, vel negatio vera, potest etiam efferri per verba essendi, & non essendi, vt effertur cap. 7. huius libri, veluti si dicas, Quodlibet est, aut non est; & viciſſim illud, Impossibile est, idem simul esse, & non esse, per verba affirmandi, & negandi, vt si dicas, Fieri non potest, vt idẽ simul affirmetur, ac negetur, quo pacto effertur capite quarto, & sexto: primo etiã Poster. c. 8. ambo efferũtur per verba affirmãdi & negãdi. Deinde, quia vtrouis modo efferantur, sententia affirmatiui adeò diuersa est à sententia negatiui, vt doceat Aristoteles in loco proximè citato, negatiuum in nulla demonstratione assumi, affirmatiuum autem admitti in ijs demonstrationibus, quæ ducunt ad impossibile: quæ distinctio non ad verba tantùm spectat, sed ad sensum, ac rem ipsam. Postremò, quia cap. 7. huius libri defenso eatenus negatiuo, tum demum incipit Aristoteles defendere affirmatiuum, vt re uera ab illo distinctum, & quod proprijs quibusdam argumentis contra proteruos indigeat.

Reijcitur eorum ratio.

Fusè hoc loco q. 9.

text. 29.

text. 15. text. 27. 1. Post. text. 26. & 27.

text. 27. & 28.

Cur hoc pronunciatum Quodlibet est vel non est, non sit primũ simpliciter principium.

Dicendum est igitur, pronunciatum hoc, De quolibet est affirmatio, aut negatio uera, seu mauis dicere, Quodlibet est, vel non est, etsi est cũ primo principio maximè coniunctum, & cæterorum omnium primum; non esse tamen primum simpliciter: est enim posterius negatiuo iam dicto, cùm ad illud suapte natura perspicuè reuocetur. Si quis enim neget hanc consequentiam, De Cygno affirmatur album, ergo non negatur; in qua quidem principium affirmatiuum exercetur; poterit ille vrgeri hoc apertiore incommodo, Ergo est simul albus, & non albus, quod est contra principium negatiuum. Atque hac de causa non meminit Aristoteles in hoc capite affirmatiui, in locis autem citatis posteriùs de affirmatiuo, quàm de negatiuo egit. Quinetiam in loco citato primi Poster. cùm docet, affirmatiuum assumi in demõstrationem, negatiuum autem minimè, excellentiam negatiui non obscurè significat. Vt enim præstantia primæ causæ ex eo colligitur, quòd ita cæteræ ex illa pendeant, ut ipsa non contineatur in ordine illarum; sic etiam præstantia negatiui principij ea ratione declaratur, quòd ita omnibus demonstrationibus vires

Principij simpliciter primi, excellentia.

Cap. 8. text. 26

sub-

Digitized by Google

ſubminiſtret, vt in nulla earum includatur. Quod quo pacto intelligendum ſit, ad eum locum expoſitum habes.

*Affirmatiuæ partis approbatio.* SECTIO III.

IAm ergo ſententijs reiectis dicendum eſt, pronunciatũ hoc, Impoſſibile eſt, idem ſimul eſſe, & non eſſe, eſſe primum principium ſimpliciter; quæ concluſio hunc in modum oſtendi poteſt. Illud eſt primum principium ſimpliciter, quo non modò omnes concluſiones, ſed etiã cætera omnia principia à priori cõfirmari poſsunt: atqui hoc principio confirmantur à priori non modò omnes concluſiones, ſed etiam cætera omnia principia: eſt igitur primum principium ſimpliciter. Maior patet, quia primum principium ſimpliciter, & firmiſſimum ſimpliciter idem ſunt, & pro eodem accepta ſunt ab Ariſt. in hoc capite: quod autem eſt firmiſsimum ſimpliciter, id ſuaptè natura eſt cauſa firmitatis cæterorum omnium. Minor ex eo probatur, quia non modò concluſiones omnes, ſed etiam cætera omnia principia confirmantur à priori, deductione ad contradictionem, quod eſt omnium maximum, ac manifeſtiſſimum impoſſibile; huiuſmodi autem impoſſibile hoc ſolo principio exprimitur. Præterea illud eſt primum principiũ ſimpliciter, quod cùm ſit neceſsarium, nec oſtenſiuè, nec per deductionem ad impoſſibile demonſtrari poteſt: at hoc principium eſt huiuſmodi: eſt igitur primum principium ſimpliciter. Maior, & prior pars minoris perſpicuæ ſunt. Poſterior autem minoris pars ex eo probatur, Quia cuius ueritas eſt omnium notiſſima, id nec oſtenſiuè, nec deductione ad impoſſibile demonſtratur, cùm omnis demonſtratio fiat ex notioribus: veritas autem propoſiti principij eſt omnium notiſſima, quod patet ex falſitate oppoſiti pronunciati, quod eſt omnium abſurdiſſimum. Atque hanc eſse Ariſtotelis ſententiam ex conditionibus, quas ille attribuit propoſito pronunciato perſpicuum eſt. Docet enim, eſse omnium firmiſſimum, ac notiſſimum, cæterarumque dignitatum ſuaptè natura principium; quæ, niſi primo principio ſimpliciter, conuenire non poſsunt. Quo fit, ut meritò dicat Auerroës hoc loco, ſine hoc pronunciato non modò poſſibile non eſse philoſophari, ſed ne diſputare quidem, aut ratiocinari.

Aſſertio principua.

Quo pacto primũ principium omnes cõcluſiones, & principia à priori confirmet.

Non poſſit illud ullo modo demõſtrati.

At obijciat aliquis hunc in modum, Quàm abſurda eſt duarum contradictionum enunciationum affirmatio, tam abſurda eſt earum negatio: atqui traditum pronunciatum damnat illarum affirmationẽ, ergo aliud tradendum eſt, quo damnetur earũ negatio, ut ſi dicas, Impoſſibile eſt, idem ſimul, nec eſse, nec non eſse. At hoc principio addito neutrum erit primum ſimpliciter, quia per neutrum demonſtrabuntur cætera omnia (neutrum enim per alterum demonſtrari ullo modo poteſt, cùm ſint

Obiectio.



Digitized by Google

æqualium uirium) non est igitur dicendum, traditum principium esse primum simpliciter.

Dilatio. Huic obiectioni respondendum est, neminem negare duas enunciationes contradicentes, qui non eadem alijs uerbis affirmet, uerbi causa, idem facit, qui negat has duas contradicentes Socrates est albus. Socrates non est albus, atque qui easdem affirmat, seu concedit. Negare enim Socratem esse album, nihil aliud est, quàm affirmare, illum non esse album; itemque negare, illum non esse album, nihil est aliud, quàm affirmare esse album. Quod idem cernitur in uniuersalibus pronunciatis. Nam idem est negare, omnem hominem esse album, atque affirmare aliquem non esse album; idemque est negare aliquem non esse album, atque affirmare, omnem esse album. Ita fit, ut non opus sit alio principio ad damnandam negationem duarum contradicentium, præter illud, quod damnat illarum affirmationem, siue approbationem.

*Solutio argumentorum, quæ initio proposita sunt.*

## SECTIO QVARTA.

AD primum argumentum pro parte negatiua initio propositum dicendum est, parum referre, quòd propositum pronunciatum habeat formam modalis propositionis: potest enim reduci in formam enunciationis de simplici inexistentia, ut si dicas, Nulla res simul est, & non est. Quanquam simplicitas primi principij potiùs in eo posita esse debet, ut non possit per alia principia demonstrari, quàm ut paucioribus uerbis cõstet. Quo fit, ut nihil ad rem attineat, si sit de extremo coniuncto, aut cõstet alijs particulis, quæ in plures cõceptus resoluantur, modò ipsum nullo pacto per alia priora principia demonstrari possit.

In quo sita sit primi principij simplicitas.

Non omnem enunciationẽ negatiuã probari à priori per aliam affirmatiuam. Ad secundum dicendum, non omnẽ enunciationẽ negatiuã probari à priori per aliam affirmatiuã; tametsi omnis negatiua includit aliã priorem, ac simpliciorẽ affirmatiuam, & particulam negatiuam adiectã. Itaq; ad argumentum, concedendum est, generatione quidem, & ipsa etiam enunciationum natura spectata, priores esse affirmationes negationibus: at quod ad uim demonstrandi attinet, non esse id uerum uniuersè.

Non esse minus per se notũ propositũ principium, quàm hoc; Ens est ens. Ad tertiũ negandũ est, minùs notũ esse propositũ pronunciatũ, quàm illud, Ens est ens. Quod hunc in modũ probari potest. Non minùs nota est falsitas contradictionis propositionis, quàm ueritas eius, cui cõtradicit; nec ueritas illius, quàm falsitas huius: ergo nõ minùs nota est falsitas huius, Ens non est ens, quàm ueritas illius, Ens est ens. At propositũ pronunciatũ contradicit huic. Ens nõ est ens, siquidem ait fieri non posse, ut idem simul sit, & nõ sit: nõ est igitur minùs nota eius ueritas, quàm huius, Ens est ens. Atq; hoc quidem satis est ad solutionem argumenti. Sed quia eadem ratione concludi potest, non minùs notam esse ueritatẽ huius

lus pronunciati, Ens est ens, quàm illius, Impossibile est, idem simul esse, & non esse; ac proinde non minùs illud, quàm hoc ponendum esse primum principium simpliciter; Addendum est, hac ex parte non esse parem rationē in utroque, quòd pronunciatum hoc, Ens est ens, quemadmodū est artis expers, ita nunquā assumitur ad quicquā demonstrandū.

Ad quartum dicendum est, propositū pronunciatū nō probari in cōtextu per illud, Impossibile est cōtraria simul inesse in eodē subiecto, sed solùm hoc, Fieri non posse, ut quisquā oppositū sibi persuadeat, quod in cōtextu apertissimum est. Aliud est autem probare, neminē posse in animum inducere oppositū illius; aliud, ostendere, illud esse verum; ueritas enim illius non potest per aliā magis perspicuā ueritatem demonstrari; & tamen magis perspicuū est (saltem apud Aristotelem) duo contraria nō posse esse simul in eodē subiecto, quàm quòd nemo possit approbare duo cōtradictoria. Multa enim uel ipsis sensibus iudicamus per se nota, quorū opposita cernimus ab alijs approbari, ut patet in hac propositione, Mel est dulce, cuius cōtrariū iudicat ægrotus verū esse. Siquis tamen per proteruiam propositū pronunciatū negauerit, si modò aliquid affirmet, licitū erit apud eiusmodi hominē illud probare per id, quod ille affirmauerit, ut Aristoteles inferiùs docebit. Verùm ea probatio nō erit à priori, nec ita à posteriori, ut illud reuera notum faciat, cùm sit notissimum; sed erit probatio ad reuincendum hominem.

Veritatē primi simpliciter principij non posse p aliam magis perspicuā demonstrari.

Cap. sequenti

Ad quintum dicendum est, cætera principia per hoc nō ostensiuè, sed deductione ad impossibile demonstrari posse, ut dictum est.

Ad sextum, quod attinet ad priorē partem minoris, sunt qui respondeant, etsi in sensibus dari possunt multæ deceptiones; nunquam tamen dari tantam, ut iudicent idem simul esse, & non esse, ut esse album, & nō esse album, id, quod Aristoteles uidetur sentire cap. 5. huius libri, ubi scribit, hanc deceptionem non contingere in sensibus. Verùm cùm experientia oppositum doceat (sæpe enim iudicamus aspectu, lignum dimidia parte submersum in aquis fractum esse, atque distortum; tactu autē esse integrum, ac rectum) id autem, quod Aristoteles scribit cap. quinto, planè de uno, eodemque sensu circa proprium sensibile intelligatur, ut eo loco patebit; potiùs dicendum est, tantam esse uim propositi pronunciati, ut nunquam intellectus contra eius præscriptum sequatur iudiciū sensus, aut uim cuiuscumque argumenti quantæcumque probabilitatis specie oppositum probantis; quod tamen in alijs principijs secus accidit. Sunt enim, qui dicant, atque adeò sentiant, principia illa, Omne totū est maius sua parte, Quæ sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se, & alia quædam, non esse uniuersè uera, sed solùm in rebus finitis. Itemque illud, Contraria non posse esse simul, non esse uerum, nisi naturaliter. Itaque ubi aperta contradictio non cernitur, passim uidemus de eadem re cōtrarias sententias; quo fit, ut in altera necessariò sit error. Vbi autem aperta spectatur contradictio, quantumcumque iudicium sensus, aut

à tex. 24

Nōnullorum de sensuum deceptione opinio.

Refutatio.

Vera argumēti solutio.

Vbi aperta est contradictio, nūquam intellectum assentiri.

ratio-

Digitized by Google

ratiocinatio aliqua videatur illam ſtatuere; nunquam intellectus præbet aſſenſum; quippe in quo iudicium oppoſitæ ueritatis tanta perſpicuitate impreſſum eſt à natura, ut nulla ratione corrumpi poſſit; quod idem uidetur accidere in illo altero principio, Neceſſe eſt, ut quodlibet ſit, aut non ſit; non quòd ipſum per ſe tanta perſpicuitate notum ſit, quanta eſt primum principium, ſed quia adeò propinquum eſt primo principio, ut à nemine negari poſſit, quin ſtatim uideat, ex negatione illius ſequi negationem primi principij. Nam ſiquis dicat, falſum eſſe, Socratem ſedere, aut non ſedere, continuò uidet, ſe neceſſariò conceſsurum, aut Socratem ſedere ſimul, & non ſedere; aut nec ſedere, nec non ſedere, quę idem valent, & primo principio aperuiſſimè repugnant.

Obiectio.

Sed quid? Non ne Ariſtoteles in reliqua parte huius libri defendit hæc duo principia non modò contra proteruos, qui ſola contentionis cauſa ea negabant, ſed etiam contra quoſdam imbecilli ingenij Philoſophos, qui fallacibus rationibus decepti illa non uerbis tantùm, ſed mente etiã falſa eſſe affirmabant?

Diuiſio.

Hoc argumentum hunc in modum diſſoluendum eſt, duobus modis intelligi poſſe, principia hæc mente negari: uno abſolutè; altero ex conditione; abſolutè quidem, ſi mens eò adducatur argumentorum ui, ut uerè, & abſque ulla conditione ſibi perſuadeat, illa eſſe falſa. Atque hoc ipſum eſt, quod hactenus diximus fieri non poſſe, & Ariſtoteles hoc capite probauit. Ex conditione verò, ſi nondum mens abſolutè deducatur de ſententia, ſed tantùm, quia neſcit ſoluere argumenta, quæ contrà obijciuntur, fateatur, illa eſſe falſa, quatenus argumenta oſtendere uidentur. Quo pacto non defuerunt, qui interna mentis diſſenſione illa inficiarentur; quorum Ariſtoteles in progreſſu meminit.

Quo pacto prima principia negari poſſint.

## Κεφ. Δ'.

Ἰσὶ δέ τινες οἱ (καθάπερ εἴπομεν) αὐτοί τε ἐνδέχεσθαί φασι τὸ αὐτὸ εἶναι, καὶ μὴ εἶναι, καὶ ὑπολαμβάνειν οὕτως. χρῶνται δὲ τῷ λόγῳ τούτῳ πολλοὶ καὶ τῶν περὶ φύσεως. ἡμεῖς δὲ νῦν εἰλήφαμεν, ὡς ἀδύνατόν τινος, ἅμα εἶναι, καὶ μὴ εἶναι: καὶ δεῖ τούτου ἐλέγξαμεν, ὅτι βεβαιοῦται αὕτη τῶν ἀρχῶν πασῶν. ἀξιοῦσι δὲ καὶ τοῦτο ἀποδεικνύναί τινες δι' ἀπαγωγῆς εἰς δόξαν: ἔστι γὰρ ἀπαγωγὴ εἰς δόξαν, τὸ μὴ γινώ-

Capitis

## Capitis quarti Explanatio.

Quid præstet hoc caput Aristoteles.

SVNT[a] autem quidam} Cõstituto in extrema parte superioris capitis firmissimo, primoq; omnium principio, tria deinceps capita consumit Aristoteles in refutatione eorum, qui illud, siue per proteruiam, aut fallacem aliquam rationem negabant, siue per imperitiam demõstrare nitebantur. Vtrique enim, quantum in ipsis erat, illud euertebant. primi, quia quod falsum est, principium non est: secundi, quia quod cadit sub demonstrationem, etsi ratione aliqua principium esse possit, primum tamen esse non potest. Ea autem de causa suscepta est hoc loco ab Aristotele tam longa disputatio, quia non parua cura incũbit primo Philosopho, ut eos disputatione coarguat, qui artiũ principia non recipiunt, primum præsertim, ac firmissimum, ex quo tota Philosophia pendet. Quoniam uerò ij, qui illud nitebãtur demõstrare, per insciticiam, & ruditatẽ peccabant, paucisque poterant ad ueritatis semitã reduci; ijs breuiter admonitis, atque ad artẽ Analyticam reiectis, totam reliquam disputationem ad eos conuertit, qui per proteruiam, aut deceptionem illud negabant. Cùm igitur ait [ sunt autem quidam ] eos significat, qui per deceptionem illud inficiabantur. Neque enim solùm dicebant, fieri posse, ut aliquis re uera existimet idem simul esse, & non esse, sed etiam ut re uera ita sit; quantum uidelicet argumenta oppositum demonstrare uidebantur, ut paulò antè diximus.

Ratio suscepti disputationis.

## CAPVT IIII.

*VNT[a] autem quidam, qui (quemadmodum diximus) et ipsi asserant fieri posse, ut idem sit, atque non sit, & ita esse aliquis existimet. Vtuntur autem hac sententia plerique etiam eorum, qui[b] de natura disserunt.*

*Nos[c] autem nunc ut impossibile accepimus, simul esse & non esse; atque ex eo principium hoc principiorum omnium firmissimum esse demonstrauimus.*

*Sunt[d] autem, qui per ruditatem, hoc etiam ipsum se demonstrare existiment: est enim ruditas, haud nosse*

b Qui de natura} In his referuntur Democritus, Anaxagoras, & Heraclitus, ut in progressu patebit. Protagoras enim, qui hoc ipso capite citatur, ad sophistas pertinet.

c Nos autem nunc} Hinc intelliges, quantò aliter Aristoteles circa primum principium se habuerit. Alij enim, quia putabant fieri posse, ut contraria simul eidem inessent, colligebant, fieri quoque posse, ut idem simul esset, & non esset, quod est oppositum primi principij. At ipse, cùm capite superiori accepisset hoc principium ut per se notissimum (neque enim illud probauit) ex ueritate eius implicitè ostendit, illud esse firmissimum, ac certissimum, id est, neminem posse oppositum sibi persuadere. Probatio enim illa, Quia duæ opiniones contrariæ non possunt simul eidem inesse, ex eo uim habet, quia fieri non potest, ut idem simul sit, & non sit. Si enim illę eidem simul inessent, idem simul esset, & non esset, quod Arist. ex omnibus contrarijs simpliciter denominantibus subiectum, colligi putat ad finem cap. 6. tametsi id plerisque Theologis non placet, ut diximus ad finem expositionis superioris capitis.

Quãto aliter Aristot. circa primum principiũ, quàm nonnulli Philosophi, se habuerit.

Cur duæ opiniones contrariæ in eodem esse non possint.

tex. 29.

d Sunt autem qui} Significat eos, qui primum principium demonstrari posse credebant. Quo loco ignorationem artis analyticæ, quasi per excellẽtiam uocandã putauit ἀναλυσίαν, id est, ruditatem, siue ineruditionem, cuius contrarium est eruditio, quæ Græcis est παιδεία, cuius meminit initio primi de partibus animalium. Huius rei causã, Assequutum esse modum sciendi, qui in Analyticis libris traditur, dicitur cap. 3.

Ignoratio analyticę artis cur ἀναλυσία dicatur.

In primis uerbis.

cap. 3. lib. 2. huius operis πῶς δ' ἔστι. pro qua re uide quæ eo loco diximus. Ex hoc loco intelliges quàm rudis, & imperitus censeri debeat is, qui artis dialecticæ ignarus est, quantumcumque eruditionis aliunde comparauerit.

Consutantur ij, qui primũ principiũ demõstrari posse athrmabãt.

e Etenim omnium} Ratio, qua hos breuiter refutat, sic habet. Aut omnium est demõstratio, aut quædam illa sunt perspicua, ut demonstratione non egeant: non est autem dicendum omnium esse demonstrationẽ, alioqui dabitur progressus infinitus in principijs, atque adeo nulla prorsus demonstratio umquam absoluetur: ergo aliqua sunt ita perspicua, ut non cadant sub demonstrationẽ. Quòd si ita est, nullum sanè principium magis indemonstrabile reperietur, quàm quod propositũ est. Ideo autem Arist. in probãda minore nõ fecit mentionem circularis demonstrationis, quia quidam dicebant, omnia demonstrari, ut habes 1. Poster. cap. 3. quia circulo demonstrare nihil est aliud, q̃ idem per idem ostẽdere; quod non solùm nõ est demonstrare, sed ne simpliciter quidẽ probare: omnis enim probatio ex notioribus esse debet.

γινώσκειν τίνων δεῖ ζητεῖν ἀπόδειξιν, καὶ τίνων οὐ δεῖ. ὅλως μὲν γὰρ ἁπάντων ἀδύνατον ἀπόδειξιν εἶναι· εἰς ἄπειρον γὰρ ἂν βαδίζοι, ὥστε μηδ' οὕτως εἶναι ἀπόδειξιν. εἰ δέ τινων μὴ δεῖ ζητεῖν ἀπόδειξιν, τίνα ἀξιοῦσιν εἶναι μᾶλλον τοιαύτην ἀρχήν, οὐκ ἂν ἔχοιεν εἰπεῖν. ἔστι δ' ἀποδεῖξαι καὶ ἐλεγκτικῶς καὶ περὶ τούτου ὅτι ἀδύνατον, ἂν μόνον τι λέγῃ ὁ ἀμφισβητῶν. αὐ δὲ μηδὲν, γελοῖον τὸ ζητεῖν λόγον πρὸς τὸ μηδενὸς ἔχοντα λόγον, ἢ μηδένα ἔχειν λόγον· ὅμοιος γὰρ φυτῷ ὁ τοιοῦτος. τὸ δ' ἐλεγκτικῶς ἀποδεῖξαι λέγω διαφέρειν τοῦ ἀποδεῖξαι, ὅτι ὁ ἀποδεικνύων μὲν αὐ δόξειεν αἰτεῖσθαι τὸ ἐν ἀρχῇ· ἄλλῳ δὲ τῷ τοιούτου αἰτίου ὄντος, ἔλεγχος ἂν εἴη, καὶ οὐκ ἀπόδειξις.

Circulo demõstrare quid sit.

Text. 6.

Α ρχὴ δὲ πρὸς ἅπαντα τὰ τοιαῦτα, ὃ τὸ ἀξιοῦν ἢ εἶναί τι λέγειν, ἢ μὴ εἶναι (τοῦτο μὲν γὰρ τάχα ἄν τις ὑπολάβοι τὸ ἐξ ἀρχῆς αἰτεῖν)· ἀλλὰ τὸ σημαίνειν γέ τι καὶ αὑτῷ καὶ ἄλλῳ· τοῦτο γὰρ ἀνάγκη, εἴπερ λέγει τι· εἰ δὲ μή, οὐκ ἂν εἴη τῷ τοιούτῳ λόγος οὔτε πρὸς αὑτὸν οὔτε πρὸς

Text. 10.

Primũ principium demõstrari posse ad hominem.

f Licet tamen} Quanquam primum principium non possit simpliciter demonstrari, ut dictum est; docet tamen Aristoteles, posse illud demonstrari ad hominem, utpotè causa redarguendi eius, qui illud negauerit; atque adeò ex dictis illius, quandò re uera nihil est primo principio notius.

g Aliquid dicat} Hoc est, certum aliquid uerbis significet; uel hoc enim satis erit, ut conuincatur, ut infrà dictum patebit. Quòd si nihil certi dixerit, sed inania uerba effutierit; ridiculus erit, qui ad illum arguendum rationem aliquam quæsierit: namque risu dignus est, qui cum eo, qui ratione non utitur, quatenus ratione non utitur, uia, & ratione disputat.

Eum, qui nihil affirmat, similem esse plantis.

h Plantæ est similis} Non dixit brutis animantibus, uel quia bruta animantia, etsi naturaliter, aliquid tamen certum uoce declarant: uel quia sermone nostro ad certum aliquid agendum moueri solent; quorum utrumque stirpibus (quibus illi stupiditate sua similes esse dicuntur) à natura negatum est.

Demonstrationem primi principij ad hominem, nõ esse uerã demõstrationẽ.

i Demonstrare autem} Docet demonstrationem primi principij, quæ fieri potest redarguendi hominis causa, ut dictum est, non esse re uera demonstrationem simpliciter, non modò ostensiuam, sed nec ducentem ad incommodum. Quòd enim non possit esse ostensiua ex eo patet, quia non potest procedere ex notioribus, cùm nihil sit notius primo principio. Quòd uerò nec ducens ad incommodum, ex eo ostendi potest, quia

quia omnis demonstratio ducens ad incommodum, quæ simpliciter demonstrationis nomine censetur, ducit ad maius incommodum, quàm sit illud, quod ab aduersario admittitur, nempè ut ille renuens concedere, quod maius est, desinat admittere minus, quod antè concesserat. Quod certè in demonstratione primi principij accidere non potest, cùm is, qui illud negauerit, nō possit duci ad maius incommodum, quàm sit illius negatio. Ita fit, ut qui primum principium demonstrare nititur, si leges simpliciter demonstrandi spectentur, necessariò incidat in uitium petitionis principij. Dum enim procedit ex minùs notis ad notissimum pronunciatum ostendendū, aut ducit aduersarium ad minus incommodū, quàm sit illud, quod refutandum suscepit, gratis, & sine probatione uidetur petere assensum conclusionis, quā sibi à principio ostendē dam, aut refellendam proposuit, quod principij, siue eius, quod in principio erat, petitio appellatur. Quocirca meritò ait Theophrastus (id quod Alexander ex lib. illius de Affirmatione refert) primi principij demōstrationem uiolentam esse, & preter naturam. Quòd si in huiusmodi redargutione non spectentur leges ipsius demonstrationis sed sola conditio eius, qui redarguitur (huc enim spectant uerba illa, Si autem alia eius rei causa sit) cùm ille pro notioribus sumat, quæ re uera minùs nota sunt, aut maiora putet incōmoda, quæ minùs absurdi continent; etsi eiusmodi argumētatio non sit uera demonstratio, erit tamen uera redargutio. Vera enim redargutio nō tam spectat, quid rei natura habeat, quàm quid asserat is, qui ueritati aduersatur.

Quid concludat demonstratio ducēs ad impossibile.

Eum, qui primum principium demonstrare nititur, principium petere.

Demonstrationem primi principij uiolentam esse, & preter naturam.

*nosse quarum rerum demonstratio quærenda sit, & quarum non sit. Etenim* [e] *omnium omnino demonstrationem esse, impossibile est: in infinitum enim progrediendum esset, ut neque hoc modo demonstratio esset futura. Quòd si quorundam non est quærenda demonstratio, quodnam potiùs tale principium esse censeant, dicere profectò nequeunt. Licet* [f] *tamen redarguendo, id etiam impossibile esse demonstrare; si modò is, qui contrà disputat, aliquid* [g] *dicat. Quòd si nihil dicat, ridiculum sanè erit aduersus eum quærere rationem, qui nullius rationem habet, quatenus rationem habet nullam: iam enim is, quatenus talis est, plantæ* [h] *est similis. Demonstrare* [i] *autem redarguendo, & demonstrare, hac ratione differre dico, quòd is, qui demonstrat, id, quod initio quæritur, petere uideri potest. Si autem alia eius rei causa sit, redargutio fuerit, non demonstratio.*

Text. 10. Com. 12.

*Principium* [k] *autem ad hæc omnia est, non, petere quidem, utrum esse aliquid, aut non esse dicat (id.n. aliquis forsitā eius, quod initio quærebatur, petitionē esse existimabit) sed et sibi et alteri aliquid significare: hoc .n. faciat necesse est, siquid dicat: sin minùs, nec ipsi secum, nec*

Refutatio eorum, qui admittebant cōtradictorias simul ueras.

Initiū disputationis contra hos, unde sumendum.

[k] Principium autem] Aggreditur refutationē eorum, qui negabant primum principiū admissis contradictorijs simul ueris: quos hoc capite septem rationibus coarguit. Pro prima igitur, quæ ex uerborum significatione sumenda est, docet Aristoteles, quo ex fundamento cōtra istorum deliramēta procedere cōueniat. Quòd.n. non oporteat pro disputationis initio quærere ab eis, an certam aliquam propositionem cōcedant, cuius cōtradicentē nō admittant, ex eo ostendit Aristoteles, quia nihil aliud hoc esset, quàm petere apud illos principiū. Hoc n. est, quod negāt, ita aliquid esse uerū, ut eius contradictoriū simul uerum esse nō possit. Nō uidetur ergo ex eorū cōcessione aliud sumendū pro principio impugnationis, quàm quod illi, cùm loquuntur, certū aliquid uerbis significēt, cùm sibi ipsis, ut intelligāt quid dicāt, tum etiā alijs, ut ab eis intelligantur. Nam, etsi illi etiā hac in re principiū re uera petunt (nihil enim certi significatur, si simul cōtradictoriū significatur) necessariò tamen ab illis concedendū est, si modò



Digitized by Google

uelint ad disputationem admitti. Alioqui perinde habendi erunt atque stirpes, quibus nullus est uocis usus, nullius humani sermonis perceptio.

l Erit demonstratio} Redarguitiua scilicet; non uera, & quæ simpliciter dicatur demonstratio.

m Sed tamen eius rei} Sensus est, sed causa, cur tunc sumetur pro fundamento disputationis, quòd uerba significent aliquid certũ, & definitum; nõ erit is, qui redarguet (neque enim ille id ex se sumet, ne petat principiũ) sed is, qui sustinet absurdã propositionem, contra quem ipse argumentatur. Hoc enim illius uitium est, quod tollens orationem, ideſt, cùm negatione primi principij euertat omnẽ definitã significationẽ uerborum; nihilominus, cùm ab eo quæritur, habeat ne sermo determinatam significationem, quasi immemor suĩ, sustinet orationem, id est, admittit certam, & definitã uerborũ significationem, ne stirpibus uideatur similis esse, & ad disputationem ineptus. In hanc ferè sententiam exponit Alexãder.

Vitium eius, qui negato primo principio disputat.

Sequitur deinde apud Argyropylum periodus quędã, quę apud Alex. legitur; eam tamẽ prętermisimus, qa nec admodum coheret cũ antecedentibus, & consequentibus; nec habetur in emendatioribus codicibus, nec apud alium interpretem.

οὔτε πρὸς ἄλλον. εἰ δέ τις τοῦτο διδῷ ἔσται [l] ἀπόδειξις· ἤδη γάρ τι ἔσται ὡρισμένον· ἀλλ' [m] ἄτοπος οὐχ ὁ ἀποδεικνύς, ἀλλ' ὁ ὑπομένων· ἀναιρῶν γὰρ λόγον, ὑπομένει λόγον. πρῶτον [n] μὲν δὴ λέγω ὡς τοῦτ' αὐτὸ ἀληθὲς, ὅτι σημαίνει τὸ ὄνομα τὸ εἷς, ἢ μὴ εἷς· ποδὶ· ὥς τ' οὐκ ἂν πᾶν οὕτως, καὶ οὐχ ὅτως ἔχοι. ἔτι [o] εἰ γὰ ἀνθρωπος σημαίνει ἓν, ἔστω τοῦτο τὸ ζῶον δίπουν· λέγω δὲ τὸ ἓν σημαίνειν τοῦτο, εἰ τοῦτ' ἔστιν ἄνθρωπος, ἂν ᾖ τί ὁ ἄνθρωπος, τοῦτ' ἔστι τὸ ἀνθρώπῳ εἶναι. διαφέρει δ' οὐδὲν, οὐδ' εἰ πλείω τις φάι σημαίνειν, μόνον δὲ, ὡρισμένα· τεθείη γὰρ ἂν ἑκάστῳ λόγῳ ἕτερον ὄνομα· λέγω δ' οἷον, εἰ μὴ φάι τὸν ἄνθρωπον ἓν σημαίνειν, πολλὰ δὲ, ὧν ἑνὸς μὲν εἷς λόγος, τὸ ζῶον τὸ δίπουν, εἰσὶ δὲ καὶ [p] ἕτερα πλείους ὡρισμένοι· δὶ τὸν ἀριθμόν· τεθείη γὰρ ἂν ἴδιον ὄνομα καθ' ἕκαστον τῷ λόγων. εἰ δὲ μὴ τεθείη, ἀλλ' ἄπειρα σημαίνειν φάι, φανερὸν ὅτι οὐκ ἂν εἴη λόγος. τὸ γὰρ μὴ ἕν τι σημαίνειν, οὐδὲν σημαίνειν ἐστί. μὴ σημαινόντων δὲ τῶν ὀνομάτων, ἀνήρηται τὸ διαλέγεσθαι πρὸς ἀλλήλους, κατὰ δὲ ἀληθειαν καὶ πρὸς αὐτόν. οὐδὲν γὰρ ἐνδέχεται νοεῖν, μηδὲν νοοῦντα ἕν. εἰ δ' ἐνδέχεται, τεθείη ἂν ὄνομα τούτῳ τῷ πράγματι ἕν. ¶ ἔστω δὲ ἐκ δὴ (ὥσπερ εἰλέχθη καὶ κατ' ἀρχὰς) σημαῖνον τι τὸ ὄνομα, καὶ σημαῖνον ἕν.

Text. 11.

ὃ δὴ

n Primum igitur} Ex definita, & certa uerborum significatione, quam aduersarius cogitur admittere, illud in primis colligit Aristot. saltem hanc in re non posse dari contradictoria simul uera, ut sermo definitum, ac certum aliquid significet; & nihil significet certum, ac definitũ. Quòd aũt hic dicitur, nomen significare hoc esse, aut nõ esse; pro eo accipiendum est, ac si dicatur, significare certum ens, aut non ens.

Omne nomẽ, quod simpliciter unũ est significare unum.

o Præterea, si homo} Collecturus eodẽ argumento, neque in cæteris rebus dari contradictoria simul uera; tria antè præmittit. Primum pronunciatũ est, Hoc nomen, homo (quod idem intelligendum est de quouis alio, quod uerè ac simpliciter sit unũ nomen)

p Videtur deesse, οἷον.

q Argyropylus legisse videtur legisse, καὶ τ ἄλλων ἑτερ. quod idẽ postulat sententia.

Comm. 29.

men) significare unum quid ratione aliqua, definitione ue circumscriptum, & ab aliis distinctum. Nihil enim refert, quod quidam obijciunt, nomen casu æquiuocum significare multa, modò illa sint finita. Poterit.n. unumquodq; significatum suo nomine donari, iuxta propriam cuiusque rationem: quod si fiat, iam omne nomen, quod simpliciter unũ erit, significabit unũ ratione propria, atque à cęteris distincta. Namque ipsum nomen æquiuocũ non est re uera unũ nomen, sed plura, quãuis ex unitate uocis unum appellari soleat. Quod si quis ita deliret, ut dicat, fieri posse, ut nomẽ æquiuocũ proximè, ac immediatè significet infinita; is iterũ incidet in incõmodum suprà memoratũ, ut prorsus nulla sit inter homines sermonis communicatio, nec quisquã secum loquenté intelligat. Nam quemadmodum nemo intelligit, nisi unũ, id est aliquid certa notione apprehẽsum, & ab alijs distinctum (alioqui necesse foret, ut quandocunque aliquid mente concipimus, omnia simul conciperemus) ita nemo uel sibi, uel alteri, nomine ullo significarè quicquã potest, nisi unũ. Nihil n. aliis significamus, nisi quod ipsi cõcipimus. Quocirca, cùm nomẽ æquiuocum in oratione sumimus, nisi ij, q audiunt, illius significationẽ ex adiũctis ad unũ significatũ trahãt, nullã omnino rẽ iam cõcipere possunt; ueluti si quis dicat, Gallũ uidi.

Aequiuocum nomen non esse re uera unum nomẽ.

Quo pacto nemo intelligat nisi unũ.

*nec tum alio sermo esse poterit. Quòd si quis hoc concedat, erit* [1] *demonstratio: iam enim definitum aliquid erit: sed* [m] *tamen eius rei causa non erit is, qui demonstrat, sed qui defendit: dum enim orationem demedio tollit, orationem defendit. Primum* [n] *igitur hoc ipsum uerum esse perspicuum est, nomen significare esse, aut non esse hoc; ex qua re fit, ut non quiduis hoc modo, & non hoc modo habeat. Praterea* [o] *si homo unum significat, sit illud animal bipes: dico aũt* [p] *unum significare hoc, ueluti si hoc homo est, et homo aliquid sit, hoc erit hominis esse. Nihil uerò interest, si quis plura significare dicat, modò definita sint: poni enim potest cuique rationi aliud nomen: ueluti si non dicat, hominem significare unum, sed plura; quorum unius quidem una sit ratio illa, Animal bipes; aliorum autem aliæ plures, sed tamen numero definitæ: potest enim iuxta rationem quamque proprium imponi nomen. Quòd si imponi nequeat, sed infinita significare dicat; perspicuum est, orationem non esse. Etenim non unum quippiam significare, nihil significare est. Sublata autem nominum significatione, mutuus hominum inter ipsos, & uniuscuiusque re uera secum, sermonis usus tollitur. Nihil enim intelligi ab eo potest, qui nihil intelligat unum. Quòd si potest; licebit ei rei nomen unum imponere.* ¶ *Sit igitur nomen (quemadmodum & initio dictum est) aliquid significans, & unum significans.*

Text° 11.

*Non*

[1] Dico autẽ unũ] Exponit quid sit significare unum; nihilq; aliud esse ait, quàm significare ipsum esse, siue quiditatem rei. Videtur autem loqui de nominibus communibus, in quibus solis perse uersantur scientię. Quamquam suo modo idem dici potest de propriis, sumpta quiditate pro particulari natura rei. Quamquam.n. nomina sępe imponuntur ab accidẽtibus; tñ ea, ad quę significanda imponuntur, sunt ipsæ naturæ rerũ, quicquid illæ sint: nihil. n. propriè, ac primò est homo, nisi ipsa quiditas hominis concretè significata; atque ita suo modo res habet in cæteris. Itaq; cùm Aristot. ait [si hoc homo est] sensus est, si hoc nomen, hominem significat. &c. ut Alex. exponit, reliqua ex dictis patent.

Quid sit significare unum.

Ad quę significanda imponuntur nomina.



Digitized by Google

q Non ergo fieri potest.] Premittit secundum pronunciatum, quod ex primo colligit, nempè fieri non posse, ut esse hominis, siue ratio hominis significet idem, quod nō esse hominis, hoc est, sit unum & idem, quod ratio non hominis; etiam si apud eos, qui primum principium negant, ambo de eodem dicantur, ut de Socrate. Quòd autem non sint idem, ex eo probat, quia nomen, homo, unam tantùm ratione significat, nempè animal bipes (sublata iam equiuocatione, si quam habet) etiam si illorum sententiâ de eodem dicatur, de quo dicitur nō homo. Neque enim rectè colligat quis, hominem & nō hominē, unum, & idem significare, quia de eodem dicātur. Isto.n. pacto quæcunque de eodem dicuntur (ut musicum, & album, ac homo de Socrate, idē significarent; atq; adeò, quæ his uocabulis significantur, unum & idem essent: ex quo fieret, ut contradictio non in ipsis rebus, sed i solis uocabulis cerneretur; si modò ulla contradictio in sola uoce potest cōsistere. Neque enim plus interesset, inter hominem, & non hominē, quàm inter hominem & ἄνθρωπον, quam diuersitatem sola idiomatū uarietas fecit: quod tamen uel ipsi aduersarij minimè uolunt. Etenim cùm dicunt, cōtradictoria posse esse simul uera, de oppositione rerum loquūtur, non uocabulorum. Ac merito quidē, quia nec oppositio uocabulorum ulla esset, si oīa idem significarent.

Ex eo, quòd i nomina dicā tur de eodē, non rectè colligi significare idem.

r Brunt. n. synonyma.] Synonyma, & homonyma idē ualent hoc loco quēadmodum & uocabula præferūtur. Sed tñ, cùm conuenientia intelligi possit, uel diuersarū rerū in eodem nomine; uel diuersorū nominū in eadē re; hoc loco utrumq; uocabulū sumitur, quatenus significat cōuenientiā diuersorū nominum, siue aliarū uocum in eadē re; quæ conuenientia magis dici solet Polyonymia, q. Synonymia, aut Homonymia.

Cur interpres hoc loco uer

*ἢ δὴ ἐνδέχεται τὸ ἀνθρώπῳ εἶναι σημαίνειν ὑπερ μὴ εἶναι ἄνθρωπον, εἰ τὸ ἄνθρωπος σημαίνει μὴ μόνον καθ' ἑνός, ἀλλὰ καὶ μίαν φύσιν καὶ ἕν. ἔστι δὲ τοῦτο ἀξιοῦμεν τὸ ἕν σημαίνειν, τὸ καθ' ἑνός: ἐπεὶ εἰ οὕτω γε, καὶ τὸ μουσικὸν, καὶ λευκὸν, καὶ τὸ ἄνθρωπος ἓν ἐσήμαινεν: ὥστε ἓν ἅπαντα ἔσται. συνώνυμα δὲ. καὶ οὐκ ἔσται εἶναι καὶ μὴ εἶναι τὸ αὐτὸ, ἀλλ' ἢ κατ' ὁμωνυμίαν, ὥσπερ ἄν, εἰ ὃν ἡμεῖς ἄνθρωπον καλοῦμεν, ἄλλοι μὴ ἄνθρωπον καλοῖεν. τὸ δ' ὅτι ἐνδέχεται ἅμα τὸ αὐτὸ καὶ εἶναι καὶ μὴ εἶναι ἄνθρωπον τὸ ὄνομα, ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα. εἰ δὲ μὴ σημαίνει ἕτερον τὸ ἄνθρωπος, καὶ τὸ μὴ ἄνθρωπος, δῆλον ὅτι καὶ τὸ μὴ εἶναι ἀνθρώπῳ, τὸ εἶναι ἀνθρώπῳ. ὥς ἔσται τὸ ἀνθρώπῳ εἶναι, τὸ μὴ εἶναι ἀνθρώπῳ: ἓν γὰρ ἔσται. τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ εἶναι ἕν, ὡς λῶπον, καὶ ἱμάτιον, εἰ ὁ λόγος εἷς. εἰ δὲ ἔσται ἕν, ἓν σημαίνει τὸ ἀνθρώπῳ εἶναι, καὶ μὴ ἀνθρώπῳ εἶναι: ἀλλ' ἐδείκθη ὅτι ἕτερον σημαίνει.

* Sic legit Alex. & fere interpretes. quidam codices habent οὐδ' εἰ.

Ἀνάγκη δ' εἶναι, εἰ τί ἐστιν ἀληθὲς εἰπεῖν ὅτι ἄνθρωπος, ζῷον εἶναι δίπουν: τοῦτο γὰρ ἦν ὁ ἐσήμαινε τὸ ἄνθρωπος. εἰ δ' ἀνάγκη τόδε, οὐκ ἐνδέχεται μὴ εἶναι τόδε αὐτὸ, ζῷον δίπουν: τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ ἀνάγκη εἶναι. τὸ δὲ ἀδύνατον εἶναι μὴ εἶναι ἄνθρωπον. οὐκ ἄρα ἐνδέχεται ἅμα ἀληθὲς εἶναι εἰπεῖν τὸ αὐτὸ ἄνθρωπον εἶναι, καὶ μὴ εἶναι ἄνθρωπον. ὁ δ' αὐτὸς λόγος, καὶ ὅτι τὸ μὴ εἶναι ἄνθρωπον: τὸ γὰρ ἀνθρώπῳ εἶναι, καὶ τὸ μὴ ἀνθρώπῳ εἶναι, ἕτερον

Text. 12.

s Neq; erit cōtradictio.] Græcè est ad uerbum, Neque erit esse, & non esse, nisi secundum ho-

dum homonymiã, seu nominum diuersitatem. Quia tamen Arist. significat contradictionẽ periphrasi illa, Esse & non esse idem, quę obscuram admodum orationem efficit; potiùs nos omissis uerbis sensum expressimus, cùm præsertim ex uerbis quibus Aristoteles utitur, contrarius sensus facilè concipi possit. bum & uerbo non expresse rit.

z Quòd si non aliud] Præmittit rei hoc pronuntiatũ, quod ex secũdo colligit, Hęc nomina, homo, & non homo, nõ idem significare. Nam, si non diuersa significãt homo & nõ homo, sed unũ & idẽ, non diuersa etiã, sed idẽ significabunt esse, seu ratio hominis, & nõ hominis, quod falsum esse superioris pronunciati demonstratione cõstat. Quod aũt ad uerba attinet, cùm Aristoteles ait, Hoc. n. significat, &c. explicat, seu potiùs repetit, quid sit hoc loco unum significare. Nec enim est significare unũ numero, aut subiecto, aut quouis alio modo, præterquàm unũ rõne: quo pacto unũ significant uestimentũ, ac tunica, si una est eorũ rõ. Synonyma, & Homonyma.

*Non ergo fieri potest, ut esse hominis id ipsum, quod non esse hominis significet, si uerbum homo, non solùm de uno, sed etiam naturam unam, atq; unum significat. Neque enim hoc existimamus unum significare, de uno, inquam, dici; quandoquidem si ita res habeat, iam Musicum, & Album, atque Homo unum significabunt: quare unum erunt omnia. Erit enim synonyma, neque erit contradictio nisi, secundùm homonymiam, ut si quem nos hominem negamus, alij non hominem appellent. Id autem, de quo est quæstio, non illud est, Num contradictio hominis, & non hominis in nomine sit posita, sed in re ipsa.*

*Quòd si non aliud significant Homo, & Non homo; perspicuum quoque est, non esse hominis non aliud significare, quam esse hominis. Itaque erit hominis esse, ipsum non esse hominis: erunt enim unum. Hoc enim significat esse unum: ueluti tunica, & uestis, si ratio una sit. Si uerò unum erunt; unum profectò & esse hominis, & non esse hominis significant: at demonstratum erat, aliud significare.* Extruitur prima ratio ex ijs, quę posita sunt.

*Si quid igitur uerè dicitur homo, id animal bipes sit necesse est: hoc.n. erat, quod homo significabat. Quod si hoc necesse est fieri non potest, ut hoc idem nõ sit animal bipes: Hoc.n. significat. Necesse esse, Fieri non posse, ut non sit homo. Non igitur fieri potest, ut idem simul uerè dicatur, & esse homo, & non esse homo.* Text. 12.

*Eadem ratio est, si quid dicatur non esse homo; aliud*

Impossibile nõ esse. ita ergo fit, ut impossibile sit uerè dicere, simul aliquid esse hominem, & non esse hominem. Quæ ratio in cęteris etiã cõtradictorijs eodẽ modo ualet.

x Ut non sit homo] Pro eo, ac si diceret, ut non sit animal bipes.

y Eadem ratio] Idem ualet argumentatio si incipias à negatione hominis, cuius ratio est Nõ esse animal bipes. Nã si quid uerè dicit nõ esse homo, id necesse est ut dicat non esse animal bipes; quod aũt necesse est non esse, impossibile est esse; ergo &c.

Aliud

z Aliud enim, ac aliud.] Probat consequentiã propositę rationis ex secũdo pronunciato. Nisi.n. ex illo cõstaret, esse hominis & nõ esse hominis, non idẽ significare; negaret aduersarius consequentiã, atq; ad probationẽ diceret, Necesse esse, non idẽ significare, quod impossibile nõ esse, quoniã assereret, esse hominis & non esse hominis idem significare: nunc autem cùm probatione secundi pronunciati demonstratũ sit, id fieri nõ posse (quod etiam perspicuè cõfirmatur in albo, & homine, argumẽto à minore sumpto) fit id, quod dictũ est, hoc est, necessariò sequitur principalis cõclusio, Impossibile, nimirũ, esse, ut idem simul sit homo, & non sit homo.

z

Occurritur cauillationi aduersarij.

aa Si modo ad id.] Posset aduersarius, ut nim propositæ rationis effugeret, ita se habere in respõdendo, ut cùm initio redarguens ab eo quæreret, esset ne Socrates homo, ille respõderet non simpliciter, Esse, uel Non esse, sed tum, Esse, tum etiam, Non esse: hoc enim pacto nõ posset redargués ulterius progredi Huic ergo cauillationi occurrit Arist. propositam rationem aptè rem conficere, si modò is, qui defendit positionem, legitimè ad id, quod quæritur, respondeat; quod tum demũ faciet, si tantùm respondeat, Ita esse, uel, Non ita. Quòd si ille non tantùm ad id, quod quæritur, sed ad non quęsita etiam respondeat, uitio illius tribuendũ erit, quòd argumentatio ulteriùs nõ procedat. Quòd aũt ea responsio uitiosa sit, ex eo probat Aristoteles. Quia cùm Socrati, de quo quærimus an sit homo, multa alia attributa conueniant, ut quòd sit albus, quòd magnus &c. aut omnia, præter id, quod designatè quærimus, afferenda sunt in responsione; aut nullum: est enim par ratio in omnibus, cùm nihil ceterorum quæratur. cùm ergo fieri nõ possit, ut omnia afferantur, eò, quòd nihil prohibeat esse infinita, efficitur, ut nihil afferendum sit in responsione, nisi quod in quæstione exprimitur. Addit Alexan. hoc quoque uitio notandos esse aduersarios, quòd cùm rogati, sit ne Socrates homo, respondent, illum esse hominem, & non esse hominem, in ipsa responsione principium petãt. De hoc enim posita erat quæstio, Num fieri posset, ut idem simul esset, & non esset. Quo loco aduerte, tertium pronunciatum, quod antè præmissum est, huic cauillationi

Vitium eorũ, q̃ respondent ad non quæsita.

ἕτερον· σημαίνει, εἴπερ καὶ τὸ λευκὸν ἄνθρωπος ἐστὶ, καὶ τὸ ἄνθρωπον ἐστὶ, ἕτερον· πολὺ δὲ ἀπίθανόν ἐστι τοῦτο μᾶλλον· ὥστε σημαίνειν ἕτερον. εἰ δὲ καὶ τὸ λευκὸν φήσει τὸ αὐτὸ καὶ ἓν σημαίνειν, πάλιν τὸ αὐτὸ ἐροῦμεν ὅπερ καὶ πρότερον ἐλέχθη, ὅτι ἓν τὰ πάντα ἔσται, καὶ οὐ μόνον τὰ ἀντικείμενα. εἰ δὲ μὴ ἐνδέχεται τοῦτο συμβαίνειν τὸ λεχθὲν, ἀλλ' ἀποκείνεται τὸ ἐρωτώμενον· ἐὰν δὲ προστεθῇ, ἐρωτῶντός τινος ἁπλῶς, καὶ τὰς ἀποφάσεις, οὐκ ἀποκείνεται τὸ ἐρωτώμενον· οὐθὲν γὰρ κωλύει ἅμα τὸ αὐτὸ, καὶ ἄνθρωπον, καὶ λευκὸν, καὶ ἄλλα μυρία τὸ πλῆθος. ἀλλ' ὅμως ἐρωτᾶν, εἰ ἀληθὲς εἰπεῖν ἄνθρωπον τοῦτό ἐστι, καὶ οὐ, ἀποκείμενόν τὸ ἓν σημαῖνον, καὶ οὐ προστιθέν, ὅτι καὶ λευκὸν, καὶ μέγα· καὶ ἁπλῶς ἄπειρα ὄντα τὰ συμβεβηκότα διελθεῖν. ἢ οὐδὲ ἅπαντα διελθόντα, ἢ μηδὲν ὁμοίως ποιῶ, εἰ μυρία ἐστὶ τὰ αὐτὰ ἄνθρωπος, καὶ οὐκ ἄνθρωπος, οὐ προσαποκείμενον τῷ ἐρωτωμένῳ εἰ ἔστιν ἄνθρωπος, ὅτι ἔστιν ἅμα καὶ οὐκ ἄνθρωπος, εἰ καὶ μή τ' ἄλλα ὅσα συμβέβηκε προσαποκείμενον, ὅσα ἔστιν, ἢ μὴ ἔστιν, ἐὰν δὲ μὴ τοῦτο ποιῇ, ἀλλήλοις.

* Aliàs non habetur μὴ.

Ὅλως δ' αἰσχρὸν οἰκεῖον τοῦτο λέγοντες εἶναι, καὶ τὸ τί ἐστιν εἶναι, πάντα γὰρ ἀνάγκη συμβε-

Text° 13.

ni diluendæ utile fuisse. Ideò enim ad quæsitũ illud simplex, Num Socrates sit homo, non est reddenda responsio, quòd sit homo, & non sit homo, seu (quod eodẽ redit) quòd sit homo, & non homo; quia homo, & nõ homo, nõ idem, sed diuersa significãt.

Illud etiam aduerte, id quod Aristoteles ait, fieri posse, ut eidem infinita conueniant (quod de ijs, quæ actu, ac simul conueniunt, intelligendum est) saltem propter infinitas relationes rationis, ut placet D. Thom. dictũ esse. Ac rectè quidem ait [saltem] quia idem dicendum est de infinitis negationib^b, ut innuit ipse Aristoteles, cùm ait, Quęcunq; insunt, aut non insunt. Quæ si uera sunt, non solùm negationes, sed etiam plurimæ relationes rationis possunt cõuenire rebus absque operatione intellectus, ut sæpiùs monuimus.

Infinitas relationes rationis, & negationes posse simul eidem rei conuenire.

Lect. 7. p. 8.

*aliud [a] enim atque aliud significant esse hominis, & non esse hominis, quandoquidem & album esse, & hominem esse diuersa sunt: multò enim magis illud opponitur: quare aliud, atque aliud significant. Si uerò & album dicat, unum atque idem significare; idem illud rursus, quod antea dictum est, proferemus; Vnum esse omnia, & non tantùm opposita, Quòd si hoc fieri nequit, iam id, quod dictum est, efficitur; si [a a] modò ad id, quod quæritur, respondeat. Sin uerò simpliciter rogante aliquo, negationes quoque addat; non respondet ad rogatum: nihil enim prohibet, quominus idem sit & homo, & album, & alia multitudine infinita. Sed tamen rogante, uerum ne sit, hoc hominem esse, an non; respondendum est id, quod unum significat; nec addendum, esse album, aut magnum: neque enim fieri potest, ut accidentia, cùm infinita sint, quisquam percurrat. aut igitur omnia recenseat, aut nullum. Eodem igitur pacto, etsi [b b] millies idem sit homo, & non homo; interroganti tamen, num homo sit, respondendum non est, esse simul non hominem, nisi etiam cætera omnia, quæ acciderunt, siue sint, siue non sint, afferantur. hoc [c c] enim nisi faciat, non disputat.*

Text. 13. *Omnino [d d] autẽ, qui hoc dicunt, substantiã, & quiditatem de medio tollunt. Omnia enim accidere dicãt necesse*

[a a] modò ad id, quod quæritur, respondeat.] Sic habent Latini codices, & Argyropylus, Perionius uerò, Quod si facias, non disputat. Quæ lectio si uera esset, sic esset exponenda. Quòd si omnia conetur respondere, quę rei insunt, ac nõ insunt; omnis de medio disputatio tollitur; quia nunquam responsio absoluetur. Nos negatiuam magis probauimus, ut cæteri interpretes.

Varia lectio.

[b b] Et si millies] Græcè est μυριάκις, id est decies millies, quod Bessario uertit Infinities. Vetus interpres, & Perionius, quos sequuti sumus, magis accommodatè ad Latinum usum reddunt, Millies. Sensus tamen rectè exprimitur ab Argyropylo, qui pro μυριάκις legit, Quam maximè. Nihil enim aliud significat Aristot. quàm quòd, etsi uerissimum esse concedatur, Socratem esse simul hominem, & non hominem, tamen quærenti, num Socrates sit homo, non simul respondendum est, esse hominem, & non hominem; sed tantùm, esse hominem, aut non esse hominem.

[c c] Quod tamen nisi faciat] Ideſt, nisi aut simpliciter respondeat, aut omnia reddat, nõ legitimè disputat. Quidam Græci codices, & Perionij uersio habent, Quòd si faciat, non disputat. Quæ lectio si uera est, sic est exponenda. Quòd si omnia conetur respondere, quę rei insunt, ac nõ insunt; omnis de medio disputatio tollitur; quia nunquam responsio absoluetur. Nos negatiuam magis probauimus, ut cæteri interpretes.

Varia lectio.

[d d] Omnino autem] Proponit secundam rationem, quæ ducitur ex ratione prędicationis substantialis hunc in modum. Si contradictoria essent simul uera, nulla esset substantia, quiditasque; ideſt, nulla esset prædicatio substantialis, sed omnia prædicarentur ut accidentia; hoc autem fieri non potest; ergo nec illud. Maiorem dupliciter

Secunda rõ.

Digitized by Google

ter probat. Primùm, quia ea, quæ prædicantur substantiali prædicatione de una, & eadem re, sunt unum & idem, ut animal, & substantia; quemadmodum & ipsa substantia est una & eadem: at contradictoria, ut hominem esse, & non esse hominem, aut (si mauis) esse hominem, & esse non hominem, non sunt unum & idem, ut superiùs dictum, ac probatum est. Deinde, quia quando aliquid substantiali prædicatione dicitur, subiectum est id ipsum, quod prædicatũ; quod in accidentarijs, non est concedendum, ne, cùm multa accidant eidem rei subiectæ, cogamur admittere, rem unã esse multas. Socrates autem &c. non potest esse id ipsum, quod homo, & id ipsum, quod non homo; quod ex dictis patet. Atque hę duæ probationes adeò sunt inter se connexæ in contextu, ut una & eadem uideantur.

βηκέναι φάσκειν αὐτούς. καὶ τὸ ὅπερ ἀνθρώπῳ ἦν, ἢ ζώῳ ἦν, μὴ ἦν. εἰ γὰρ ἔσται τι ὅπερ ἀνθρώπῳ ἦν, τοῦτο οὐκ ἔσται μὴ ἀνθρώπῳ ἦν, ἢ μὴ ἔσται ἀνθρώπῳ. καίτοι ταῦτα ἀποφάσεις τούτου. ἐν γὰρ ᾧ σημαίνει, καὶ ᾧ τόδε τι ἡ οὐσία· τὸ δ' οὐσίαν σημαίνειν ὄξιν, ὅτι οὐκ ἄλλο τι τὸ εἶναι αὐτῷ. εἰ δ' ἔσται αὐτό, καὶ τὸ ὅπερ ἀνθρώπῳ ἦναι, ὅπερ μὴ ἀνθρώπῳ ἦν, ἢ ὅπερ μὴ ἦν ἀνθρώπῳ, ἄλλο ἔσται. ὥστ' ἀναγκαῖον αὐτοῖς λέγειν, ὅτι οὐθενὸς ἔσται τοιοῦτος εἰδικὸς, καὶ οὐσιώδης, καὶ ἀεὶ τῷ ὑποκειμένῳ συμπεπλεγμένος λόγος, ἀλλὰ πάντα κατὰ συμβεβηκὸς· τοῦτο γὰρ διώρισται οὐσία καὶ τὸ συμβεβηκός. τὸ γὰρ λευκὸν τῷ ἀνθρώπῳ συμβέβηκεν, ὅτι ὄξι μὲν λευκὸς, ἀλλ' οὐχ ὅπερ λευκόν. ¶ εἰ δὲ πάντα κατὰ συμβεβηκὸς λέγεται, οὐθὲν ἔσται πρῶτον τὸ καθόλου. εἰ δ' ἀεὶ τὸ συμβεβηκὸς καθ' ὑποκειμένου τινὸς σημαίνει τινὶ κατηγορίαν, ἀνάγκη ἄρα εἰς ἄπειρον ἰέναι. ἀλλὰ ἀδύνατον. οὐδὲ γὰρ πλείω συμπλέκεται ἀλλήλοιν· τὸ γὰρ συμβεβηκὸς, οὐ συμβεβηκότι συμβέβηκός, εἰ μή ὅτι ἅμφω συμβέβηκε ταυτῷ. λέγω δ' οἷον, τὸ λευκὸν καὶ μουσικὸν, καὶ τοῦτο λευκὸν, ὅτι ἄμφω τῷ ἀνθρώπῳ συμβέβηκεν. ἀλλ' οὐχ ὁ Σωκράτης μουσικὸς ἔτυχε, ὅτι ἄμφω συμβέβηκεν ἑτέρῳ τινί. ἐπεὶ τοίνυν τὰ μὲν ἔτυχε, τὰ δ' ἐκείνως λέγεται συμβεβηκότα, ὅσα ἔτυχε λέγεται ὡς τὸ λευκὸν τῷ Σωκράτει, οὐκ ἐνδέχεται ἄπειρα εἶναι εἰς τὰ ἄνω, οἷον τῷ

ee Quòd non aliud] Quàm uidelicet id ipsum, quod res est.

ff Album enim] Etsi Argyropylus habet, Albedo enim, quemadmodum & Bessario; placuit tamen magis uersio antiqua, tum quia sensus planior est (nec enim albedo, sed album prædicatur de subiecto) tum etiam, quia penè idem pronunciatum habetur primo Poster. cap. 18. ubi τὸ λευκὸν uerti solet Album, nõ Albedo.

gg Id, quod uniuersale] Nomine primi intelligit substantiam, quæ est primum genus entium, ut per substantiam signi ficet substantialem prædicationem, quemadmodum paulò antè. Itaq; uerba hæc ad expositionem maioris propositionis propositę rationis uidentur pertinere, ut Aristoteles idem esse dicat, omnia prędicari, ut accidentia, atque nihil prædicari ut substantiã.

Nomine primi substantiã intelligi.

Text° 14

* Alias ὅτι τῷ ἀνθρώπῳ.

hh Quòd si accidens] Probat minorem rationis propositę (nempe, fieri non posse, ut omnia prædicentur ut accidentia) hunc in modum. Si omnia prędicarentur ut accidentia, daretur infinitus progressus in accidentibus; hoc autem fieri non potest; ergo nec

Hec illud. Maior ex eo ostenditur, Quia omne accidens eget subiecto aliquo, de quo dicatur. Quo fit, ut si nulla sit substantia, de qua accidens dicatur, accidens A. dicatur de B. accidente, & B. de C. atq; ita aliud de alio in infinitū, ueluti album de frigido, & frigidum de quanto, & quantum de alio accidente, quod subijciatur quanto, & ita deinceps. Ve autem ostendat, fieri non posse, ut detur infinitus progressus in accidentibus, quæ est minor propositio, duo supponit. Alterum est, ad unum subiectum ex multis cōficiendum nō posse cōnecti plura, q̄ duo, quorū alterū ut sit, ut materia, alterū ut forma; ut si dicas, Animal rationale est substantia; uel, Socrates albus est musicus. Quòd si uni quasi materiæ addas duas formas, iam non erit unum subiectum, ut si dicas, Socrates albus musicus est grammaticus, quod ipse iam docuerat secūdo de Interpretat. cap. 3. Alterum uerò est, duobus tātūm modis accidentia posse prædicari, aut de se inuicem, ratione cōmunis subiecti, ut musicum de albo, & uicissim album de musico; aut de ipso subiecto; quod item docuerat primo Poster. c. 18. Hæc si aduersarius rogatus cōcesserit; iam sic argumentatur Aristot. Neutro modo potest dari progressus infinitus in accidentibus, ergo nullo. Consequentia patet ex posteriori suppositione. Antecedens, quod ad priorem modum prædicandi attinet, ex eo supponit quasi perspicuum, quia in eo reperitur ultimū subiectum, utpote illud, ratione cuius accidentia de se inuicem prædicantur: quo fit, ut illo prædicandi modo non abeatur in infinitum deorsum uersus, facto progressu à prædicatis ad subiecta. Quod uerò attinet ad posteriorem (quod est facto progressu sursum uersus à subiectis ad prædicata) ea ratione probatur, quia duobus tantùm modis id posset accidere. Vno, si quemadmodum album accidit Socrati, sic aliud

Non dari progressum infinitum in accidentibus.

Duplex prædicatio accidentium.

*necesse est, & id non esse, quòd uerè hominis esse, aut animalis est. Si quid enim erit ipsum hominis esse, id non erit non hominis esse, aut non esse hominis. Atqui hæ sunt eius negationes. Vnum enim erat, quod significabat, atque id erat alicuius substantia: substantiam autem significare est, quòd non aliud quicquam sit eius esse. Quòd si eius esse, hominis quoque esse fuerit, aliud sanè erit non hominis esse, aut non esse hominis. Quare dicant ipsi necesse est, nullius proprium, & essentialem, ac semper subiecto conuenientem esse eiusmodi rationem, sed omnia per accidens dici: hoc enim interest inter substantiam, & accidens, Album enim propterea homini accidit, quòd albus quidem est, sed non* Text. 14. *est ad ipsum, quod album. ¶ Si uerò per accidens omnia dicantur, id quod uniuersale est, nihil primum erit. Quòd si semper accidens de subiecto aliquo prædicationem significat, in infinitum eatur necesse est. At fieri non potest. Neque enim plura, quàm duo copulantur, quippe cùm accidens non sit accidenti accidens, nisi quia utrumque eidem accidit. Verbi gratia, & album est musicum, & hoc album est, quia utrumque accidit homini. Verùm Socrates non ea ratione est musicus, quòd utrumque alicui alteri accidat. Cùm igitur quædam hoc modo, alia illo accidentia dicantur; quæ ita dicuntur ut album de Socrate, ea * superiora uersus infinita esse nequeunt, ut So-*

* Aliàs in homine.

accidens, ut muſicum, accideret Socrati albo, & aliud deinde Socrati albo muſico, atque ita in infinitum: altero, ſi relicto ſubiecto diceremus, quemadmodum album accidit Socrati, ita muſicum accidere albo, & muſico accidere grãmaticum, & ita in infinitum. Prior modus impugnatur, quia Socrates albus muſicus, non poteſt eſſe unum ſubiectum, ut patet ex priori ſuppoſitione. Poſterior dupliciter. Primùm, quia in accidentibus inter ſe comparatis non datur ordo, ſed indifferenter fit reflexio inter quælibet, neque magis hoc accidit illi, quã illud huic: ubi autẽ datur reflexio, nõ datur progreſſus in infinitum. Deinde, quia iam iſto modo inciditur in illum, quo accidens ea ratione prædicatur de accidente, quia ambo prædicãtur de eodẽ ſubiecto; in quo quidẽ modo iam ſuppoſitum erat, non dari progreſſum in infinitum.

In accidentibus non dari ordinem.

τοῦ Σωκράτους τοῦ λευκοῦ καὶ ἕτερόν τι συμβεβηκὸς· ἀ γὰρ λέγονταί τι ἓν εἶναι ἐξ ἁπάντων. οὐδὲ δὴ τοῦ λευκοῦ ἕτερόν τι ἔσται συμβεβηκὸς, οἷον τὸ μουσικόν· ὑπάρξει τε γὰρ μᾶλλον τοῦτο ἐκείνῳ, ἢ ἐκεῖνο τούτῳ συμβέβηκεν· καὶ ἅμα διώρισται, ὅτι τὰ μὲν οὕτως συμβέβηκε, τὰ δ' ὡς τὸ μουσικὸν Σωκράτους· ὅσα δ' ἕτως, ἀ συμβεβηκότι συμβέβηκε τὸ συμβεβηκὸς, ἀλλ' ὅσα ἐκείνως. ὥς οὐ πάντα καθ' συμβεβηκὸς λεχθήσεται. ἔσται ἄρα τι καθ' αὑτὸ οὐσίαν σημαῖνον. εἰ δὲ τοῦτο, δέδεικται ὅτι ἀδύνατον ἅμα καὶ πορεύεσθαι τὰς ἀντιφάσεις.

Text. 15.

Εἰ δὲ καὶ ἀληθεῖς αἱ ἀντιφάσεις ἅμα καθ' αὑτὸ πᾶσιν, ἄλλον ὡς ἅπαντα ἔσται ἓν· ἔσται γὰρ τὸ αὐτὸ ξύλον, λίθος, καὶ ἄνθρωπος, εἰ καθ' πάντος τι ἢ καταφήσαι, ἢ ἀποφῆσαι ἐνδέχεται, καθάπερ ἀνάγκη τοῖς Πρωταγόρου λόγον· εἰ γὰρ τῷ δοκεῖ μὴ εἶναι ξύλον ὁ ἄνθρωπος, δῆλον ὅτι οὐκ ἔσται ξύλον· ὥστε καὶ ἔστιν, ἐπεὶ καὶ ἀντίφασις ἀληθής. καὶ γίνεται δὴ τὸ Ἀναξαγόρου, ὁμοῦ πάντα χρήματα· ὥστε μηδὲν ἀληθὲς ὑπάρχειν. τὸ αὐτὸ ἄρα εἶναι καὶ μὴ λέγειν, καὶ οἴεσθαι τὸ ὂν λέγειν, ὥσπερ τινὲς λέγουσι. τὸ γὰρ δυνάμει ὄν, καὶ μὴ ἐνεργείᾳ, τὸ ἀόριστόν ἐστιν· ἀλλὰ μὴν λεκτέον γε οὐ τοῖς καθ' παντὸς τὴν κατάφασιν, ἢ τὴν ἀπόφασιν. ἄτοπον γὰρ εἰ ἐκάστῳ ἢ μᾶλλον αὐτὸ ἀπόφασις ὑπάρξει, ἢ δ'

Text. 15.

Prior obiectio.

At obijciat aliquis, hãc rõnem nihil cõcludere. Primùm, quia in accidẽtibus datur ordo. Qualitates enim primæ ſubijciuntur ſeeũdis, & ex ſecũdis alię ſupponunt alijs: quo fit, ut non rectè ſumpſerit Ariſt. non dari in accidentibus ordinem. Deinde, quia, etſi in priori prędicãdi modo non detur progreſſus infinitus deorſum uerſus, nec in poſteriori ſurſum; dicet tã fortaſſe aliquis, dari in priori ſurſum, & in poſteriori deorſũ; quod ſi uerũ eſt, nihil eſt concluſum ab Ariſtotele.

Poſterior.

Obſeruatio.

Ad hęc, in primis dicendum eſt, Ariſtotelem non argumentari hoc loco, niſi ex conceſſis ab aduerſario: alioqui nihil probare, ut ſupra dictum eſt; cùm ſalem ex minùs notis ad notiora confirmanda progrediatur: id quod in omnibus rationibus ſequentibus eſt obſeruandum.

Solutio prioris.

Deinde ad priorem obiectionem dicendum cum D. Thoma, Etſi in pleriſque accidentibus datur ordo cauſę, cùm alia quaſi oriantur ex alijs; non tamen dari ordinem ſubiectionis. Etenim nullum accidens eſt propriè ſubiectum alterius; quamuis poſſit eſſe cauſa, cur ſubiectum, illud recipiat. At hîc agi de ordine ſubiectionis.

Lect. 9. p. 12.

Poſterioris.

Ad poſteriorem dicendum eſt, ſi quis daret in priori modo progreſſum in infinitũ ſurſum

* Græci codices inferunt hoc loco uerbũ δύνασθαι, quod à nullo interpretum accipitur.

sursum uersus, iam incideret in posteriorē; & uicissim, si illum cōcederet in posteriori deorsum, iā incideret in priorē. Quare ea in re nihil prætermissum esse ab Aristotele.

Tertia ratio.

ii Præterea si contradictoria] Proponit tertiam rationem, quæ ducitur ex distinctione rerum hoc modo. Si contradictoria sint simul uera, omnia sunt unum, nullaq; datur distantia inter uerum & falsum; hoc est, fieri potest, ut utraque sint uera simul, & utraq; falsa; hæc autem sunt absurdissima; ergo & illud. In hac ratione (cuius minor propositio ponitur concessa ab aduersario; alioqui nihil sit) proposita priori parte maioris ait Aristoteles, idem incommodū sequi ex opinione Protagorę Sophistæ, & Anaxagoræ Philosophi. Dicebat enim Protagoras, quicquid uideā, ita habere ut uidetur. Anaxagoras autē, omnia esse in omnibus: quanquam pro Anaxagora hāc excusationem affert Arist. quòd eius sōia quodāmodo uera sit in materia, quæ, cùm ex se infinita sit, & omniū formarū capax, quodammodo censetur esse omnia. Anaxagoras autem hoc peccabat, & perinde de rebus, quę sunt potētiâ, loquebatur, ac si essent actu.

Protagoras.

Anaxagoras.

*ut Socrati albo aliud quoddam sit accidens: non enim ex omnibus unum quid efficitur. Sed neque albo aliud quoddam erit accidens, ueluti musicum; neque enim magis hoc illi, quàm illud huic accidit. Definitum quoque & illud est, alia hoc pacto accidere, alia ut musicum Socrati: quæ autem hoc modo accidunt, ea accidenti non accidunt; sed quæ illo modo. Quare non omnia per accidens dicentur. Eris igitur aliquid, quod & substantiam significet. Quòd si ita est, demonstratum relinquitur, fieri non posse, ut simul contradicentia prædicentur.*

Text° 15. *Præterea ii si contradicentia simul de eodem uera sunt omnia; perspicuum est, omnia unum fore. Erunt igitur idem, & triremis, & muraena, & homo, si kk quid de omni re, aut affirmare, aut negare possumus, quemadmodum necesse est fateantur ij, qui Protagoræ sententiam sequuntur. Nam si homo cuiplam uideatur non esse triremis, patet, illum non fore triremem; quare & triremis est; si contradictio est uera. Atque etiam illud Anaxagoræ efficitur, res omnes simul esse; proinde nihil ll uerè unum esse. Ipsum igitur indefinitum asserere uidentur; & existimantes, se de ente loqui, de non ente agunt. ¶ Id enim, quod indefinitum est, potentia eus est, non actu. At mm uerò concedenda est eis de quauis re affirmatio, aut negatio. Absurdum est enim, si sua cuique negatio conueniat, alterius autem, quòd*

KK Si quid de omni] Id est, si indifferēter de quauis re utralibet pars contradictionis est uera, siue negatiua, siue affirmatiua; quod perinde est, ac si dixisset, si utraque est uera.

ll Nihil uerè unum] Verè unum hoc loco alij exponunt, distinctum ab alijs. Quia tamen distinctio ab alijs non est de ratione unius, nec Anaxagoras ita dicebat, omnia esse simul, ut nihilominus non distingueret singula proprijs rationibus; potiùs dicendum, uerè unum significare, non multa. Nulla enim res corporea est, quæ Anaxagorę sententia non esset cæteræ omnes.

Verè unum.

mm At uerò concedenda] Probat priorem partem maioris ex eo, quia, qui putant contradictoria posse esse simul uera, coguntur fateri, quamlibet, siue affirmationem, siue negationem posse esse ueram; atque adeo, triremem posse uerè affirmari de homine, itemque parietem; & cætera omnia; &, quod hinc sequitur, omnia esse unum

Qui admittit contradicentia simul uera, nihil negare de re ulla.

& idem inter se. Quòd si aliquis admittens contradicentia simul uera, negauerit hominem, aut quiduis aliud, posse dici de homine; cogit illum Arist. hac ratione. Magis uidetur pugnare cum homine negatio hominis, quàm negatio triremis non conuenientis homini, ut ait: at negatio hominis nobis pugnat per se cum homine; ergo nec negatio triremis: quare neque huius contradictorium, quòd sit triremis, pugnabit cum homine: quod idem eodem modo concludi potest in reliquis.

Et negatio dicatur] Supple, Et uicissim affirmatio, si negatio dicatur. Ita uidetur supplere Alex.

Nec necesse esse] Probat posteriorem partem maioris hac ratione. Quia, si contradictoria sunt uera, fieri potest, ut eadem ipsa simul falsa sint; ut, si uera sunt hæc, Socrates est homo, & Socrates non est homo, uera etiã esse poterunt per aduersariũ hæc, quæ illis contradicũt, Nec Socrates est homo, nec Socrates non est homo, siue ex utraq; parte seorsim sumantur duæ enunciationes simplices, siue una coniuncta ex duabꝰ. Quòd, si tota hæc posterior oratio uera est, cùm ea dicat, superiorẽ esse falsam (hoc enim significant negationes in principio singularũ simplicium enunciationum positæ) efficitur, ut superior ista sit falsa; ita fieri potest, ut contradictoriæ enunciationes sint ueræ simul, ac falsæ.

Negationes quid efficiãt propositæ enunciationibus.

Quarta rõ.

ἢ δ' ἐτέρου, ἐὰν μὴ ὑπάρχῃ ἐκεῖνο, οὐχ ὑπάρξει. λέγω δ', οἷον εἰ ἀληθὲς εἰπεῖν τὸν ἄνθρωπον, ὅτι οὐκ ἄνθρωπος ἢ λίθον ὅτι ϲ οὐ ξύλον· εἰ μὲν οὖν ἡ κατάφασις, ἀνάγκη καὶ τὴν ἀπόφασιν· εἰ δὲ μὴ ὑπάρχει ἡ κατάφασις, οὐκ ἀνάγκη ἡ ἀπόφασις ὑπάρξειν μᾶλλον ἢ μή. εἰ οὖν καὶ αὕτη ὑπάρξει, καὶ ἡ τῆς ἑτέρας· εἰ δ' αὕτη, καὶ ἡ κατάφασις. ταῦτα οὐδὲν συμβαίνει τοῖς λέγουσι τὸν λόγον τοῦτον· καὶ ὅτι οὐκ ἀνάγκη ἢ φάναι ἢ ἀποφαίνειν. εἰ γὰρ ἀληθὲς ὅτι ἄνθρωπος, καὶ οὐκ ἄνθρωπος, δῆλον ὅτι καὶ οὐκ ἄνθρωπος· ἔστι γὰρ οὐκ ἄνθρωπος ἕστως. ἔτι δὲ λευκόν, ἢ οὐ λευκόν, καὶ ὂν ἢ οὐκ ὄν. καὶ ὡς τὰς ἄλλας φάσεις, ἢ ἀποφάσεις· ὁμοιοτρόπως ἢ οὔ, ἀλλ' ὡς μὲν πᾶν, ὡς πᾶς δ' οὔ. καὶ εἰ μὲν μὴ ὡς πάσας, αὗται αἱ ἕξεις ὁμολογούμεναι. εἰ δὲ ὡς πάσας, πάλιν ἤτοι καθ' ὅσων τὸ φῆσαι, ἢ ἀποφῆσαι, ϲ καθ' ὅσων ἀποφῆσαι ϲ φῆσαι, ἢ ἐπὶ μὲν ὧν φῆσαι καὶ ἀποφῆσαι καθ' ὅσων δὲ ἀποφῆσαι, οὐ πάντων φῆσαι ϲ εἰ μὲν ἔστιν εἶπαι παγίως οὐκ ὄν, ϲ αὕτη ἕξις δόξα. ϲ εἰ τὸ μὴ εἶ βεβαιόν τι ϲ γνώριμον, * βεβαιοτέρα ἂν εἴη φάσις ἢ ἀπόφασις μᾶλλον. εἰ δὲ ὁμοίως, ἢ ὅσα ἀποφῆσαι φάναι, κατάφασιν, ἀνάγκη ἤτοι ἀληθῆ διαφωνοῦντα λέγειν, οἷον,

* Græci codices addunt, ἢ τῆς τριάδος, quod omnes merito expungũt, uno excepto Petronio.

Text° 16.

ἢ δ' ἐτέρου, ἐὰν μὴ ὑπάρχῃ ἐκεῖνο, οὐχ ὑπάρξει. λέγω δ', οἷον εἰ ἀληθὲς εἰπεῖν τὸν ἄνθρωπον, ὅτι οὐκ ἄνθρωπος ἢ λίθον ὅτι ϲ οὐ ξύλον· εἰ μὲν οὖν ἡ κατάφασις, ἀνάγκη καὶ τὴν ἀπόφασιν· εἰ δὲ μὴ ὑπάρχει ἡ κατάφασις, οὐκ ἀνάγκη ἡ ἀπόφασις ὑπάρξειν μᾶλλον ἢ μή. εἰ οὖν καὶ αὕτη οὐχ ὑπάρξει, καὶ ἡ τῆς ἑτέρας· εἰ δ' αὕτη, καὶ ἡ κατάφασις. ταῦτα οὐδὲν συμβαίνει τοῖς λέγουσι τὸν λόγον τοῦτον· καὶ ὅτι οὐκ ἀνάγκη ἢ φάναι ἢ ἀποφαίνειν. εἰ γὰρ ἀληθὲς ὅτι ἄνθρωπος, καὶ οὐκ ἄνθρωπος, δῆλον ὅτι καὶ οὐκ ἄνθρωπος· ἔστι γὰρ οὐκ ἄνθρωπος ἕστως. ἔτι δὲ λευκόν, ἢ οὐ λευκόν, καὶ ὂν ἢ οὐκ ὄν. καὶ ὡς τὰς ἄλλας φάσεις, ἢ ἀποφάσεις· ὁμοιοτρόπως ἢ οὔ, ἀλλ' ὡς μὲν πᾶν, ὡς πᾶς δ' οὔ. καὶ εἰ μὲν μὴ ὡς πάσας, αὗται αἱ ἕξεις ὁμολογούμεναι. εἰ δὲ ὡς πάσας, πάλιν ἤτοι καθ' ὅσων τὸ φῆσαι, ἢ ἀποφῆσαι, ϲ καθ' ὅσων ἀποφῆσαι ϲ φῆσαι, ἢ ἐπὶ μὲν ὧν φῆσαι καὶ ἀποφῆσαι καθ' ὅσων δὲ ἀποφῆσαι, οὐ πάντων φῆσαι ϲ εἰ μὲν ἔστιν εἶπαι παγίως οὐκ ὄν, ϲ αὕτη ἕξις δόξα. ϲ εἰ τὸ μὴ εἶ βεβαιόν τι ϲ γνώριμον, * βεβαιοτέρα ἂν εἴη φάσις ἢ ἀπόφασις μᾶλλον. εἰ δὲ ὁμοίως, ἢ ὅσα ἀποφῆσαι φάναι, κατάφασιν, ἀνάγκη ἤτοι ἀληθῆ διαφωνοῦντα λέγειν, οἷον,

* Aliàs, γνωριμοτέρα.

Præterea, aut] Addit quartam rationem, quæ huiusmodi est. Si contradicentes enunciationes sunt simul uerę, aut in omnibus ita res habet; aut in quibusdam. Si tantùm in quibusdã; certè in ijs, in quibus non ita res habet (quod superiùs fatemur in substantialibus prędicationibus concedendum esse ostenderat) in ijs, inquam, dabuntur pronunciata definitæ ueritatis, hoc est, quę ita sint uera, ut opposita sint falsa, quod aduersarij minimè uidentur uelle. Sin autem in omnibus ita res habet; aut in quocumque est uera affirmatio, est etiam uera negatio, & uicissim, in quo negatio, & affirmatio; aut in quibus est uera affirmatio, est item uera negatio, non tamen

uice

uice uersa: hoc enim potiùs aliquis dixerit, quàm quòd, in quibuscumque est uera negatio, sit uera affirmatio. Quicquid enim est homo, poterit uideri non esse homo, cùm possit uideri aliquid, quod non admodum differat ab homine: atque ita, illorum sententia, quicquid est homo potest non esse homo, & tamen non quicquid non est homo, continuò potest uideri homo. Nemo enim punctum uerbi causa, aut lapillum hominem putet. Si ergo in quibuscumq; est uera affirmatio, est item uera negatio; non tamen uice uersa, in quibuscumque negatio, & affirmatio, erit aliquid certè non ens, ideſt dabuntur negatiuæ certę, ac definitę ueritatis, quibus nimirum repugnabit ueritas oppositarum affirmationum, ut, punctum non esse hominē. Quòd si in genere negationum datur aliqua firmitas, maior sanè dabitur in opposito genere affirmationis; siquidem, ut, uel prima Dialecticę rudimenta docent, ueritas negatiuæ cōcludi, nequaquā potest, nisi ex ueritate alicuius affirmatiuæ; ueritas autem affirmatiuæ nunquam ex ueritate negatiuæ concluditur; quod aperto argumento est, ueritatem affirmatiuæ esse fundamentum ueritatis negatiuę. Ita fit, ut dici non possit, in quibus est uera affirmatio, esse ueram negationem; non tamē uicissim, in quibus negatio, & affirmationē. Hoc enim nihil est aliud, quàm dicere, firmiorem esse ueritatem negationum, quàm affirmationum. Quòd si hæc inter se reciprocantur, ut in quibuscumque est uera affirmatio, sit etiam negatio, & in quibus negatio, affirmatio; id fieri non posse deinceps ostendit.

Veritatem affirmatiuę esse ueritatis negatiuæ fundamentum.

*quod ipsis non conuenit, non conueniat. Exempli causa, si uerum est, hominem non esse hominem dicere; perspicuum est, & non triremen dici. Si igitur affirmatio dicitur, & [pp] negatio dicatur necesse est. Si uerò affirmatio non conuenit, negatio certè magis, quàm propria conueniet. Ergo si & illa inest, triremis etiam negatio inerit; quòd si hæc, & affirmatio. Et hæc igitur eueniunt iis, qui hanc sententiam usurpant, nec [qq] necesse esse aut affirmare, aut negare dicunt. Nam si uerum est, esse hominem, & non hominem; perspicuum est, nec hominem, nec non hominem fore: duorum enim duæ negationes sunt. Quòd si illa una est ex duabus constans, & hæc sanè una erit opposita.*

Text° 16. *Præterea [rr] aut in omnibus ita res habet, est quod & album, & non album, & ens & non ens, atque in cæteris affirmationibus, & negationibus eodem modo; aut non ita; sed in quibusdam ita habet, in quibusdam non item. Si non in omnibus; hæ utique certò constabunt. Si uerò in omnibus, rursum aut de quibuscunque licet affirmare, licet negare, & de quibuscunque negare, affirmare; aut certè de quibusquidem affirmare licet, licet etiam negare, nō autem de quibuscunq; negare, affirmare. Ac si res quidem hoc pacto habeat, erit aliquid haud dubiè non ens, atque hæc firma erit opinio. Quòd si ipsum non esse firmum quiddam, notumque est * firmior profectò erit oppositaffirmatio. Sin [ss] autem eodem modo res habet, & quæcumque licet negare, licet affirmare; necesse est, aut diuidentem, uerum dicere,*

* Alias, nō tion.

[qq] Sin autem eodem] Probat latè non reciprocari ista inter se; ut, in quibuscumque est uera affirmatio, sit uera negatio, & in quibus negatio, & affirmatio, quod aduersarij planiùs uidentur dicere, cùm omnia incerta faciant. Probatio hæc est, Si fieri potest, ut isto modo omnes contradicentes sint simul uerę,

aut

aut id conceditur diuisim; ut si dicas, hæc est uera, Socrates est albus, & hæc item uera, Socrates nō est albus; aut coniunctim tantummodò, ut si dicas, hoc totum, Socrates est albus, & Socrates non est albus, est uerum. Iam enim Aristoteles hoc capite ad finem rationis primæ quosdam hoc posteriori modo responsuros suspicatus est. Si

Prius absurdum. solèm coniunctim, duo sequuntur absurda, Vnum est, quòd is, qui diuisim contradicentes pronūciat, nihil dicat; atque adeò nihil sit in rerum natura, ne ipse quidem, qui loquitur, aut se intelligere ali quid putat. Nam, cùm omnia diuisim affirmari possint, & negari; si nulla, nec affirmatio, nec negatio diuisim uera est; nihil omnino est. Etenim si quicquam esset, saltem contradicentes, quæ aliquid esse affirmarent, uerę essent. Alterum absurdi est, quòd omnia sint unū; id quod superiori etiam ratione ostensum est. Nam si omnes contradicentes coniunctim ueræ sunt, omnia uerè dicuntur de quolibet; Si omnia uerè dicuntur de quolibet, omnia sunt omnibus communia; Si omnia omnibus sunt communia, nihil est ulli rei propriū; Si nihil ulli rei propriū est, nulla est omnino distinctio: siquidem distinctiones, nisi p propria, fieri nullo modo possunt. Quòd si contradicentes sunt uerę diuisim; eadem rerum confusio, & indistinctio in primis sequitur: nihil enim refert, siue diuisim, siue coniūctim omnia de omnibus dicantur. Deinde sequitur, omnes, quicquid dicant, uerum dicere. Aut enim dicunt affirmationem, aut negationem, quarum utraque ponitur uera. Itemque omnes falsum dicere, cum uera dicētibus repugnent; alioqui idem omnes dicerent. Fit etiam, ut unusquisque se falsum dicere fateatur, si modò cùm loquitur dicat se ab aliquo discrepare. Quisquis enim ab aliquo uera dicente discrepat, falsum dicit. Fit denique, ut cum huiusmodi homine disputatio haberi non possit: omnia enim affirmat, & omnia negat; & rursus

Posterius

Vide gradationem.

οἷον, ὅτι λευκὸν, καὶ πάλιν ὅτι οὐ λευκὸν, ἢ οὔ. καὶ εἰ μὲν μὴ ἀληθὲς διαιροῦντα λέγειν, οὐ λέγειν τὸ ζητοῦντα, καὶ ὅλως ἔστιν οὐδέν: τί δὲ μὴ ὄντα, πῶς ἂν φθέγξαιτο, ἢ βαδίσειεν; καὶ πάντα δὲ ἂν εἴη ἓν, ὥσπερ καὶ πρότερον εἴρηται, καὶ ταυτὸν ἔσται καὶ ἄνθρωπος, καὶ θεὸς, καὶ ξύλον, καὶ ἀντίφασις αὐτῷ: εἰ δ' ὁμοίως καθ' ἑκάστου, οὐδὲν διοίσει ἕτερον ἑτέρου. εἰ γὰρ διοίσει, τοῦτ' ἔσται ἀληθὲς καὶ ἴδιον. ὁμοίως δὲ εἰ διαιροῦντα ἐνδέχεται ἀληθεύειν, συμβαίνει τὸ λεχθέν. πρὸς δὲ τούτῳ, ὅτι πάντες ἂν ἀληθεύοιεν, καὶ πάντες ἂν ψεύδοιντο, καὶ αὐτὸς αὑτὸν ὁμολογεῖ ψεύδεσθαι. ἅμα δὲ φανερὸν ὅτι ὥσπερ οὐδενός ἐστι πρὸς τοῦτον ἡ ἀνάγκη: οὐθὲν γὰρ λέγει. ἔστι γὰρ ὅτου, ἐστ' ἐκ οὕτως λέγει, ἀλλ' ὅτου τι, καὶ οὐχ ὅτου: καὶ πάλιν γε ταῦτα ἀποφαίνει ἄμφω, ὅτι καθ' ὅτου, οὐτ' ἐκ ὅτου λέγει, ἀλλ' οὗτος τι, καὶ ἐκ ὅτου. εἰ γὰρ μὴ, ἤδη ἄν τι εἴη ὡρισμένον. ἔτι εἰ ὅταν ἡ φάσις ἀληθὴς ᾖ, ἡ ἀποφασις ψευδὴς, καὶ αὖτη ἀληθὴς ᾖ, ἡ κατάφασις ψευδὴς, οὐκ ἂν εἴη ἅμα τὸ αὐτὸ φάναι καὶ ἀποφάναι ἀληθῆ, ἀλλ' ἴσως φαῖεν ἂν τινες εἶναι τὸ ἐξ ἀρχῆς κείμενον. Ἔτι ἆρα ὁ μὲν ἡ ἔχλν πῶς ὑπολαμβάνων, ἢ μὴ ἔχλν, διέψευσται, ὁ δὲ ἄμφω, ἀληθεύει; εἰ γὰρ ἀληθεύει, τί ἂν εἴη τὸ λεχθέν, εἰ μὴ ὅτι τοιαύτη τῶν ὄντων ἡ φύσις; εἰ δὲ μᾶλλον ἀληθεύει, ἀλλὰ μᾶλλον ἀληθεύει ὁ ἐκείνως ὑπολαμβάνων, ἤδη πῶς ἔχοι ἂν τὰ ὄντα, καὶ τοῦτο ἀληθὲς ἂν εἴη, καὶ οὐχ ἅμα καὶ οὐκ, ἀλλ' ἀληθές. εἰ δὲ

Text. 17.

* Pro εἰ γὰρ, ut Alexander scit. Idem habes superius ad finem textus 12.

* Duæ sequentes particulæ desunt in Græcis codicibus, quas tamen ferè oēs interpretes agnoscunt.

& rursus quamlibet affirmationem, & negationem inficiatur. Alioqui iam aliquid definitum, ac certum statueret, & non quodlibet assereret.

Idem Alensis hoc loco. Comm. 46.

¶ Præterea, &] D. Thom. ait hanc argumentationem inniti definitionibus ueri & falsi. Sed tamen id non apparet ex contextu. Alexander putat, non ideo Aristot. illam instituere, ut aduersarium conuincat (quippe quam fatetur etiam apud illum petere principium) sed ut absurditatem positionis illius reprehendat, quod reb' manifestissimis, & inconfesso ueris repugnet. Verũ, quia Arist. se statim corrigit, potiùs uidetur dicendum, nolle illum, ut habeat ratio huius argumentationis. Sæpe enim accidit in scribendo, ut malè instituta per incuriã oratio è uestigio emendetur, aut parum habere momẽti significetur.

Alia expositio.

*ueluti albũ esse, et rursum, nõ album, aut nõ. Et quidẽ, si nõ accidit ut uerũ dicat diuidens; nec profectò hæc dicit, nec omnino quicquam est: ea uerò quæ non sunt, quonã pacto aut loquentur, aut ambulabunt? Omnia etiã unum fuerint, quemadmodum et antè dictum est, idemq; erunt, & homo, & Deus, & triremis, eorumq; negationes: si.n. similiter de unoquoq; dicentur, nihil alterum ab altero differet. Nam si differet, illud iam uerum, ac propriũ erit. Eodem uero modo accidit id, quod dictum est, si dividentem uerũ dicere contingat. Adhuc, omnes uera dicent, & omnes mentientur; atque adeo seipsum quisque mentiri confitebitur. Simul autem manifestum est, de nulla re cum hoc homine esse disputationem: nihil enim dicit. etenim neque ita ait, neque non ita; sed ita & non ita: ac rursus horum utrumque negat, nec ita, nec non ita, dicẽs, sed ita, & non ita. Si enim non hoc modo res haberet, aliquid iam definitum esset.* Text° 17. *¶ Præterea" si cùm affirmatio uera est, negatio falsa sit, & cùm hæc est uera, affirmatio sit falsa; non licebit utique idem simul uerè affirmare ac negare. At forsitan dicant, hoc illud esse, quod initio positum erat.*

Quint rõ.

¶ Præterea, is ne] Adhibet quintam rationẽ, quæ etsi obscura est, tamen uidet sumi ex consensione, seu correspondentia rerum, & existimationis, atque in hũc modum colligere. Aut is solus uerũ dicit, qui existimat rem quamq; uno modo se habere, utpotè esse talẽ, uel nõ esse talem, aut potiùs, qui existimat, res omnes habere utroque modo: si is solus, qui putat res omnes habere utroque modo; ergo, cùm huius sententiæ, quæ planè pugnat cum ipsa rerum experientia, nulla ratio reddi posse uideatur; confugiendum erit ad rationem illam Heraclitii, Sic esse, quia sic fert natura rerum;

Heraclitii inepta ratio.

*Præterea" an is, qui aut modo aliquo rem habere, aut non habere existimat, mentitur; is autem, qui utrunque putat, uerum dicit? Si enim uerum dicit, quid aliud quæso fuerit id quod dicitur, quàm quòd talis sit rerum natura? Sin autem non uerum dicit, sed is potiùs, qui illo modo existimat; iam profectò res modo aliquo habebunt; idque uerum erit, non item simul & non uerum.*

Quòd

quã nihil ineptius: si uerò is solus, qui putat res uno modo tantùm se habere; ergo uno modo tantùm se habent (respondent enim sibi mutuò res, & uerę existimationes) quo fit, ut dentur pronunciata, quæ ita sint uera, ut non sint etiam falsi. Quòd si quis occurrens dicat, neminem dicere solum uerum, aut solum falsum; infert Arist. sequi ex hac responsione, fieri non posse, ut quisquam loquatur, si modo dicat se loqui. Falsò enim id affirmabit, ut ex hac responsione patet. Quòd si quis eo pergat insaniæ,

fanie, ut ad uitanda hęc absurda, dicat, neminem, cùm loquitur, certam aliquam existimationem habere de rebus, sed simul oppositas; proinde non sequi, dari aliquid falsum, sed omnia esse uera (siquidem falsum in dissensione rerum & existimationis positum est) is sanè à stirpibus nihil distabit, ut supra dictum est.

Sexta ratio. Hinc & illud] Sextam rationem auspicatur ex ijs, quæ proximè dixerat. Sumpto enim argumento ex ea existimatione, quam habemus de rebus expetendis, & fugiendis, non tã probat, contradicentes non esse simul ueras, quàm, neminem id sibi in mentem inducere; nè eos quidem, qui primum principium inficiantur; quod quidem dixerat extrema parte superioris capitis. Ratio huiusmodi habet. Siquis putet cõtradicẽtes esse simul ueras, is certè, cùm deliberat de rebus amplectẽdis, aut fugiendis, eque se habebit ad earum prosequutionem, & fugam: æquè cùm Megarensis aliquis putabit, bonum esse proficisci Megarã, & nõ proficisci; &, quilibet cùm primùm surgit, æquè putabit bonũ esse, ruere in puteum, aut præcipitium, & non ruere: æqui nemo æquè se habet ad fugam, & prosecutionem rerum; siquidem quasdam potius quærit, quàm fugiat: alias potiùs fugit, quàm quærat: non putat igitur, saltem in rebus prosequendis, & fugiendis, contradicentes esse simul ueras. Quòd si in his rebus nõ simul approbat contradicentes, par ratio est, ut non putet æquè uerum esse, Socratem esse hominem, & non esse hominem, mel esse dulce, & non esse dulce, & sic in cæteris.

εἰ δὲ ὁμοίως ἅπαντες καὶ ψεύδονται καὶ ἀληθῆ λέγουσιν, ὅτι φθέγγεσθαι, ὅτι εἰπεῖν τῷ βούτω ὄζειν· ἅμα γὰ ταὐτά τε, καὶ οὐ ταὐτὰ λέγομεν εἰ δὲ μηθὲν μᾶλλον ἀληθεύει, ἀλλ' ὁμοίως οἴεται, καὶ οὐκ οἴεται, τί ἂν διαφέροντας ἔχοι τοῦ πεφυκότων;

Ὅθεν καὶ μάλιστα φανερόν ἐστιν ὅτι οὐδεὶς ὅτου διάκειται, οὔτε τοῦ ἄλλου, οὔτε τοῦ λεγόντων τὸν λόγον ἕτερον. διὰ τί γὰρ βαδίζει μεγαρόσδε, ἀλλ' οὐχ ἡσυχάζει οἰόμενος βαδίζειν; οὐδ' ἀθέως ἕως ἂν πορεύεται εἰς φρέαρ, ἢ εἰς φάραγγα, ἐὰν τύχῃ; ἀλλὰ φαίνεται δὲ λαβούμενος, ὡς οὐχ ὁμοίως οἰόμενος μὴ ἀγαθὸν εἶ τὸ ἐμπεσεῖν, καὶ ἀγαθόν. δῆλον ἄρα, ὅτι τὸ μὲν βέλτιον ὑπολαμβάνει, τὸ δ' οὐβέλτιον. εἰ δὲ τοῦτο, καὶ τὸ μὲν ἀγαθὸν, τὸ δὲ μὴ ἀγαθόν· τὸ δ' οὐκ ἀγαθὸν, καὶ τὸ μὲν γλυκὺ, τὸ δὲ οὐ γλυκὺ ἀνάγκη ὑπολαμβάνειν. οὐ γὰρ ὅσ' ἴσου ἅπαντα ζητεῖ, καὶ ὑπολαμβάνει ὅταν οἰηθῇ βέλτιον εἶ τὸ πιεῖν ὕδωρ καὶ ἰδεῖν ἀγαθόν, εἶτα ζητεῖ αὐτά. καί τοι ἔδει γε, εἴ ταυτὸν ἦν ὁμοίως καὶ ἀγαθὸς, καὶ οὐκ ἀγαθὸς, καὶ οὐκ ἀγαθός· ἀλλ', ὅπερ ἐλέχθη, οὐδεὶς ὃς οὐ φαίνεται τὰ μὲν διαλαβούμενος, τὰ δ' οὔ. ὥστε, ὡς ἔοικε, πάντες ὑπολαμβάνουσιν ἔχειν ἁπλῶς, εἰ μὴ περὶ ἅπαντα, ἀλλὰ περὶ τὸ ἄμεινον καὶ χεῖρον. εἰ δὲ μὴ ὀρθῶς δοξάζουσι, πολὺ μᾶλλον ὀρθῶς ἂν εἴη τῆς ἀληθείας, ὥσπερ καὶ νοσοῦσι μᾶλλον ὑγιεινῶς ἂν διάκεινται πρὸς τὴν ὑγείαν. καὶ γὰρ ὁ δοξάζων πρὸς τὸν ὀρθῶς δοξάζοντα οὐχ ὑγιεινῶς διάκειται πρὸς τὴν ἀλήθειαν.

Text. 18.

¶ Ἐπὶ

Responsio pro aduersarijs. Quòd si non scientia] Dicerent aduersarij, Quòd aliquis in rebus agendis hanc potiùs partem contradictionis amplectatur, quàm illam; non ex eo nasci, quod certò sciat, hanc esse amplectendam, illam refutandam; sed quòd ita uerisimiliter opinetur uerisimilem

ueriſſimilem autem exiſtimationem de approbatione unius contradicentis, non excludere omnino ueritatem alterius. Ac poſſet quidem Ariſt. his ſtatim occurrere, ſaltem hac ratione perſpicuum eſſe, non omnes contradicentes, eorum iudicio, æquè ueræ eſſe, ut uidentur docere. Verùm hac reſponſione quaſi perſpicua prætermiſſa, ad hoc ſaluberrimum documentum reprehenſioni coniunctum ſe conuertit, Quòd more ægrotorum, qui ſuum morbum agnoſcũt, cùm nihil ſe certò ſcire, ſed ſolùm opinari fateantur, diligentiùs curare deberent, ut ueram de rebus ſcientiam aſſequerentur. Cognitio enim, quæ ueri ſimilitudini, ſiue probabilitati innititur, eſt infirma quædam notitia rerum, quæ tñ diligenti inquiſitione in certam ſcientiam poteſt conualeſcere: quod ſanè apud eos accideret, ſi primis principijs, quæ ſunt ueræ ſcientiæ fontes, non repugnarent. Itaque ut ægrotanti (quod ait Alexander) non res ipſæ ſunt accuſandæ, quaſi nihil ſalubritatis habeant, ſed curandum eſt, ut medicamentis ſalubribus adhibitis cõualeſcat; Sic ualentibus, qui inchoatam cognitionem habent, danda opera eſt, ut perfectam ſcientiam nanſciſcantur. Poteſt & aliter intelligi reſponſio Ariſtotelis, quaſi ita dicat; Si opinio uos mouet, ut alteram potiùs partem amplectamini; cùm opinio ſit infirma cognitio; ad eius perfectionem aſpirare debetis: perfecta autem cognitio de rebus amplectendis, & fugiendis, ſi res ipſę in ſe ſpectẽtur, in eo poſita eſt, ueſtra ſententiâ, ut omnes æquè ſint amplectendę, & non amplectendæ; fugiendę, & nõ fugiendę: igitur hoc ipſum curare deberetis, ut neque amplecteremini quas approbatis, nec reijceretis quas repudiatis, ſed ſtirpium more nihil probabilitate earum ad agendum moueremini: quod utique eſſet, calmen ueſtrę Philoſophiæ attingere.

Documentũ.

Alius ſenſus.

*Quòd ſi omnes æquè & mentiuntur & uera dicunt; ei certè, qui talis eſt, nec loqui, nec dicere quicquam licet: ſimul enim & hæc, & non hæc dicit. Si verò nihil exiſtimat, ſed æquè putat, atque non putat; quid quæſo inter hunc & ſtirpes interſit?*

Text. 18. *Hinc" & illud apertiſſimum eſt, neminem non modò cæterorum, ſed ne eorum quidem, qui iſta dicunt, hoc pacto affectum eſſe. Cur enim Megaram proficiſcitur, nec quieſcit exiſtimans proficiſcendum? nec uerò ſummo manè mox in puteum pergit, aut in præcipitium, ſi forſitan occurrat? at cauere uidetur; ut qui non æquè bonum atque non bonum eſſe exiſtimet in illa ruere. Perſpicuum eſt igitur, huiuſmodi hominem hoc quidem melius, illud verò non melius eſſe exiſtimare. Quòd ſi ita eſt, & hoc profectò hominem eſſe, illud non hominem; hoc dulce, illud non dulce exiſtimet neceſſe eſt. Neque enim omnia ex æquo quærit atque approbat, cùm melius eſſe iudicat aquam bibere, & hominem uidere, deinde ea ipſa quærit. At oportebat ſanè, ſi æquè idem eſſet homo, atque non homo: ſed, quemadmodum dictum eſt, nemo eſt, qui non alia cauere uideatur, alia non item. Itaque omnes, ut uidetur, ſi non in omnibus, certè in genere melioris & deterioris, uno modo rem habere exiſtimant. Quòd"" ſi non ſcientia, ſed opinione ducuntur; multò magis danda eſt ueritati opera; quemadmodum & ægrotanti, quàm ualenti magis adhibenda eſt ſanitatis cura. Qui enim opinatur, ſi cum ſciente conferatur, non benè ad ueritatem affectus eſt.*

*Præterea*

Septima ratio. x x Porrò ea, si uel maximè ] Adiungit septimam, ac postremam rationem ex gradibus ueritatis desumptam hoc modo. Etsi demus, uerissimum esse, quod aduersarij aiũt, in omnibus affirmationem, & negationem esse simul ueras; tamen hoc negari non potest, quin concedendi sint in rerum natura ueritatis gradus, ut alia dicantur magis uera, alia minùs: hoc autem dato, necessariò concedendum est, non in omnibus rebus contradicentes esse simul ueras: nullo igitur modo id asserendũ est. Maiorem ita probat, Nãm illis concedamus, binarium esse numerum parem, & non parem, idemq; de ternario asseramus; ueriùs tamen cõuenit binario esse parem, quàm ternario. Eodemque modo, etsi illorum sententia, tum quatuor, tum etiã mille sint quinque; & non quinque; minùs tamen falsum est, ac proinde ueriùs, quatuor, quàm mille, esse quinque. Minorẽ probat ex eo, quia ideò aliquid dicitur uerius, quia est absoluto uero propinquius, id est, ei, quod ita uerum est, ut nullo etiam modo sit falsum, quemadmodũ id dicitur leuius, quod propinquius est leui non habenti quicquam grauitatis. Cæterùm, quia hoc fortè nõ concedetur ab aduersario, satis esse ait Aristoteles ad probationẽ minoris, quòd detur in rerum natura aliud alio uerius, aut saltem minùs falsum, ut ostensum est. Hinc enim rectè sequitur, aliquam contradictionis partẽ dari posse ita ueram, ut opposita uera non sit. Quæ enim dixerit priorem partem huius contradictionis, Bonum est famelico sumere cibum; Non bonum est famelico sumere cibum; uel huius, Binarius est numerus par, Binarius non est numerus par, esse ueriorem, seu minùs falsam posteriori, ita uera erit, ut opposita non sit uera.

Ἔτι εἰ ὅτι μᾶλλον πάντες οὕτως ἔχει, καὶ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ τὸ μὲν μᾶλλον καὶ ἧττον ἔστιν ἐν τῇ φύσει τῶν ὄντων· οὐ γὰρ ἂν ὁμοίως φήσαιμεν εἶναι τὰ δύο ἄρτια, καὶ τὰ τρία, οὐδ' ὁμοίως διέψευσται ὁ τὰ τέτταρα πέντε οἰόμενος, καὶ ὁ χίλια. εἰ οὖν μὴ ὁμοίως, δῆλον ὅτι ἀτεγκτοτέρου ἧττον· ὥστε μᾶλλον ἀληθεύει· εἰ οὖν τὸ μᾶλλον, ἐγγύτερον, εἴη γε ἂν τι ἀληθὲς, οὗ ἐγγύτερον τὸ μᾶλλον ἀληθές. καὶ εἰ μή ἐστιν, ἀλλ' ἤδη γέ τί ἐστι βεβαιότερον, καὶ ἀληθινώτερον, καὶ τῷ λόγου ἀπηλλαγμένοι ἂν εἴημεν τοῦ ἀπείρου, καὶ κωλύοντός τι τῇ διανοίᾳ ὁρίσαι.

Verius quid.

## Κεφ. ε'.

Text. 19. Ἔστι δ' ἀπὸ τῆς αὐτῆς δόξης, ὃ ὁ Πρωταγόρου λόγος, καὶ ἀνάγκη ὁμοίως ἅμφω αὐτοὺς, ἢ εἶναι, ἢ μὴ εἶναι. εἴτε γὰρ τὰ δοκοῦντα πάντα ἐστὶν ἀληθῆ, καὶ τὰ φαινόμενα, ἀνάγκη πάντα ἅμα ἀληθῆ, καὶ ψευδῆ εἶναι· πολλοὶ γὰρ ταναντία ὑπολαμβάνουσιν ἀλλήλοις, καὶ τοῖς μὴ ταυτὰ δοξάζουσιν ἑαυτοῖς, διεψεῦσθαι νομίζουσιν. ὥστε ἀνάγκη τὸ αὐτὸ εἶναί τε καὶ μὴ εἶναι. καὶ εἰ τοῦτ' ἔστιν, ἀνάγκη τὰ δοκοῦντα εἶναι, πάντα ἀληθῆ εἶναι· τὰ αὐτὰ γὰρ δοξάζουσιν ἀλλήλοις οἱ διεψευσμένοι, καὶ ἀληθεύοντες. εἰ δὲ ἔνεστι τὰ ὄντα μὴ εἶναι πάντες, ἀληθεύουσι πάντες. ὅτι μὲν οὖν αὐτὰ εἰσι δόξαι ἀμφότεροι οἱ λόγοι, δῆλον. ἔστι

Infinita negat. y y Absq; eo infinita ] Intemperatam uertit Bessario. Vtrumque autem dici potest, cùm

sulm hæc sententia non solùm tollat de medio omnem distantiam boni, ac mali, quo appetitus coerceatur, & temperans fit, sed etiam discrimen ueri, ac falsi quo intellectus rectè, ac sanè iudicat. Quòd autem Argyropylus, Miram, uerit; ad admirabilem licentiam omnia affirmandi, & omnia negandi, qua directò notatur hæc sententia, referri potest; quæ ipsa summa est insania, & intemperantia, tum appetitus, tum etiam intellectus.

Unum primū principium.

*Præterea [21] si uel maximè sic, & non sic habeant omnia; ineſt tamen in rerum natura magis, & minùs: neque enim æquè paria esse duo, ac tria dixerimus; nec decipietur æquè is, qui quatuor, atque is, qui mille, quinque esse existimauerit. Quòd si non æquè decipiuntur; perspicuum est, alterum minùs decipi: quo fit, ut magis uerum dicat. Si ergo id, quod magis tale dicitur, propiùs accedit; erit profectò aliquid uerum, cui magis uerum, sit magis propinquum. Quòd si non est; at certè aliquid iam firmius, ac uerius est; ab [22] eâ, insana sententia, & quæ prohibet quicquam mente definire, liberi erimus.*

## Capitis quinti Explanatio.

Institutum Auctoris in hoc cap.

[a] Eadē uerò] Disputauit hactenus cōmuniter aduersus eos omnes, qui primum principium negauerunt; nūc disputaturus specialiter contra duo genera Philosophorum qui diuersis de causis in hanc absurdam philosophandi rationem inciderunt; docet initio huius capitis, nihil esse discriminis inter opinionē Protagoræ Sophistæ, atque eam, quę recitata, & impugnata est. Dicebat enim Protagoras, quicquid uidetur cuilibet, siue exteriori sensu, siue qualibet interiori cognoscendi facultate, uerum esse. Docet igitur, Protagoræ opinionē effici ex ea, quæ impugnata est, & uicissim impugnatam sententiam ex Protagoræ opinione; ac proinde ambas pari ratione ueras esse, aut falsas. Protagoram narrat Socrates apud Platonem in Menone amplius quadraginta annos pecuniæ cumulandæ causa iuuentutem instituisse, totoque eo tempore clarum extitisse.

Protagoræ sententia.

Eius uita in Historiarum.

## Caput V.

Text. 19.

[a] Eadem uerò opinione, Protagoræ etiam sententia nascitur, & æquè necesse est, utramque aut esse, aut non esse. Nam [b] si omnia, quæ uidentur, & quæ apparent, uera sunt; necesse est, omnia simul & uera, & falsa esse: multi enim contraria inter se opinantur, & eos, qui non eadem, quæ ipsi sentiunt, falli existimant. quo fit, ut necesse sit, rem eandem & esse, & non esse. Quòd [c] si ita res habet; necesse est, ea quæ uidentur, uera esse omnia: opposita enim inter se opinantur ij, qui falluntur, & qui uerum dicunt. Ergo si ea, quæ sunt, hoc pacto habent; uerum profectò omnes dicunt. Atque utramque sententiam ex [d] eadem intelligentia proficisci perspicuum est.

Congre-

b Nam si omnia] Ostendit impugnatam sententiam colligi ex Protagoræ opinione.

c Quod si ita res] Econtrariò ostēdit, Protagoræ opinionem ex impugnata sinia effici.

d Ex eadem intelligentia] Hoc est, idem ualere, ac proinde pari ratione ueras esse, aut falsas.



Digitized by Google

Duo Philosophorum genera.

e Congrediendi uerò] Duo fuerunt Philosophorum genera (si tamen omnes Philosophorum nomine digni sunt) qui contra primi principij præscriptũ, cõtradicentes simul ueras esse dicebant. Alij.n. fallacibus rõnibus seducti, cùm eas soluere non ualerẽt, ita esse non modò uerbis, sed mente etiã asserebant; non absolutè tñ, ut supradiximus, cùm principio illo nihil notiùs reperiri possit; sed quatenus rationibus oppositum concludentibus resistere nequibant. Qua de causa Arist. fieri non posse docuit, ut quisquã rẽ eandem simul esse, ac non esse existimet. Alij uerò, nec rõnibus fallacibus circũscripti, nec ullo alio errore mẽtis delusi, sed solo contentionis studio eã sniam contra primi principij manifestissimã ueritatẽ defendere nõ dubitabant, q̃ sperarẽt, se nulla rõne posse redargui. Docet ergo Arist. nõ eodẽ modo aduersus utrosq; disputandum esse. Priores.n. quoniã dubitando, hoc est rõnibus alicuius momenti, & quæ dubitationẽ aliquã afferre queũt, in eã negationem inciderũt, cùm morbo mẽtis laborent, adhibita solutione rõnũ sanari facilè possunt. Neque enim pertinaciter, aut gloriæ aucupandę causa suã sniam defendunt, sed ui tãtum modò rõnum coacti, q̃ si soluant, nihil est q̃d amplius requirant. At posteriores, cùm sanum habeant iudicium, nec eam sententiam astruant, nisi freti disputandi facultate, qua existimant, se nullo pacto posse conuinci; sola redargutione curandi sunt, hoc est, sola suæ ipsorum orationis repugnantia, quo pacto superiori capite communiter contra omnes primi principij euersores disputatum est.

Non esse eodẽ modo aduersus utrosque disputandum.

Cap. 3.

ἔστι δ' οὐχ ὁ αὐτὸς τρόπος πρὸς ἅπαντας τῆς ἐντεύξεως, οἱ μὲν γὰρ πειθοῖς δέονται, οἱ δὲ βίας· ὅσοι μὲν γὰρ ἐκ τῆς ἀπορήσαι ὑπέλαβον οὕτως, τούτων δικαία ἡ ἄγνοια· οὐ γὰρ πρὸς τὸν λόγον, ἀλλὰ πρὸς τὴν διάνοιαν ἡ ἀπάντησις αὐτῷ. ὅσοι δὲ λόγου χάριν λέγουσι, τούτων δ' ἔγκλημα ἴασις τ' ἐν τῇ φωνῇ λόγου, καὶ τῶν ἐν τοῖς ὀνόμασιν.

Ἐλήλυθε δὲ τοῖς διαπορεῖσθαι αὕτη ἡ δόξα ἐκ τῆς αἰσθητῆς, ἡ μὲν ἅμα τὰς κατάφασις, καὶ τἀναντία ὑπάρχειν, ὁρῶσιν ἐκ ταὐτὸ γινόμενα τἀναντία. εἰ οὖν μὴ ἐνδέχεται τὸ μὴ ὄν, πρῶτον ὑπῆρχεν ὁμοίως τὸ πρᾶγμα ἄμφω ὄν, ὥσπερ καὶ Ἀναξαγόρας μεμίχθαι πᾶν ἐν παντί φησι, καὶ Δημόκριτος. καὶ γὰρ τὸ κενὸν, καὶ τὸ πλῆρες ὁμοίως καθ' ὁποιοῦν ὑπάρχειν μέρος, καί τοι τὸ μὲν ὂν τοῦτον εἶναι, τὸ δὲ μὴ ὄν. ¶ πρὸς μὲν οὖν τοὺς ἐκ τούτων ὑπολαμβάνοντας, ἐρρῶσθαι, ὅτι τρόπον μέν τινα ὀρθῶς λέγουσι, τρόπον δέ τινα ἀγνοοῦσι. τὸ γὰρ ὂν λέγεται διχῶς. ὥστ' ἔστιν ὃν τρόπον ἐνδέχεται γίγνεσθαί τι ἐκ τοῦ μὴ ὄντος, ἔστι δ' ὃν οὔ, καὶ ἅμα τὸ αὐτὸ εἶναι ὄν, καὶ μὴ ὄν, ἀλλ' οὐ κατὰ τὸ αὐτὸ ὄν. δυνάμει μὲν γὰρ ἐνδέχεται ἅμα τὸ αὐτὸ εἶναι τἀναντία, ἐντελεχείᾳ δ' οὔ. ἔπι δ' ἀξιώσομεν αὐτοὺς ὑπολαμβάνειν καὶ ἄλλην οὐσίαν

Text. 20.

Quæ in re insumatur huius capitis disputatio.

Hęc cùm ita sint, contra priores disputat Arist. toto hoc cap. adducendis nimirum, ac soluendis rationibus, quibus illi mouebantur. Contra posteriores autem partim disseruit cap. superiori, partim disputabit cap. 6.

Hoc loco uerbũ ἀπάντησις, siue occursus, quorundam interpretum sententiã ad redarguentes pertinet, ut sit sensus [horum non orationi, sed menti occurrendum est.] Verùm nos, quia dictio αὐτῶν magis cũ uerbo ἀπάντησις, quàm cum uerbis λόγου & τὴν διάνοιαν uidetur iungi; ad eos potiùs, contra quos hoc loco disseritur, illud referendum putauimus. Hi enim cùm primum principium negant, ueris Philosophis

Digitized by Google

ſe opponunt; ſiue mente id faciant fallacibus rationibus impediti; ſiue ſola uoce, & contentionis ſtudio.

f Orta eſt autem} Proponit argumenta, quibus Anaxagoras, & Democritus adduci potuerunt, ut cõtradicentes ſimul ueras admitterent, ut quidã eos admiſiſſe exiſtimabãt: aitq́; illa, ex generatione rerũ ortũ habuiſſe. Nam cùm Anax. uideret ex eadẽ re fieri cõtraria, ut aërẽ, & terrã ex aqua, ꝓſuaſumq́; haberet ex nõ ente nihil fieri; colligebat, in qualibet eadẽ re ineſſe ſimul cõtraria, ac proinde cõtradicentia. Putabat. n. non alia rõne entia gigni poſſe ex entibus, niſi unumquodq; ſimilare corpus ex infinitis corpuſculis eiuſdẽ naturę in eadem re latẽtibus coaleſceret, ut 1. lib. huius operis, & 1. Phyſ. habes. Democr. uerò cũ experireꝰ, igné fieri ex nõ igne, & aquã ex nõ aqua, & ita cætera ex nõ talibus, qualia eſſent, quæ gignerent; demonſtratũ exiſtimabat, in quauis re, atque adeo in quauis cuiuſq; rei particula, eſſe ſimul ens, & nõ ens, quæ quidẽ plenũ, ac uacuũ appellabat. Ita putabat uterque rectè colligi, rem quamlibet eſſe ſimul, & non eſſe.

Ratio Anaxagoræ.

Democriti ratio.

*Congrediendi ᵉ uerò modus non idem eſt cum omnibus. Alij enim perſuaſione; alij ui indigent. Qui enim dubitando eò progreſſi ſunt, ut ita exiſtimarent; eorum ignoratio facilè ſanari poteſt: neque enim eorum contentio de ſermone eſt, ſed de intelligentia. Qui uerò diſputationis gratia ita dicunt, eorum curatio redargutio eſt eius orationis, quæ & in uoce, & in nominibus poſita eſt.*

*Orta ᶠ eſt autem in ijs, qui dubitant, opinio hæc ex ijs, quæ ſenſibus percipiuntur, contradicentia,* 1. Meta. c. 4. & 1. Phy c. 4. tex 32. 33. & 34. *inquam & contraria ineſſe; cùm ex eodem contraria fieri cernerent. Itaque ſi id, quod non eſt, fieri nequit, iam antè profectò res erat utrumque, quemadmodum & Anaxagoras ait, rem quamuis in quauis miſtam eſſe, & Democritus item. Nam & hic inane plenum'que æquè in quauis parte eſſe; tametſi horum alterum ens, alterum non ens eſſe exiſtimat.* Textꝰ 20. *¶ Eos ᵍ igitur, qui ex his ducuntur, partim rectè dicere, partim ignorare dicemus. Duobus enim modis dicitur ens. Itaque eſt quo pacto aliquid ex non ente fieri poſſit, eſt item quo non poſſit; idemq́; ſimul ſit non ens, & non ens; non tamen eadem ratione. Nam poteſtate idem ſimul contraria eſſe poteſt; actu non item. Deinde ʰ uerò eos rogabimus, ut aliam quoque rerum ſubſtantiam eſſe exiſti-*

g Eos igitur} Diſſoluit propoſita argumenta, primùm quidẽ, diſtinctione entis actu, & potentia; deinde negatione cõſequentię. Quod. n. Anaxag. ſumebat, nihil fieri ex non ente, uerũ quidẽ eſt, ſi nõ ens ſumatur pro eo, quod nõ eſt potentiâ, hoc eſt, pro eo, quod eſſe nõ põt; falſum aũt, ſi ſumaꝰ pro eo quod nõ eſt actu: oia. n. fiunt ex materia, q̃ nõ eſt ens actu, ſed potẽtiâ, id eſt, q̃ ſecundùm ſe nõ pertinet ad certã aliqua ſpeciem rei naturalis, ſed per formã pertinere poteſt. Proinde nõ ſequi, ſiue omnia, ſiue cõtraria, eſſe actu in eadẽ re, ſed poteſtate duntaxat; quo quidem pacto ex contrarijs non ſequũtur contradicentia. Quod uerò Democr. econtrariò ſumebat, quodlibet ens fieri ex nõ ente, uerũ quidẽ eſſe, ſi nõ ens ſumatur pro eo, quod ita nõ eſt ens actu, ut tñ ſit ens potẽtia, qualis eſt materia; falſum aũt, ſi ſumatur pro eo, quod nec eſt actu, nec potẽtia ens; quo tamen pacto ſumendum foret, ut ſequerentur contradicentes ſimul ueræ. Aduerte autem, fieri ex aliquo, non idem eſſe hoc loco, atque fieri ex termino à quo, ſed fieri ex ſubiecto.

Solutio ex diſtinctione entis actu, & potentia.

Solutio negatione conſequentię.

h Deinde uerò eos} Diſſoluit eaſdem rationes negatione conſequentiæ. Quamquam enim

enim quis admittat, effici ex illis, ut in rebus sensibilibus, & mutationi obnoxijs dentur contradicentes simul ueræ; tamen non efficitur, ut dentur in omnibus, quippe cùm præter res sensibiles sint aliæ quædam substantiæ omnis mutationis expertes, in quibus rationes propositæ nihil conficiunt. Quamquam uero Arist. hoc dicere potuit accommodatè ad suam sententiã de substantijs separatis potiùs tamen uidetur hoc loco Platonis partes agere, alludens ad ideas, ut D Thom existimat. Id enim significant uerba illa; Rogabimus & aliã substantiam eorum, quæ sunt &c. Nam nec dixisset Arist. rogandos esse illos, ut substantias separatas à se positas admitterent, quas necessaria ratione se inuexisse existimabat; nec etiam illę duci possunt substantiæ, siue essentiæ rerũ, quales dicebantur apud Platonem ideæ. Hunc tamen locũ transtulit Argyropylus accommodatè ad Arist. sententiam hunc in modum: Et insuper eos admonebimus, & aliam in ratione rerũ substantiã esse existimare &c. Quę lectio Græco contextui haud satis respondet.

οὐσίαν ἐξ ὧν ἔντων, ἢ οὔτε κίνησις ὑπάρχει, οὔτε φθορὰ οὔτε γένεσις τῶν ὄντων. Lectione 10. p. 4.

Ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τὰ φαινόμενα ἀληθῆ, ἐνίοις ἐκ τοῦ μὴ αἰσθάνεσθαι γίνεται. τὸ μὲν γὰρ ἀληθὲς ἐν πᾶσιν εἶναι κρίνειν οἴονται τοὺς ἀνθρώπους, διὰ τὸ ὀλιγόνοιαν, τὸ δ' αὐτὸ, τοῖς μὲν γλυκὺ γινομένοις δοκεῖ εἶναι, τοῖς δὲ πικρόν. ὥς εἰ πάντες ἔκαμνον, ἢ πάντες παρεφρόνουν, δύο δ' ἢ τρεῖς ὑγίαινον, ἢ νῦν εἶχον δοκεῖν αὐτοῖς κάμνειν καὶ παραφρονεῖν, ἴσως δ' ἄλλως, ὅ. Ἔτι δὲ πολλοῖς τῶν ἄλλων ζώων ταναντία φαίνεσθαι, καὶ ἡμῖν, καὶ αὐτῷ δ' ἑκάστῳ ἐνίοτε αὐτὰ ἃ ταυτὰ καὶ τὸν αὐτὸν ἀεὶ δοκεῖν. πῖα οὖν τούτων ἀληθῆ ἢ ψευδῆ, ἄδηλον. οὐθὲν γὰρ μᾶλλον τάδε ἢ τάδε ἀληθῆ, ἀλλ' ὁμοίως. Διὸ Δημόκριτος γέ φησιν, ἤτοι οὐθὲν εἶναι ἀληθὲς, ἢ ἡμῖν γ' ἄδηλον. ὅλως δὲ διὰ τὸ ὑπολαμβάνειν, φρόνησιν μὲν τὴν αἴσθησιν, ταύτην δ' ἐν ἀλλοίωσιν, τὸ φαινόμενον κατὰ τὴν αἴσθησιν, ἐξ ἀνάγκης ἀληθὲς εἶναι φασιν. ἐκ τούτων γὰρ καὶ Ἐμπεδοκλῆς καὶ Δημόκριτος, καὶ τῶν ἄλλων, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἕκαστος, τοιαύτας δόξας γεγενῆσθαι λέγοντες. καὶ γὰρ Ἐμπεδοκλῆς μεταβάλλοντας τὴν ἕξιν, μεταβάλλειν φησὶ τὴν φρόνησιν. Text. 21.

Refutatio eorum, qui dicebãt quicquid uidetur, cuilibet, uerũ esse.

Sed & ueritas] Proponit sniam eorũ, qui propterea contradicentes simul ueras admittebant, quòd putarẽt quicquid uerum esse apparet, uerum esse. Qua in re primùm docet, hanc sententiam ex rebus etiam sensibilibus profectam fuisse, quod paulò pòst, qua ratione acciderit exponet; tum tria eorum argumenta proponit. Primũ est; Si quæ est ratio, ob quam non quicquid uerum apparet, uerum sit, ea est maximè, quia cum homines contraria sentiunt, iudicium ueri, & falsi penes plures est; hoc autem non est dicendũ; ergo nec illud. Maior ab illis ex eo forsitan perspicua supponebatur, quia natura non deficit in pluribus, sed in paucioribus. Minorẽ ex eo ostendebant, quia si iudicium ueri, & falsi ex multitudine, & paucitate eorum, qui hanc, uel illam partem approbant, metiendum esset; cùm mel à rectè ualentibus iudicetur dulce, ab ægrotis autem amarum; uirtusq; ab homine sanæ mentis dicatur amplectenda, ab insano autem, & peruersæ mentis repudianda: si duobus, aut tribus exceptis cæteri omnes ægrotarent, aut insani essent; iam ægroti, & insani essent ualentes, ac mentis compotes; qui autem rectè ualent, ac mentis sunt sanæ, ægrotarent, ac insanirent; siquidem apud uos iudicium de sapore, ac uirtute penes eos tantùm est, qui rectè ualent, ac sanę sunt mentis. Si hoc igitur absurdum est, ut dicitis; efficitur, ut non ex multitudi-

Primum argumentũ eorum, qui quicquid apparet, uerũ esse dicebant.



Digitized by Google

ne; & paucitate hominum metiendum sit iudicium ueri, & falsi, sed quod cuique uidetur uerum, id planè uerum sit. Cæterùm, quia diceret aliquis, non quod pluribus uidetur, id solum, ac semper uerũ esse, sed quod ijs, qui corpore, ac animo rectè ualent; Secundum. hoc secundum argumentũ adhibebant. Brutæ animantes cum rectè ualent, cõtra atq; nos, dum bene habemus, de plerisque rebus iudicant: quod enim pabulum approbat bos, id ferè reijcit homo: sæpe quoque homines, qui mẽte, ac corpore rectè ualent, alij ab alijs in iudicio earundẽ rerum dissentiunt, ut patet in cõtrouersia Philosophorũ de humana felicitate, de bono & æquo, & plerisque rebus agendis: quin etiã unusquisque nostrũ etiam, tum cùm nullo morbo laborat, alio atque alio tempore contraria fert iudicia secundum sensum; imò uerò, quod addere posset, & secundum mentem: non est autẽ potior ratio, cur alij, quàm alij, aut iidem hoc tẽpore, quàm alio (si modo omnes, ac semper bene habeant) rectius iudicent: igitur si ulla est in reb. ueritas, sanè iudicium de rebus æquè uerum est in omnibus. Id quod etiã confirmabãt ex sententia illa Democriti, Aut nihil uerum esse (determinatum uidelicet, & cuius oppositum uerum non sit) aut si quid est uerum, exploratum id nobis non esse.

*existiment, cui neque motus, neque corruptio, nec generatio ulla insit.*

Text. 21. *Sed [k] & ueritas eorum, quæ apparent, apud quosdam, ex sensibilibus est orta. Neque enim æquum esse existimant, ut multitudine, & paucitate uerum discernatur, cùm idem alijs gustantibus uideatur dulce, alijs amarum. Quocirca si omnes ægrotarent, aut omnes insanirent; duo autem, uel tres rectè ualerent, aut sanæ mentis essent; hi profectò ægrotare, insanique esse uiderentur, cæteri non item. Præterea plerisque alijs animalibus contraria apparere, itemque nobis, neque etiam eadem quemque semper, quæ aliàs, sensuum iudicio æstimare. Quænam igitur uera sint ex his, aut falsa, obscurum est. neque enim magis hæc, quàm illa, sed æquè uera sunt omnia. Hinc Democritus ait, aut nihil uerum esse, aut nobis manifestum non esse. Omnino [k] autem quia prudentiam sensum esse, atque hunc alterationem existimant; necessariò effici dicunt, id, quod sensui apparet, uerum esse. Ob [l] hæc enim & Empedocles, & Democritus, & (ut uno uerbo dicam) cæteri omnes, talibus opinionibus obnoxij facti sunt. Nam & Empedocles eos, qui habitu mutantur, prudentia mutari, his uerbis ait.*

Ad

[k] Omnino autem] Proponit tertium argumentum illorum, quod ita habebat. Quicquid uidetur sensui, est uerum; omne iudicium de uero est iudicium sensus; igitur omne iudicium de uero est uerum; seu, quod idem est, quicquid uidetur uerum, est uerũ. Maiorem probabant. Quia actus sentiendi est alteratio quædã facta à re sensibili in sensu; id aũt, quod alteratur, tale fit per alterationem, quale est id, à quo alteratur; quãdoquidẽ omne agẽs assimilat sibi id, quod patitur: cũ igit ueritas cõsistat in cõformitate iudicij, & rei, de qua iudiciũ fertur; efficit, ut quicquid sensui uidetur, sit uerũ. Minorẽ ex eo uerã esse existimabãt, quia putabãt prudentiã, siue sapientiã, hoc est, actum iudicandi de uero, esse sensum, siue actum sentiendi, iudicandiue secundùm sensum. Tertium.

[l] Ob hæc enim & Empedocles] Docet, Empedoclem, Democritum, & alios plerosque ijs, quę in hac extrema ratione dicta sunt, concessis, planè teneri reos illius insanę sententię: quę contradicentes simul ueras esse concedit. Quam quidẽ nomine talium appellat, quod indigna sit, quæ inter opiniones referat. Itaque, etsi forte hi auctores contenderent, Veteres accusat.

tenderent, se non fuisse in hac sententia; tamen Arist. ex ijs, quæ illi concesserunt, atq; adeo docuerunt, affirmat, eos, uelint nolint, obnoxios illi fuisse, & omnibus incommodis, quæ illam sequuntur.

Empedoclis uerba.

m Ad præsens hominis] Hæc uerba Emped. eò pertinere uidetur, ut significent, intellectū non distingui à sensu: in eādemq; sententiā referuntur ab Arist. 3. de Anima cap. 3. tex. 150. Itemq; ut declarēt, sensum esse alterationem à rebus sensibilibus factā: sic. n. exponenda sunt; Secundum id, quod adest, apparetq; efficitur hominibus prudentia, ueritatisq; cōprehēsio. ut Alex. exponit. Ita fit, ut intelligat Emp. mutato habitu, id est cōstitutione corporis à sensibilibus, quibus sensus alterantur, mutari prudētiā, siue sapientiam, hoc est iudicium, quo intellectus uerū iudicat; non quòd mutetur sapiētia, ut non sit, sed ut alia sapientia fit.

Πρὸς m παρεὸν γὰρ μήπις ἐναύξεται ἀνθρώποισι. καὶ ἐν ἑτέροις δὲ λέγει. ὅσσον ἀλλοίοις μετέφην, τόσσον ἄρ' σφισὶν ἀεὶ, καὶ τὸ φρονεῖν ἀλλοῖα παρίσταται. καὶ Παρμενίδης δ' ὀποφαίνεται τὸν αὐτὸν τρόπον. ὡς n γὰρ ἕκαστος ἔχει κρᾶσιν μελέων πολυκάμπτων, τὼς νόος ἀνθρώποισι παρίσταται. τὸ γὰρ αὐτό ἐστιν, ὅπερ, φρονεῖ ο μελέων φύσις ἀνθρώποισι, καὶ πᾶσι καὶ παντί. τὸ p γὰρ πλέον ἐστὶ νόημα. Ἀναξαγόρου δὲ καὶ ὀποφθέγμα μνημονεύεται πρὸς τοὺς ἑταίρους πυκὰ, ὅτι τοιαῦτα αὐτοῖς ἔσται τὰ ὄντα, οἷα αὐ ὑπολάβωσι. φασὶ δὲ & τὸν Ὅμηρον τοιαύτην ἔχοντα φαίνεσθαι τὴν δόξαν, ὅτι q ἐποίησε τὸν Ἕκτορα, ὡς ἐξέσης ὑπὸ τῆς πληγῆς, κεῖθι ἄλλο φρονέοντα: ὡς φρονοῦντας μὲν καὶ τοὺς παραφρονοῦντας, ἀλλ' οὐ ταυτά. δῆλον οὖν ὅτι εἰ ἀμφότερα φρονήσεις, & τὰ ὄντα ἅμα οὕτω τε, & οὐχ οὕτως ἔχει.

Text° 22.

Ἡ r καὶ χαλεπώτατον τὸ συμβαῖνόν ἐστιν. εἰ γὰρ οἱ μάλιστα τὸ ἐνδεχόμενον ἀληθὲς ἑωρακότες (ἔστι δ' εἰσὶν οἱ μάλιστα ζητοῦντες αὐτὸ & φιλοῦντες) ἔστι τοιαύτας ἔχουσι τὰς δόξας, καὶ ταῦτα ὑπολαμβάνουσι περὶ τῆς ἀληθείας, πῶς οὐκ ἄξιον ἀθυμῆσαι τοὺς φιλοσοφεῖν ἐγχειροῦντας; τὸ γὰρ τὰ πεπτώκοτα διώκειν, τὸ ζητεῖν αὖ εἶναι τοιοῦτο ἀλήθειαν.

Ἄπορον δὲ τῆς δόξης ταύτης, ὅτι περὶ τῶν ὄντων μὲν

Namq; ut temperies] Hæc etiam uerba, hominis sunt nullā uim animi agnoscētis sensibus superiorē, qua nimirū homo sensus cohibere, & naturales propensiones comprimere possit.

Parmenidis.

o Membrorum natura] Sensus horum uerborum est; Solam naturam corpoream membris insitam, esse eam, quę sapit; id est, cui omnium hominum sapientia tribuenda est.

Comm. 51.

p Nam quod plus est] Hoc est plus ualet. Quibus uerbis declarat Arist. Parmenidem non posuisse mentē, siue intelligentiam superiorem sensibus, quasi dicat. Vis. n. animi, quam ponimus dominantem sensibus, & quā negat Parmenides, intelligentia est.

Homeri.

q Quod Hectorem] Quod Homerus dixit, Hectorem ex accepto uulnere iacētem, ac insanientem aliud sapere cœpisse (quasi insani sapiant quidem uerū, sed tamen aliter, atq; sani) argumento est illum putasse sapientiā nihil distingui à sensu, & quod quisq; iudicat, id uerum esse. Sapientia enim non nisi uerorum est. Quamquam uerò, aliud sapere, in loco Homeri cit. pro desipere accipi potest; tamen quia Homerus aliàs notatur eius uitij, quod intellectum à sensu non distinxerit, ut habes 3. de Anima cap. 3. tex. 150.

Ideo

ideò Arist. iuxta priorem expositionē illum hoc loco interpretatur, seu potiùs illius interpretationem ab alijs inuectam tradit.

r Si utraq; prudentia} Quasi dicat: Si iudicium insanorum, æquè ac hominum sanæ mentis sapientia est, ac proinde uerum; cùm sani, & in sani maxima ex parte de ijsdem rebus contraria iudicent; planè efficitur, ut eædem res simul esse, & non esse possint.

*Ad*[m] *præsens homini semper prudentia crescit.*
*Et alio rursus loco inquit;*
*Mutari ut uariè contingit corpore cuique,*
*Sic animus diuersa sapit.—*
*Parmenides quoque idem asserit ita scribens,*
*Qualis*[n] *tēperiēs membrorum cuiq; suorum est,*
*Huic etiam talis mens contigit.—*
*Idem est enim atque illud,*
*Membrorum*[o] *natura uiris sapit insita cunctis.*
*Quod*[p] *enim plus est, intelligentia est. Sed & Anaxagoræ breuis illa sententia ad quosdam eius familiares memoriæ prodita est, Talia ipsis fore ea, quæ sunt, qualia ipsi existimabunt. Aiunt quoque, Homerum in eadem sententia uideri, quod*[q] *Hectorem, cùm ex uulnere, mente dimotus esset, iacere fecerit aliud sapientem; quasi qui mente capti sunt, sapiant illi quidem, sed non eadem. Patet igitur si*[r] *utraq; prudentia est, ea etiam quæ sunt, ita simul, & non ita habere.*

*Qua*[s] *etiam ex re molestissimum est, quod efficitur. Si enim ij, quibus uerum maximè uidere contigit (sunt autem hi, qui illud maximè quærunt, ac amant) talia sibi persuadent, atque hæc de ueritate pronunciant; quomodo non meritò ij animo concidant, qui philosophari conantur? Erit enim nihil aliud ueritatem quærere, quàm uolantia insequi.*

Text. 22. *Ut*[t] *hi autem ita opinarentur, hæc causa fuit, quia*

s Qua etiam ex re} Cōtineri non potest Arist. quin in eiusmodi Philosophos inuehatur; & meritò quidem. Vt enim Hospes Eleates apud Platonē in Sophista rectè ait, Aduersus eos omni rationum conatu pugnandum est, qui scientia, prudentia, menteq; sublatis, quicquam aliud asseuerant; hi autem omnem scientiam, & quicquid præterea in nobis est, quo ueri percipiendi capaces sumus, de medio tollunt; ac proinde nihil aliud quàm suo philosophandi exemplo, atque doctrina eos, qui philosophari cupiunt, à Philosophiæ studio deterrent. Exemplo quidem, Quia si ij, qui tota uitæ suæ ratione in ueritatis inuestigatione posita, adeo absurdas, & à uero alienas opiniones in mentem induxerunt; quo pacto non eis cōcidat animus, qui nouitij ad Philosophandum accedunt? Doctrina uerò, quia qui oīa uera esse affirmant, nullā syncerā ueritatem sinceritatem relinquunt. Inuehitur in ueteres quosdam.

Neque enim omnia uera esse possunt (quod ipsi aiunt) niſi simul etiam sint falsa, cùm affirmationes negationibus, & negationes affirmationibus repugnent. Ita fit, ut ueritatem sinceram quærere perinde sit, ac si quis aues uolantes currendo insequatur, quod molestissimum sanè, ac grauissimum auditu est: isto enim modo nihil aliud erit Philosophorum more ueritatem quærere, quàm impossibilia conari.

t Vt hi aūt opinarentur} Tradit causas, & quasi fontes detegit, unde istorum error manarit. Vna fuit, infinitio materiæ rerū sensibiliū; altera, earū mutabilitas, & incōstantia. Priorē sic explicat. Cùm hi de rebus omnibus, quasi primi Philosophi differere Prior causa horum opinionis,

instituissent, nec alias præter sensibiles, & corruptibiles agnouissent; hæ uerò constent materia, quę ex se omnino indefinita est, & ens potētiâ ad omnia, ut superius dictū est: illud est cōsecutū, ut quidā eorū respiciētes ad amplitudinē, & capacitatē materię, nec distinguentes potentiā ab actu, oia de oībus uerè affirmari, & negari posse existimarēt.

u Quocirca uerisimiliter] Quoniam ea, quæ supra in dissoluenda ratione Anaxagoræ dicta sunt, ad huius cau sę refutationem ualent; id tantùm existimauit Arist. dicendum hoc loco, utcumque uerisimili rōne hos Philosophos motos fuisse; non tamē uera, & quę probari debeat, ut ex dictis patet. Aequius. n. esse ait, illos propter utcumq; probabilem rationem, qua permoti sunt, aliqua ex parte excusare, q̄ propter errorem, quem inde hauserunt, acriùs reprehēdere. Quod secus fecit Epicharmus Poëta, qui cùm intelligeret Xenophanem nōnulla ignorasse, ut scribit Alex. alijs plerisque, quæ in eo laudare poterat, prætermissis, illū propter errata, quæ deprehenderat, scōmatis, & maledictis incessit. Albertus refert hanc Xenophanis reprehensionem ad stupiditatē sententiæ illius, quæ 1. libro narrata est. Alij legunt, tum Græcè, tum etiam latinè [quàm ut Epicharmus, aut Xenophanes] quæ lectio, si uera est, significat, acriùs Epicharmum, & Xenophanem insectari solitos fuisse eos, quos erraſſe comperissent. De Xenophane. n. sic refert Laërt. scriptum esse à Timone Xenophanem sub acerbum, & Homeri nobile flagrum. Epicharmi honorifice meminit Plato in Theęteto. Ait enim illum fuisse sum mum Poëtam in Comœdia, ut Homerus fuit in Tragœdia.

Aristotelis modestia in reprehendendo.

μὲν τὴν ἀλήθειαν ἐσκόπουν, τὰ δ' ὄντα ὑπέλαβον εἶ) τὰ αἰσθητὰ μόνον: ἐν δὲ τούτοις, πολλὴ ἡ τῆ ἀορίστου φύσις ἐνυπάρχει, καὶ ἡ τ ὄντος ὅτως, ὥσπερ εἴπομεν. διὰ [u] ὃ εἰκότως μὲν λέγουσιν, οὐκ ἀληθῆ δὲ λέγουσιν. ἅτα γὰρ ἁρμόττει μᾶλλον εἰπεῖν, ἢ ὡς περ Ἐπίχαρμος * εἰς Ξενοφάνη. ἔτι [x] δὲ πᾶσαν ὁρῶντες ταύτην κινουμένην τὴν φύσιν, καὶ δὲ τ μεταβάλλοντος οὐδὲν ἀληθευόμενον, ὡδέ γε τὸ πάντως πάντη μεταβάλλον, οὐκ ἐνδέχεται ἀληθεύειν. ἐκ [y] γὰρ ταύτης τῆς ὑπολήψεως ὥρμησεν ἡ ἀκεραία δόξα τ εἰρημένων, ἡ τ φασκόντων ἠρακλειτεῖ ζῆν, & οἷαν κρατύλος εἶχεν, ὃς τὸ παράπαν οὐθὲν ὥετο δεῖν λέγειν, ἀλλὰ τ δάκτυλον ἐκίνει μόνον, καὶ Ἡ [z] ρακλείτῳ ἐπιτίμα εἰπόντι, δὶς τοῖς αὐτοῖς ποτα μοῖς οὐκ ἔστιν ἐμβῆναι: αὐτὸς γὰρ ὥετο οὐδ' ἅπαξ.

* Alias ἢ Ξενοφάνει

Comm. 51.

Ἡ [z] μεῖς δὲ καὶ πρὸς τοῦτον τ λόγον ἐροῦμεν, ὅτι τὸ μὲν μεταβάλλον * ὅτι μεταβάλλει, ἔχει τινὰ αὐτοῖς ἀληθῆ λόγον μὴ οἰόμενοι εἶ). & τοί ὅτι γε ἀμφισβητήσιμον. τὸ τε γὰρ ἀποβάλλον ἔχει τι τ ἀποβαλλομένου, & τὸ γιγνόμενον ἤδη ἀνάγκη τι εἶ): ὅλως τε εἰ φθείρεται, ὑπάρξει τι ὄν, καὶ εἰ γίγνεται, ἐξ οὗ γίγνεται, καὶ ὑφ' οὗ γίγνεται ἀναγκαῖον εἶναι, καὶ

* Alias ὅτι.

Hoc lib. tract. 3. cap. 4.

Lib. 9. de uita Philosopho. & Xenoph.

Posteriores causa.

x Præterea, cùm omnem] Hęc est altera causa, ex qua error illorum est ortus, rerum uidelicet sensibilium mutabilitas, & inconstantia. Nam cùm illi totam rerum naturam irrequieto motu instar fluminis omni ex parte mutari, ac fluere arbitrarentur; ita nimirum, ut nihil in re ulla esset, quod continenter non mutaretur; de eo autem, quod omni ex parte mutatur, dum ita mutatur, ac uariatur, nullum fixum entis gradum dici posse intelligerent (mutatio enim non est ens, sed entis acquisitio, aut deperditio) illud effici existimabant, ueritatem enunciationum, si ulla est, non esse ex rebus ipsis, sed ex opinione, quæ de illis habetur, metiendam: quare si quid uerum est, quod cuiq; uidetur, id omne, ac solum uerum esse.

Extrema sententia Heraclitj sectatorum.

y In hac enim} Hinc manasse docet opinionem Cratyli, aliorumque Heraclitj sequacium, quæ fuit summa, siue extrema huius sectæ. Eo enim processit Cratylus in ea defensanda, ut longè post se præceptorem Heraclitum reliquerit. Primùm.n.adeo in ea profecit, ut tandem putaret res non esse uerbis ostendendas, quòd priùs illæ defluerent, quàm uerba finirentur. Proinde longe melius esse censebat, si digito ostenderentur, tum ob maiorẽ breuitatem, tum maximè, quia quod digito monstratur, quicquid illud tandem sit, & quantumcumque uarietur, totum id digitus monstrat. Deinde illud præceptoris ferre non poterat, quòd dixisset, nemi nem posse bis eundem fluuium ingredi. Ipse enim, ne semel quidem id fieri posse existimabat, quòd in ipso transitu alia, atque alia aqua aliũ, atque alium fluuiũ efficeret; uel, quòd res trãsiens alia, atque alia esset. Qua similitudine significabat, nõ rectè sensisse præceptorem, si uel quantulumcumque spatium rem ullam in eodẽ statu permanere existimauerat.

*Quia ueritatem illi quidem de rebus exquirebant; sed tamen ea dumtaxat, quæ sensibus subiecta sunt, esse arbitrabantur: in his autem indefiniti natura, eiusque, quod eo pacto est ens, ut exposuimus, abundè inest. Quocirca* z *ueriſimiliter quidem dicunt, uera autem non dicunt. hoc enim potiùs modo loqui par est, quàm quo Epicharmus in Xenophanem. Præterea* a *cùm omnem hanc naturam mutari; de eo autem, quod mutatur, nihil uerè dici cernerent; de eo, quod omni ex parte mutaretur, nihil uerè dici posse existimabant. Ex hac* b *enim existimatione orta est extrema illa opinio eorum, quos commemorauimus, ea, in qua fuerunt ii, qui se Heraclitj sectatores profitebantur, quamque Cratylus habuit, qui tandem nihil dici oportere existimabat, sed digitũ modò mouebat, Heraclitumq; obiurgabat, quòd dixisset, non posse quemquam bis fluuium eundem intrare: ipse enim ne semel quidem existimabat.*

x Nos autem ad hanc} Disputat cõtra eos, qui ex mutabilitate rerum nihil certum, & definitũ de re ulla dici posse colligebãt. Primùmque illis concedit, aliqua ex parte illud uerum esse,

Contra eos, qui ex mutabilitate rerũ, nihil certi capi posse putabant primũ argumentum

*Nos* c *autem ad hanc quoq; rationem dicemus, eos uera quadam ratione duci, ut existiment id, quod mutatur, cùm mutatur, nõ esse. quamquam hoc nõ caret controuersia. nam & id, quod abiicit, aliquid habet eius, quod abiicitur; & eius, quod fit, aliquid iam sit necesse est: ac omnino, si corrumpitur, erit res aliqua; si fit, & id ex quo fit, & à quo generatur, necesse est existat, idq;*

quod dicebant, Quod mutatur, cùm mutatur, nullum fixum ac certum entis gradum sibi uendicare. Qua enim ratione mutatur, nondum habet completum esse, sed illud acquirit. At simpliciter, & absolutè id dubium esse, ne dicat falsum. mitiùs enim pollicitus fuerat se acturum cum ijs, qui ratione aliqua delusi primum principium negassent. Nam, quòd id absolutè dicendum non sit, ipsi mutationis ratio postulat. Quicquid enim formam abijcit, adhuc habet partem illius, in qua certus aliquis gradus entitatis designari possit: alioqui iam totam abiecisset. Id etiam, quod formam acquirit, iam habet partem illius, in qua certum aliquid fixumque accipi ualeat: alioqui iam totam haberet. Rursus, quod corrumpitur, certum ens sit necesse est; alioqui nihil corrumperetur. Quod item generatur ex aliqua materia, & ab aliquo efficiente generatur: nec huiusmodi materia generatur simul ex alia, & illa ex alia, & hoc efficiens ab alio, & illud ab alio, & sic in infinitum: sed necesse est, cùm generatio cuiusque rei sit, dari aliquam materiam, & aliquod efficiens, quę nullo modo generentur, ut 2. libro ostensum est. Ita fit, ut etiam si res, qua ratione mutantur, nullum certum entis gradũ

Nisi certum, & definitũ aliquid sit, non posse dari mutationẽ ullã.



Digitized by Google

sibi uendicent; tamen in eo, quod nondũ abiecerunt, aut iam consecutę sunt; itemq; ratione materiæ, saltem primę, & efficientis primi, certum aliquid designari possit, quod illis tribuatur. Quapropter ij etiam, qui continentem rerum mutationem profitentur, aliqua etiam excipere coguntur, si suam uelint defendere sententiam. Alioqui non modo non esset perennis fluxus rerum omnium, sed ne ulla quidem mutatio.

Impugnãdis rebus apertissimis eneruari uim intelligendi.

a a Sed his omissis] Quoniam ij, quibuscũ disputat, negandis rebus apertissimis imbecillum, & quodãmodo eneruatum reddiderũt intellectũ; omissis fortioribus, ac robustioribus argumentis, quale est, quod modo tetigit, ad planiores, magisque populares rõnes se conuertit, quarum hęc est una; Etsi illis concedatur, res omnes ppetuò fluere; eam tamen cõtinentem mutationẽ accidere rebus rõne quantitatis, id est materię, non autem ratione qualitatis, hoc est formæ, per quam res cognoscũtur, & ex qua nominantur. Ita fieri, ut nõ sit, cur negetur in rebus stabile fundamentũ ueræ orationis, & ideo ad solã earũ speciẽm, &, ut ita dicã, apparentiã confugiatur. Fluxus.n. materiæ stabilitatẽ formæ non impedit. Appellat autem Arist. hoc loco formam nomine qualitatis, & nomine quãtitatis materiã, tũ quia qualitas est nota quædã, & indiciũ formę, quantitas aũt materię: tũ etiam, quia omnẽ uarietatẽ formæ sequitur uariatio alicuius qualitatis: accessionem autem, & decessionem nouæ materię, accessio, & decessio nouę quãtitatis. Quibus de causis, alijsq; nõnullis solet quãtitas dici sequi materiã, & qualitas formã. Quo aũt pacto fluẽte materia, forma nõ fluat (quod in sola nutritione uiuentiũ perfectorũ propriè accidit) priori lib. de gñatione explicatum est.

Secundum argumentum.

Appellat formam qualitatem, materiã primã, quantitatem.

Tertium arg.

b b Præterea reprehensione] Tertium argumentum adhibet, & non rectè colligant ex fluxu quarundam rerum, omniũ omnino instabilitatẽ. Nam, ut illis concedatur, res omnes, quę sunt apud nos, esse omni ex parte mutabiles: tamen cùm eę omnes minimæ sint pars uniuersi; quę nam quęso consecutio est, si ex earũ continenti fluxu, omnium omnino rerũ inconstantia colligatur? Iustius sanè illi, quoniã nullum interitũ, nullam inconstantiã in rebus cœlestibus experti erant, aliquã terrenarũ stabilitatẽ ex illarum cõstantia collegissent (id.n. rectè fecissent secundũ speciem) quã cœlestes, ac maximas, terrenarum argumento fluxas, & caducas esse pronunciassent.

Vnde hauserint opinionẽ de perẽni fluxu rerũ omnium.

Quo loco aduerte, hos Philosophos ex rebus, quæ accrescũt, & decrescunt sibi persuasisse res oẽs esse in continenti fluxu. Cum.n. obseruassent, res uiuentes, in mẽse, aut longiori tẽpore accrementũ, & decrementũ accipere, nec tñ id, cũ paulatim fit, sensu percipi; suspicati sunt, cœlestes etiã, quas non cernimus unquã deficere, longissimo tñ aliquo temporis spatio tandem defecturas; aut certè ob id nõ penitus cõsolui, quia continenter alantur ex his, quę è terra ascendũt. Quod quàm male colligatur nõ opus est docere. Quàm uerò id absurdum, sit, & à ueritate alienum, alibi ostendendum est.

Alia pars.

Sunt tamen, qui in hanc sententiã locum hunc uertendum putent, Reprehendedos esse

Text. 23.

κὴ τῶτο μὴ ἔχῃ εἰς ἄπειρον. ἀλλὰ [aa] ταῦτα παρέντες, ἐκεῖνα λέγομεν, ὅτι οὐ τὸ αὐτό ἐστι τὸ μεταβάλλειν κὴ τὸ ποσὸν, κὴ κὴ τὸ ποιόν. κὴ μὴν οὐδὲ τὸ ποσὸν ἕστω μὴ μένον, ἀλλὰ κὴ τὸ εἶδος ἅπαντα γινώσκομεν. ¶ ἔπ[bb]ᾶξιον δ' ὑπομῆσαι τοῖς ὕστερον ὑπολαμβάνουσιν, ὅτι κὴ αὐτῶν τῶν αἰσθητῶν ὅτι τὸ μᾶλλόν ἐστιν ἢ ἧττον ἀριθμὸν εἰδότες οὕτως ἔχοντα, ὡσεὶ ὅλου τοῦ οὐρανοῦ ὁμοίως ἀπεφήναντο. ὁ γὰρ ὡσεὶ ἡμᾶς τῶν αἰσθητῶν τόπος, ἐν φθορᾷ καὶ γενέσει διατελεῖ μόνος ὤν· ἀλλ' οὐδὲν, ὡς εἰπεῖν, μένει τῶν παντός ἐστιν. ὥστε δικαιότερον ἂν δι' ἐκεῖνα τοῦτον ἀπεφήναντο, ἢ διὰ ταῦτα ἐκείνων κατεψηφίσαντο. Ἔτι [cc] δὲ δῆλον ὅτι ☾ πρὸς τούτους ταυτὰ τοῖς πάλαι λεχθεῖσιν ἐροῦμεν· ὅτι γάρ ἐστιν ἀκίνητός τις φύσις, δεικτέον αὐτοῖς, ☾ πειστέον αὐτοὺς, καὶ [dd] τίνα

esse eos, qui hoc modo de rebus existimarunt, propterea quod cùm pauciores numero sensibilium rerum corrumpi uiderent (eas nimirum, quæ sunt apud nos) de toto tamẽ uniuerso sensibili eandem sententiam tulerunt. Sed quoniam Aristoteles nõ putat, corpora corruptibilia esse pauciora numero sempiternis, sed longè plura; sunt qui uelint, res pauciores numero sumi, hoc loco pro minoribus magnitudine, ut numeri uocabulum pro magnitudine, usurpetur. Alij, quoniã hęc interpretatio uiolẽta est admodum, existimãt, corpora corruptibilia censeri hoc loco pauciora numero sempiternis, quia conferuntur non modò cum cœlis, sed etiã cum astris, quę sunt penè infinita; ea potissimùm, quę à nobis distinctè non cernũtur. Verùm, siue hoc modo dicãt, siue Aristotelẽ loqui uelint de corporibus simplicibus, ex quibus cætera constant (horum.n. numerus apertè minor est in ijs, quę intereunt, quàm in sempiternis) obstat primum, quòd impropriè accipiũt uerbum ἐλαττόνων, quod propriè nõ pauciora, sed minora significat, cùm interim nihil cogat accipi hoc loco impropriè pro paucioribus, ut nonnumquã fit. Deinde obstat id, quod pro ratione redditur, locum uidelicet corruptibiliũ rerum esse nullum propemodum: neq; enim ex paruitate loci colligitur, minorẽ esse numerũ eorum corporum, quæ in eo continentur, sed minorẽ esse magnitudinẽ omniũ simul. Postremò, quòd ipsa uerborũ syntaxis non patitur, ut uerbũ τὸ ἀριθμὸν iungatur cum uerbo τῶν ἐλαττόνων, ut significentur pauciora numero; sed tota periodus hanc omnino collocationem postulat: ἔτι δ' ἄξιον ἀπορῆσαι τοῖς ἐτω ὑπολαμβάνουσιν, ὅτι ἐλάττονες τὸ ἀριθμὸν; καὶ αὐτῶν τὰ ἀΐδια τῶν, οὕτως ἔχοντα ὅλα τὸ ἐλαττόνων. δεῖ ὅλως τοῦ οὐρανοῦ ὁμοίως ἀπειρίαν εἶναι: quam syntaxim uersio nostra exprimit. Itaq; Aristoteles sũmens numeri uocabulum pro multitudine rerum, seu potiùs, ut passim solet, pro ipsis rebus multis; duo paucis uerbis in huiusmodi Philosophorum sententia reprehendit. Vnum, quòd uel ex sola sensibilium rerum mutatione collegerunt, τὸ πᾶν, hoc est, totum uniuersum simpliciter (quicquid tandem illud contineat) esse mutabile, cùm etiam re uera contineat res omnis materię, ac mutationis expertes. Alterum, quòd non ex inconstantia maiorum, & insigniorum sensibilium, sed minorũ (quæ etiã simul iuncta minimã, ac prope nullam partem magnitudinis efficiunt totius uniuersi) collegerint, totum cœlum, id est, totum hoc uniuersum sensibile esse instabile, & inconstans, ac proinde totum uniuersum simpliciter, quod illi à sensibili non distinguebant.

Quorundam responsio.

Aliorum.

Impugnatio.

Numerus quo pacto hic sumatur.

Text. 23. *idq; non in infinitum progrediatur. Sed [a] his omissis, illa dicimus, non idem esse, quantitate, atque qualitate mutari. Atque ut demus ratione quantitatis non manere; certè ratione formæ omnia cognoscimus.* ¶ *Prætera [b] reprehensione digni sunt qui ita existimant, quia cùm uel ipsorum sensibilium numerum hoc pacto habere in minoribus animaduerterẽt; de toto cælo similem sententiam pronunciarunt. Is enim locus rerum sensibilium, qui circa nos est, corruptioni solus, generationiq; obnoxius est: at is nulla, prope dixerim, pars est uniuersi. Itaq; iustius illa propter hæc absoluissent, quàm propter hæc illa damnassent. Illud [c] quoque apertum est, nos eadem illa, quæ olim disseruimus, his esse obiecturos: est enim eis ostendendum, ac persuadendum, immobilem quandã naturam esse; tametsi [d] accidit ijs, qui si-*

[c c] *Illud quoque apertum.*] Quartum argumentum adiungit, Quòd aliqua saltem reperiatur in rerum natura penitus immobilis, utpotè primus motor. quod ipse olim ostenderat 8. Physicorum lib. & 12. huius operis repetet.

Quartũ arg.

[d d] *Tametsi accidit.*] Postremò arguit eodẽ Philosophos, quòd absurda illa sententia de contradicentibus simul ueris, quam colligunt ex continenti, & irrequieta mutatione rerum, potiùs repugnet earum mutationi, quam in ea fundetur. Si enim omnia

Tandem eos perstringit ex ipsorum sententię repugnantia.

Digitized by Google

omnia de omnibus uerè affirmantur, ac negantur, non erit ullus terminus affirmationis, aut negationis, ex quo, uel ad quem res ulla mutari possit: siquidem nihil mutatur nisi in id, quod non habet.

e e Vt quiescere omnia} Quiescere nõ propriè sumitur hoc loco, sed pro eo, quod est non mutari: quod enim mutari non potest, nec quiescere. est enim quies priuatio motus, mutationisue.

f f Cum omnia} Tam, quæ negatiuè significantur, ut nõ album, quàm quæ affirmatiuè, ut album. Alioqui si negatiua nõ inessent, possent utique res mutari ab esse, ad non esse.

συμβαίνει τοῖς ἅμα φάσκουσιν εἶ) καὶ μὴ εἶ), ἢ μᾶλλον φαίνα πάντα, ἢ κινεῖσθαι. ὁ γάρ ὄζιν εἰς ὃ τι μεταβάλλει: ἄπαντα [ee] γὰρ ὑπάρχει πᾶσι.

Περὶ [gg] δὲ τῆς ἀληθείας, ὡς ὁ πᾶν τὸ φαινόμενον ἀληθὲς, φερόμενον μὲν, ὅτι οὐδ' ἡ αἴσθησις γε τῶν ἰδίων ὄζιν: ἀλλ' ἡ φαντασία ὁ ταυτὸν τῇ αἰσθήσει. εἴη [hh] δ' ἄξιον θαυμάσαι, εἰ ἔστ' ἀπορεῖν, πότερον τηλικαῦτά ὄζι τὰ μεγέθη, καὶ τὰ χρώματα τοιαῦτα, οἷα τοῖς ἄπωθεν φαίνε), ἢ οἷα τοῖς ἐγγύθεν: καὶ πότερον οἷα τοῖς ὑγιαίνουσιν, ἢ οἷα τοῖς νοσοῦσι: ϛ βαρύτερα, πότερον οἷα τοῖς ἀδυνέσι, ἢ οἷα τοῖς ἰσχύουσι: ϛ ἀληθῆ, πότερον οἷα τοῖς καθεύδουσι, ἢ οἷα τοῖς ἐγρηγορόσιν. ὅτι μὲν γὰρ οὐ οἴονταί γε, φανερόν. ἐθέλοι γὰρ ἂν ὑπολάβειν νύκτωρ ἀθήναισιν εἶ), ὧν ἐν λιβύῃ, πορεύε) εἰς τὸ ᾠδεῖον. ἔτι [ii] δὲ περὶ ἔ μέλλοντος, ὥσπερ καὶ Πλάτων λέγει, ἐ δή πε ὁμοίως κυρία ἡ ἔ ἰατρικὴ δόξα, καὶ ἡ τῶ ἀγνοοῦντος, οἷον ὅτι ἔ μέλλοντες ἔσεσθαι ὑγιοῖς, ἢ μὴ μέλλοντες.

Ἔτι [hh] δὲ ὅτι αὐτὴ ἡ αἴσθησις, οὐχ ὁμοίως κυρία ἡ ἔ ἀλλοτρίας, καὶ ἰδίας: ἢ ἔ πλησίον, καὶ ἔ αὐτῆς: ἀλλὰ δεῖ χρώματος ὄψις, ὁ χυμοῦ γεῦσις, δεῖ δὲ χυμοῦ γεῦσις, ἀλλ' οὐκ ὄψις: ὧν [ii] ἑκάστη ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ δεῖ τὸ

Tertio 24.

Prima obiectio i eos, qui quicquid uerũ esse apparet, uerum esse dicebant.

g g De ueritate autem} Disputat cõtra eos, qui quicquid uerum apparet, uerum esse dicebãt. ac primùm illis obijcit, quod etsi sensus (quo nomine intelligit exteriores) semper concedãtur ueri, cũ propria sensibilia percipiunt, ut aspectus colorem, & auditus sonum; tamen nõ inde sequi, quicquid uerum apparet, esse uerũ. Phãtasia enim (quo uocabulo significat interiores sensus) non est idẽ, quod sensus, in ea uerò reperiri põt falsum iudicium, præsertim cũ non moueatur immediate à rebus, sed à speciebus earum, quæ per sensus percipiuntur, ac proinde possit accipere imagines rerum pro rebus ipsis: id quod nõ numquam accidit in ijs, qui atra bile laborãt, qui cùm sint uehementis imaginationis, sæpe ita cogitant de rebus absentibus, aut quæ nullæ sunt, ut eas se aperte cernere iudicent.

Secunda.

h h Deinde admiratione} Deinde obijcit, mirum esse quod aiũt, omnia, quæ uera esse uidentur, eaque uera esse. Nemo enim est, qui non dicat, ueriùs iudicari magnitudinẽ rei obiectæ, eiusque colorem, cùm è loco propinquo cernuntur, quàm cùm è remoto. Nemo etiam dubitat sint ne ueriora, quę ualentibus uidentur, an quæ ægrotis. Nec itẽ rectiùs ne iudicet de grauitate ponderis robustus, an imbecillus. Denique ueriora sint, quę uigilantibus apparent; an ne quæ dormientibus. Auget autem admirationem ipsa eorum actio. Cùm enim uenitur ad actionem perspicuum est longè retro ab eis relinqui doctrinam istam de æquali ueritate omniũ. Nam siquis illorũ cùm est in Africa, Athenis se in somnijs esse putet, non continuò cum è lecto surgit in Odeum proficiscitur, sed quod in somnijs uidit, uanum esse; quod in uigilia, uerum statuit.

Cùm uenitur ad actionem sæpe relinqui doctrinam.

Hoc loco pro Odeo, quod uerbum, cantui destinatum locum significat, alij legunt Areopagum;

Areopagum; alij Liceum. Verùm id uidetur facere, ut exemplis illustrioribus utantur. Nam, & Græca omnia exemplaria, quæ quidem uiderimus, & Alexandri explanatio habent, τὸ φρόνιμον, cæterùm hoc uocabulum, etsi commune est, notum tamen Athenis locum, publicumque hìc significat; quod illi uidentur non aduertisse.

ii Præterea de re} Tertio obijcit illud Platonis, quo eundem errorem in Protagora refellebat. si de ueritate futurorum agitur, ueri[n] haberi iudicium Medici, quàm ignari hominis, ueluti, sit ne ægrotus ualetudinē recuperaturus, an non. Tertia obiectio.

*qui simul esse, & non esse dicunt, ut [oo] quiescere omnia magis, quàm moueri dicant. Nihil est enim, in quod mutetur quicquam, quippe cùm [ff] omnia in omnibus insint.*

Text[o] 24. *De [gg] ueritate autem illius pronunciati, Nom omne, quod apparet, uerum esse; Primùm quidem illud dicimus, neque sensum de proprio obiecto mendacem esse: at phantasia non idem est, quod sensus. Deinde [hh] admiratione dignum est, si hoc dubitent, tantæ ne sint magnitudines, talesque colores, quales uidentur ijs, qui procul sunt; an quales ijs, qui prope: Et num res tales sint, quales uidentur ijs, qui rectè ualent, an ijs, qui ægrotant: & grauiora, ea ne, quæ imbecillibus, an quæ robustis: & uera, ea, quæ dormientibus an quæ uigilantibus. Nam quòd non ita existiment; perspicuum est. Nemo enim qui in Africa sit, si noctu Athenis se esse putet, in Odeum proficiscitur. Præterea [ii] de re futura, quemadmodū & Plato ait, nō est profectò æquè certa Medici, et ignari opinio; uerbi grā, de eo, qui futurus sit, aut nō futurus sanus.*

KK Præterea in ipsis} Quarto loco obijcit, q̄ non æquè uerus sit sensus, cùm uersatur circa sensibile per accidens, quod uocat alienū obiectum, ut cum aspectus iudicat de sapore, atque cùm uersatur circa sensibile per sē, quod appellat propriū, ueluti cùm idem iudicat de colore: neque item cùm uersatur circa sensibile cōmune, quod uocat propinquū, ut cùm tactus iudicat de magnitudine, aut numero, atque cùm uersatur circa propriū, quod appellat [id, quod est ipsius] nimirū sensus, ut cùm idem sensus iudicat de calido, aut frigido. Sæpius.n. errant sensus in sensibilibus per accidens, quā per se: sæpius itē in sensibilibus communibus, quàm proprijs. Quarta.

*Præterea [kk] in ipsis sensibus, non æquè certum est de alieno obiecto, atque de proprio iudicium; aut de propinquo, atq; de eo, quod ipsius est; sed de colore, aspectus, non gustatus; de sapore autem, gustatus, nō aspectus iudicat; quorū [ll] nullus unquam eodē tēpore circa idem*

Quin etiam circa propria sensibilia nullus sensus errat, si modò, & ualeat ipse, & res obiecta, nec longiùs distet, nec propior sit, quàm natura sensus postulet, & omnia remoueantur, quæ impedimento esse possunt. Quid autem sit sensibile per se, ac per accidens, itemque commune, ac proprium, in quę diuiditur sensibile per se, in 2. lib. de Anima cap. 6. explicatum habes.

2 ver. 63.

ll Quorum nullus unquam} Quinto loco sic uidetur argumētari. Nullus sensus eodē tempore iudicat, rem eandem ita se habere, & non ita; ut esse albam, & non albam: ergo si ueritas sequitur iudicium sensus, numquam duæ contradicentes erunt simul ueræ. Vnde tamen hæc consecutio firma sit, haud facilè cernitur. Quamquam enim nullus externus sensus hoc iudicet; tamen internus id uidetur iudicare posse, ut cùm aspectus iudicat lignum dimidia parte demersum in aquam esse distortum, tactus autē non esse distortum, sed rectum: tum enim uidetur imaginatio iudicare posse esse distortū, & non distortum. Dicendum est tamen, ex eo hanc consequentiam habere uim, quòd loquatur de contradictione in sensibilibus proprijs, qualis est albi, & non albi, dulcis, & non Quinta.

Digitized by Google

& non dulcis. de his enim proximè locutus fuerat. Quare cùm negationes proprio-rum sensibilium melius percipiantur ijs sensibus, quibus illa sensibilia sunt propria, quàm ab imaginatione; quemadmodum, & ipsa propria sensibilia, quibus opponuntur; efficitur argumento à maiore, ut si nullus sensus iudicat eodem tempore rem aliquam esse affectam suo proprio sensibili, & non affectam; nec imaginatio id iudicare possit. Dubitare itaque poterit imaginatio, sit ne res affecta certo aliquo sensibili, an non: at iudicare, quòd sit affecta illo, & non affecta, nullo modo poterit. Quamquam ne dubitare quidem poterit, nisi sensibilia sint communia, qualis est figura ligni, quę eadem à diuersis sensibus percipitur. Nam si sensibile sit proprium, cùm idem ab alio sensu percipi nequeat, nisi per accidens; si quādo duo sensus in iudicando de illo pugnauerint (ut si aspectus iudicet rē flauam esse dulcem, gustatus autem dicat esse amaram) semper imaginatio in iudicando sequetur iudicium illius sensus, qui per se circa illud uersatur.

Obseruatio.

τὸ αὐτὸ, οὐδέποτέ φησιν ἅμα οὕτω, καὶ οὐχ ἧττον ἔχειν. ἀλλ' [mm] οὐδ' ἐν ἑτέρῳ χρόνῳ δεῖ γε τὸ πάθος ἀμφισβήτησαι, ἀλλὰ δεῖ τὸ ᾧ συμβέβηκε τὸ πάθος. λέγω δ' οἷον ὁ μὲν αὐτὸς οἶνος, δόξειεν ἂν ἢ μεταβαλὼν, ἢ τὸ σῶμα τὸς μεταβαλόντος, ὅτε μὲν ἡδὺ γλυκὺ, ὅτε δὲ οὐ γλυκύ: ἀλλὰ τό γε γλυκὺ, οἷόν ἐστιν ὅταν ᾖ, οὐδεπώποτε μεταβάλοι, ἀλλ' ἀεὶ ἀληθεύσει δεῖ αὐτό, εἴ ἐστιν ἐξ ἀνάγκης, τὸ ἡσύμμιγον γλυκύ, τοιοῦτον. καί [nn] τοι τοῦτο αἱρεῖσθαι ἕτοιμοί λόγοι ἅπαντες, καὶ ὥσπερ οὐσίαν μὴ εἶναι κινδυνεύοντος, εἴτε μὴ δὲ ἐξ ἀνάγκης μηδέν. τὸ γὰρ ἀναγκαῖον, οὐκ ἐνδέχεται ἄλλως καὶ ἄλλως ἔχειν. ὥστ' εἴ τί ἐστιν ἐξ ἀνάγκης, οὐκ ἔξει εἴτε τε καὶ οὐ τῶ. ὅλως [oo] τ' εἴπερ ἐστὶ τὸ αἰσθητὸν μόνον, οὐδὲν ἂν εἴη, μὴ ὄντων τῶν ἐμψύχων. αἴσθησις γὰρ οὐκ ἂν εἴη. τὸ μὲν οὖν μήτε τὰ αἰσθητὰ εἶναι, μήτε τὰ αἰσθήματα ὅσως ἀληθὲς: τὸ γὰρ αἰσθανόμενον πάθος τοῦτό ἐστι: τὸ δὲ τὰ ὑποκείμενα μὴ εἶναι ἃ ποιεῖ τὴν αἴσθησιν, καὶ ἄνευ αἰσθήσεως, ἀδύνατον. οὐ γὰρ δὴ ἡ γ' αἴσθησις αὐτὴ ἑαυτῆς ἐστιν, ἀλλ' ἔστί τι ἕτερον παρὰ τὴν αἴσθησιν ὃ ἀνάγκη πρότερον εἶναι τῆς αἰσθήσεως: τὸ γὰρ κινοῦν, τοῦ κινουμένου φύσει πρότερόν ἐστι: κἂν εἰ λέγεται πρὸς ἄλληλα ταῦτα αὐτά, οὐδὲν ἧττον.

Κεφ.

Sexta obiectio.

[mm] Quin neque] Sexto loco hac ratione illorum sententiam refellit. Si res tales sunt, quales uidētur, ut dicitis; negare non potestis, quin aliquid sit necessarium: atqui si aliquid est necessarium, non omnia ita, & non ita se habent: igitur si res tales sunt, quales uidentur esse; non est dicendum, omnia ita, & non ita se habere. Priorem propositionem ex eo suadet, quia sensus numquam dubitat de qualitate, quæ per se cadit sub proprium eius obiectum, sed semper de ea eodem modo iudicat; atque adeo semper uere iudicat: quamuis de subiecto illius sępe dubitet; sępe etiam in iudicando fallatur. Verbi causa, gustatus aliquando iudicat id, quod re uera uinum est, esse uinum, quia dulce sit; interdum etiam non esse uinum, uel quia acidum sit factum, uel quia lingua infecta est amaris humoribus, qui, cùm uino miscentur, amarū illud uideri faciunt. At ipsum dulcē saporē semper iudicat esse dulcē, & amarū esse amarū; nec aliter unquā de hisce sentit. Si ergo res tales sunt, quales esse uidētur; saltē hæc necessariò erūt talia, dulce, inquam, dulce, & amarū, amarū, ac cætera eodē modo; necessariòq; hoc pacto afficient sensus; nec aliter de illis umquam iudicabitur.

Attamen

n n Atqui hoc tollunt } Probat posteriorem propositionem ex oppositō cōsequentis hoc modo. Si omnia ita, & non ita se habent, ut hæ sententiæ dicunt; tollitur de medio omne necessarium, quemadmodum supràdictum est, tolli omne prædicatū substantiale (necessarium enim id dicitur, quod aliter se habere non potest) igitur si aliquid est necessarium, ut ex eorum dictis probatum est, non omnia ita, & non ita se habebunt: id enim saltem, quod necessarium fuerit, non ita & aliter se habebit.

*idem simul ita habere, atque non habere dicit. Quin* n n *neque vnquam in alio, atque alio tempore de affectione ipsa dubitarunt; sed de eo, cui affectio accidit. Exempli causa, idem vinum, si aut ipsum mutetur, aut corpus, interdum dulce, interdum non dulce videri potest: attamen ipsum dulce, quale est cùm fuerit, nunquam mutatum est; sed semper de eo verum nunciat sensus; estq́, necessariò tale, quod dulce futurum est.* n n *Atqui hoc tollunt de medio hæ omnes sententiæ; & quemadmodum nullius rei substantiam esse dicunt, ita nec necessarium quicquam. Quod enim necessarium est, aliter se habere non potest; Quare, si quid ex necessitate sit, id profectò non ita, ac non ita se habebit. Denique* o o *si solùm id est, quod sensu percipi potest, nec animalia existant; nulla res omnino fuerit. Nullus enim sensus erit. Fortasse igitur verum erit, neque sensibilia esse, nec sensuum perceptiones: sentientis enim hæc affectio est: at fieri nequit, vt non existant res subiectæ, quæ sensum efficiunt, etiam non existente sensu. Neque enim sensus ipse sui ipsius sensus est, sed aliquid est aliud præter sensum, quod sensum necessariò antecedit; quippe cùm id, quod mouet, prius natura sit eo, quod mouetur; neque id minùs ita habeat, si hæc ipsa ad se inuicem dicantur.*

o o Denique si solum } Postremò hanc adhibet rationem. Si esse omnium rerum in eo tantùm consistat, quòd sensui tales appareāt (hoc enim, ut omnes interpretantur significāt uerba illa, Denique si solum id sit & cæt.) nihil omnino erit, animantibus de medio sublatis; hoc autem est falsum; ergo & illud. Maiorem probat, quia, sublatis animantibus, sensus nullus erit. Minorem ex eo ostendit. Quia etsi sublatis animātibus nulla fortasse futura sint sensibilia actu, id est, actu percepta (si quidē nullæ erunt sensuum perceptiones, quæ sunt accidentia eorum, quæ sentiunt) tamen fieri non potest, ut sublatis sensibus, eo ipso tollantur res ipsæ sensibiles. Cùm enim sensus se ipsum sentire non possit (aut saltem non antequàm ab alia re extrinsecus moueatur) omne autem mouens absolutè, ac simpliciter sit prius naturâ, quàm id, quod mouetur; etiam si quatenus inuicem referuntur, ambo sint simul natura; efficitur, ut sublatis sensibus non continuò tollantur sensibilia, adeo adeo, neque omnia entia. Nullam enim rem agnoscebant illi nisi sensibilem. Videtur autem Arist. uti hoc loco uerbo Fortasse propter quosdam sui temporis Philosophos, qui substantijs separatis sensus tribuebant. Addidi porrò [aut saltem non ante] quia sensus quodammodo sentiunt se sentire, ut habes 3. de Anima cap. 2. uerùm non nisi cùm à rebus sensibilibus mouentur.

Septima.

Cap.

à text. 136.

## Capitis sexti Explanatio.

Quid agatur in hoc capite

VVT [a] autem nonnulli] Disputauit superiori capite communiter cõtra totum genus eorũ Philosophorum, qui fallacibus rationibus decepti cõtradicentes simul ueras esse fatebantur; nunc contra eos speciatim disserit, qui ea ratione id asserebant, omnia, quæ uera esse uiderentur, uera esse dicerent, siue ratione aliqua ducti id affererẽt, siue ore tenus, ac per proteruiam. Primùm igitur docet, utrosq; hõe uel maximè ad cõfirmationẽ sententię, quam defendebant quæreCui rationi maximè insistentes negantes primum principium.

re solitos, Quis tandem sit ille, cuius iudicio stãdum sit in discernendis ijs, qui rectè ualent ab ijs, qui nõ rectè; & omnino sapiẽtibus in unaquaque re ab ijs, qui sapientes non sunt. Si.n. in rebus, quæ ad sensus pertinent, ea sunt uera, quę ualemes, ac integri sensibus uera esse iudicant; in ijs autem, quæ ad intellectum spectãt, ea, quæ prudẽtes, ac sapientes dicunt (hoc.n. illi ponũt, dicturos eos, qui non omnia, quæ uera uidentur, uera esse asseuerant) aliquis tandem constituendus est iudex, qui ualentes, ac sapientes à cæteris distinguat. Cùm hoc igitur fieri nequaquã possit; tũ quia alij alios magis probant; tum etiã, quia eadem est difficultas in quærendis ijs, qui communem illum iudicem constituant (& hi enim ipsi iudices sint necesse est, à quibus proinde necesse est tota de ueritate controuersia pendeat) colligunt illi, quodcunque uidetur, id tandem uerum esse. Nam quod non ad plura, ut ita dicam, suffragia decernendum sit de ueritate, satis ostensum esse putant ea ratione superiori cap. adducta, qua probatum est, si plures ægrotarent, aut mentis non essent sanę; quicquid illi iudicarent, id tandem uerum habendum foret, quod tamen non concedimus. Cui rationi hæc adiungi potest. Si plurium iudicium in examine ueritatis pro regula habendum esset; sanè iudicium de pictura, de architectura, deque alijs operibus artium, non ad peritos earum rerum, qui pauci sunt, sed ad imperitã plebem deferendum esset, quod nemo dixerit.

Alia ratio.

Κεφ. ε'.

Text. 26.

Ἐισὶ [a] δέ τινες, οἱ ἀποροῦσι, καὶ πρὸς τοὺς ταῦτα πεπεισμένους, καὶ πρὸς τοὺς λόγους τούτους μόνον λεγόντων. ζητοῦσι γὰρ, τίς ὁ κρίνων τὸν ὑγιαίνοντα, καὶ ὅλως τὸν περὶ ἕκαστα κρινοῦντα ὀρθῶς. τὰ δὲ τοιαῦτα ἀπορήματα ὅμοιά ἐστι τῷ ἀπορεῖν, πότερον καθεύδομεν νῦν ἢ ἐγρηγόραμεν. Δύναται δὲ αἱ ἀπορίαι αἱ τοιαῦται πᾶσαι τὸ αὐτό: πάντων γὰρ λόγον ἀξιοῦσιν οὗτοι εἶναι. ἀρχὴν γὰρ ζητοῦσι, καὶ ταύτην δι' ἀποδείξεως λαμβάνειν. ἐπεί γε ὅτι οὐ πεπεισμένοι εἰσὶ, φανεροί εἰσιν ἐν ταῖς πρόξεσιν. ἀλλ', ὅπερ εἴπομεν, τὸ αὐτῷ τὸ πάθος ἐστί: λόγον γὰρ ζητοῦσιν, ὧν οὐκ ἔστι λόγος: ἀποδείξεως γὰρ [c] ἀρχῆς ἐκ ἀποδείξις ἐστίν. οὗτοι μὲν οὖν ῥᾳδίως ἂν τοῦτο πειθθεῖεν: ἔστι γὰρ οὐ χαλεπὸν λαβεῖν. οἱ δ' ἐν τῷ λόγῳ τὸν ἐλεγχον μόνον ζητοῦντες, ἀδύνατον ζητοῦσιν: [d] ἐναντία γὰρ ἐπιῤῥήσει ἀξιοῦσιν, ἅ θεὸς ἐναντία λέγοντες.

[c] Alias ἀρχή.

[d] Sic legit Alexãder. Alij ἐναντίον.

Εἰ δὲ

Refutatio.

[a] Huiusmodi autem] Occurrit Arist. illorum quæstioni, eam, & eiusmodi alias similes esse huic, Dormiamus ne modò, an uigilemus; quæ quidẽ proponi ab aliquo potest gratia quærendi iudicis, ad quem certo, & absque errore pertineat discernere uigilantes à dormientibus. Nam cùm omnia, quę uigilantes facimus, in somnijs etiam

quę

nos facere existimemus, adeo ut somnia etiam ipsa in somnijs interpretemur; fieri potest, ut qui se nunc affirmant uigilare, dormiant; & qui credunt se dormire, uigilent; potiusque ij dormiant, qui illos dormire aflerunt. Omnes ergo huiusce modi quæstiones ait Arist idem ualere, atque eodem, ut ita dicam, pede claudicare, quòd nimirũ omnium rerum rationem exigant, nec absque periculo erroris quicquam sine demõstratione admittendum putent. Quo igitur pacto nemo quærat, Dormiamus ne modò, an uigilemus, existimans omnino id dubium esse, sed ratione forsitan aliqua fallaci perstrictus, aut ut experiatur num aliquis partem oppositam demõstrare possit; ita hi non quærunt, quem iudicem constituere oporteat discernẽdæ ueritatis, quasi prorsus, ac absolutè dubitent, num omnia sint æquè uera (etenim ex eorum actionibus contrarium constat, ut suprà dictum est) sed ut illis aliqua ratio reddatur, qua oppositum demonstretur.

## CAP. VI.

Text° 26. *Unt [a] autem nonnulli & eorum, qui hæc approbant, et eorum, qui ea sermone tenus usurpant, qui hunc in modum ambigant. Quærunt enim quis nam internoscat eum, qui rectè ualeat, & omnino eum, qui de singulis rectè iudicet. Huiusmodi [b] autem quæstiones similes sunt, ei, qua quis quærat, dormiamus nunc, an ne uigilemus. Namque tales dubitationes idẽ omnes ualent, quippe cùm hi omnium rationem esse censeãt. Quærunt enim principium, id que per demonstrationem accipere nituntur. Etenim non esse eos in eam sententiam adductos, ipsi actionibus declarant. Verùm hic (quod iam diximus) eorum morbus est: quærunt enim rationem eorum, quorum non est ratio ulla; quippe cùm demonstrationis principij demonstratio non sit. Atq, [c] his quidem facilè hoc persuadebitur: neque enim difficilè percipi potest. Qui autem id solum querunt, ut disputationis ui cogantur, id [d] quærunt, quod fieri nequit: contraria enim dici postulant, cùm ipsi statim contraria dicant.*

Hic enim est ipsorum error, saltem exteriùs significatus, quod quærant rationem eorum, quę ita aperta sunt, ut demonstratione non egeant. Itaq; non minus absurdũ esse ẽsset Arist. quęrere iudicem, qui discernat nũ omnia sint æquè uera, quàm si quis iudicem quæreret, qui uigilantes à dormientibus discerneret. Vt. n. hoc per se notũ est sensu, ita quid in illo dicendum sit, est per se notũ, atque adeo notissimum intellectu. Horum error

Græci codices hoc loco habent ἀποδείξεως γὰρ ἀρχὴ id est, Demõstrationis enim principium. Nobis ueri simile fuit, quemadmodum & re ipsa facillimũ, librariorum uitio haberi ἀρχὴ pro ἀρχῆς, præsertim cùm Argyropylus, & Perionius posteriorum modo legerint. Potuit tamen Aristoteles dicere, Principiũ demonstrationis nõ esse demonstrationẽ, pro eo, quod est, Non cadere sub demonstrationẽ, seu Non esse demonstrationis effectum; quam phrasim usus Philosophorũ nõ omnino respuit.

[c] Atque his quidem] Repetit id, quod dixerat in prima parte superioris capitis, cùm docuit, non eodem modo disputandum esse cum ijs, qui per errorem, & cum ijs, qui per proteruiam primum principium inficiarentur. Quo loco uerba, His quidem, partitiua sunt, quibus respondent illa, Qui uerò &c.

[d] Id quærũt, quod] Cùm hi, qui data opera negant primum principium, statim in initio disputationis contraria dicant, hoc est maximè repugnantia admittant; dari uidelicet contradicentes simul ueras: deinde censeant (id, quod uerè censent) redarguentem ducere oportere respondentem ad maximè repugnantia; fit, ut cùm redargui se postulant, id poscant, quod fieri nequit. In quęcumque enim repugnantia illos adege- Excusatio Aristotelis

tis, ea illi nihil repugnare respondebant. Id quod Arist. hoc loco iterum commemorat; quia si rationibus ijs, quas in hoc cap. proponèt, non eos deduxerit ad aliqua, quæ ipsi repugnantia esse fateantur; non sibi id uitio detur, sed illorum positioni, quæ adeo absurda est, ut qui eam semel defendere audent, nullum omnino pronunciatum quicquam absurdi continere putent.

Contra eos speciatim, & quicquid verum uidetur, uerum esse dicebant.

e At si non omnia] Iam speciatim eos refellit, qui ea de causa contradicentes simul ueras esse dicebãt, quia quicquid uerum esse uidetur, uerũ est: id quod hoc loco faciendum diximus. Prima ratio sic uidetur habere. Si non omnia sunt ad aliquid, sed aliqua etiã sunt absoluta; non quicquid apparet, est uerum; ergo si quicquid apparet, est uerum, omnia sunt ad aliquid; ad sensum uidelicet, uel opinionẽ: atqui non omnia sunt hoc pacto ad aliquid; igitur nõ quicquid apparet, est uerum. Prior consequentia apta est, cũ ex opposito consequentis inferat oppositum antecedentis. Aduerte tamen, in antecedente eiusdem consequentię uerba illa [Nõ quicquid apparet, est uerum] hunc habere sensum, Non in ipsa, ut ita dicam, apparentia consistit ueritas. Hũc enim sensum probant uerba sequentia cum dicitur, Id enim, quod apparet, alicui est apparens; quæ idem ualent, ac si dicas, Apparere enim, est referri ad aliquam cognoscendi potentiam. Simili modo exposuimus ad finem superioris capitis uerba illa, Si solùm id sit, quod sensu percipi potest. Aduerte autem hoc loco, ueritatis nomen pro fundamento ueritatis accipi: ipsa enim ueritas formaliter sumpta, relatio est quędam.

Εἰ [e] δὲ μή ὄζι παντα πρός τι, ἀλλ' ἔνια ὄζι, καὶ αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ οὐκ ἂν εἴη πᾶν τὸ φαινόμενον ἀληθές: τὸ γὰρ φαινόμενόν τινί ὄζι φαινόμενον. ὥστε ὁ λέγων ἅπαντα τὰ φαινόμενα εἶναι ἀληθῆ, ἄπαντα ποιεῖ τὰ ὄντα πρός τι. διὸ [f] καὶ φυλακτέον τοῖς τὴν βίαν ἐν τῷ λόγῳ ζητοῦσιν, ἅμα δὲ καὶ ὑπέχειν λόγον ἀξιοῦσιν, ὅτι οὐ τὸ φαινόμενόν ὄζιν, ἀλλὰ τὸ φαινόμενον, ᾧ φαίνεται, καὶ ὅτε φαίνεται, καὶ ᾗ, καὶ ὡς. ἂν δ' ὑπέχωσι μὲν λόγον, μὴ οὕτω δ' ὑπέχωσι, συμβήσεται αὐτοῖς ταὐναντία ταχὺ λέγειν: ἐνδέχεται γὰρ τὸ αὐτό, καὶ μᾶλλον τῷ ὄψει μέλι φαίνεσθαι, τῇ δὲ γεύσει μή, καὶ τῷ ὀφθαλμῷ, δυοῖν ὄντοιν, μὴ ταῦθ' ἑκατέρᾳ τῇ ὄψει, ἐὰν [g] ὦσιν ἀνόμοιαι. ἐπεὶ [h] πρός γε τοὺς ἐξ ἀρχῆς τοὺς πάλαι εἰρημένας αἰτίας τὸ φαινόμενον φάσκοντας ἀληθὲς εἶναι, καὶ ἐξ ἀρχῆς τοῦτο παραδοτέον ὁμοίως εἶναι ψεῦδος, καὶ ἀληθῆ, οὔτε ἅπασι ταὐτὰ φαίνεσθαι, οὔτε αὐτῷ ἀεὶ ταὐτά, ἀλλὰ πολλάκις ταὐναντία καὶ τὸν αὐτὸν χρόνον. ἡ μὲν γὰρ ἁφὴ, δύο λέγει ἐν [i] τῇ ὑπάρξει τὸν δακτύλων, ἡ δ' ὄψις ἓν: ἀλλ' οὔτε τῇ αὐτῇ γε αἰσθήσει, καὶ καθ' τὸ αὐτὸ, καὶ ὡσαύτως, οὔτ' ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ. ὥστε [k] τοῦτ' ἂν εἴη ἀληθές.

Admonitio.

Ex data admonitione argumentum.

f Quapropter obseruandum] Antequàm euertat consequens prioris consequentię, admonet proteruos, nè absolutè dicant, omnia, quę uera esse uidentur, esse uera. Nam cùm ex eorum sententia sequatur, omnia esse prędicto modo ad aliquid, nempe ad sensum uel opinionem; potiùs dicere deberent, esse uera ijs, quibus uidentur uera, & per eas potentias, per quas uidentur uera, & eo tempore, atq; eo modo, quo uidentur uera. Nisi enim cum his moderationibus omnia esse uera concedant, eueniet, inquit, ipsis, ut citò dicant contraria, id est, ut nullo negocio sibi ipsis repugnent. Nam

Α'λλ'

cum

cùm experientia conſtet, numquam accidere, ut eadem res eidem homini ſecundum eandem potentiam cognoſcendi, eodem tempore, & eodem modo uideatur talis, & non talis (in quibus conditionibus uera & germana contradictio conſiſtit) efficitur, ut ea ratione apud illos dentur contradicentes ſimul uerę, quia eędem res, quibuſdam uidentur tales, alijs autem non tales; aut ſi eiſdem, tamen ſecundum aliam, & aliam potentiam; aut alio, & alio tempore; aut alio, atque alio modo; quod ſanè non eſt dari contradicentes ſimul ueras. Ita fit ut cùm cõtradicentes ſimul ueras eſſe prædicẽt, nullas ſimul ueras aſſignare poſſint.

*At [e] ſi non omnia ſunt ad aliquid, ſed quædam etiam ſunt, quæ ipſa per ſe dicantur; non utique uerum erit, quicquid apparet: apparens enim alicui apparens eſt. Ita, qui omnia, quæ apparent, uera eſſe dicit, is omnia, quæ ſunt, ad aliquid facit. Quæ [f] propter obſeruandum quoque eſt ab ijs, qui uim in diſputatione poſtulant, ſimulq́, id, quod aſſerunt; defendendum cenſent; non id, quod apparet, eſſe; ſed quod apparet, cui apparet, & quando, & quatenus, & quomodo apparet. Quòd ſi id, quod aſſerunt, defendant; non hoc autem modo defendant; accidet eis, ut quamprimùm contraria dicant: fieri enim poteſt, vt res eadẽ aſpectui quidem mel uideatur eſſe, guſtatui autem non item, & utrique oculo, cùm duo ſint, non eadem appareant, ſi [g] ſint diſſimiles. Nam [h] ijs, qui propter cauſas iam pridem expoſitas, id, quod apparet, uerum eſſe dicunt, atque ob id omnia æquè falſa ac uera eſſe contendunt, illud obijciendum eſt; neque omnibus omnia apparere, neque eidem ſemper eadem, ſed ſæpe contraria eodem tempore. Tactus enim, cùm [i] digiti admouentur, duo eſſe nunciat; aſpectus, unum: verùm id neque ſenſu eodem, neque eadem ex parte, eodemq́ modo, atque eodem tempore. Itaque [k] fuerit hoc uerum.*

f Si ſint diſſimiles} Ve ſi alter purus ſit, alter pallido humore ſuffuſus. Hic enim efficiet, ut res omnes per illum pallidę appareant, quę alteri non pallidæ uidebuntur.

h Nam ijs} Eandem admonitionem extendit Ariſt. ad eos, qui nõ per proteruiam, ſed per errorem dicebant, omnia, quę uidentur, eſſe uera, & pari ratione omnia, quę uidentur falſa, eſſe falſa, & omnia eſſe æquè uera, & falſa. Niſi quòd ait, facilẽ ad hos eſſe obiectionem, hoc eſt, quę minus negotij, ac laboris afferre poſſit ijs, qui illos conuincere ſtudent. Id, qđ ea ratione dictum eſſe crediderim, quia ſuperiores illi, cùm ſint proterui, & pertinaces, forſitan non uerebuntur dicere, uni, & eidem homini ſecundùm eandem potentiam, eodem tempore, ac modo, adiectisque alijs quibuſuis de terminationibus uideri rem eandem, & ſecundùm idem eſſe talem, & non eſſe talem; at hi poſteriores, cùm candidè, & ſimpliciter diſputent, id dicere non audebunt.

Extenſio admonitionis.

i Cùm digiti admouentur} Cum duę res paruæ iunguntur, & altera alteram tegit, atque aſpectui ſubtrahit, tum ambæ oculorum iudicio ſunt una; attrectatione autem digitorum iudicantur duę.

Videri fortaſſe poteſt hoc loco uerbum διδύσιν errore ſcriptum fuiſſe poſt illa, κατὰ τὸ αὐτὸ, ſed eſt hyperbaton; nec id quidem ualde durum.

k Itaque fuerit hoc} Ideſt, ſi huiuſmodi Philoſophi dicerent, omnia eſſe uera reſpectu eorum, quibus uidentur uera, & falſa reſpectu eorum, quibus uidentur falſa; non autem abſolutè, omnia eſſe uera, & falſa; forſitan id uerum eſſet, ſeu potiùs magis ferendum.

Sed

Digitized by Google

Quid concedere cogãtur aduersarij.

l Sed hac forsitan} Regreditur ad argumentationem propositam, atque ut euertat consequens prioris consequentiæ, Omnia, inquam, esse ad aliquid, ait, proteruos, uel ex eo, quod per digressionem dictum est, cogi ut illud concedant. Si enim illi absolutè dicere non possunt hoc esse uerum, sed comparatione huius hominis, & huius potentiæ cognoscentis &c. necesse est concedant, omnia consistere in habitudine ad sensum, aut opinionem, interioremue cognoscendi facultatem. Non meminit autẽ eorum, qui per errorem peccabant, quia superiori probatione facilè cõcenti erunt.

Text° 27.

Α'λλ' l ἴσως δεῖ τοῦτο ἀνάγκη λέγειν τοῖς μὴ διὰ ἀπορίαν, ἀλλὰ λόγου χάριν λέγουσι, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀληθὲς τοῦτο, ἀλλὰ οὕτως ἀληθές: καθάπερ δὴ καὶ πρότερον εἴρηται, ἀνάγκη καὶ πρός τι ποιεῖν ἅπαντα, καὶ πρὸς δόξαν, καὶ αἴσθησιν. ὥστ' m οὔτε γέγονεν, οὔτε ἔσται οὐδέν, μηθενὸς προδοξάσαντος. εἰ δὲ γέγονεν, ἢ ἔσται, δῆλον ὅτι οὐκ ἂν εἴη ἅπαντα πρὸς δόξαν. ἔτι n εἰ ἕν, πρὸς ἕν, ἢ πρὸς ὡρισμένον: ἢ εἰ τὸ αὐτὸ ἢ ἥμισυ, καὶ ἴσον, ἀλλὰ οὐ πρὸς τὸ διπλάσιόν γε τὸ ἴσον: πρὸς δὴ τὸ δοξάζειν. εἰ o ταυτὸ ἄνθρωπος καὶ τὸ δοξαζόμενον, οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος τὸ δοξάζον, ἀλλὰ τὸ δοξαζόμενον. εἰ δ' ἕκαστον ἔσται πρὸς τὸ δοξάζον, ἄπειρα ἔσται τὰ εἴδη τὸ δοξάζον. ὅτι p μὲν οὖν βεβαιοτάτη δόξα πασῶν, τὸ μὴ εἶναι ἀληθῆς ἅμα τὰς ἀντικειμένας φάσεις, καὶ τί συμβαίνει τοῖς οὕτω λέγουσι, καὶ διὰ τί οὕτω λέγουσι, τοσαῦτα εἰρήσθω.

Prior impugnatio consequentis.

m Quare nec fuit} Iam euertit consequens duabus rõnibus. Prior est, Quia si omnium rerum esse consisteret in habitudine ad sensum, aut opinionem, nihil omnino fuisset, aut futurum esset, nisi antè de eo haberetur opinio; quod quàm absurdũ sit, nemo est, qui non uideat. Quis.n. neget multa fieri in rerũ natura, de quibus nulla unquã hominibus cogitatio subit, ut quę gignuntur in uisceribus terræ, aut in solitudine accidũt. Neq; uerò hi ad cognitionem diuinam recurrebant, cùm facerent hominem mensuram essendi omnium rerum, ut Socrates apud Platonem in Cratylo à Protagora dictum commemorat. Quamquam, etsi ad diuinam cognitionẽ recurrerent, nihil ad rem dicerent. Nam, etsi nihil est, quod diuinã cognitionem effugiat; non est tamen esse rerum id ipsum, quod cognosci à Deo.

Idem refert Socr. apud Plat. in Theæteto

Εἰ δ' ἀδύνατον τὴν ἀντίφασιν ἀληθεύεσθαι ἅμα κατὰ τοῦ αὐτοῦ, φανερὸν ὅτι οὐδὲ ταναντία ἅμα

Posterior.

n Præterea si unum} Posterior ratio sic habet. Si relatiuum est unum specie, ad correlatiuum unum specie refertur, aut, ut accuratiùs id dictum sit, ad unum specie non magum, & indifferens; sed certum, ac determinatum. Quamuis enim res aliqua sit dimidia simul, & æqualis respectu aliarum; tamen non est æqualis respectu duplæ, sed respectu æqualis; nec est dimidia respectu æqualis, sed respectu duplæ, & ita res habet in cæteris. Stigitur istorum sententia uera est; uniuscuiusque rei esse consistet in habitudine ad id, quod illam opinatur. Quare cùm res sint specie infinitę, id, quod eas opinatur, erit infinita secundum speciem, quod nemo dixerit. Hæc ratio apparens quidem incommodum infert, & apud eos, contra quos disputat, forsitan non est parui momenti. Re tamen uera, infinitis speciebus rerum, ut numerorum, aut figurarum respon

dens

dent infiniti conceptus, qui hoc loco appellantur opiniones, etsi homo ipse, qui opinatur, siue concipit, sit unus atque idem.

Exemplum.

[b] Si homo item] Exemplum est concisè introductum, ut superius. Eo autem ostendit Arist. id, quod proximè dixerat, nempe omnia secundum istos in eo habere positū esse, quòd de eis habeatur opinio. Quo loco uerbum Homo in priori parte conditionalis positum, aut scribendi incuria pro eo, quod opinatur, positum est ab Arist. aut potiùs sumēdum pro homine, quatenus est id, quod opinatur, siue opinionē habet, ut à D. Thom. sumitur. Est enim sensus, Quanquam enim homo, qui opinatur, idē sit, atque id, de quo habetur opinio; tñ quatenus homo, ut hr uolūt, non erit id, quod opinionē habet, sed id, de quo habetur opinio; qđ quidem est habere esse in habitudine ad id, qđ opinatur.

Text. 27. *Sed [l] hac forsitan de causa necesse est, vt ij, qui non dubitationis, sed disputationis causa hæc dicunt, non, esse hoc verum fateantur, sed huic verum; & vt antea dictum est, illud etiam est necesse, vt omnia ad aliquid faciant, & ad opinionem, & ad sensum. Quare [m] nec fuit, nec erit quicquam, si nemo id antè opinatus sit. Quòd si fuit, aut erit; perspicuum est, non fore omnia ad opinionem. Præterea, [n] si unum est; ad vnum, aut ad definitum aliquid refertur: & si idem & dimidium, & æquale est; non tamen æquale ad duplum dicitur: ad opinionem igitur. Si [o] homo item, & quod sub opinionem cadit, idem sunt; non est certè homo id, quod opinionem habet, sed id, de quo habetur opinio. Quòd si res quæque refertur ad id, quod opinionem habet; erit vtique id, quod opinionem habet, specie infinita. Quòd [p] igitur hæc opinio sit omnium firmissima, Non esse oppositas enunciationes simul veras, quid'que accidat ijs, qui id asserunt, & cur ita loquantur, hactenus dictum sit.*

Lect. 15. p. 4.

Hoc loco cōm. 59.

Hoc loco alia pleraq; argumēta afferuntur ab auctoribus ad refellendam huiusmodi sententiam. Qualia sunt illa apud Alexan. Si esse rerū positum sit in eo, quod existimetur; existimans, ut existimans, nihil erit, nisi fuerit etiam existimatus; quo fit ut si à nemine cùm existimat, existimetur, id quod nihil est, existimet, & (quod hinc sequitur) conferat rebus esse; quod tamen, nisi esse habeat, facere non potest. Et illud, mutata opinione mutabitur esse rerum. Et illud, si quis me existimet unū, alius uerò plures, ero simul unus, & plures. Item, si quis putet aliquem esse in hoc loco, alius uerò putet eundem esse in alio, erit is simul in diuersis locis. Quale etiam est illud apud Auer. Si opinio dat esse rebus, tollitur de medio omnis generatio. Quin etiam sequitur, ut inquit Alber. duplum non referri primò ad dimidium, sed ad existimans. Neq; enim habere potest duo correlatiua, quorum habitudine primò habeat esse. Verùm hęc omnia minùs absurda sunt, quàm negatio primi principij, quorum euersores his argumentis impugnantur.

Alioꝝ argumenta.

[p] Quòd igitur hęc] Epilogus est eorum, quæ his tribus capit. dicta sunt.

Cōtraria quo ratione in eodem subiecto esse nequeāt.

[q] Cùm autem fieri nequeat] Colligit hoc consectarium ex dictis, Fieri non posse, ut contraria simul insint. Cùm enim affirmatio, & negatio contradicentes, simul uerę esse nequeant (quod proterui etiam, & pertinaces concedere coguntur, ut ex dictis patet) unum autem contrarium simpliciter existens in subiecto asserat secum priuationē, atque adeo negationem alterius; efficitur, ut duo contraria simul in eodē subiecto existere non possint; nisi aut ambo aliqua ex parte insint; aut alterum aliqua ex parte, alterum simpliciter. Illud contrarium dicitur simpliciter inesse subiecto, quod absque adiectione

Digitized by Google

adiectione illud denominat; quo pacto calor ineſt igni, & frigus aquæ in ſuo naturali ſtatu conſtitutę. Atque hoc pacto non poſſunt contraria ſimul eidem ineſſe. Illud autem dicitur ineſſe aliqua ex parte, ſiue ſecundùm quid, quod ita imperfectè ineſt, ut ſubiectum non abſque adiectione denominet; quo pacto calor, & frigus inſunt aquæ omnino tepidæ, & candor Aethiopi, & omnes formæ rerum, quę ex ligno gigni poſſunt, exiſtũt in materia ligni. Nam neq; aqua omnino tepida dicitur calida, aut frigida niſi ſecundum dimidietatem graduum; neq; Aethiops candidus, niſi dentibus, aut oculis; nec formæ rerum, quæ ex ligno generari poſſunt, dicuntur ineſſe materię ligni, niſi poteſtate.

Qua ratione unum contrarium ſit alterius priuatio.

r Neque enim minùs priuatio] Hoc eſt, non minùs unum contrariorum eſt priuatio alterius, ſeu affert ſecũ priuationem alterius, quàm alterũ illius. Id, quod Ariſt. dixit ſpectata illorum oppoſitione; ſiquidem contraria pari repugnãtia ſe mutuò excludunt. Nam ſpectata eorum perfectione, ſemper id, quod deterius, ſeu minùs perfectum eſt, cenſetur priuatio alterius, ut habes 3. Phyſ. cap. 1. & alijs locis. Poſſunt etiam hęc uerba ſic explicari, quaſi dicat Ariſt. Non minùs alterum contrariorum ſimpliciter exiſtés priuare, ſiue excludere alterum, quàm alterum contradicentium; niſi quòd contraria ſeſe mutuò excludunt à certo ſubiecto; cõtradicentia autem à quouis, ſiue ente, ſiue non ente. Atq; hoc uidentur ſubiecta uerba declarare. Itaq; Ariſt. iuxta hanc expoſitionẽ tantã credit eſſe repugnantiã contrariorũ in certo, ac determinato ſubiecto, quanta eſt contradicentium reſpectu cuiuſque. Quod ſi uerum eſt, ne diuina quidem uirtute fieri poteſt, ut duo contraria exiſtant ſimpliciter, ac perfectè in eodem ſubiecto; de qua re lib. 8.

ἅμα ὑπάρχειν ἐνδέχεται τῷ αὐτῷ. τῶν μὲν γὰρ ἐναντίων, θάτερον στέρησις ὅτιν οὐκ ἦν δεῖ : ἕξις δὲ στέρησις, ἀπόφασις δ' ὅτιν ἀπό τινος ὡρισμένου γένους. εἰ οὖν ἀδύνατον ἅμα καταφάναι, καὶ ἀποφάναι ἀληθῶς, ἀδύνατον ἂν ταναντία ὑπάρχειν ἅμα : ἀλλὰ ἢ πῇ ἄμφω, ἢ θάτερον μὲν πῇ, θάτερον δὲ ἁπλῶς.

ΚΕΦ. Ζ'. cap. 5.

ΑΛΛΑ μὴν οὐδὲ μεταξὺ κατάφάσεως ἐνδέχεται εἶναι οὐθέν, ἀλλ' ἀνάγκη ἢ φάναι, ἢ ἀποφάναι ἓν καθ' ἑνός ὁτιῶν. Δῆλον δὲ πρῶτον μὲν ὡρισμένοις τί τὸ ἀληθὲς, καὶ ψεῦδος. τὸ μὲν γὰρ λέγειν τὸ ὂν μὴ εἶναι, ἢ τοῦτο εἶναι, ψεῦδος: τὸ δὲ τὸ ὂν εἶναι, καὶ τὸ μὴ ὂν μὴ εἶναι, ἀληθές. ὥστε καὶ ὁ λέγων εἶναι, ἢ μὴ εἶναι, ἀληθεύσει, ἢ ψεύσεται. ἀλλ' οὔτε τὸ ὂν λέγεται μὴ εἶναι, ἢ εἶναι, οὔτε τὸ μὴ ὄν.

Priuationis ſubſtantiæ uocabulo quid hic intelligat

s Subſtantiæ uerò priuatio] Priuationis nomen, quod latè acceptum eſt in uerbis proximè præcedentibus, utrouis modo illa exponantur, propriè iam nunc accipitur; ſed tamen pro ſola priuatione formę ſubſtantialis, ad quam cęteræ priuationes formarum accidentalium reducuntur. Appellatur autem priuatio formæ ſubſtantialis, priuatio ſubſtantię, quia ſæpe nomen ſubſtantię apud Ariſt. pro forma ſubſtantiali ſumitur. Vel dic, ſi placet, ſubſtantiæ nomen accipi hoc loco pro quacumque forma, ut omnes priuationes propriè dictę comprehendantur. Quanquam non memini apud Ariſt. ſubſtantię uocabulum ſic accipi, etſi latiſſimè nonnunquam ſumatur pro quauis eſſentia, quę tamen acceptio hic non congruit.

t Negatio eſt à quodam] Id eſt, Negatio eſt formæ à proprio, & determinato ſubiecto.

Capitis

## Capitis septimi Explanatio.

Defendi hoc capite primũ principiũ affirmatiuum.

[a] uerò neque} Tria superiora capita consumpsit Arist. in defendendo primo principio, tum ab imperitis, tum etiam à proteruis, & pertinacibus: nunc, id est hoc capite, conatur defendere illud, quod ad finem cap. 3. maxima necessitudine cum primo coniunctum esse diximus, Necesse, inquam, esse quoduis, aut esse, aut nõ esse; seu, quod eodem redit, Necesse esse quodlibet de quolibet affirmari, aut negari; quod Arist. uocat, non dari medium inter contradicentes; quẽadmodũ dicimus, in numerorum genere nõ dari medium paris & imparis, quòd necesse sit, quemlibet numerũ esse parem, aut imparẽ. Aduerte autem, primũ principium negatiuum, quod hactenus defensum est, latiùs patere, quàm affirmatiuum, qđ hoc capite defenditur. Siquidem negatiuum, cùm dicat, contradicentes, nec simul ueras, nec simul falsas esse posse, ut cap. 3. exposuimus; in omni genere contradicentium uerum esse intelligitur, etiam cùm materia est de futuro cõtingẽti. At affirmatiuũ, cùm asserat necesse esse, ut altera contradicẽtium sit uera; non est uerum in materia de futuro contingenti sumptus partibus contradictionis determinatè, siue disiunctiuè (ut si dicas, Huius cõtradictionis, Socrates disputabit cras, Socrates non disputabit cras, prior est uera, posterior falsa, aut uice uersa) sed indeterminatè, siue disiunctim, ueluti si dicas, Altera est uera, altera falsa, nullam designando, ut ex priori lib. de Interp patet. Quo fit, ut hac etiam ratione merito affirmatiuum principium non sit censendum primum principium. Quòd igitur non detur medium inter contradicentes enunciationes, septem rationibus probat Arist. Deinde aperit, unde natus sit oppositus error. Tum uerò tradit modum, quo eius fautores commodiùs refelli possint. Postremò docet, cui ueterum potissimùm ascribẽda uideatur sententia de contradicentibus simul ueris; cui etiam, de simul falsis.

*ut contraria eidem simul insint. Neque [a] enim minus priuatio est, contrariorum alterum: substantię [a] uero priuatio, negatio [c] est à definito aliquo genere. Ergo, si fieri nequit, ut simul uerè affirmemus, ac negemus; fieri etiam non potest, ut contraria simul insint; sed aut utrumque aliqua ex parte; aut alterum aliqua ex parte, alterum simpliciter.*

Cap. VII.

*AT [a] uero neque inter contradicentia quicquam interiectum esse potest, sed necesse est, unũ de uno aut affirmare, aut negare, quicquid tandem illud sit. Quod [b] ita demum perspicuum erit, si antè quid uerum sit, quid falsum, definiuerimus. Etenim dicere; id, quod est, non esse, aut quod non est, esse; falsum est: id autem, quod est, esse, aut quod non est, non esse; uerum. Quare & is, qui esse, aut non esse dixerit, aut uerum, aut falsum pronunciabit. Sed neque [c] ens, neq; non ens, esse, aut non esse dicitur. Prę-*

Quo pacto intelligatur in materia futurorum contingentium.

Cap. 8.

Epitome huius capitis.

[b] Quod ita demum} Prima ratio sumit ex definitionibus ueri, & falsi pronũciati hoc modo. Verum pronunciatũ est, dicere id, quod est, esse; aut quod nõ est, nõ esse: falsum aũt, dicere id, quod est, non esse; aut quod nõ est, esse: igitur omne pronunciatũ, in quo esse, aut nõ esse dicitur, uerũ, uel falsum est: atqui nullũ pronunciatum afferri potest, in quo esse, aut non esse non dicatur; siquidem omne pronunciatum affirmat, aut negat: igitur nullum pronunciatum effertur potest, quod non sit uerum, aut falsum.

Prima ratio ad euertendũ contradictionis medium.

[c] Sed neq; ens} Quasi dicat, Ab ijs autem, qui medium contradictionis ponunt, neq; id, quod est; neq; id, quod non est, necessariò esse, aut non esse dicitur, cùm aliquid eorum sententia, nec esse, nec non esse possit.



Digitized by Google

Secunda.

d Præterea, aut aliqd medij} Secunda ratio huiusmodi est. Medium aut est per participationē, quo pacto fuscus color est medium quippiā inter album, & nigrum; aut per negationē, quo pacto lapis est medium quid inter hominem, & equum: at neutro modo dari potest medium inter esse, & non esse: igitur nullo. Quòd autem inter esse, & non esse non possit dari medium per negationem ex eo patet; quia si daretur, neq; ex illo, neque in illud posset fieri mutatio. Omnis enim mutatio, aut est generatio aliqua, aut corruptio; quarum illa fit ex non ente (præsertim bono, siue perfecto) in ens (præsertim bonum, & perfectū, ut habes priori lib. de Generat.) hæc uerò fit ex ente, præsertim perfecto, in non ens, præsertim perfectum.

De mutatione, nonnulla.

Cùm ergo semper fieri uideat mutatio ex medijs in extrema; aut ex ijs, quæ extrema sunt, in media (ait autem, Semper, propter eos Veteres, qui cōtinēter oia mutari asserebant) aut saltem in plurimis fiat; efficitur, ut tale mediū dari nō possit. Nisi quis absurdissimè dicat, posse fieri mutationem ex nec homine, nec non homine in hominem, aut non hominem; aut certè ex horum altero in illud; quo pacto nulla generatio fit, aut corruptio. Siquidem nulla mutatio fit, nisi in extrema, aut media; nunquam autem fit mutatio ab extremo in extremum, nisi priùs facta mutatione in medium, si inter extrema detur medium. Quòd uerò dari non possit medium per participationem, ex eo probat, quia etiam hoc pacto daretur mutatio, quæ nec esset ex nō ente in ens, nec ex ente in non ens. Perspicuum est enim inter extrema & media per participationem, fieri mutuam transmutationem, ut inter album, & fuscum.

Tertia ratio.

e Præterea omne quod} Tertia ratio, hęc est. Quicquid ratio, ac intellectus iudicat, id ipsum affirmat, aut negat (nullum enim iudicium fertur, nisi affirmando, aut negando) affirmatio autem, & negatio, cùm rebus conformantur, sunt uerę; cùm ab illis discrepant, sunt falsę, ut patet ex ueri, & falsi pronunciati explicatione: quando autem affirmatio est rebus conformis, tum negatio discordat; & uice uersa: igitur necesse est, ut altera sit uera, altera falsa.

Quarta.

f Ad hæc, præter omnia} Quarta ratio sic habet. Aut inter quæuis contradicentia datur medium, aut inter nulla; nisi quis contentionis causa, & absque ratione ulla in alijs illud concedat, in alijs neget: est enim in omnibus par ratio: at nec inter uerum, & nō uerum, nec inter ens, & non ens, quę sunt contradicentia, datur medium: igitur inter nulla.

---

ἔπι[d] ἤ τι μὴ ξὺ ἔσται τ' ἀντιφάσεως, ὥσπερ τὸ φαιὸν μέλανος καὶ λευκοῦ, ἢ ὡς τὸ μηδέτερον ἄνθρωπου καὶ ἵππου. εἰ μὲν οὖν ὄντως, οὐκ ἂν μεταβάλλοι. ἐκ μὴ ἀγαθοῦ γὰρ εἰς ἀγαθὸν μεταβάλλει, ἢ ἐκ τούτου εἰς μὴ ἀγαθόν: νυνὶ δ' ἀεὶ φάνεται: οὐ γὰρ ὅτι μεταβολή, ἀλλ' ἢ εἰς τὰ ἀντικείμενα, καὶ μεταξύ. εἰ δ' ὅτι μεταξύ, ⁊ ὄντως ἔσται ἄν τις εἰς λευκὸν, οὐκ ἐκ μὴ λευκοῦ γένεσις: νυνὶ δ' οὐκ ὁρᾶται. ἔπι[e] πᾶν τὸ διανοητὸν καὶ νοητὸν, ἢ διάνοια ἢ καταφήσιν, ἢ ἀποφήσιν: τοῦτο δ' ἐξ ὁρισμοῦ δῆλον, ὅταν ἀληθεύῃ, ἢ ψεύδηται. ὅταν μὲν ὡδὶ σωθῇ, φᾶσα, ἢ ἀποφᾶσα, ἀληθεύει: ὅταν δὲ ὡδὶ, ψεύδηται. ἔπι[f] ἁπλῶς πάσης δεῖ εἶδος τὰς ἀντιφάσεις, εἰ μὴ λόγου ἕνεκα λέγεται: ὥς τε ⁊ οὔτε ἀληθεύσῃ τις, οὔτ' οὐκ ἀληθεύσῃ, καὶ ἁπλῶς τὸ ὄν, καὶ τὸ μὴ ὄν, ἔσται: ὥς τε καὶ ἁπλῶς γένεσιν, καὶ φθορὰν μεταβολή τις ἔσται. ἔπι[g] ἐν ὅσοις γένεσιν ἢ ἀποφασις τὸ ἐναντίον ὑπαφέρει, καὶ ἐν τούτοις ἔσται, οἷον ἐν ἀριθμοῖς οὔτε ἄρτιος, οὔτε οὐκ ἄρτιος ἀριθμός: ἀλλ' ἀδύνατον: ἐκ[h] τοῦ ὁρισμοῦ δὲ δῆλον. ἔπι[i] εἰς ἅπασιν ἁπλῶς

---

Cap. 3. à tex. 11.

nulla. Minor, quod attinet ad uerum, & non uerum ex eo patet, quia, & si quis dicat dari medium inter uerum, & falsum, tamen nemo fuit, qui diceret dari enunciationem ullam, quæ nec esset uera, nec nō uera. Quamuis etiam fuerunt, qui uideantur posuisse medium inter ens particulare, & non ens, ut inter hominē, & non hominē, ut paulò pòst patebit; tamen sumpto ente in commune, nemo dixerit dari aliquid, quod nec sit ens, nec nō ens; præsertim cùm inde etiam sequatur, fore aliquam mutationē, quæ nō sit generatio, nec corruptio, ut secunda argumentatione deductum est; siquidem generatio, & corruptio tendūt immediatè, aut à non ente in ens, aut abente in nō ens. Sumūtur autē hoc loco, quemadmodū & superiùs, generationis, & corruptionis nomina, ut significant mutationes à quouis nō esse ad quoduis esse, uel à quouis esse ad quoduis non esse.

*Præterea* [d] *aut aliquid medium erit inter contradicentia, ut fuscum inter nigrum & album; aut ut neutrum inter hominem & equum. Si igitur hoc pacto; non fiet utique mutatio. Ex non bono enim in bonum mutatio fit; aut ex hoc in non bonum: nunc autem semper fieri uidetur: non enim datur mutatio, nisi in opposita, ac media: Sin autem interiectum aliquid est, hoc etiam modo dabitur generatio quædam, quæ non sit in album ex non albo: nunc autem nulla cernitur. Præterea* [e] *omne quod ratione, ac mente percipitur, ratio ipsa aut affirmat, aut negat; id autem ex definitione perspicuum est, quando uerum, aut falsum dicat. Cùm enim hoc modo componit, aut affirmans, aut negans, uerum dicit: cùm aut hoc alio modo, falsum. Ad* [f] *hæc, præter omnia contradicentia esse illud oportet, nisi disputationis causa dicatur: quare neque uerum dicet quis, neque non uerum; erit'que præter ens, & non ens: ex quæ fiet, ut præter generationem & corruptionem mutatio sit aliqua. Præterea* [g] *in quibuscunque generibus negatio contrarium inducit, in ijs quoque illud erit; quo pacto in numeris, neque impar erit numerus, neque non impar: at hoc fieri nequit; idque* [h] *ex definitione patet. Præterea* [i] *in infinitum fiet*

[d] **Præterea, aut aliquid**} Quintæ rationis hic est sensus. Si inter affirmationem, & negationem cōtradictoriè oppositas daretur medium; potiori ratione daretur inter affirmationem, & negationē contractas ad certum genus; quando scilicet negatio sumit pro differentia cōtraria differentię significatæ per affirmationem, ut inter impar, & non impar, quę sumuntur ut differentiæ numerorum; aut inter rationale, & irrationale, quę sumuntur ut differentiæ animalium: at inter huiusmodi affirmationem, & negationem non datur medium (nec enim datur numerus, qui nec sit impar, nec non impar, id est, par; nec item animal, quod nec sit rationale, nec irrationale) igitur nec inter affirmationem, & negationem simpliciter. Maior ex eo patet, quia affirmatio, & negatio contractæ ad certum genus, non ex eo carent medio, quia significant contraria (multa enim contraria habent medium) sed ex repugnantia affirmationis, & negationis absolutè, ac simpliciter sumptæ, quam participant, respectu talis generis. Quinta.

[e] **Præterea, omne quod**} Sexta ratio hanc habet sententiam. Si detur medium contradictionis, non solùm ea, quæ sunt (seu potius, quæ significantur nominibus, ut rectè exponit Alexander) sesquialtera proportione excedent ea, quæ concedi solent, sed etiā infinities illa superabunt: at alterum est contra omnium sententiam; alterum fieri non Sexta.

[f] **Ad hæc, præter**} Quinta ratio.

[g] **Præterea in quibuscunq;**} Quintæ rationis hic est sensus. Si inter affirmationem, & negationem cōtradictoriè oppositas daretur medium; potiori ratione daretur inter affirmationem, & negationē contractas ad certum genus; quando scilicet negatio sumit pro differentia cōtraria differentię significatæ per affirmationem, ut inter impar, & non impar, quę sumuntur ut differentiæ numerorum; aut inter rationale, & irrationale, quę sumuntur ut differentiæ animalium: at inter huiusmodi affirmationem, & negationem non datur medium (nec enim datur numerus, qui nec sit impar, nec non impar, id est, par; nec item animal, quod nec sit rationale, nec irrationale) igitur nec inter affirmationem, & negationem simpliciter. Maior ex eo patet, quia affirmatio, & negatio contractæ ad certum genus, non ex eo carent medio, quia significant contraria (multa enim contraria habent medium) sed ex repugnantia affirmationis, & negationis absolutè, ac simpliciter sumptæ, quam participant, respectu talis generis.

[h] **Idque ex definitione**} Paris nimirum, & imparis. Siquidem Par, definitur esse numerus, qui æquis constat partibus; impar uerò, qui non æquis; nec ullus præterea est numerus, qui neutris constet.

[i] **Præterea, in infinitum**} Sexta ratio hanc habet sententiam. Si detur medium contradictionis, non solùm ea, quæ sunt (seu potius, quæ significantur nominibus, ut rectè exponit Alexander) sesquialtera proportione excedent ea, quæ concedi solent, sed etiā infinities illa superabunt: at alterum est contra omnium sententiam; alterum fieri non Sexta.

poteſt: ergo non datur medium contradictionis. Maior ex eo patet, quia præter hæc duo, Quę ſunt, & Quę non ſunt, nihil aliud eſt, de quo inter homines ſit ſermo; qui autem ponunt medium inter contradicentia, tertium quoddam genus adhibent, quod nec ſit ex ijs, quę ſunt, nec ex ijs, quæ nō ſunt. Ita fit, ut eorū ſententia, ea, quæ nominibus ſignificantur ſeſquialtera proportione ſint plura, quàm quę communi ſententia conceduntur: duo enim ſeſquialtera proportione à tribus ſuperantur. Iam uerò cùm quicquid contingit affirmare, contingat etiā negare; ſi hęc tria genera affirmantur; erit illorum ſimul quædam peculiaris negatio contradictoria. Quare cùm par ſit ratio, ut huius cōtradictionis det medium; iam emergent quatuor genera, quę rurſus ſimul ſumpta alia negatione negari poterunt, interiecto rurſus alio contradictionis medio, & ſic deinceps in infinitum. Ita penè D. Thom. Aliter Commentator, & Albertus.

Leſt. 16. p. 6. Alex. cōm. 66 Alb. tract. 4. cap. 1.

κἀδιεῖται, κὴ ὲ μόνον ἡμιόλια τὰ [k] ὄντα ἔσαι, ἀλλ' ἐ κὴ πλείω. πάλιν γὰρ ἔσαι ἀποφῆσαι τοῦτο πρὸς [l] τὴν φάσιν, κὴ τὴν ἀπόφασιν, κὴ τοῦτ' ἔσαί τι: ἡ γὰρ οὐσία [m] ἔσαί τις αὐτοῦ ἄλλη. ἔτι [n] ὅταν ἐρωμένου εἰ λευκόν ἐστιν, εἴπῃ, ὅτι οὐ, οὐθὲν ἄλλο ἀπέφηνεν ἢ τὸ μὴ εἶναι: ἀπόφασις δὲ τὸ μὴ εἶναι.

Text. 28.

Ἐλύθη δ' ἐνίοις αὕτη ἡ δόξα, ὥσπερ κὴ αἱ ἄλλαι τῶν πρόσθεν δόξων. ὅταν γὰρ λύειν μὴ δύνωνται λόγοις ἐλεγκτικοῖς, ἐνδόντες τῷ λόγῳ, σύμφασιν ἀληθὲς εἶναι τὸ συλλογισθέν. οἱ μὲν οὖν ἀρχὴν αἰτίαν λέγουσιν: οἱ δ' ἀρχὴ τὸ πάντων λόγον ζητεῖν. ἀρχὴ δὲ πρὸς ἅπαντας τούτους ἐξ ὁρισμοῦ: ὁρισ-

K Ea, quæ ſunt] Itaque ſumuntur hic ea, quæ ſunt, ſiue res (quemadmodum ex Alexandro diximus) ut ſolent res ſignificatæ à uerbis ſignificantibus diſtingui. Proinde, quod paulò pòſt dicitur [erit aliquid] idem ualet, ac ſi diceretur, Erit diſtinctum ſignificatum à ſignificatis contradicentium.

l Ad affirmationem, & negationem] Id eſt ſimul cum affirmatione, & negatione contradicentibus; ut ſit una negatio horum trium, affirmationis, negationis, & medij.

De formalitate negationis

m Eius ſubſtantia] Subſtantiam pro ratione, ſeu definitione accipit, ut ſępe alibi. Vnde colligunt Scoti ſectatores, negationem habere propriam formalitatem, quæ nimirum propria, ac peculiari definitione explicetur.

Septima ſō.

n Præterea, cùm rogante] Septima, ac poſtrema ratio eſt huiuſmodi. Ad eam quæſtionem, qua quęrat aliquis, Sit ne hoc, uel illud album, duę tantum reſponſiones reddūtur, Eſſe ſcilicet, uel, Non eſſe: qui autem reſpondet Non eſſe, nihil aliud ſignificat, quam negationem albi: igitur inter eſſe album, & non eſſe album, nihil eſt mediū. Quod idem concludi poteſt in cęteris contradicentibus. Conſequentia ex eo perſpicua eſt, quia ſi quid eſſet medium inter album, & non album; id autem, de quo quæſtio excitaretur, non eſſet album; non rectè reſponderet, qui diceret, Non eſſe album: fieri enim poſſet, ut illi conueniret medium inter eſſe album, & non eſſe album. Niſi aduerſarius abſurdiſſimè, atque adeo contra ſe reſpondeat, Non album ſignificare etiam medium illud inter album, & non album; quod non ſolùm repugnat minori propoſitioni, ſed etiam inducit oppoſitum eius ſententiæ, quam ille tuetur. Si enim Non album ſignificat quicquid eſt præter Album, ſane inter Album, & Non Album nihil eſt medium.

Quod autem ad uerba attinet, illud animaduertendum eſt, ubi nos dicimus [Nihil aliud, quàm non eſſe pronunciauit] omnes, & Græcos, & Latinos codices loco illius [non eſſe] habere [eſſe] In uerbo autem [pronunciauit] Græcos nobiſcum conuenire, qui habent [ἀπέφηνε] Latinos uerò diſcordare, qui habent [negauit]

ait] ut pro ἀπόφανσι uideantur legisse ἀπόφασις, aut ut habet quidam manu scriptus, ἀποπόφανσι. Ac dicere quidem [nihil aliud, quàm esse pronunciauit] planè falsum efficit sensum. Qui enim respondet, Non, haud profert esse, sed non esse. Dicere autem [nihil aliud, quàm esse negauit] etsi ueram habet sententiam, non tamen satis cohæret cum uerbis sequentibus, quibus non infertur non esse ex negatione, sed contrà negatio ex non esse; ut nimirũ ostendatur nõ dari medium inter affirmationem, & negationem, ex eo quòd non datur inter esse, & non esse. Cùm ergo contextus altero modo corrigendus esset, magis germana lectio nobis futura uisa est, si relinqueretur uerbum ἀπόφανσις, ut erat; & pro οὐ τὸ εἶναι legeretur οὐ τὸ μὴ εἶναι, id est, quàm non esse, præsertim cùm mox repetat [ipsum non esse] cùm dicitur [ἀπόφασις οὐ τὸ μὴ εἶναι] ut uerisimile sit, illud μὴ, aut excidisse ex priori loco, aut à sciolo aliquo expunctum fuisse. Quòd si quis malit legere, οὐ τὸ εἶναι, & pro ἀπόφανσι substituere ὑποπόφανσις, aut potiùs ἀπόφασις, ut hæc sit sententia [nihil aliud, quàm esse negauit] sic intelligenda erunt uerba sequentia, ut inferat Aristoteles, ex eo, quòd non datur medium inter affirmationem, & negationem, non dari medium inter esse, & non esse. Quòd certè non congruit cum superioribus, cùm Aristoteles paulò superiùs econtrario probauerit, non dari medium inter affirmationem & negationem, quia non datur inter esse, & non esse. Oportebitque facere uerbum ἀπόφασις subiectum, & τὸ μὴ εἶναι prædicatum; quæ loquendi formula non admodum usitata est.

*set progressio, nec tantùm sesquialtera erunt ea,* [k] *quæ sunt, sed etiam plura. Rursus enim hoc ad* [l] *affirmationem, & negationem negare licebit; & hoc erit aliquid; quandoquidem alia quædam erit eius* [m] *substantia. Præterea* [n] *cùm rogante aliquo, an album sit, dicat quis, Non, nihil aliud, quàm non esse pronunciauit: at ipsum non esse negatio est.*

Text° 28. *Aduenit* [o] *autem quibusdam sententia hæc eo modo, quo et aliæ, quæ sunt præter opinionem. Dum enim rationes contentiosas soluere nequeunt, rationi cedentes id, quod conclusum est, uerum esse fatentur. Quidam igitur ob hanc causam ita dicunt: alij, quia omnium rationem quærunt. Principium* [p] *autem ad hos omnes ex definitione sumendum est:*

*definitionis*

o **Aduenit autem]** In hac posteriori capitis parte docet primùm Arist. unde ortus sit error nunc impugnatus. Atque, hanc sententiam, quemadmodum & cæteras id genus inopinabiles, quas uel ipsa natiua mentis lux continuò reijcit, è duobus fontibus manasse. Quidam enim earum assertores, cum fallaces rationes, quibus illæ concludi uidebantur, soluere non possent, uicti, coactique manus dederunt. Alij, cùm omnia, quæ demonstrari non possunt, negare instituerent, prima principia negauerunt, quod illa neutiquam demonstrari posse cernerent. Vnde facilè perspicitur, quam sit utilis, Analyticorum, & Elenchorum tractatio, utpotè cuius ignoratio, tam miserè huiusmodi Philosophos transuersos egerit, & in tam immanium errorum scopulos impulerit. **Vnde ortus sit error impugnatus.**

p **Principium autem]** Quoniam rationes, quæ contra hunc errorem adductæ sunt, docilem, & minimè proteruum respondentem desiderant, tradit Arist. modum, quo eius assertores efficaciùs refutari possint. Is autem erit (quemadmodum contra alios cap. 4. dictum est) si ab eis quæratur num uerba, quibus illi in disserendo utuntur, certum aliquid significent, nec ne. Si enim dixerint, nullum uerbum esse, quod non magis rem unam, quàm aliam significet, nec magis entia, quam non entia declaret; non erit cum illis disputandum, ut cum ijs, qui nihil definitè dicant, sed omnia prorsus non solùm entia inter se, sed etiam non entia cum entibus confundant. **Præcipuum argumentum contra huiusmodi errores**

Sin

Sin autem certam uerborum significationem concesserint, ut diuersis nominibus diuersæ rationes, siue definitiones in mente respondeant; tum manifestè conuincentur alteram contradictionis partem ueram esse cõcedere, alteram falsam. Definitiones enim ita conueniunt rebus significatis, ut nec illis non conuenire, nec cæteris conuenire possint. Quo fit, ut qui eas de rebus significatis affirmauerint, aut de alijs negauerint, uerum dicant; qui autẽ de illis negauerint, aut de alijs affirmauerint, falsum pronuncient.

Quo pacto nomen sit rationis signũ.

q Ratio enim cuius] Nomen dicitur signum rationis, hoc est conceptus formalis definitiui, quia quod nomine implicitè significatur, id explicitè significat eiusmodi conceptu. Dico autem Rationis uocabulo intelligendũ esse cõceptum formalem, non autem obiectiuũ, quoniam Arist. planè ait, rationẽ esse definitionẽ; quę sanè appellatio, nisi quis abutatur uocabulis, conceptui obiectiuo accommodari non potest. Vnde patet, apud Arist. in definitionibus uniuocorum, & æquiuocorum rationis uocabulum pro formali conceptu potiùs accipiendum esse, quàm pro obiectiuo, ut quidam uolunt. De qua re superiùs nonnihil diximus.

Cap. 2. q. 2. sect. 5.

Quibus auctoribus uideantur ascribẽdi errores impugnati.

Cur prior Heraclito.

Cur posterior Anaxagoræ.

r Porrò Heraclitij] Duo errores sunt hactenus impugnati: Vnus eorum, qui contradicentes simul ueras esse dicebant; alter eorum, qui simul falsas, concesso medio inter contradicentes. Docet igitur Arist. hoc loco, cui ueterum prior, cui etiam posterior uideatur tribuendus. Aduerte tamen hos errores non ita hoc loco tribui Heraclito, & Anaxagoræ, quasi illi proprij eorum auctores extiterint; sed quia ex illorum dictis uideantur sequi. Cùm enim Heraclitus diceret, res omnes quoad omnia continenter mutari, nec unquam ulla ex parte esse in eodem statu; quicquid autem omni ex parte mutatur, necessariò debeat quoad omnia partim esse, partim non esse; efficitur, ut eius sententiâ concludendum uideatur, omnia simul esse, & non esse. Cùm uerò Anaxagoras omnia in omnibus commixta, & confusa esse diceret, etiam contradicentia, ut bonum, & non bonum; eo quòd ei quodlibet ex quolibet fieri uideretur; tota autem mixtio nunquam sit eiusdem naturæ cum ullo eorum, ex quorum commixtione constat (neque enim mulsum v. g. est aut uinum, aut mel, quod idem accidit in cæteris) efficit, ut apud illũ uideatur colligendũ, oĩa esse falsa. Nullum enim attributũ hoc pacto uerè diceretur de ulla re, quod quidem esset medium contradictionis inducere.

Porrò non sine causâ usus est Aristoteles uerbo, Videtur, in ascribendis his erroribus Heraclito, & Anaxagoræ. Nam, etsi uideantur ex eorum sententia colligi (quod satis fuit, ut eorum loquendi licentiam hac tacita reprehensione notaret) non tamen re uera colliguntur; nisi Heraclitus putauit, quicquid aliqua ex parte de aliquo dicitur, dici de eo simpliciter; & Anaxagoras credidit, ex mixtione contrariorum sequi mixtionem contradicentium, quod ueri simile non est. Nam, quod ad Heraclitum attinet,

tinet, cùm ille posuerit, res omnes omni ex parte esse in continenti fluxu, potiùs existimauit nullam esse, quæ habeat esse simpliciter, quàm omnia posse de illis simpliciter affirmari. Quo fit, ut potiùs ex eius sententia colligatur, omnia esse falsa; ut mirandum non sit, si ei quoque tribuatur cap. sequenti sententia eorum, qui omnia falsa esse asserebant. Quod uerò attinet ad Anaxagoram, etsi ille dixit, In qualibet re mistum esse bonum, & non bonum, album, & non album, &c. nullo tamen modo credibile est, accepisse illū formaliter, & uniuersaliter terminos negatiuos, sed pro rebus ueris denominatis, ut non bonum pro uitio, & non album pro ebeno. Non sequitur ergo apud illum, nullū terminū negatiuū posse dici de lapide: latiùs enim patent termini negatiui, quàm quatenus solas res ueras denominant. Itaque adhuc Anaxagoræ sententiâ diceretur lapis non Chimæra, non substātia incorporea, & cæt. imò etiam non aqua, non ignis, &c. quia non ponebatur formaliter mixtus ex negationibus.

*definitio autem ex eo fit, quòd aliquid eos significare sit necesse. ratio[d] enim, cuius nomen est signū, definitio rei est.*

*Porrò[e] Heraclīti sententia, quæ omnia esse, & non esse asserit, uera omnia facere uidetur: Anaxagoræ autem, medium aliquid contradictionis esse; atque ita, falsa esse omnia. Cùm enim mista sunt, nec bonum, nec non bonum est mistio ipsa: quo fit, ut nihil uerè dicatur.*

## Cap. VIII.

*Is[a] verò definitis, perspicuum est, & [b] quæ uno modo, & quæ de omnibus dicantur, constare non posse; quemadmodum nonnulli dicunt; alij quidē nihil uerū esse asserentes (nihil[c] enim prohibe-*

## *Capitis octaui Explanatio.*

Quid agatur in hoc capite

Is[a] uerò definitis] Tandem hoc extremo capite refutat Arist. quædam absurda, quæ consequuntur hactenus impugnatas sententias, & eorum scilicet, qui contradicentes simul ueras esse dicebant, & eorum, qui simul falsas. Alterum absurdum est, non dari in rebus discrimen ueri, & falsi; alterum, tolli de medio distinctionem motus, & quietis. Quod ergo ad prius absurdum attinet; colligit primùm ex dictis, perspicuum esse, fieri non posse, ut uel omnia sint falsa, uel omnia uera. Nam cùm determinatum, ac constitutum sit, necesse esse, ut altera contradictionis pars sit uera, altera falsa; perspicuum est, nec omnia posse dici uera, nec omnia falsa, quę tamen ex impugnatis sententijs consequuntur. Nam cùm alij dicant, contradicentes esse simul ueras, perspicuè fatentur omnia esse uera: cùm uerò alij asserunt, esse simul falsas; non dubium est, quin concedant, omnia esse falsa; siquidem præter contradicentes nihil est tertium, ut ostensum est.

b Et quę uno] Ea, quæ uno modo dicuntur, & quæ de omnibus, non posse constare, pro eo dixit, ac si apertiùs dixisset, fieri non posse, ut uno modo dicantur omnia, nempe, aut omnia uera, aut omnia falsa.

c Nihil enim prohibet] Hoc est, nihil prohibet, quominùs omnia perinde sint falsa, ut falsum est, diametrum esse commensurabilem lateri, quod quidem ita falsum est, ut uerum esse non possit. Sanè hi non solum credebant, nullam esse ueritatem actu, sed ne potestate quidem.

Ferè

Occurritur obiectioni.

d Ferè enim eorum sententiæ} Ne uerba hæc ad utrosque recitatos Philosophos referantur (ut re uera referenda sunt) obstare uidetur id, quod ad finē superioris capitis dictum est. Hoc enim solum Heraclito tributum est eo loco, quòd ex eius sententia uideatur sequi, omnia esse uera: hîc autem utraq; sniа illi tribuitur, & ꝙ omnia sint uera, & quòd falsa omnia. Nihil tamen re uera obstat, quominus ad utrosque referri possint. Namque Heraclitus dum omnia uera esse confitetur, omnia etiam falsa esse dicere cogitur. Affirmatiua.n. pronūciata, si uera sunt, negatiua reddunt falsa; & uicissim affirmatiua arguuntur falsa, si negatiua sunt uera. Ita patet ex Heraclitisentētia sequi, omnia esse tum uera, tum etiam falsa, qđ diuisim dixerant recitatæ sententiæ. Coactus est autē Aristoteles adhibere hāc tertiam sententiam, ne quis illum ineptæ diuisionis argueret. Etenim non solùm, si omnia essent uera, aut omnia falsa, sed etiam, si oīa essent uera simul, & falsa, omnia dicerentur uno modo, hoc est sine discrimine ueri, & falsi. Docet ergo Arist. hanc quoque sententiam ex dictis refutatam relinqui. Nam si nec omnia sunt uera, nec oīa falsa, perspicuū est non esse oia uera simul, ac falsa.

κωλύειν φασὶν ἔνιοι ἅπαντα εἶναι, ὥσπερ τὸ τλεὸν ἡμίσεον σύμμιξον εἶναι) οἱ δὲ πάντα ἀληθῆ. μᾶλλον δὲ * αὐτοῖς οἱ λόγοι οἱ αὐτοὶ τοῦ τέλους Ἡρακλείτου. ὁ γὰρ λέγων ὅτι πάντα ἀληθῆ, καὶ πάντα ψευδῆ, καὶ χωρὶς λέγων τὸν λόγον ἐκάτερον τούτων. ὡς εἴπερ ἀδύνατα ἐκεῖνα, καὶ ταῦτα ἀδύνατον εἶναι. ἔτι δὲ, φανερὸς αἱ ἀποφάσεις εἰσὶν, αἷς οὐκ οἶόν τε ἅμα ἀληθεῖς εἶναι. εἰ δὲ πάντα ψευδεῖς πάσας: καί τοι δόξειεν ἂν μᾶλλον ἐνδέχεσθαι ἐκ τῶν εἰρημένων. ἀλλὰ πρὸς ἅπαντας τοὺς τοιούτους λόγους αἰτεῖσθαι δεῖ, καθάπερ ἐλέχθη καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις, ἐνίοις εἶναί τι, ἢ μὴ εἶναι, ἀλλὰ σημαίνειν τι. ὥστε ἐξ ὁρισμοῦ ἀναγκαίου λαβόντας τί * σημαίνει τὸ ψεῦδος, ἢ τὸ ἀληθές. εἰ δὲ μηδὲν ἄλλο * τὸ ἀληθὲς, ἢ φάναι, ἢ ἀποφάναι, ἐστὶ ψεῦδος ὄζειν, ἀδύνατον πάντα ψευδῆ εἶναι: ἀνάγκη γὰρ τὴν ἀντίφασιν θάτερον εἶναι μόριον ἀληθές. ἔτι εἰ πᾶν ἢ φάναι, ἢ ἀποφάναι ἀναγκαῖον, ἀδύνατον ἀμφότερα ψευδῆ εἶναι: θάτερον γὰρ μόριον τῆς ἀντιφάσεως ψεῦδός ἐστιν. συμβαίνει δὲ καὶ τὸ θρυλλούμενον πᾶσι τοῖς τοιούτοις λόγοις, αὐτοὺς ἑαυτοὺς ἀναιρεῖν.

* Alexander legit οἱ τοιοῦτοι λόγοι

* Codices Græci habēt, σημαίνειν sed omnes interpretes legunt σημαίνει

* Hāc lectionē refert Alexander. Codices, qui nunc extant, sic habent: ἢ τὸ ἀληθὲς φάναι ἢ ἀποφάναι ψεῦδός ὄζειν &c.

Primum argumentū particulare contra eos, qui tollunt discrimen ueri & falsi.

e Præterea sunt plane} Quod generaliter dixerat, ex ijs, quę dicta sunt, euerti sententiam eorū, qui distinctionem ueri, & falsi de medio tollebant; id modo adhibitis particularibus argumentis concludit. Vnum est, quòd de quibusdam contradicentibus nemo dubitare possit, quin uerum, & falsum diuidant; qualia sunt uerum esse, & non esse uerum; esse ens, & non esse ens, ut superiori capite dixerat: aut quemadmodū Alexander ait, ut, diametrum esse commensurabilem, & non esse commensurabilem; & breuiter, omnes contradicentes, quarum altera est necessaria, altera impossibilis. Comm. 70.

Secundum.

f Tametsi ex ijs} Quoniam aduersarij, ij saltem, qui pertinaciter propositum defendunt, facilè negabunt, ita rem habere in quibusuis contradicentibus, ait Aristot. plus uirium esse in ijs, quæ superiùs non semel dicta sunt de determinata significatione nominum. Proinde adhibitis definitionibus ijs, quę nominibus ueri, & falsi respondent, longè efficaciùs apud hos rem posse confici. Cùm igitur nullam aliam explicationē ueri, & falsi pronunciati afferre possint, nisi quæ superiori capite adducta est; ex eā autem planè sequatur, si altera contradicentium est uera, alteram necessariò esse falsam; & uicissim, si altera falsa, alteram esse ueram; efficitur ut nullo pacto dicere possint,

sint, omnia esse uera, nel omnia esse falsa. Quòd autem ex definitionibus ueri, & falsi id sequatur, perspicuum est. Si enim res est, certè qui illam affirmat esse, uerum dicit; qui negat, falsum. Si uerò res non est, quisquis illam esse negat, uerum pronunciat; quisquis affirmat, falsum ait, ut ex ipsis definitionibus perspicuum est. Itaque ex ueri, & falsi explicatione, semper affirmationem, & negationem eiusdem de eodem uerum, & falsum diuidere, atque ita, nec omnia pronunciari esse uera, nec omnia falsa.

*prohibere inquiunt, quo minus ita sint omnia, ut dia-*
*metrum esse commensurabilem) alii autem uera om-*
*nia, ferè enim eorum sententia eadem sunt, quæ*
*Heracliti. Qui enim uera esse omnia, & falsa om-*
*nia pronunciat, separatim quoque utramque harum*
*sententiarum statuit: quare si illa esse nequeunt, hæc*
*etiam ut sint, fieri nullo modo potest. Præterea,*
Comm. 75. *sunt planè contradicentia, quæ nec simul uera, nec*
*simul falsa omnia esse possint, tametsi ex iis, quæ*
*dicta sunt, magis id effici uideri potest. Verùm ad*
*omnes huiusmodi sententias petere oportet, quem-*
*admodum & in superiori disputatione dictum est,*
*non quidem, esse aliquid, aut non esse, sed aliquid*
*ab eis significari. Ita ex definitione differendum est,*
Text. 29. *sumendo quid falsum aut uerum significet. ¶ Quòd*
*si nihil aliud est uerum, quàm affirmare, aut negare;*
*itemque falsum; fieri non potest, ut omnia falsa sint:*
*necesse est enim, ut uera sit altera contradictionis*
*pars. Præterea si quidnis aut affirmare, aut nega-*
*re necesse est; fieri non potest, ut ueraque falsa sint:*
*altera enim contradictionis pars falsa est. Illud etiã*
*tritum his omnibus sententijs accidit, ut ipsæ se ipsas*
*peri-*

Locus hic, cùm dicit [quòd si nihil; &c.] uariè legitur, & intelligitur. Nos secuti sumus probabiliorem lectionem, quam ex quibusdam codicibus refert Alexander. Græci, qui nunc extant, sic habent εἰ δὲ μηδὲν ἄλλο, ἢ τὸ ἀληθὲς φάναι, ἢ ψεῦσαι μόνον ἐστί, &c. hoc est, Quòd si nihil est aliud, quàm uerum affirmare, aut falsum negare &c. Cuius membri (si cui placet) hæc fortitan fuerit sententia. Quòd si nihil aliud est uerũ, quàm id, quod est, affirmare; & id, quod non est, negare, &c. ut Esse sumatur pro uero, & uicissim Verum, ac Falsum pro esse, & nõ esse.

Tertium.

Tertium adhibet argumentum, quod huiusmodi est. Quicquid affirmatur, aut negatur, nerè affirmetur aut negetur necesse est, ut perspicuũ est ex ijs, quæ superiori capite dicta sunt (ex eo enim, quod ostensum est, nullum esse contradictionis medium, planè sequitur, alteram saltem contradictionis partem esse ueram) igitur fieri non potest, ut omnia sint falsa. Altera enim, inquit, pars contradictionis (subaudi, tantùm) falsa sit necesse est; quod quidem explicationis, non probationis causa uidetur adiectum. Nisi illud Falsa, pro uerbo, Vera, irrepsit uitio librariorum, quod ualde probabile est, hoc autem pacto non opprehit subaudire particulam, Tantùm. Itaque hoc argumentum particulare est: sic enim probat, fieri non posse, ut omnia sint falsa, ut non concludat, fieri non posse, ut omnia sint uera.

Quartum.

h Illud etiam tritum] Quartum adiicit argumentum, quod tam ostendit fieri non posse, ut omnia sint uera, quàm ut omnia sint falsa. Vis argumenti in eo posita est, quòd huiusmodi sententiæ se ipsas tollant, ac perimant, ut trito sermone dici solet.
Comm. 77. Quod ideo adiectum esse ait Alexander, quia ante illum Plato in Theæteto eodem argumento contra huiusmodi sententias usus fuerat, quod tunc inter eius sectatores



Digitized by Google

Pronunciata se ipsa euertentia.

to scitum se uulgarium erat. Quòd uerò illa se ipsis tollant, ac refellant perspicuum est. Nam, qui dicit omnia esse uera, uerum esse asserit oppositam enunciationem, si ea quę aie, nihil esse uerum, siue quę ait, non omnia esse uera. Harum autem utralibet, euertit primam illam. Qui namque ait, Nihil esse uerum, aut Non omnia esse uera planè negat omnia esse uera. Qui uerò asserit, omnia esse falsa, se quoque falsum dicere affirmat, tùm ait, falsa esse omnia. Ita fit, ut uraq; sua se ipsam refellat, ac euertat.

ἀναιρεῖν. ὁ μὲν γὰρ πάντα ἀληθῆ λέγων, καὶ τὸν ἐναντίον αὑτοῦ λόγον ἀληθῆ ποιεῖ: ὥστε καὶ ἑαυτοῦ οὐκ ἀληθῆ: ὁ γὰρ ἐναντίος, ὃν φησιν εἶναι οὐκ ἀληθῆ. ὁ δὲ πάντα ψευδῆ, καὶ αὐτὸς ἑαυτόν. ἐὰν δ' ἐξαιρεθῶσιν, ὁ μὲν τὸ ἐναντίον, ὡς οὐκ ἀληθὴς μόνος ἐστίν, ὁ δὲ τὸ αὑτοῦ αὐτοῦ, ὡς οὐ ψευδής, οὐδὲν ἧττον ἀπείρους συμβαίνει αὐτοῖς αἰτεῖσθαι λόγους ἀληθεῖς, καὶ ψευδεῖς. ὁ γὰρ λέγων τὸ ἀληθὲς λόγον, ἀληθῆ, ἐροῦσι καὶ ἑτέρα, ὅτι ἀληθής: τοῦτο δ' εἰς ἄπειρον βαδιεῖται.

Aduersariorum ficta reiectio.

Dicat aliquis fortasse, aduersarios nó proferre has sententias absq; exceptione. Quia enim aiunt se uera, fortasse excipiat oppositã enunciationẽ, tum contrariã, tum etiã contradicentẽ. Qui autem dicit, omnia esse falsa, forsitan illam ipsam excipiat, quã id pronũciat. Quare non efficit, ut huiusmodi sententię, si rectè intelligantur, se ipsas refellant. Huic responsioni occurrit Aristoteles fieri non posse, ut auctores harum positionum eas duntaxat enunciationes excipiãt, si modò ueras sententias proferre uelint. Nam, ut à posteriori sententia incipiamus, fieri non potest, ut ea sola sit uera, quę asserit esse falsa. Si enim ea est uera, illa etiam erit uera, quę asserit illam esse ueram, & rursus ea, quæ asseruerit ueram esse eam, quæ asserit illam esse ueram, & sic deinceps in infinitum. Quare falsa erit eiusmodi exceptio. Falsa quoque erit exceptio prioris sententię, si solam oppositam enunciationem à ueris exceperit. Nam cùm eæ omnes sint falsæ, quę falsam enunciationem ueram esse dicunt, illa etiam erit falsa, quæ eiusmodi oppositã uerã esse dixerit. Et rursus ea, quę dixerit ueram esse hanc ipsam, quæ illam ueram esse affirmat, atque ita deinceps in infinitum. Necesse igitur erit, ut hi auctores postulent excipi infinita à suis pronunciatis, si ueras sententias proferre uelint. Verùm his exceptis adhuc emergent alia infinita, quę excipienda sint, ut ab ea, quæ omnia falsa esse affirmat. Quòd uerum sit excipi infinita, & quòd uerum sit dicere, uerum esse excipi infinita, & ita in infinitum. Ab ea uerò, quæ omnia asserit esse uera, Quòd falsum sit excipi sola opposita, & quòd falsum sit dicere uerum esse excipi sola opposita, & ita in infinitum. Quare effugere nullo modo possunt hę sententiæ, quin se ipsas refellant, ac euertant.

Refutatio.

Φανερὸν δ' ὅτι οὐδ' οἱ ταῦτα πρεσβεύοντες λέγοντες, ἀληθῆ λέγουσι, οὐδ' οἱ ταῦτα νενίκηνται. εἰ μὲν γὰρ πρεσβεύει πάντα, ἀεὶ ταυτὸ ἀληθὲς, καὶ ψεῦδος ἔσται: φαίνεται δὲ τοῦτο μεταβάλλον: ὁ γὰρ λέγων, ποτὲ αὐτὸς οὐκ ἐῶ, καὶ πάλιν οὐκ ἔσας. εἰ δὲ πάντα κινεῖται, οὐδὲν ἔσται ἀληθὲς, πάντα ἄρα ψεῦδος. ἀλλὰ δέδεικται ὅτι, ἀδύνατον. ἐπ ἀνάγκη τὸ ὂν μεταβάλλειν: ἀεὶ γὰρ ὂν ἔστω ἡ μεταβολή.

Illa enim perspicuum] In hac posteriori capitis parte refutat Arist. alterum absurdum eorum, quæ in hoc capite ab illo refutanda diximus, nempe, tolli de medio distinctio-

ἀλλὰ

fanctionem motus, & qualetis, quod ipsum ex supra impugnatis sententijs videtur cō-
sequi, aut certè illis esse cōsentaneum. Si n. omnia sunt uera nullus datur motus, quā-
doquidē motus facit rem aliter habere nunc, quàm antea, quo fit, ut enūciationes, quę
priorem rei statū pronunciabant, iam nunc sint falsæ. Quòd si omnia sunt falsa, nulla
est rerum quies. Si. n. certus aliquis rerum status daretur, aliquid certum, ac proinde
uerū de rebus pronū-
ciari posset. Vtrumq; igi-
tur sibi tollit Arist. & eam, quæ asserit om-
nia quiescere, & eā, quæ
oia moueri. Quòd. n.
non oia quiescant, ex
eo patet, quia isto mo-
do, quę uera essent, sem-
per essent uera; quę aūt
falsa, semper falsa; quan-
doquidē absq; mutatio-
ne alicui⁹ rei nō transit
enūciatio ex uera in fal
sam, nec ex falsa i uerā.
Nunc autem pleraſque
enūciationes fieri uide-
mus ex falsis ueras, &
ex ueris falsas, ut Socra
tes loquitur, Socrates
non loquitur.

Hoc loco uerba illa
[semper eadem uera,
& falsa erunt] hunc sen
sum habent; Omnia,
quæ uera sunt, semper
uera erunt; & omnia,
quę falsa, semper fal-
sa; ut coniunctio, Et,
non copulet uerum, &
falsum respectu eius-
dem subiecti, sed di-

*Impugnatas sententias ut dicit, tollere distinctionē motus & quietis.*

*Non omnia quiescere.*

*Quod si excipiant, ille quidem contrariam, ut quę sola non sit uera; hic autem suam ipsam, ut quę falsa non sit; efficitur nihilominus, ut ij infinitas orationes ueras, & falsas ponant. Qui enim ueram orationem, veram esse ait, subaudit hoc, quòd uera sit: hoc autem in infinitum progredietur.*

*Illud etiā perspicuum est, neq; eos, qui dicunt omnia quiescere; neque eos, qui moueri omnia, uerum dicere. Nam si omnia quiescunt, semper eadem uera, & falsa erunt: at hoc mutari uidetur: qui enim ita dicit, aliquando ipse non erat, & rursus non erit. Sin autem mouentur omnia, nihil uerum erit: falsa igitur omnia. At demonstratum est, id fieri non posse. Præterea necesse est, ut id, quod est, mutetur: ex aliquo enim in aliquid mutatio est.*

At

uersas propositiones ex contrariis prædicatis, & subiectis.

l Sin autem mouentur] Quòd uerò non oia moueantur, duobus argumentis ostendit. Vno, quia si omnia mouentur, nihil est uerū, sed oia falsa, quod ostensum est fieri non posse. Consequentia præterquam, quòd Veteribus probatur, ex eo patet, quia ueritas consistit in quadam firmitate, & stabilitate. Vel etiam ex eo, quia quod mouetur quatenus aliquod esse acquirit, nondum est secundùm illud esse; quo fit, ut si nulla ex parte quiescat, nulla ex parte sit: qua uerò ratione res non est, ea ex parte uera dici nō potest. Altero quia omnis mutatio eget subiecto, quod in aliquo eodē esse permaneat, & ex uno termino in alterū pergat: alioqui nihil mutaret. Vt. n. Socrates mutet loco, aut ex ignorāte sapiēs fiat, necesse est, ut saltē hoc, q ipse permaneat idē sub utroq; termino, stabile in eo sit: alio qui si subiectū eius mutationis sub termino à quo fuit Socrates, & in termino ad quē nō erit Socrates, nō erit utiq; Socrates mutatus: quod idē de ceteris rebus eodē modo cōcluditur. Nec solùm hoc in mutatione accidētaria necesse est eueniat, sed etiā in substantiali. Nihil. n ex altero generabitur, aut in alterū corrumpetur, nisi ex altero in alterum materia eadem permanēs transeat. Ita patet, quo pacto uel ex ipsa mutationis natura colligatur, non omnia continenti mutatione uariari.

*Non omnia moueri.*

*Subiectū mutationis stabile sitatē aliquā habere.*



Digitized by Google

Aristotelis sententia de primo motore.

m At uero, neque omnia] Ne quis ex eo, quod ostensum est, Nequeomnia semper quiescere, Neque omnia continenter moueri, forsitan putet, Aristotelis sententiam esse, res omnes esse eiusmodi natura, ut interdum moueantur, interdum quiescant, nihilq; esse, quod aut semper moueatur, aut semper quiescat; occurrit ille, se id minime sen-

ἀλλὰ μὴν οὐδὲ πάντα ἠρεμεῖ ἢ κινεῖται ποτέ, ἀεὶ δ' ἔστιν ἃ κινεῖ· ἔστι γὰρ τὸ μὲν κινοῦν τὸ κινούμενον, τὸ δὲ οὐδέτερον τούτων, ἀκίνητον ὄν.

*At uero neque omnia interdũ quiescunt, interdum mouentur, semper autem nihil: est enim aliquid, quod semper mouet ea, quæ mouentur, primumq; mouens, quod ipsum immobile est.*

tire, quippe qui docuerit 8. libro Physicorum dandum esse necessariò aliquod primũ mouens, quòd perenni motu moueat omnia, quæ mouentur, quod ipsum sit immobile. a ca. 5. tex. 11

Reijcitur in libro 11. quæstio de certa pronunciatorum ueritate.

Esset autem hoc loco tractanda quæstio ea contra Pyrrhonicos, & quosdam Academicos, nonnullosque alios Philosophos, Detur ne in rebus syncera pronunciatorum ueritas, eademque certa, & determinata, &, Num ea à nobis percipi possit. Sed ne uolumen plus iusto excrescat, differenda est potius in cap. quartum, & quintum libri undecimi, quo loco Aristoteles iterum de eadem re agit.

FINIS QVARTI LIBRI.

# INDEX RERVM PRAECIPVARVM QVAE IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

*IN QVO NVMERVS PAGINAM significat; P, Principium; M, Medium; F, Finem.*


## *Academici.*

Vnde dicti. 16.M.
Eorum principes, Plato, Arcesilas, Carneades. 16.M.
Falsò Academicos in Empedocle & alios Philosophos Platone, & Socrate antiquiores originem suam referre. 17.P
Academiæ ueteris, & nouæ distinctio. 16.F.
Academicæ Philosophiæ absurditas, atq; incommoda. 17.M.

## *Accidens.*

Quo genere analogiæ accidens sit analogum. 571.M.
Nõ esse progressum infinitum in accidentibus. 681.P.
Duplex prædicatio accidentium. 681.M.
Vtrũ in accidentibus det ordo. 682.P.M.

## *Actio.*

Quid nomine actionis, quid nomine singularium intelligat Aristoteles, cùm affirmat actiones esse singularium. 84.F.
Actiones esse singularium tribus modis intelligi posse. 82.M.
Actiones omnes proficisci per se ab agentibus singularib⁹ per se existẽtibus. 86.F.
Argumenta cõtraria proponuntur. 83.M.
Dissoluuntur. 90.F.
Actiones omnes recipi per se in singularibus per se existentibus. 87.M.
Argumenta contraria proponuntur. ibidẽ. & 83.F.
Dissoluuntur. 92.M.
Actiones oẽs, quę cognitiones non sunt, uersari per se circa singularia per se existentia. 88.M.
Argumenta contraria proponuntur. 83.F.
Dissoluuntur. 92.F.
Duplex actionum genus. 278.M.
Ex actione rerum naturalium formã substantialem planè colligi. 277.F.
Momentaneam formę substantialis introductionem, non esse dicendam actionẽ, sed actionis terminum. 88.P.
Quęnam actiones praxeos nomine contineantur. 401.F.
Vtrum actio, & passio dici possint duo entia realia. 596.F.

## *Actus.*

Non dari actum entitatiuum, qualem fingit Scotus. 284.F.
Duplicem esse actum, duplicem potentiam. 284.M.
Quid interfit inter actum informantem, & per se existentem. 285.M.
Actũ amoris in homine posse esse necessarium quoad exercitium, actũ odij non posse. 49.P.

## *Alexander Aphrodisiensis.*

Aristotelis interpretum Princeps. Quo tempore floruerit. 8.M.
An primas qualitates existimarit esse differentias elementorum. 282.F.
Eius opinio de secundo libro Metaphysicæ. 293.M.

## *Analogia.*

De uarijs analogiæ modis, & eorum discrimine. 543.M.
Analogiam entis, proportionis simul, & attributionis esse. 545.F.
Quenam sint fundamenta utriusque analogię in ente respectu Dei, & creaturæ, & utra earũ prius enti conueniat. 548.F.
Analoga secundum proportionem ad demonstrationem, & scientiam esse accommodata. 568.F.
Cur analoga secundum proportionẽ nõnunquam ab Aristotele dicantur uniuoca. 569.M.
Quo genere analogiæ accidens sit analogum. 571.M.


Ana-

Digitized by Google

## Anaxagoras.

Quo tempore floruerit. 175. P.
Eius de principijs rerum opinio. 265. M.
Secundùm Aristotelis sniam ad causam finale propius accessit quà Plato. 201. P.
Anaxagoræ mors. 175. F.
Ité de Anaxagora. 671. M. 693. P. 683. M. 718. M.
¶ Anaximander. 202. P. 207. P. 259. M.
¶ Anaximenes. 258. M.

## Anima rationalis.

Nũ anima rationalis possit à nobis in hac uita quiditatiuè cognosci. 326. P.
Errare eos, qui ponunt duos gradus essentiales in anima humana quatenus humana est. 325. M.
Nonnulla de cognitione animę separatę. 327. P.
Vtrum unio, qua anima unietur corpori in resurrectione, sit futura alia ab unione, quę facta est in hominis generatione. 609. M.

## Animal.

Triplex brutorum animaliũ gradus ex cognitione desumptus. 33. F.
Animalia quædam imaginatione, quædã memoria, quędã experiẽtia uiuere. 37. F.
In quib⁹ animalibus insit memoria. 33. F.
An perfecta imitatio prudẽtiæ in animalibus requirat memoriam. 34. M.
Quæ animalia sonum percipiant per modum sermonis. 35. M.
An omnia animalia, quæ memoriã, & audirum habent, sint disciplinæ capacia. 34. F.
An omnia animalia secundùm Aristotelis sententiam sint docilia. 36. F.
Discrimen inter prudentiam hominis, & brutorum animalium. 38. M.

## Appetitus.

Appetitũ sciendi, quẽ homini naturalem Aristoteles docet, nõ pro naturę propensione solum (ut quidam uolunt) sed etiã pro actu appetendi accipi. 46. M.
Omnes homines naturaliter appetere scientiam, non modo appetitu innato, sed etiam elicito. 50. M.
Quid & quotuplex sit appetitus innatus. 47. P.
Quid & quotuplex sit appetitus elicitus. 48. M.
De libertate, & necessitate appetit⁹. 48. M.
Appetitum naturalem non posse fundari in sola potentia obedientiali, seu nõ repugnantia naturę. 58. M.
Vt scientiæ, ita etiã uirtutis moralis appetitum esse homini naturalem. 54. P.
Quibus argumentis uideri possit homo intuitionem diuinę naturę cognitione naturaliter apetere. 56. M.
Contraria sniam esse multo probabiliorẽ, & cum Diuo Thoma magis consentientem. 58. P.
Appetitum nõ ideo dicendum frustrà inditum speciei, quòd non in omnibus individuis expleatur. 54. M.
Quo pacto appetitus materię primæ ad formas conueniat cũ appetitu, quem habet intellectus ad scientias. 55. F.
Appetitum intellectiuũ posse illum quidem ferri in uniuersalia, incompletè tamen, & non ultimatè. 89. M.
Obiectum appetitus esse bonum, appetibilitatem uerò esse propriam boni passionem. 646. P.
Appetibile aliud ex se, aliud etiam propter se. 655. P.

## Aqua.

A quo frigefiat aqua calida remoto conseruante calorem. 278. F.
Quis aquam commune rerum principiũ fecerit. 257. M. 172. F. 173. F.

## Aristoteles.

Quibus patrẽtibus, & quãdo sit natus. 1. F.
Quãdiu Socratẽ, & Platonẽ audiuerit. ibid.
Quãto altius de Aristotele, quam de cæteris auditoribus suis senserit Plato. 2. P.
A Philippo Macedonum Rege, ad Alexãdri filij institutionem gloriosè per litteras accersitur. 2. M.
Quàm grato in Platonem Magistrum animo fuerit. 2. M.
Quàm modestus in eo refellendo. 215. F.
Quamdiu Alexandrũ erudiuerit: quãdiu in Lyceo Philosophiã docuerit. 2. M.
Alexandri Regis in Aristotelem beneuolentiæ, & liberalitatis argumenta. 2. F.

Lepidè

Digitized by Google

Lepidè admodum, & uerecundè ortam inter Theophraſtũ, & Menedemum de ſucceſſione controuerſiam dirimit. 3.M.
Quando, & quo modo ſit mortuus. 3.F.
Quot libros ſcripſerit. 4.P.
Quoſnã ex ſuis libris exotericos, quoſue appellarit auſcultatorios. 4.P.
Quanto laudabiliore obſcuritate, quàm cæteri Philoſophi, imperitos homines à ſuorũ librorũ lectione deterruerit. 6.M.
Quantum alijs Philoſophis in doctrina, tum auſcultatoria, tum exoterica traden da præſtet. 6.F. 11.F.
Ariſtoteles cum Homero, Hippocrate, Socrate, & Platone cõparatur, ijſque, tum ingenio, tum rerum non ſolum naturalium, ſed etiam diuinarum cognitione præponitur. 9.P.
Rationem philoſophandi, diſſerẽdi, dicendi ab Ariſtotele traditam, Academica, & Stoica eſſe longè ſuperiorem. 18.M.
Ariſtotelis doctrinam, à priſcis Eccleſię Patribus acriter admodum, ob multas, quæ enumerantur, cauſas, oppugnatam; cum Chriſtiana ueritate magis, quàm cæteras conſentire. 20.P.
Non eſſe calumnię uitio notandum Ariſtotelem, quod in Philoſophis refellendis ab eorum ſententia ſæpe recedat, & uerba ſequatur. 7.M.
Pleroſq; de rebus diuinis ab Ariſtotele cõſcriptos libros ad nos nõ pueniſſe. 12.F.
Ariſtotelis libri poſt eius mortem corrupti, & deprauati à quibus ſint reſtituti. 7.F.
Cur Ariſtoteles ſæpe loquatur ambiguè. 7.P.
Cõſueuiſſe Ariſtotelẽ antequã de re quapiã ex inſtituto diſſerat, uti uerbis, quę dubitationem ſignificent. 104.M.

### Ars.

Artis & experientiæ comparatio. 40.P.
Artium gradus triplex. 38.M.
Gñalis diuiſio artiũ, ac ſcientiarũ. 404.M.

### Auditus.

An apes auditum habeant. 35.M.
De auditu quædam alia. 67.F.

### Auguſtinus.

Exponuntur uarij loci Diui Auguſtini. 61.P, 63.M. 244.P. 633.M.
Cur D. Auguſtinus Platoni plus tribuat, quàm Ariſtoteli. 14.M.
Quantò moderatiùs alibi de eodem loquatur. 73.F.

### Beatitudo.

Quibus in rebus naturalis hominũ beatitudo cõſiſtat, & utrũ ad eam conſequendã auxilio egeant ſupernaturali. 60.M.
Beatitudinis æternæ deſideriũ, eſſe homini naturale ſecundum quid. 65.F.
Beatitudinem, quam in hac uita haberẽ homines poſſunt, non in ſola diuinæ naturæ contemplatione poſitam eſſe. 53.F. 328.P.

### Bonitas, & Bonum.

Opiniones de formali ſignificatione boni. 641.M.
Bonum addere enti ſolã relationẽ rõnis; eãq; ſolã formaliter ſignificare. 645.M.
Relationem, quã bonum formaliter ſignificat, non eſſe relationem finis, nec appetibilis, ſed conuenientis. 645.F.
Conuenientiam, quę nomine boni ſignificatur, eſſe cõuenientiam ſecundum ueram exiſtentiam realem. 646.F.
Conuenientiã, in qua tranſcendẽs Dei, & creaturarũ bonitas cõſiſtit, non niſi ex ordine ad Deũ eſſe petendam. 560.P.
Bonũ eſſe propriã paſſionẽ entis. 647.M.
Argumenta cõtraria ꝓponuntur. 640.M.
Diſſoluuntur. 647.P.
Quo modo ſit intelligendus Diuus Dionyſius, cùm docet, bonum latiùs patere, quàm Ens. 647.M.
Bonũ & perfectũ non eſſe idem. 649.F.
Vnam & eandem rem reſpectu diuerſorum bonam, & malam eſſe poſſe. 654.P.
Quæ mala habeant etiam rationem boni tranſcendentis; quæ uerò non habeant. 654.M.
Quo modo non entia habere poſſint rationem boni, atq; appetibilis. 654.F.
Quo modo bonum moueat appetitum. 656.P.
Quo ſenſu dixerit Ariſtoteles bonũ & malum eſſe in rebus, uerum & falſum in intellectu. 657.F.

### Cauſa.

An cauſa reciprocetur cum principio. 247.M. 520.M.



Digitized by Google

Agere de causis, ut causæ sunt, esse proprium Metaphysici. 241. P.
Qua ratione tractatio causarū spectet etiā ad Physicum, & Dialecticum. 242. M.
Causas ueritatis alio, atque alio modo ab artifice practico, & speculatiuo cognosci. 298. F.
Verum unius scientiæ, an plurium sit, omnia causarū genera cognoscere. 441. M.
Quid sit causa, & quo pacto apud Philosophos sumatur. 243. M.
Opiniones ueterum Philosophorum de causis, & principijs naturalium rerum. 171. P. 256. F.
Confutatio earundem. 204. F. 260. P.
Quatuor esse genera causarū, non plura, non pauciora. 245. P.
Argumenta contraria ꝓponuntur 238. P.
Dissoluuntur. 247. M. 251. F.
Causam exemplarem esse uerè causam, & ad formalem directò pertinere. 248. P.
Breuis definitio singularū causarū. 245. F.
In causis internis fieri posse, ut res minus perfecta habeat perfectiorem causalitatem. 355. F.
Quænā sint causæ per se, & per accidens, quę essentialiter, quę accidētaliter subordinatæ. 341. F.
Quibus rationibus probet Aristoteles nō dari progressum infinitum in ullo genere causarum. 331. P.
Argumenta contra easdem rationes proponuntur. 338. F.
Dissoluuntur. 351. M.
Rationes aliæ ad probandū in causis per se, & subordinatis essentialiter non esse progressum infinitum. 344. M.
In causis per accidens, & in causis per se, accidentaliter tamen subordinatis dari secundūm Aristotelis sententiā progressum infinitum. 343. F.
In diuersis generibus causarum nō posse esse progressum infinitum. 351. P.
Sempiterna apud Aristotelem habere causam sui esse. 300. P.
An causa efficiens possit ingredi demonstrationem. 252. P.
¶ Chrysippus. 19. M. 432. F.

## Cicero.

11. M. 14. M. 51. P. 52. P. 291. P. 394. M. 404. F.

## Cœlum.

Non carere cœlum materia secūdùm Aristotelis, & Alexandri sententiā. 375. P.
Vtrum rotūditas cœli sit perfecta. 454. M.
Qua coniectura ducti ueteres Philosophi mutabilitatem, & inconstantiam in cœlo posuerint. 700. F.
Opinio Platonis de natura corporum cœlestium. 466. P.

## Cognitio.

Quænam, & quotuplex sit cognitio confusa, & distincta in uniuersum. 117. P.
An cognitio distincta requirat necessariò plures conceptus. 117. F.
Vnamquamque rem prius à nobis confusè, quàm distinctè cognosci. 121. P.
Quid interfit inter confusam, & distinctā cognitionem totius essentialis, ac totius uniuersalis. 118. P.
Opinio & argumenta eorum, qui totam ueri cognoscēdi difficultatem ad res ipsas, uel ad imbecillitatem intellectus nostri referunt. 302. P.
Difficultatem in rebus cognoscendis absolutè, ac simpliciter ex imperfectione intellectus nostri pręcipuè nasci. 307. M. 296. M.
Difficultatem in cognoscendis substantijs separatis nasci ex sola imperfectione intellectus humani. 305. P.
Difficultatem in cognitione rerum, quæ minimam habent entitatem, partim nasci ex imperfectione earum, partim ex imperfectione nostri intellectus. 306. M.
Tempus & motum cognitione confusa facilè; distincta uerò difficilè cognosci. 304. M.
Res materiales nō rectè à quibusdā inter difficile cognoscibilia numerari. 304. F.
Duobus modis dici aliquid ex se cognitu difficile. 310. P.
Nullum esse genus rerum, quod non aliquo modo à nobis cognosci possit. 303. M.
Triplex modus cognoscendi rem unam per aliam. 567. M.
Duobus modis aliquid cognosci in aliquo. 683. M.
Partes omnes continui, non posse ab Angelo successiuè cognosci. 370. F.

Conce-

Digitized by Google

## Conceptus.

Qua ratione conceptus, & species intelligibiles in intellectu gignantur. 160. M.
Nullum uideri discrimen inter cõceptus enunciatiuos apprehensiues, & iudicatiuos. 621. P.
Quid sit conceptus formalis, quid obiectiuus. 550. P.
Quo modo conceptus obiectiuus respondeat formali. 559 F.
Opiniones de conceptu entis. 551. M.
Conceptum entis tum formalem, tum obiectiuum triplicem esse. 555. F.
Quot modis possit conceptus aliquis dici unus, quot modis præcisus ab alijs. 554. M.
Conceptum obiectiuum entis, nec esse unum re, nec præcisum re ab omnibus obiectiuis membrorum diuidentium. 555. P.
Conceptum obiectiuum entis, non esse unum ratione, nisi secundùm quid. 555. M.
Conceptum obiectiuum entis, non esse præcisum ratione ab omnibus obiectiuis membrorum diuidentium nisi secũdum quid. 555. F.
Argumenta cõtraria proponuntur. 551. F.
Dissoluuntur. 559. F.
Formalem conceptum entis posse esse, nõ solùm unum re, sed etiam præcisum re ab omnibus cõceptibus formalibus mẽbrorum diuidentium. 557. P.
Formalem conceptum entis neque esse unum ratione, neque præcisum ratione ab omnibus conceptibus formalibus mẽbrorum diuidentium, nisi secundũ quid. 557. M.
Formalem conceptum entis, qui est omnino confusus posse illum quidem simpliciter dici præcisum ab omnibus formalibus membrorum diuidentium, non posse tamen simpliciter dici unum nisi eo modo quo nomen æquiuocum. 557. F.
Argumenta cõtraria pponuntur. 551. M.
Dissoluuntur. 559. M.
Conceptum entis non esse unum unitate disiunctionis. 563. M. 560. P.
Argumenta contraria proponuntur. 552. M.
Dissoluuntur. 563. F.
Sit ne conceptus entis absolutus, an uero respectiuus. 565. M.
Dato conceptu obiectiuo entis uno, & præciso à particularibus, non posse negari uniuocationem entis. 562. P.
Vtrum rationis nomẽ in definitione uniuocorum, & æquiuocorum positum pro solo conceptu obiectiuo, an pro formali accipiendum sit. 558. M. 718. P.

## Contradicentia.

Septem rationibus probatur, non dari medium inter contradicentes enunciationes. Seu, contradicentia nec esse simul uera, nec simul falsa. 713 F.
Vnde natus sit error oppositus. 717. M. &
Quibus adscribendus uideatur. 718. M.
Qua ratione hic error commodissimè refellatur. 717. F.
Quænam absurda consequantur eorum opinionem, qui asserunt contradicentia esse simul uera, & simul falsa. 719. M.

## Contraria.

Qua ratione contraria in eodem subiecto esse queant. 703. F.
Num ex contrarijs sequantur cõtradictoria, quidque in ea re Aristoteles, quid Theologi sentiant. 663. M. 671. F.
¶ Cratylus. 195. P. 699. P.

## Creatio, & Creatura.

Creatio quid supponat. 590. M.
Vtrum in definitione creaturarum sit necessariò ponendus Deus. 549. M.
Duplicem esse relationem creaturarũ ad intellectum diuinum, ut ad causam exẽplarem. 632. F.
Essentialem esse in rebus creatis dependẽtiam à Deo tanquam à primo exemplari, efficiente, & fine. 547. M.
Nullam esse in creaturis entitatem, aut ueritatẽ nisi pendentem ab operatione intellectus diuini. 634. M.
Cur creaturæ dicantur entia, & uera in ordine potius ad rationes formales existentes in mente diuina, quam in ordine ad obiectiuas, ut in diuina essentia continentur. 535. P.
Quo modo attributa creaturarũ possint Deo tribui. 567. M.




Digitized by Google

## Democritus.

685. P. 671. M. 693. P. F. 695. F. 237. F. 264. M.

## Deus.

Multa prędicata Dei essentialia, posse à nobis in hac uita cognosci. 315. M.
Posse in hac uita haberi conceptum de Deo, qui nequeat in rem aliam conuenire. 315. M.
Quatuor genera cõceptuum haberi posse de Deo, quidditatiuum autem nullum. 315. F.
Simplicem Dei conceptum facilem nobis esse, quidditatiuum uerò naturaliter impossibilem. 320. F.
Non quidquid affirmatur de Deo significare formaliter aliquid positiuũ. 599. M.
Quo sensu dicatur Deus bonus per suam essentiam. 656. M.
Aliud esse dicere Deũ esse bonũ per suã essentiam, aliud esse bonum per essentiã. 656. F.
Quo modo nõ repugnet plures rationes rerum esse in mente diuina. 634. P.
Quo sensu dicatur Deus prima, & summa ueritas. 614. M.
Quibus in rebus ad Dei uoluntatem sit recurrendum. 865. M.

## Dialectica.

Dialectice, & Logicæ nomen rectè pro eadem arte usurpari. 380. P.
Dialectice natura, & definitio. 381. M.
Cur Dialectica, & sermocinalis, & rationalis dicatur. 385. P. 388. M.
Proprius, ac peculiaris Dialectiçe finis. 379. M. 402. M.
Subiectum Dialectice, non esse ens rationis. 382. M.
Nec demonstrationem, nec modum sciendi propriè sumptum, nec uerò argumẽtationem, aut syllogismum esse subiectũ Dialectiçe. 385. M.
Subiectum Dialectice esse modum differendi, siue sciendi latè sumptũ. 387. M.
Subiectum Dialectiçe Aristotelicæ esse solam argumentationem. 386. M.
An subiectum Dialectice sit unum unitate essentiæ, an uerò unitate ordinis. 388. F.
Quo modo idem, subiectum sit Dialecticæ, & Sophisticæ, quod Metaphysicæ. 530. P.
Optimam & necessariam esse distinctionem Dialectice in docentem, atq; utentem. 391. M.
Dialecticam docentem non esse illã quidem scientiarũ prestantissimam, esse tamen uerẽ, ac propriè scientiã. 394. M.
Argumẽta cõtraria proponuntur. 378. P.
Dissoluuntur. 396. M.
Encomium Dialectice ex Iamblico. 395. F.
Quam ob causam Plato, & Diuus Augustinus, & Marcus Tullius dialectică scientijs omnibus anteponant. 393. P.
Dialecticam necessariò dicẽdam esse, aut practicam, aut speculatiuam. 398. P.
Non rectè probari à plerisque Dialecticã esse scientiam contemplatiuam. 399. M.
Dialecticam esse scientiam practicam, actiuam tamen non effectiuam. 402. P.
Dialecticam esse partem Philosophiæ. 409. F.
Argumenta cõtraria proponũtur. 407. M.
Dissoluuntur. 413. P.
Qua ratione Dialectica sit pars, qua item instrumentum Philosophiæ. 414. M.
Qua ratione Dialectica necessaria sit ad cęteras scientias capessendas. 416. M.
Argumenta contraria proponuntur. 415. P.
Dissoluuntur. 418. M.
Distinctio Dialectice in generalẽ, & particularem. 396. F.
Vsum differendi ex probabilibus esse proprium solius Dialectice. 390. M.
Cur Dialectica uideatur difficilior, quam suapte natura sit. 420. M.
Artis Dialectice ignoratio, quàm sit reprehendẽda in homine Philosopho. 671. F. 717. F.
Aristotelem intelligendum esse de Dialectica, cùm absurdũ esse affirmat modum sciendi simul, & scientiam quærere. 396. M.
Qua ratione Dialecticus sit communis, & particularis artifex. 111. M.

## Differentia.

Genus non prędicari essentialiter de differentijs. 459. M.

Eius

Ens quatenus significat essentiam prædicabile in quæstione Quid est de differentijs. 576. M.
Opinio Scoti de differētijs ultimis, & nō ultimis. 573. M.
Impugnatio eiusdem. 577. P.
Quę sint re uera differentię non ultimę. 579. M
Nullam differentiam intrinsecam sumi à tota forma. 577. M.
Differentias ultimas non sumi ex ultimo tantùm formæ gradu. 579. F.
¶ Diogenes Cynicus. 18. P. 77. P.

## *Durandus.*

Censet bonum dicere formaliter relationem conuenientię realem. 642. F.
Refellitur. 643. M.
Eius argumentum dissoluitur. 657. F.
Quo modo apud Durandum bonum conuertatur cum ente. 643. P.
Quo sensu Deus à Durādo dicatur bonus bonitate transcendente. 643. F.

## *Empedocles.*

Cur ab Aristotele dicatur prior operibus, quàm Anaxagoras. 174. F.
Quid senserit de forma substātiali. 236. P. 237. P.
Causam finalem ab efficiente non distinxit. 182. P.
Ad causam finalem Aristotelis sententia propius accessit, quam Plato. 201. P.
Empedoclis opinio de principijs rerum. 266 F.
Causa incorruptibilitatis rerū secundum Empedoclem eiusq; cōfutatio. 473. P.

## Ens.

Quotuplex sit acceptio entis, & quęnam earum sit Philosophis usitatior. 575. P. 590. M.
Num ens more intelligēdi nostro sit prius Deo. 508 F.
Quo modo consideratio specierum entis ad Metaphysicū, & ad particulares scientias pertineat. 519. P.
Ens ut ens, etiā ut cōplectitur entia realia, & rationis non dici omnino æquiuocè de suis inferioribus. 537. M.
Opinio & argumenta contraria proponuntur. 533. F.
Dissoluuntur. 564. F.
Ens, ut ens, non dici uniuocè de suis inferioribus. 538. M.
Argumenta cōtraria proponūtur. 535. P.
Dissoluuntur. 565. M. 571. M.
De quibusnam inferioribus ens dici possit uniuocè. 542. M.
Ens quatenus significat existentiam, nec de ulla re, nec de ulla differentia rei, nec de passionibus entis prędicari in quid, prętęrquam de Deo. 576. P.
Ens quatenus significat essentiam prędicari in quæstione quid est de omnibus rebus, & omnibus earum differentijs. 576. M.
Argumenta cōtraria proponūtur. 573. P.
Dissoluuntur. 579. M.
Ens quatenus significat essentiam posse prædicari in quæstione Quid est de quibusdam passionibus, saltem particularibus entium; de suis tamen passionibus non posse. 578. P. 574. P.
Argumenta cōtraria proponūtur. 572. P.
Dissoluuntur. 578 F.
Quodnam addant rationi entis particulatum entium rationes. 565. P.
Membra proximè diuidētia entis per eum dem omnino naturæ gradum cōuenire, & differre inter se. 560. F.
Vbi etiam uniuersè docetur quo modo idem possit esse diuersitatis, & conuenię tię principium.
Similitudo entis, & materiæ primę. 580. M.

## *Ens rationis.*

Vtrum operatio intellectus diuini satis sit ad producendā entia rationis. 638. M. 639. P.
Ens rationis, non esse subiectum Dialecticę. 382. M.
Qua ratione tractatio generis, & speciei pertineat ad Metaphysicum. 533 F.
¶ ἐντελεχείας, fusa explicatio. 290. F.
¶ Epicuri. 16. P. 264. F.

## *Existentia.*

Maiorem esse distinctionem inter essentiam, atque existentiam creaturarum, quàm quæ ex uerbis, & modo significandi sumitur. 582. M.



Digitized by Google

Opinio & argumenta contraria proponũ tur. 581. M.
Dissoluuntur. 590. M.
Existentiam creaturarũ non distinguj realiter ab earum essentia. 586. P.
Opinio & argumenta contraria proponũ tur. 584. M.
Dissoluuntur. 591. M.
Id quod addit existentia creaturarum ad essentiam, non bene à quibusdam explicari per relationem actualis dependentiæ à causa efficiente. neq; per id, quod sit extra suas causas, neque per distinctã formalitatem. 586. F.
Existentiam creaturarum distingui ab earum essentia ex natura rei, non tamen formaliter, sed tanquam ultimum eius modum intrinsecum. 588. M.
Existentiam cum essentia non facere compositionem propriè. 589. F.
Vtrum antequam res producatur, existentia rei sit in potentia, ut sic actu. 589. M.
Existentias inferiorum ex superiorum existentijs non constitui. 589. F.
Quantitatem panis non accipere in consecratione existentiam substantiæ, sed retinere suam, modo tantùm existendi mutato. 591. M.
An existentia habeat rationem boni, atq; appetibilis. 655. M.

## *Experimentum.*

Quid sit experimentum. 74. M.
Quo modo acquiratur. 38. F.
Artes omnes, ac scientias experimento gigni. 68. P. 39. P.
Ad terminos principiorum aptè iungendos, non esse necessarium experimentũ, ut putat Caietanus. 80. P.
Quam ob causam definitiones geometrix experimento non egeant. 79. P.
Experimento cum intellectu consentiente haberi omnem certitudinem, quæ naturaliter haberi potest. 80. F.
Discrimen inter experientiam hominis, & brutorum. 38. M.

## *Forma.*

Formas substantiales ex multis rebus perspicuè ostendi. 272. M.
Argumenta cõtraria pponuntur. 271. M.
Dissoluuntur. 282. M.
Platonis & Aristotelis sententia de forma substantiali. 281. M. 269. M.
Veteres Physicos, non omnino negasse formalem causam, sed formalem substantialem. 253. F.
Proprium munus formæ. 252. P.
Quid sibi uelit Aristoteles cum dicit formam esse totam rei quidditatem. 253. M.
ἐντελεχείας, & nominum aliorum, quæ formæ substantiali tribuuntur, explicatio. 290. F.
Non posse formas substantiales ita in infinitum augeri secundum speciem, ut earum perfectio in infinitum maior esse queat. 369. M.
Cur forma substantialis nomine qualitatis aliquando ab Aristotele significetur. 300. M.

## *Finis.*

Nullum ex ueteribus Philosophis causam finalẽ à cæteris planè distinxisse. 203. M. 330. P. 182. P.
Vtrum finis, & bonũ cõuertantur. 645 F.
Cur fine sublato tollatur, etiam bonum. 335. M.
Cur nam principio causa finalis opponatur, & qua nam oppositione. 252. M.
Platonem (ut scribit Aristoteles) nullum genus causæ rectè tradidisse. 229. F.
Finalis, & formalis interne, cur in Timæo non meminerit. 253. F.
Cùm tamen aliunde constare uideatur eã causam finalem Platoni esse propriè causam. 182. M.

## *Habitus.*

Habituum in scientijs duo esse genera, apprehensiuos, & iudicatiuos. 74. P.
Quinam habitus ad sui generationem requirant, uel non requirant experimentum. 74. P.
An quemadmodum potentia superior ad obiecta potentiarum inferiorum, ita etiã habitus superior ad obiecta habituum inferiorum possit extendi. 116. M.

## *Heraclitus.*

Cur semper flere consueuerit. 259. M.
Omnem ueri cognoscendi difficultatem in

in rebus positam esse sensit. 391. F.
An uere senserit, idem simul esse, & non esse. 662. E.
Ejus opinio de principijs rerum. 158. F.
Item de Heraclito. 671. M. 687. F. 718. M.

*Hermeus.*

Negat bonum significare formaliter relationem. 644. M.
Ejus opinio refellitur. 644. M.
Argumenta dissoluuntur. 657. M.
¶ Hermotimus Clazomenius. 178. F. 179. M.

*Hesiodus.*

Quo tempore floruerit. 181. P.
Cur terram rerum omnium principium fecerit. 257. M. 206. F.
Quid nomine nectaris, atque ambrosiæ intellexerit, cùm illis rerum incorruptibilitatem attribuit. 471. M.

*Hippocrates.*

Ingenij, & scriptorum eius insignis laus. 9. M.
Quanam in re sit Aristotelis præferendus, quanam postponendus. 9. F.
¶ Hippon. 173. F.

*Homerus.*

An, ut quibusdam placuit, cunctis mortalibus ingenio præstiterit. 9. P.
Quàm in honore, ac pretio fuerint apud Alexandrum Magnum eius libri. 9. P.
Aristotelis, & Platonis iudicium de Homero. 9. M.

*Ideæ Platonicæ.*

Qua ratione adductus Plato Ideas posuerit. 196. P. 226. P.
Refelluntur Ideæ ab Aristotele. 215. P. 451. F.
Quibus rõnibus probet Aristoteles Ideas nihil planè conferre ad res sensibiles. 220. F.
An huiusmodi rationes quidquam necessariò concludant. 223. P.
Ideas, etiam apud Platonem non habere causam. 224. P.
Discrimen inter Ideas, & naturas specificas, quæ sunt in individuis. 215. P.
Quarum rerum posuerit Plato Ideas. 196. P. 282. P.
Cur non posuerit Ideam materiæ primæ. 289. M.
Quibus rationibus probet Aristoteles eorum Platonem, Non esse nobis cognitionem rerum ex participatione Idearum naturaliter impressam. 233. P.

*Impossibile.*

Vera interpretatio illius pronunciati Aristotelici, Impossibile esse quosdam eruditi, & bonos uiros fieri. 54. M.

*Infinitum.*

Infiniti nomen quot modis sumatur. 356. F.
Infinitum multitudine in tempore infinito posse cognosci. 358. P.
Infinita non posse tempore finito, siue ex se ipsis, siue in illinite successiuè cognosci. 360. M.
Argumenta cõtraria pponuntur. 358. M.
Dissoluuntur. 367. M.
Infinita in se ipsis, non posse simul ab ullo intellectu cuiuscunque dignitatis cognosci. 368. P.
Ad si Angeli creati essent ab æterno, infinitorum annorum distinctam memoriã haberent. 368. F.
Intellectum creatum cuiuscunque rei aliarum naturaliter cognitarum, non posse simul infinita percipere, ac illa naturaliter. 365. M.
Quo modo Christus Dominus per scientiam infusam infinita cognouerit. 364. M.
Opinio & argumenta eorum, qui negãt in diuina essentia clare cognita posse intellectum creatum infinita simul cognoscere. 364. M.
Refelluntur. 365. F.
Opinio & argumenta eorũ, qui affirmant unumquemque beatum cognoscere in uerbo possibilia omnia. 364. F.
Confutantur. 366. F.
Beatos in diuina essentia, nõ quidem omnia, aliqua tamen infinita posse percipere. 365. M.
Verum speculum repræsentare possit imagines infinitas. 369. P. 371. M.

De

Dei ſe, quæ per accidens ſunt infinita, habere poſſe ſcientiam. 361. P.
Interminicium, & infinitum qualis poſſit eſſe proportio, qualis non poſſit. 364. F.
Infinitum relatione rationis, & negationes poſſe ſimul eidem rei conuenire. 679. P.
Non eſſe progreſſum infinitè in accidentibus. 682. P.

*Intellectus.*

Error eorum qui aſſerunt vnum numero intellectum in omnibus hominibus, breuiter refellitur. 60. M.
Error eorum, qui negarunt intellectum hominum ad uiſionem eſſentiæ diuinæ euehi poſſe. 357. M.
Quo modo nihil ſit in intellectu, quod non prius fuerit in ſenſu. 74. F.
Quarinam comparet Ariſtoteles intellectum poſſibilem cum materia prima. 153. F. 309. P.
Neceſſarium eſſe intellectum agentem. 468. M.
Opinio eorum, qui intellectum non diſtinxerunt à ſenſu. 695. F.

*Liber.*

De libris Ariſtotelis plenius. 4. P.
De quibuſdam libris dubitari multis de cauſis poſſe, utrum ſint ab Ariſtotele conſcripti; de libris Metaphyſicis nullo ratione poſſe. 8. M.
Explicatus inſcriptio librorum Metaphyſicorum Ariſtotelis. 29. M.
Explicatur inſcriptio octo librorum Phyſicorum. 4. F.
Singulorum librorum Metaphyſicorum breue compendium. 29. F.
Secundum librum Metaphyſicè à loco, in quo eſt, non eſſe remouendum. 293. P. 297. P. 376. M.
Cur Ariſtoteles dubitationes omnes, quæ ad uniuerſam Metaphyſicam pertinebãt in tertium Metaphyſicę librum conieceꝛit 436. F.
An primus liber Phyſicus ad naturalem Philoſophiam pertineat. 377. P.
An rectè coniungatur cum ſecundo. 377. F.
Referuntur, & refelluntur, qui putant octo libros Phyſicos pertinere ad Metaphyſicam. 415. P.
De ordine quorundam librorum Ariſtotelis. 430. P.
Opinio Geneſij Sepulueda de libris Acroamaticis, & exotericis Ariſtotelis, eiuſq; confutatio. 5. M.
Opinio Carpentarij de libris de diuina ſapientia ſecundum Aegyptios. 13. P.
Quidam fingebat quatuor decim Ariſtotelis de ſubſtantijs ſeparatis, quos D. Thomas teſtatur ſe uidiſſe. 13. M.

*Magis & minus.*

Explicatur propoſitio illa, Propter quod unumquodq; tale, & illud magis. 299. M.

*Materia.*

Materiam primã eſſe ualdè difficilè ad cognoſcendum. 254. M. 289. M.
Vtra difficilior cognitio, materiæ primæ an rerum naturalium. 304. P.
Cur cognitio materiæ primę dicatur adulterina. 289. M.
Explicantur multæ materiæ primæ attributa. 288. M.
Materię primę duplex cõceptus. 154. M.
Veterum Philoſophorum opiniones de materia prima. 256. F.
Cur ex antiquis Philoſophis quidam ſolam materiam putauerint eſſe cauſam. 171. M.
Quibus rationibus materia prima probari poſſit. 254. F.
Platonis ſententiam de materia prima ab Ariſtotelica non differre. 269. M.
Materiam primam eſſe puram potẽtiam, tum ex forma ſubſtantiali, tum ex dictis Ariſtotelis, & Platonis euidẽter colligi. 284. M.
Materiam primam habere peculiarẽ exiſtendam. 288. M.
Materiã primam eſſe unam tãtum in quaquere, materias ſecũdas plures uel paniciores pro perfectione, uel imperfectione rerum. 352. F.
Vtrum potentia materiæ primæ ſit determinata ad certas formas: & utrum ad comprehẽſionem materiæ neceſſaria ſit cognitio omnium formarũ, ad quas eſt in potentia. 367. M. 368. M.
Vtrum actio boni conueniat materię primæ.

me. 648. F.
Cur Materia nomine quantitatis aliquando ab Aristotele significetur. 709. M.
De duplici materia, transeunte, ac permanente. 332. F.

*Mathematicæ disciplinæ.*

An disciplinæ Mathematicæ sint primæ Philosophiæ certitudine anteponendæ. 27. P.
A quibus inuentæ. 43. M.
Quam deditus Plato Mathematicis. 230. F.
Cur Aristippus, & Cyrenaici mathematicas disciplinas tantopere sint aspernati. 443. M.
Scientias Mathematicas carere efficiente, & finali causa. 442. F.
Ordine doctrinæ simpliciter, & absolutè priores esse Physicã, & Metaphysicã. 420. P.
Entia Mathematica Plato media posuit inter Ideas, & res sensibiles. 197. M.
Quo modo entia Mathematica habeant rationem ueri entis, & boni, quo modo non habeant. 89. F. 647. F.
Nulla esse entia Mathematica à rebus separata. 452. F.
Vtrum entia Mathematica sint substantiæ rerum. 482. F.
Arithmeticam certiorem esse Geometria. 95. M.
Sapientis nomen in Mathematicum non conuenire. 98. M.
¶ Melissus. 176. F. 190. M. 261. P.

*Memoria.*

Sit ne memoria in omnibus animalibus, quæ mouentur motu progressiuo. 34. P. 35. P.

*Mensura.*

Vtrum Dei possit esse aliqua mensura. 627. F.
Cur cõformitas, quę cernitur inter rẽ, & intellectum, si sit conformitas mensuræ, non semper dicatur ueritas. 623. M.
Vtrum aliquid possit esse mensura sui ipsius. 627. F.
Cur Diuus Thomas alicubi neget inter intellectum diuinum, & essentiam diuinam, relationem mensuræ, & mensurati. 628. M.

*Metaphysica, & Metaphysicus.*

Intentio Aristotelis in scientia metaphysica. 25. M.
Metaphysicæ necessitas, utilitas, atque excellentia. 26. P. 100. E.
Quibus nominibus solitus sit Aristoteles appellare Metaphysicam. 29. M.
Ens qua ratione est ens, seu quatenus est commune Deo, & creaturis esse subiectum Metaphysicę. 497. M. 492. P. 26. M.
Opiniones & argumenta contraria proponuntur. 494. P.
Refelluntur. 498. M. 504. M.
An entia per accidens, & rationis excludãtur à subiecto Metaphysicæ. 500. P.
Qua significatione sumatur ens cum dicitur subiectum Metaphysicæ. 575. F.
An ens, quod est subiectum Metaphysicę rectè diuidatur ab Aristotele in decem prędicamenta. 509. M.
Subiectũ Metaphysicæ habere principia, causas, & passiones. 507. P. 594. M.
Metaphysicam esse ueritatis maximè contemplatricem scientiam. 297. P.
Ordine doctrinæ simplicitèr, & absolutè posteriorem esse Physica, & Mathematicis, aliqua tamen ratione priorem. 428. P.
Non esse constituendas plures Metaphysicas. 503. P.
Distinctio Metaphysicæ à Theologia. 505. P.
Vtrum Metaphysica consideret solas substantias, an etiam earum accidentia. 450. F.
Cur sublatis substantijs immaterialibus Metaphysicam scientiam tolli, & Philosophiam naturalem esse primam Philosophiam necesse sit. 25. F. 505. M.
Totius Aristotelicæ Metaphysicæ breue compendium. 29. P.
Metaphysicam scientiam duabus potissimum de causis fuisse solitam oppugnaris quas Aristoteles illa propositione refellit (omnes homines natura scire appetunt) 31. P.
Cur attributa rebus immaterialibus communia cum materialibus à Metaphysico potius

ctores, quàm à bono artifice tradentur. 64. M.

Distinctam naturarum omnium cognitionem non pertinere ad Metaphysicum. 108. F.

Argumenta contraria ponuntur. 106. F.

Dissoluuntur. 114. P.

Omnes, ac solas essentias, quæ in suis conceptibus nullam includunt materiam, à Metaphysico, quatenus est particularis quidam artifex, distinctè cognosci. 110. M.

Multa, quæ nequeunt materiam à Metaphysico (quatenus est artifex cõmunis) non solum posse, sed etiam debere intelligi. 111. M.

Vbi etiam dissoluuntur argumenta contraria.

Finis eius, qui dat operam Metaphysicæ. 104. F.

Vtrum ad Metaphysicum pertineant sola simplicia principia, an etiam complexa ex quibus omnes scientiæ demonstrant. 447. M. 659. F.

Qua ratione Metaphysicus agat de omni substantia. 661. P.

An, & quo modo principia firmissima pertineant ad Metaphysicum. 661. M.

Disputare contra negantes artium principia munus esse Metaphysici. 671. P.

*Natura.*

An semper natura ab imperfectioribus ad perfectiora procedat. 129. F.

Notius & prius natura dici dupliciter. 136. F.

Cur Aristoteles dicat omnem fortasse naturam habere materiam. 375. F.

Duobus modis fieri aliquid præter ordinẽ naturę. 60. M.

Quid Naturę, Quiditatis, & Essentiæ nomina significent. 575. F.

*Nomen.*

An nomen magis possit significare, quam noster intellectus concipere. 318. P.

An sit aliquod nomen significatiuum essentiæ diuinæ. 317. M. 319 F.

De nomine simpliciter uno, & eius significatione. 674. F. 675. F. 677. P.

Aequiuocum nomen, non esse re uerà unum, sed plura. 675. P.

*Numerus.*

Cur Plato rerum essentias numeros fecerit. 482. P.

Duo numerorũ genera apud Platonem. 213. F. 268. M.

Pythagoreorũ opinio de numeris. 487. P.

Refellitur ab Aristotele. 212. M. 268. M.

Pythagoræos cuique loco certum numerum, aut numeri partem fuisse solitos accommodare. 213. F.

Quibus rõnibus probet Aristoteles Ideas non esse numeros. 213. F.

*Obiectum.*

Obiectum adæquatum duplex. 328. M.

*Opinio.*

Opiniones contrariæ an possint esse simul. 683. P.

*Parmenides.*

261. P. 696. M. 176. F. 190. M.

*Passiones entis.*

Ex quinque trãscendẽtibus, quę enti addi solent, tria tantum, unũ, uerum, bonũ esse ueras entis passiones. 595. M.

Nihil esse incommodi si detur passio aliqua entis media inter unum, & uerum. 638. P.

Diuisum esse à non ente diuisione contradictoria non posse dici passionem entis, quæ transcendentem unitatem præcedat. 607. M.

Quæ requirantur ad ueram passionẽ entis realis. 594. M.

Duo esse genera passionum entis. 594. F.

*Perfectio.*

Triplex perfectionum genus. 648. F.

An sit aliqua perfectio in una persona diuina, quæ non sit in alijs. 62. M.

Discrimen quoddam inter perfectiones diuinas, & transcendentia. 644. F.

*Peripatetici.*

Peripateticæ Philosophiæ præstãtia. 18. F. 22. M.


Cur

Cur priſci Eccleſiæ Doctores doctrinam ueteris Academiæ, & Stoicam Peripateticę antepoſuerint. 20.P.

*Phantaſmata.*

Quo modo phantaſmata concurrant cum intellectu agente ad productionem ſpeciei. quo modo cum poſſibili ad productionem conceptus. 151. F.
Ad cognitionem rerum uniuerſalium eſſe neceſſariũ per accidens cõcurſum phantaſmatum; ad cognitionem uero ſingularium, per ſe. 152. M.
De phantaſmatum generatione, & diſtinctione inter ſe ſe. 162. M.

*Philoſophia, & Philoſophus.*

Quid ſit Philoſophia. 408. F.
Philoſophię definitio apud **Platonẽ**. 85. F.
Philoſophię diuiſio. 411. P.
Quid inter Philoſophiam interſit, & ſapientiam. 15. M.
Philoſophiæ, & Philoſophi notio duplex. 15. M.
Philoſophię finis. 7. M 43. F.
Ex quanam ignoratione, atq; admiratione ſumpſerit initiũ Philoſophia. 105. P.
Quibus de cauſis Philoſophiæ ueritas fabularum, & ænigmatum integumentis, aut dictionis obſcuritate, & inſolentia (quod ueteres Philoſophi fecerunt) nõ ſit occultanda. 7. M.
Alienum eſſe à Philoſophica grauitate fabularum ſignificationes inueſtigare. 472. F.
Quo tamen pacto Philoſophus ſit quodammodo fabularum ſtudioſus. 101. M.
Philoſophorum ſectæ ad Ionicam, & Italicam Philoſophiã ſpectantes, earumq; auctores, & ſucceſſores. 15. F.
Cur Patres Eccleſiæ primitiuæ ſępe in Philoſophos præſertim in Ariſtotelem inuecti ſint. 21. F.
Quanti faciat Ariſtoteles omnium Philoſophorum conſenſum. 235. M.
Veterum Philoſophorum lectionem non eſſe ſpernendam. 296. F.
De ordine doctrinæ in partibus Philoſophiæ ſeruando. 432. M.
Num Dialectica ſit pars Philoſophiæ. 407. M.
Num Rhetorica ſit pars Philoſophiæ. 413. M.
Cur Mathematicæ, & nonnullę aliæ ſcientiæ à partibus Philoſophiæ aliquãdo excludantur. 411. F. 524. P. 98. F.
Veterum Philoſophorum opiniones circa materiam primam, & principia rerũ naturalium. 256. F.

*Plato.*

De diuinis rebus, ut plura ſcripſit, ita & plura peccauit, quàm Ariſtoteles. 13. M. 23. P.
Rerum cognitione inferior, quam Ariſtoteles, uſu eloquẽtię ſuperior. 11. M. 13. F.
Quo noſe à Tertulliano appellet. 24. M.
Multa illũ ex diuinis lib. hauſiſſe. 24. P.
Cur Platonicorũ librorum lectio non exiſtimetur ſollus Philoſophi ꝓpria. 14. P.
Opinio Platonis de principijs rerum. 197. F.
Reprehendit Ariſtoteles Platonẽ in cauſa materiali rerum aſſignanda. 231. P.
In principijs entium ſine diſtinctione rerum inueſtigandis. 232. F.
In triplici tantum rerum genere parum ſibi conuenienter ponendo. 232. F.
¶ Plotinus. 285. F. 288. F.

*Potentia.*

Quænam proportio requiratur inter potentiam & obiectum. 168. P.
Vtrum in obiecto potentię neceſſaria ſit tãta unitas, quanta eſt in potẽtia. 568. M.
Quid requiratur ad perfectam cognitionem potentiæ, tum actiuę, 369. M.
Tum paſſiuę. 367. M.
Potẽtias ſuperiores aliquando per exceſſum definiri. 167. M.
Num omni potentiæ paſſiuæ naturali reſpondeat actiua naturalis. 62. F.

*Prædicatum.*

Prædicata eſſentialia apud Ariſtotelẽ diſtingui pluſquam ratione. 337. M.
Prędicata inferiora eſſe ſubordinata eſſentialiter prædicatis ſuperioribus eiuſdem rei. 355. M.

*Principium.*

De Principijs, & cauſis rerum naturalium ſecundùm ueterum Philoſophorum ſen-



Digitized by Google

sentiam. 256. F. 171. P.
Vtrum ratio Principij cõueniat magis in genera, quàm in partes componentes.
Vtrũ potiùs in magis uniuersalia, quam in minus uniuersalia. 456. P.
Vtrum rerum numero diuersarum possit esse idem numero principium. 468. F.
Num eadem sint principia rerum corruptibilium, atque incorruptibiliũ. 471. P
Vtrum principia sint actu, an potentia. 489. P
Vtrum principia sint uniuersalia, an singularia. 489. F.
Qua rõne principia illa uniuersalissima, Quodlibet est, aut nõ est, Totum est maius sua parte &c. dicantur notissima, & quo modo ingrediantur demonstrationem. 137. M.
Principia uniuersalissima facilè intelligi. 295. M.
Primum, & firmissimum omniũ principiũ esse illud. Impossibile est idẽ simul esse, & non esse. 667. P. 662. P. 669. F.
Opiniones & argumenta contraria proponuntur. 664. P.
Dissoluuntur. 668. M.
Diuersum esse hoc principium ab illo. De quolibet uera est affirmatio, aut negatio. 666. P.
Refelluntur, qui primum principium, uel demonstrare, uel etiam negare conati sunt. 671. P.
Primum principium demõstrari posse ad hominem, genus tũ hoc demõstrationis nõ esse ueram demonstrationẽ. 671. M.
Potissimum fundamentum contra negantes primum principium. 673. F.
Duo esse gña Philosophorũ negantiũ primũ principiũ, neq; eodẽ modo esse aduersus utrosq; disputandũ. 692. P. 707. F.
Opinio & argumenta eorum, qui iccirco primum principiũ negarũt, quòd, quidquid uerum apparet, uerum esse dicerent. 694. M.
Refutatio eorundem. 702. M. 708. P.
Duæ aliæ causæ, quibus nitebant. 697. F.
Refutatio. 699. M.
Primum principium negatiuum latius patere, quam affirmatiuum. 613. M.

*Prius & posterius.*

Explicatur, pposítio illa, Prius est id, à quo non reciprocatur consequentia. 508. P.
Protagoras. 667. M. 683. M. 691. M.

*Propositio.*

An propositio affirmatiua sit prior negatiua. 663. F.

*Pythagoras.*

Italicæ Philosophię princeps. eius successores. 16. P.
Pythagoræ sacrificium cuiusdam demonstrationis inuentæ causa. 81. M.
Quo tempore floruerit. 186. F.
Decem esse corpora simplicia secundum Pythagoreos. 188. M.
An Pythagorei essentias rerum definitionesq; cognouerint. 194. P.
Pythagoreorum opinio de Materia prima. 267. M.

*Qualitas.*

An qualitates uirtuales sint concedendæ. 279. F.
Cur Aristoteles elementorum qualitates, differentias appellet. 282. M.
An secundũ Galenũ formæ elementorũ & uiuentium sint qualitates. 282. F.
Cur Plato in Timęo formas elementorũ uideat in qualitatib⁹ numerare. 282. P.

*Relatio.*

Vtrũ rõ boni cõueniat ī relationẽ. 652. P.
Relationes diuinas (quidquid sit de relationibus creaturarum) dicere formalem perfectionem. 652. M.
Discrimen inter relationes diuinas, & relationes creaturarum. 653 M.
Cur bonitas trãscendẽs nõ sit relatio realis, sed rõnis, & uniuersè, quænã sint relationes reales, quę rõnis. 655. F. 657. F.
Relationes rationis posse directè mouere appetitum, non tamen habere ueram rationem boni. 656. P.

*Sapiens & sapientia.*

Sapientis proprietates sex, easque omnes in Metaphysicum cõuenire. ab alijs nõ nullis iniustè usurpari. 93. F.
Sapientia duplex. 409. P.
Sapiętię nomẽ magis cõuenire in scientiã cõtemplatiuã, quã in practicam. 43. P.

*Scientia.*

Scientiæ nomen multiplex. 31. F.

Discrimen


Digitized by Google

Discrimen inter cõtemplatiuam scientiã, & practicam. 400. P.
An scientiæ contemplatiuæ finis sit uoluptas. 43. F.
A quibus, & quando inuentę scientiæ cõtemplatiuæ. 43 M.
Scientiã cõtemplatiuã, magis quã ceteraoía, appetitu naturali, atq; elicito, ipsius scientię causa ab hominib⁹ expeti. 50. M.
Refellitur multis argumẽtis error Platonis existimãtis nihil aliud esse scire, quã rei ante coniunctionem animi cum corpore cognitę reminisci. 70 P.
Modus scientiæ comparandæ per inuentionem. 81. P.
An de rebus fluxis, & instabilibus possit esse scientia. 308. F. 698. P. 699. M.
Num sola ueritas complexa, an etiam simplex cadat sub scientiam. 300. M.
Metaphysicam, Physicam, & Mathematicas, non esse partes unius cuiusdam totalis scientię. 425. P.
Vtrum unius, an duarum scientiarum sit agere de principijs substantię, & de principijs communibus demonstrationum. Quod si duarum; Vtra sit dicenda sapiẽtia. 447. M.

## Scotus.

Inter uniuersalia censet speciem infimam prius cognosci cognitione cõfusa. 122. M
Difficultatem in cognoscendo ex sola intellectus nostri imbecillitate oriri putat. 302. M.
Eius opinio de formali significatione uniius, & argumentorum, quibus eam cõfirmat, dissolutio. 597. P.
Vtrum (quod multi negant) senserit ens esse uetè uniuocum. 569 M.
Opinio Scoti de nominũ diuinorũ significatione, & eius confutatio. 318. P.
Vnde colligunt Scotistæ negationem habere propriam formalitatem. 716. M.

## Sensus.

Vtilitas sensuum. 32. M.
Pauca quædam de sensuum deceptione. 669. M. 695. F. 702. M. 703. M. 704. F.

## Singulare.

Singularia non per accidens solum, & ut in uniuersalibus continentur, sed etiam per se ab intellectu percipi. 140. M.
Argumenta cõtraria proponũtur. 138. F.
Dissoluuntur. 167. P.
Singularia materialia proprio, & peculiari conceptu ab intellectu cognosci. 144. M. 151. P.
Ex intellectiua cognitione singulariũ nõ effici, superuacaneum esse intellectũ agentem. 168. M.
Quo modo uniuersalia directè, singularia uerò reflexè ab intellectu cognoscãtur 149. M. 166. P.
Opinio quorundam de cognitione reflexa singularium. 157. M.
Explicatur illa propositio: Vniuersalia sunt notiora ratione, singularia uerò sensu. 166. M.

## Socrates.

Magister Aristotelis. 1. F.
Quibus de causis uideri potuerit mortalium omnium ingeniosissimus. 10. P.
Quantum illi tribuerit Plato. 10. P.
Cur Philosophorũ sapientissimus, & parens Philosophiæ sit dictus. 10. M.
Quam ob causam in utramq; partẽ disserendo nihil ex se, sed ex aliorum confessione concludebat. 16. M.
Eius philosophandi rationem non admodum esse probandam. 11. P.
Auctor Ethices. 195. M.
Definitionẽ uniuersalis, & inductiuas orationes Socrati esse tribuendas. 196. P.

## Species intelligibiles, & sensibiles.

Quo modo species intelligibiles in intellectu gignantur. 160. F.
Specierum intelligibilium munus. 154. P.
Nõ esse ullas species intelligibiles rerum singulariũ proprias. 148. P. 156. F.
Argumenta cõtraria proponũtur. 145. F.
Dissoluuntur. 151. F.
Per species rerum uniuersalium faciliùs intelligi singularia, quam uniuersalia. 157. P.
Argumenta cõtraria dissoluuntur. 164. F.
Species intelligibiles inferiorũ perfectiores esse speciebus superiorum. 155. M.
Specie intelligibili aliquando totam naturam specificam, aliquando gradum aliquem genericum, tantùm naturaliter repræsentari. 160. F.



Digitized by Google

An detur ſpecies intelligibilis propria ſubſtantię, & quo modo producatur. 324.F.
Cur in hac uita non poſſimus habere ſpecies intelligibiles ſubſtantiarum ſeparatarum. 329.P.
Quo modo ſpecies intelligibiles Angelorum plene cognoſci poſſint. 370.M.
Diuerſitas ſpecierum in ſenſibus internis, & externis. 162.P.

### *Stoici.*

A quo habuerint originem. 17.F.
Diui Hieronymi ſententiâ Philoſophorũ Principes, & cum Chriſtianis maximè conſentientes. 20.M. 21.P.
Multorum errorum, atq; adeo hæreſum parentes. 17.F. 24.F.
Longè inferiores Ariſtotele, etiam in diſſerendi facultate. 19.M.
Opinio Stoicorum de numero cauſarum. 239.F. 252.F.

### *Subalternatio.*

Quot modis una ſcientia dicatur alteri ſubalternata; & quiſnam modus ueram efficiat ſubalternationem. 511.P.
Cæteras ſcientias non ſubalternari Metaphyſicæ ſubalternatione totali, atq; immediata niſi impropriè, & ſecundùm quid. 513.P.
Argumenta cõtraria proponũtur. 510.P.
Diſſoluuntur. 515.M.

### *Subiectum.*

Quę conditiones ſint neceſſariæ ad ſubiectũ alicuius ſcientiæ cõſtituendũ. 382.P.
Non omnia, quę quomodocunque attinguntur ab aliqua potentia, ſub illius ſubiecto quiditatiue contineri. 578.F.

### *Subſtantia.*

Qua in re poſita ſit propria ratio ſubſtantiæ. 283.F.
Quot modis ſubſtantiæ nomen ab Ariſtotele ſumatur. 712.F.
Non eſſe probandam diuiſionem ſubſtantiæ corporeæ in corpus Phyſicũ, & Metaphyſicum. 426.P.
Quęſtio illa, ſint ne aliæ ſubſtantiæ præter ſenſibiles; & utrum earum ſint plura genera, tractatur. 451.M.
Vtrum materialis ſubſtantiæ quiditas ſit aliud à ſubſtãtia, cui' eſt quiditas. 467.F.
Qua ratione omnis ſubſtantię tractatio pertineat ad Metaphyſicum. 661.P.
Vtrum omnes ſubſtantiæ pertineant ad unam & eandem ſcientiam. 449.M.

### *Subſtantiæ ſeparatæ.*

Quibus argumentis uideri poſſit ſubſtantias ſeparatas à nobis, in hac uita quiditatiuè intelligi, & quibus auctoribus id placuerit. 313.M.
Multo pauciora prędicata quiditatiua de alijs ſubſtantijs ſeparatis, quam de Deo à nobis in hac uita cognoſci. 321.M.
Aliqua earum prædicata multo melius, quã quiditatiua Dei prædicata à nobis percipi. 321.F.
Ex prædicatis quiditatiuis ſubſtantiarũ ſeparatarum ſolam ſubſtantiam quiditatiuè à nobis in hac uita poſſe cognoſci. 321.F.
Nũ & quo pacto Ariſtoteles explicauerit quęſtionem de quiditatiua cognitione ſubſtantiarum ſeparatarum. 312.F.
Explicatur Ariſtoteles, cum ait, eam eſſe proportionem inter intellectum noſtrũ, & ſubſtãtias ſeparatas, quæ eſt inter oculos ueſpertilionũ, & lumen ſolis. 309.F.
Nonnullos ſubſtantijs ſeparatis ſenſus tribuiſſe. 705.F.

### *Thales Mileſius.*

Cur primæ Philoſophię princeps ab Ariſtotele dicatur. 172.P.
Quo tempore floruerit. 172.M.
Quid ſcripſerit. 173.M.
Eius opinio de prima Materia. 257.M.
¶ Theophraſtus. 3.M. 7.F. 29.P. 673.M.

### *Diuus Thomas, & Thomiſta.*

Explicatur Diuus Thomas cum ait, Magis uniuerſalia eſſe notiora cognitione confuſa. 129.M.
Appetitum clare uidendi Deũ nõ eſſe ſecundùm opinionem Diui Thomæ homini naturalem. 60.M.
Refellitur opinio Caietani, & Capreoli de modo cognoſcendi res ſingulares materiales. 144.P.



Digitized by Google

Confutatur opinio quorundã Thomistarũ de formali significatione boni. 644. P.
Eorumque ratio dissoluitur. 658. M.

*Veritas & Verum.*

Non omnem ueritatem consistere in cõpositione & diuisione, sed aliquam etiã in simplici rerũ apprehensione. 616. P.
Argumenta cõtraria proponũtur. 617. M.
Dissoluuntur. 618. M.
Vtra sit perfectior ueritas, simplex ne an complexa. 301. P.
Variæ sententiæ de ueritate. 614. F.
Veritatem simplicem transcẽdentem esse conformitatem rerum cum intellectu diuino. 628. M.
Argumenta cõtraria proponũtur. 630. P.
Dissoluuntur. 631. M.
Vtrum cõformitas inter rẽ, & speciẽ intelligibilẽ dici possit ueritas. 619. P. 625 M.
Veritatẽ simplicẽ aliquando dici de cõformitate rerũ cum intellectu, aliquãdo de cõformitate intellectus cũ rebus. 622. F.
Argumenta cõtraria proponũtur. 623. M.
Dissoluuntur. 626. M.
Res omnes tribus modis posse dici ueras. 619. F.
Quot modis intellectꝰ dicatur uerꝰ. 627. M.
Quo modo intellectus diuinus dicatur uerus. 633. P.
Quo modo ueritas in solo intellectu componente, & diuidente esse dicatur. 618. F.
Veritatis nomen sæpe usurpari pro ueritatis cognitione. 627. P.
Frustra fortasse quæri, num ueritas complexa ex conformitate rerum cum conceptibus apprehensiuis, an uerò iudicatiuis formatur; cum nullum inter utrosque conceptus uideatur esse discrimen. 621. P.
Explicatur uulgata ueritatis definitio, qua ueritas dicitur conformitas rei, & intellectus. 624. F.
Simplex ueritas duplex. 636. M.
Verũ esse propriam passionẽ entis. 635. F.
Argumenta cõtraria proponũtur. 612. F.
Dissoluuntur. 636. M.
Verum non addere enti relationem realem. 632. M.
Verum & falsum maximè propriè dici de complexione enunciatiua, & de conceptibus intellectus. 616. F.
Vtrũ uerũ sit obiectũ intellectus 639. M.
An ueritas suscipiat magis & minus. 301. M. 631. M. 690. P. 702. F.

*Visus.*

Videndi facultatem ratione cognitionis cæteris sensibus nobis esse cariorẽ. 65. F.

*Vniuersale.*

Cognitione omnino distincta notiora nobis esse magis uniuersalia, quatenus sunt quædam tota essentialia: quatenus uerò sunt tota quædam uniuersalia, esse ignotiora minus uniuersalibus. 120. M.
Positis omnibus, quæ ad cognitionem cõcurrunt remotisque impedimentis, speciem infimam esse inter uniuersalia cognitu facillimam. 123. P.
Magis uniuersalia notiora esse minus uniuersalibus si uel desit debita distãtia, uel sit aliquod impedimentũ in potẽtia, aut in medio, idque uoluisse Diuum Thomam. 129. M.
Quot modis magis uniuersalia possint dici notiora minus uniuersalibus. 131. P.
Simpliciter & absolutè faciliora cognitu nobis esse minus uniuersalia. 132. P.
Exponitur copiosè locus Aristotelis in proœmio Physicorum, & alij nonnulli in quibus uidetur apertè contrarium dici. 132. M.
Cur minus uniuersalia facilius abstrahantur. 124. P.
Duobus modis uniuersalia à singularibus, & magis uniuersalia à minus uniuersalibus abstrahi posse. 127. F.
Quid prius cognoscat intellectus, & magis & minus uniuersalium rerum speciebus informatus. 130. F.
Cur species infimæ sæpe numerentur ab Aristotele inter singularia. 232. F.

*Vnitas, & Vnum.*

Variæ opiniones de formali significatione unius. 597. P.
Vnum reale, per se, absolutè, atque in se esse ueram passionem entis huic scientiæ subiecti. 606. P.
Argumenta cõtraria proponũtur. 593. M.
Dissoluuntur. 610. P.
Vnum & cæteras simplices passiones entis

Digitized by Google

tis negationem aliquam, uel relationem rationis enti addere. 602. P. 578 F.
Vnum non addere enti quicquam reale positiuum, & ab ente formaliter distinctum. 600. M.
Vnum addere enti negationē diuisionis per modum priuationis; ita tam, ut formaliter non includat ens. 602. M.
Ad rationem formalem uniuſ non esse necessariam distinctionem à quouis alio. 603. P.
Vtrum diuisio, quam negat unum, sit possibilis. 603. F.
Vtrum unitas transcendens cōsistat in indiuisione partium realiter constituentiū. 608. F.
Cur proprietates entis dicantur ab Aristotele proprietates unius. 528. F.
Vnitatem ordine naturę esse primam entis affectionem maximeq; cum eo coniunctam. 593. P.
Vnum, quatenus unum, nullā dicere perfectionem. 598. M.
Vnum non esse re ipsa distinctum ab ente. 600. P.
Quo sensu dixerit Aristoteles ens, & unū esse unam, & eandem naturam. 579. M. 520. P. 605. F.
Vnum nōn esse idem re, & ratione cum ente. 600. M.
Non rectè sentire eos, qui modum distinctionis diuinorum attributorum ad distinctionem unius ab ente cæterisq; trāscendētibus accōmodare uolūt. 601. M.
Vnum opponi priuatiuè multis, & quo pacto id intelligendum. 525. P.
Quo modo unum, & multa conueniantur cum ente. 610. P.
An unū, & multa dici possint de non entibus. 603. M.
Vtrum unum, & ens sint ipsæ substantię rerum. 476. F.
Qua ratione adductus Plato dixerit omnia esse unum. 251. F.
Non omnes unitates secundum Platonē esse eiusdem speciei. 227. F.
Explicatur sententia Parmenidis, & Melissi de Vno. 261. M.
¶ Xenophanes. 261. P. 476. P. 490. M. 698. M.
¶ Zeno Citticus. 17. F. 18. P.
¶ Zeno Eleates. 76. F. 480. P. 16. P.

FINIS.

# ERRATA SIC CORRIGE.

*Quę sunt in commentarijs.*

**Prior numerus paginam, posterior uersum significat, à fi. à fine paginę.**

10. 18. dele, Socratem.
12. 7. à fi. pro libro 10. lege lib. 11. & 14. (ut est ad marginem.
22. 20. pro perspicitur, lege perspicietur.
30. 6. à fi. orfus ab antiquioribus.
40. 15. fineuè.
99. 9. animaduertit.
113. 9. à fi. artibus, non, actibus.
165. 8. generum propriæ.
172. 15. à fi. Seruiº. Tulliº.
175. 3. Artaxerxis, & 5. fit per eam.
177. 31. particularum.
179. 4. αὔτιον ἔχει. & 11. ἔξουεν.
215. 2. rerum sensibilium.
223. 24. respectu finium.
228. 9. à fi. quod animal.
233. 5. à fi. aliamue.
239. uersu ultimo. res effici
259. 6. primi principij.
260. 24. medio illo.
271. 6. ergo cùm.
281. 4. præsidentē. & uersu ultimo. illius sententiā.
291. 8. à fi. ipsas ἐντελέχειας appellet.
298. 5. à fi. in arte, ipsa ueritatis cognitio.
299. 1. Perfectio.
300. 5. hoc posterius.
Ibidē 17. perspicuum erit.
301. 5. à fi. (ut illi quidem cred.
303. Sect. 14.
306. 24. ad ea intelligenda.
321. 10. à fi. earū genera.
322. uersu ultimo. expunge uirgulam.
342. 17. à fi. unum pendere ab altero.
352. 11. conditionalem; & 12. similitudine.

Digitized by Google

# ERRATA.

357. 8. infiniro intellectu.
364. 8. à fi. per habitum quendam.
373. 8. à fi. perdiſcendis.
382. 17. à fi. ſecunda intellecta.
396. 13. à fi. ſic crediderim.
398. 16. à fi. ſi refertur.
412. 19. vocabulo.
425. 7. à fi. ſummam eorum
429. 11. colloquentem.
436. 4. τ' ἀκριτῶ-
Ibidem καὶ τὸ ἐρήμ-
444. 1. ſpectare. Nam ſi.
449. uerſu ult. in ſe ipſo.
453. 1. Arithmetica
459 7. à fi. conſtituentibus.
Ibidem, pro non re uera, lege, re uera non.
465. 22. quam alij priorem, uiderur tradere.
476. 1. incorruptibilium.
491. uerſu ult. propoſitæ.
495 9. abſtracta.
502. 19. tranſlationem.
506. 15. inde eſſici.
511. in titulo pro nodis (quod eſt in quibuſdam) lege modis.
522 28. ζῶον ἵππος & 29. ζῶόν τί ὄζτιν.
525. 3. à fi. Aethiope.
554. 10. à cæteris.
2. à fi. propoſitione.
556. 25. ceterarum.
558. 28. obiectiua.
584. 24. & reliqui.
590. 2. compoſitam.
603. 24. figmentum.
605. 10. pro in diuiſionem, lege indiuiſionem.
608. 27. ſiue integrales.
609. 1. ſiue in partes.
628. 12. principiatum.
635. 14. exiſtentium.
651. 18. uidearur.
655. 1. ſciſſionem. & 12. ſciſſione.
656. 38. ſcholaſtici.
672. 24. qua quidam.
681. 11. quorum alterum ſit.
684. 17. à fi. ſignificant negationes. In margine, lege præpoſitæ.
697. 34. Quia ſi ij, qui totam uitę ſuæ rationem in ueritatis inueſtigatione poſuerunt.
701. 20. à fi. ſyntaxis, & 16. ſyntaxim.

## Quæ in contextu.

38. 13. τύχην.
102. 3. αὐτή. 28. σωκράτη.
172. 6. à fi. ἀεχαία.
174. 8. à fi. ἀν.
180. 3. ἢ δὲ 6. τὶς ὁ à fi. ἕτερ. 3. à fi. ὥσπερ.
184. 6. à fi. ἐυσμὸς.
186. 6. πρῶτοι. 5. à fi. ἀριθμοῖς.
190. 7. οἷον.
192. 3. à fi. πεπερασμένον. ultimo ὠνήσησαν.
193 9. de qua re.
194. 4. ἀπεσήναντο.
200. 17. τίνες.
203. 17. a n. ſed quiditatem.
204. 7. ἢ δεχομένας. 5. à fi. συμπεπεμμένον.
208. 2. τὰ μὲν ταυτὰ, τὰ δ' ἰδία.
210. 14. τινος. 15. μέν τοί τι.
212. 7. ὅτι τόγε, & 10. καὶ ἐπαναβ-
214. 7. ὁ αὐτός. & 5. à fi. τοῖς δε.
216. 6. ὧν.
220. 3. ξύλον.
222. 15. οἷον.
226. 9. διὰ τί. & 6. ἐν τῇ δυάδι.
229. 11. planum quoddam.
232. 3. à fi. ὥσπερ τινες.
234. 1. ἢ τινων ὄζτι. 9. ἃ φασιν. 11. ἕτερον φθόγγον φασιν 21 ἑλλιζομένη.
296. 7. ὁ νοῦς
300. 2. αἴτιον τί ὄζτι.
316. 3. à fi. διεξιών.
338. 1 ἄπειρον γ'.
444. 11. à fi. ἢ τῆς, & 8. δὲ.
452. 4. δὲ, & 16. ὀπτικὴ, & 6. à fi. αἰωανόμεθα.
458. 4. ἢ ἀστρολογία.
458. 4. ἀρχάς.
460. 3. à fi. τῶν τινων.
465. uerſu ult. nili quis.
470. 13. τίν' αἰτίαν;
488. 8. à fi. τὸ ὄν.
482. 8. à fi. τόδε τι.
484. 12 à fi. ἓν ὄζτι.
486. 6. à fi. διὰ τί.
488. 1. ὁμοειδῆ εἶναι, οὐδὲν διαφέρει. ὡς'.
518. 5. à fi. γένως.
522. 2. ὧν', & 3. τί ὄζτι.
526. 2. ἢ τινι.
660. 25. ἀναγκαῖον.
661. 9. pro aut eum & cæt. lege, eius, qui uniuerſalis eſt.
663. 1. fi ii poteſt.
670. 2. à fi. ἀποδεικνυσαί τινες.
672. 2. ἀδύνατον.
674. 9. ἢ τι. & 9. à fi. ἂν εἴη. & 4. à fi. μηθέν. & 3. à fi. ἕν. & ultimo, σιμαῖνόν τι τοῦ.
676. 6. à fi. δίπυν.
678. 5. à fi. ἄλλα. & uerſu ult. τίλῳ.
687. 11. Ad hęc, omnes.
700. 9. τόπος.
703. 5. Non omne.
706. 4. τίς ὁ χρίνων. & 10. ταὐτίλω. & 13. πάθος ὄζτι. & 14. ἀρχῆς.
710. 4. à fi. διὰ τί.
712. 2. ἦπλον.
714. 5. νῶ δ'.
715. 4. ex non bono.
720. 8. à fi. ἀληθές.

Digitized by Google

# REGESTVM.

ab A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z:

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT VV XX YY ZZ.

AAa BBb CCc DDd EEe FFf GGg HHh IIi KKK LLl MMm NNn OOo PPp QQq RRr SSſ TTt VVu XXx YYy ZZz.

AAaa BBbb CCee DDdd EEee FFff GGgg HHhh IIii KKKK LLll MMmm NNnn OOoo PPpp QQqq RRrr SSſſ TTtt VVuu XXxx YYyy ZZzz.

AAaaa.

Omnes ſunt duerniones.




ROMÆ,

*Apud Franciſcum Zanettum, & Bartholomæum Teſium ſocios.*

M D LXXVII.

1009749

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google